



10522

50
—
59





REPVBLICAE
REGVLARIS
PRAXIS
REGVLARIVM.

AVCTORE
MAGISTRO
F. FVLGENTIO
DE OVIEDO.

PRIMA
PARS.

REPUBLICAE

REGVLARIS

PRAXIS

REGVLARIVM

AVCTORE

MAGISTRO

F. FVLLGENTIO

DE OVIEDO.

PRIMA

PARS

MORALE OPVS!

ET PRAXIS,
DE REPUBLICA REGVLARI, IERUSALEM NOVA,
ECCLESIA PRIMITIVORVM.

In duas partes diuisum.

In prima. De seruitute ingenua Religiosi:
In secunda. De potestate varia Prælatorum Regularium, tertio Ecclesie militantis gladiõ,
ipforum, & aliorum Ecclesiastica dignitate, & potestate.

EXCELENTISSIMO PRINCIPI D. D. GASPARI DE
Guzman, Commiſi Duci de Oliuares.

A V T O R E.

Magistro Fr. Fulgentio de Ouedo Euia, Monacho Sancti Benedicti Regalis
Vallisoletani.

POSTREMA ÆDITIO.

Additis copioſis Indicibus Rerum Notabilium.



I. de Courbes 5

CVM PRIVILEGIO:

Vallis-Oleti: Ex Typographia Antonij Vazquez à Sparça
Anno M. DC. XLI.




Fee del Corrector General.

P.9.c.1.B. spirituale, lege spiritali. Ibid. c.2. E. quieti, lege quiete, p.40.c.2. A. impedimento, lege impedimentum, p.49.c.2. B. ad generationem illam, lege ad generationem per lanuginem illam, p.192.c.2. E. pulantioleo, lege postulantiolei, p.225.c.1. A. ritanda, lege recitanda, p.243.c.1. A. praeventibusfami, lege pereuntibus fame, p.248.c.1. B. grauem peccatum, lege graue, p.266.c.1. A. ad quod vsus, lege ad quos vsus, p.269.c.2. E. pluras, lege plures, p.275.c.2. A. vocatas, lege vocat, P.2. T. 4.p.20.c.2. B. quod est negotia, lege, quod ex negotiatione, p.39.c.2. C. Vallisoletanis, lege Vallisoletana.



Liber hic nomine inscriptus, opus morale, & praxis regularium: de republica, regulari, Ierusalem noua: Ecclesia primitiuorum, demptis his mendis respondet fideliter suo exemplari;
Datum Matriti die 14. mensis Maij, Anno 1640.

*Doctor D. Franciscus Murcia.
de la Llana.*



Suma de la Tassa.

ESTE libro intitulado *Opus Morale, de Republica regulari varia potestate Pralatorum*. Esta tassado por los señores del Consejo à cinco maravedis cada pliego, y à este precio, y no mas, mandaron se vendiesse, como mas largamente consta de su original, despachada en el oficio de Francisco de Arrieta. Fecha en Madrid à catorce de Mayo de mil y seiscientos y quarenta.

Indices tractatum, capitum, & questionum, ac resolutionum continentur in fine cuiuscumque partis.

Doctor D. Francisco Murcia.
de la Llanca.



COLENDISSIMO SAPIENTISSIMO QVE
 Magistro, litera cura integritate morum, & prudentia, in-
 ter primos Sanctissimæ Religionis eximij Patriarchæ Be-
 nedicti Alumno, indiuersisque eiusdem Monasterijs, olim
 ter Præclarissimo, integerrimoque Abbati præsidi
 non solum Regalis sancti Benedicti, Canobij
 P. F. Fulgentio de Ouiedo
 Euiæ.

*Suus additissimus Licenciatus D. Ioannes Ruiz de
 Llona legum iurisq, Pontificij professor, & in Regio Se-
 natus Pinciano causarum Patronus omnem
 felicitatem.*

Tuum de Republica Morale Opus, Reuerentissime Magister, &
 sitienscius doctrinam degustavi legi, atque auide perlegi; cum
 vero meum velle iudicium depromere, statim in mentem venit illa
 philosophorum Principis sententia primo æthiorum asserentis inter
 præclaras res, quasdam laude tantum dignas censei, alias vero lau-
 dus terminos transcendentes, honoris & gloriæ apicem conscende-
 re. Si igitur ille Plato propter suam Rempublicam ab ipso constituta
 tantum honoris, & gloriæ consecutus est, ut apud æthnicos diuini no-
 men (gentilitio more) vsurparet, iuxta illud Lyrici

*Arist. ad
 Ethic.*

*Palma que nobilis
 Terrarum dominos
 Exehit ad Deos.*

Hæc tua regularis Respublica quot quidem honoris, & gloriæ gra-
 dus, tibi comparabit; cum tantum se extollat hæc atque excedat illam
 Platoniam.

Quantum lenta solent inter viburna cupressi
 Non ergo vllius laudibus hoc opus tuum acquiescet; nec in ijs, etiam
 si Demosthenis facundia, aut Ciceronis eloquentia polletem, im-
 morarer, vulnere credens eximiam modestiam tuam, in-
 tra cuius cancellos fas sit mihi veritatis testimonium prælibare, quo
 nec quidem indiges, maioribus enim testibus abundas, cum enim
 sapientiam, quæ inflat, iactantiamque respuens hunc libum in publi-
 cum æthere recufares, Maximus ille vir D. D. Ioannes Quæipo de Lia-
 no iam prius huius Pontiani Senatus Præsul præstantissimus, nunc
 autem Episcopus Pampilonensis meritisissimus, cuius tu etiam. (sic e
 &

& ipse gloriatur) Magister olim extitisti te compulit, ut tuis mandares; verebatur enim vir peritissimus, simul & boni publici affectus, ne hæc nostra duplex Respublica Ecclesiastica (videlicet) & sæcularis hac tertia regulari (quam tu mirificè astruis, & illustras) caret.

Accedat etiam testimonium, & censura aliorum peritissimorum tam in sacra pagina quam pontificio iure, qui hæc tua scripta doctissima iudicantes, nunquam te satis condigne laudari potuisse prope erat, plane fatentur nulla autem Maior laus, quam inter peritos, alicuius artis artifices (præsertim ab ipsis, aliquem peritum iudicari, quod & ratio suadet, & Princeps Philosophorū varijs in locis ostendit. Unde facile perspicitur quantum perere dolendum foret, si hæc tuæ lucubrationes (sicut & aliæ quas novi) inuisæ, & quasi sepultæ iacerent, neque in lucem prodirent.

Iam ergo omnes tibi congratulemur, quod sicut olim tres charytes, dextras sibi iungebant inuicem, sic & hodie (te auspice) hæc tres Respublicæ, miro Ordine Connexæ dextras etiam sibi grate connectant, & per te (colendissime Fulgenti) magis, ac magis hæc postrema fulget, & fulgebit, donec militans Ierusalem per infinitos sacræ militiæ triumphos in æternam, & triumphantem deueniat: Vale ac bono Reipublicæ diutius, & longum, Vale.

CENSURA PRO RELIGIONE, PER REVERENDVM
admodum P. Magistrum F. Andream de Villa, Generalem Visitatorem
Congregationis Benedictinorum Hispania, & sancti Officij Inqui-
sitionis, in Supremo Consilio Qualificatoris.



Orale opus de Republica Regulari, Hierusalem noua, Ecclesia Primitiuorum, in duas partes diuisum, Reuerendi admodum, sapientissimi que Magistri Fratris Fulgentij de Ouedo: perlegi attentè pariter & iudicandè, iussu Reuerendissimi Patris nostri Generalis, Magistri Fratris Benedicti de la Setna. Opus profecto insignis laboris, moralis Theologiae, & Iuris Canonici luce excellens: in quo obscura illustrat, & nota ab alijs intacta (maximè pro Religione Benedictinorum) in medium profert, & solida, acutaque ratione probat, ac tanta cum breuitate tractat, vt non immeritò, quidquid eruditum, & fructuosum pro Politia Christianae eruditione, & pro Regularis Reipublicae recta gubernatione desiderari possit, contineat: Theorica eruditè tradit auctor, quae in Republica Regulari, Dignitatis Abbatialis baculo ter dignissimè sae gens, practica uic nihilque in ipso inueniri contra nostrae Fidei sinceritatem, & morum integritatem: ideo dignum iudico, vt in publicam utilitatem prae lo mandetur. Sic in nostro Monasterio S. Benedicti Vallisoletani, die 10. Octobris anni 1638.

Magister Fr. Andreas de Villa.

LICENCIA DE LA ORDEN.

Vista por nuestro Reuerendissimo Padre Maestro fray Benito de la Serena, General de la Congregacion de san Benito de España, y Inglaterra, la aprouacion del Padre Maestro Fray Andres de Villa, Visitador mayor de nuestra Congregacion, del libro intitulado, la Republica Regular, del Padre Maestro fray Fulgencio de Ouedo, damos licencia para que se pueda imprimir, y sacar a luz, atento la utilidad y prouecho que de la dicha impresion se sigue. Dada en san Iulian de Samos, a primero de Nouiembre de 1638.

El General de san Benito.

Por mandado de su Paternidad Reuerendissima.

Fray Geronimo Velarde.

13

APPROBADO

APPROBATIO OPERIS EX COMMISSIONE
ORDINARII.

Doct̄oris Franc̄isci Victoris, Sacrorum Christi pugilum Iusti & Postoris,
Mantuanæ Parrochia Moderatoris, super opera iudicium,
& censuræ.

Domini D. Lic. Laurentij de Iturrizarra, Madritensis Curia Vices Sere-
nissimi Hispaniarum Infantis, Toletanique Archipræsulis gerentis præ-
scripto attentè, serioque legi, & ingenti gaudio perlegi opera, cuius Epi-
graphæ, *Morale opus, & Praxis de Republica Regulari, & Hierusalem
nova Ecclesiæ Primitiuorum, in duas partes diuisum, Authore Magistro Fratre Ful-
gentio de Ouedo Vallisoletano Ordinis S. Benedicti Hispanæ Congregationis.* Opus
inqua in mirabile, ubi quid prius mihi ère, anceps, & pugna iudicium. Nam cum sine
propè innumeri qui in hac laborarint sparta, qui per hanc ce lineam ferram recipro-
carint, qui hanc finem (sed sine fine) contorserint, cum infinitæ ferme penne, quæ ad
hanc ni lum contolantur, mirum in hercle dicta, quantum Auditoris nostri acumen
emineat, quantum ceteros anteuertat, quanto post se interuallo reliquat. Quod
enim inter Sydera Phœbus, vt ait Theologus ille Magnus Nazianzenus, *Quod ver-
inter ceteras anni partes, hoc Fulgentius inter illos, qui se totos in hac condenda
Republica, & illustranda Hierusalem deuouere.* Fulgentius Fulgentij splendet lu-
cerna, quam iare, vel Aristophanis dixerim, vel Cleantis, vt vetus fert Paræmia, &
vt de illo sagaci vafroque orbis peragratore Vlyse,

Expolit multa arte, superque induxit Amussim.

Gregor.
Naz. epi
fol 7.
Eras. in
cbiliad. 6
Homer.
Odyss. li.
1.

1.

Apoc. 21

Sarto. in
Augus. c.
29.

Cum omnia nitidissima sint, & castigatissima, & quasi nouem Musis celata cuncta
que in vno & altero volumine clauduntur. Ergo nullum in hacce opera plagium, ni-
hil in Orthodoxam Religionem & Fidem peccatum. Immo hæc noua Hierusalem
è cælo descendit ornata questionibus, validissimisque parata argumentis, quibus
sua rucatur sensa, alienaque refellat. Totus liber nitet margaritis, suis rationes coap-
tantur locis, per peritissimi et auditissimi que manus Artificis. Ita vt vetè assenerare
valeat (vt alter Cæsar) se Rempublicam hanc Religiosam inuenisse lateritiam, sed in
reliquisse marmoream. En hanc censionem nostram, en de opere iudicium, quod sub
prælo sudet, cussum que & pressum communis vsurâ lucis fruatur, vt Republica Chri-
stianæ labor vtilissimus, & pensum tam impensè doctum elaboratum, & instructum.
Ita ex animo fateor, & ex voto censeo. Madriti die 14. Decembris, anni 1638.

Doct̄. Franc. Victor.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

Nos el Licenciado Lorenzo de Iturrizarra, Vicario General de la vi-
lla de Madrid, y su partido, &c. Hemos hecho ver, y examinar las obras
contenidas en la censura desta faja, y no ay en ella cosa contra nuestra santa Fè
Catolica, ni buenas costumbres, y por lo que a Nos toca se puede imprimir. Da-
da en Madrid a catorze dias del mes de Diciembre de 1638. años.

El Licenciado Lorenzo
de Iturrizarra

Por su mandado.

Juan Perogila,
Notario.

CEN-

CENSURA EX MANDATO REGII SUPREMI

*Senatus Castellæ, per R. P. Franciscum Parej, Studiorum, seu Conferen-
tiarum Theologicæ Moralis Præsidentem in Collegio Imperiali Mantuano*

Societatis Iesu, Consultoris Supremi Inquisitionis

Consilij.

DE Regulari Republica, seu de statu Religioso quaestiones valdè utiliter propo-
sitas, satisque benè enodatas à R. A. & sapientissimo P. Magistro fr. Fulgentio
de Ouedo, iussu Regij Senatus Castellæ obtemperans perlegi, adeoque eius doctri-
na est excellens, vt quaestiones quas sic peracutè sanè disceprar, & nullas (addiscendo)
bis: legim in quibus omnibus, etiam si affectus deprauatione, & acri ingenij subtili-
tate cuncta hic discussa enucleare contenderis, nihil nostræ Fidei dissonum, nec
morum sinceræ reuerentiæ aduersum fore competendum affirmo. Imò potiùs Au-
ctoris studium, & zelum suspicio, atque veneror, eo quod tot annorum labore, & ac-
curato studio in lucem edere intendat opus varia Auctorum lectione exornatum,
doctrinæ pietate proficuum, ingenij claritate conspicuum, & (vt in plurimum) sic ex-
optata breuitate (haud imperfectè, sed concinè, & exactè) præcinctum, vt illud pro-
loquimur Photionis à Plutarcho celebratum meritò ei adaptari queat: quòd præstā-
tior sapientia maiora, & plura breui sermone complectitur. At Photion præstantior
oratio aiebat, vt pretiosiores nummi multò plura parua in materia ministrant.
Quapropter si Regio, & Supremo Castellæ Senatui arriserit in Regularis Reipubli-
cæ, Magistrorum que eiusdem utilitatem hos tractatus typis posse committi, vt in
Dati laudem opus Fulgentij fulgeat, humiliter ego censeo. Mattici nostro in Colle-
gio Imperiali Societatis Iesu, die 23. Decembris anni 1638.

Franciscus de Pareja.

SUMA DEL PRIVILEGIO.

Tiene privilegio el P. Maestro fr. Fulgentio de Ouedo, de la Orden de
San Benito, por diez años, para poder imprimir un libro que ha compuesto, in-
titulado, Opus morale, & Praxis de Republica Regulari, Potestate,
Dignitate, & gradu Prælatorum Ecclesiæ, & Religionis: y que por el
dicho termino ninguna persona pueda imprimirle, so las penas en el conteni-
da, segun està firmado de su Magestad, y refrendado por don Sebastian de
Comreras, despachado en el oficio de Francisco de Arrieta, escriuano de Ca-
mara, a postrero de Enero de mil y seiscientos y treinta y ocho años.

CEN-

CENSURA ET APPROBATIO R. T. M. F. DOMINICI
de Aca, x sac. Prædicatorum Ordine, Regis Catholici Concessionatoris,
ac Supremi Inquisitionis Consilij Consultoris.

EX Fœcundissimo magni pastoris Benedicti grege, gemellum, à R. admodum Magistro Fratre Fulgentio de Ouedo, diu præconceptum, tempestiuè natum, ac benè nutritum fœtum, deliciosa sollicitudine vidi: Præclarum (inquam) de Republica Regulari, noua Hierusalem, Ecclesia Primitiuorum, bipartitum opus, vocis, ac lucis plenum. Protulit scriba doctus, & prudens pater familias de thesauro suo, noua & vetera, tanto vicissim plausu coherentia, vt vetera nonis venustet, & noua antiquis honestet: sic vtraque mutuo consentire faciens, quod non sit opus modo aduenientibus nouis vetera proijcere. Duo præsertim illa inter se (non mit. us quam frigida calidis) implacabiliter pugnantia, breuitatem videlicet, & copiam, nexu pacatissimo fœderant. Et copiam quidem vbertas ea est, vt nihil ferè ex vniuerso subiectæ materiæ ambitu desiderari queat. Breuitas verò (cuius exiguis angustijs, copiam amplitudo contineri non potest) tanta, vt ea quæ veteres multi, & tot recentes auctores, vix immensis voluminibus comprehendere valent, paruo ille volumine claudit: vt breuiori itinere, profusissimam, ac vastissimam studiosus quisque viam, conficere; longèquæ à deuijs, & dubijs opinionum ambagibus, expedito gradu currere, atque securus spatiari possit. Nihil, quod fidei, sanæ doctrinæ, aut moribus obsistat, offendi. Pertimescendus foret gladius tertius, spirituali & temporali pro Regularibus introductus: sed formidinis umbram, apud Ezechielem cap. 21. num. 15. gladius acutus, limatus ad fulgendum, ad eadem tamen amictus, vel inuolutus, excussit. Non est gladius iste qui feriat, sed qui nocitura separet; & ad eum profutura disponat, & apret: gladius tandem, qui lucem à tenebris diuidat. Lux ergo (ipso Fulgentij nomine quasi augurata) prodeat, fulgeat. Non solum vt omnium manibus, animisque fulgidum opus versetur, dignissimum censeo, sed vt ocysimè typis mandetur, exopto: vt potè, quod Regularibus, Theologis, & vtriusq; iuris peritis, magno subsidio, ac laboris compendio sit futurum. Matriti, in Collegio nostro Angelici Doctoris sancti Thomæ, Idibus Ianuarij, anno Domini 1639.

Fr. Dominicus de Aca.

COPIA AVTENTICADA DE VNA CARTA QUE ESCRIVIO EL
señor Presidente de la Real Chancilleria de Valladolid, al Ilustrissimo
de Castilla, en aprouacion de la obra, y del Autor.

ILVSTRISSIMO SEÑOR.

EL P. M. F. Fulgencio de Ouedo y Euia, que es portador desta, fue mi Maestro de Artes en san Vicente de Ouedo, y demas de ser muy noble, y gran Religioso, y Prelado de gran opinion en su Religion, por que lo ha sido muchas vezes en cosas muy graues, es auentajado Letrado, y de grande erudicion y credito, en todo genero de letras: y a ratos escusados de las ocupaciones de sus officios, ha escrito vn libro de materias morales, y aunque en ellas han escrito tanto yo asseguro a V. S. I. que no serà este libro inferior a alguno de los que han salido basta oy, antes juzgo que para España serà mas auentajado, por entender con mas noticia sus cosas, y poder resolver las materias con mas propiedad y conocimiento. Va a essa Corte a pedir licencia al Consejo, para poder imprimir este libro, que de su Religion, y de los Superiores della, ya lo tiene con grande aprouacion de hombres doctissimos, y grauisimos. Suplico a V. S. I. me haga merced de disponer se cometa la censura deste libro, a persona que lo pueda ver, y despachar presto, que en todo lo que se ofreciere al P. M. Fr. Fulgencio, me haga merced V. S. I. de honrarle, y fauorecerle como Maestro mio que es la mayor talidad y estimacion que se puede dar, pues tienen los Maestros la veneracion en primer lugar despues de los padres, y el P. M. F. Fulgencio es Religioso de tan auentajadas partes, q yo me honro mucho de ser su discipulo, y espero de la merced que V. S. I. es seruido de hazerme, me ha de sacar en esta parte deste empeño. Guarde nuestro Señor a V. S. I. con la felicidad que deseo. Vallad. y Nouiembre 6. de 638.

El Doctor Iuan Queypo
de Llano.

PRINCIPI EXCELLENTISSIMO D.D.

GASPARI DE GVZMAN, COMMITI DVCI DE OLIVARES, & sancti Lucae, Marchioni de Liche. Perpetuo Custodi, & Praefecto, Arcis, Castelli, & Villae de Fonte Rabia, Aulæ, & Pallatij Hispalensis. Perpetuo (itidem) Patrono, & Procuratori in omnibus Regni conuocationibus (Cortes Hispanè vocatis) pro vniuersis, & singulis successiue Ciuitatibus, & Republicis, vocem, & suffragium obtinentibus, Supremo Indiarum Cancellario, Militiæ Alcantaræ Commendatario maiori à Consilij Status, & Belli, Monarchiæ Philippi Regis nostri IIII. summo Ministro, & Praefecto, &c.

*Magister Fr. Fulgentius de Ouedo Benedictinus, omnem
felicitatem,*



Oralis Theologiæ opus, de Republica Regulari (Generosissime Gaspar) sub tuis profertur auspicijs. Neque enim hæc nostra regularis Respublica, quæ in promissione, & ipsius impletione consistit, à seculari debuit disidere Republica, quam Titus Libius *plus fide, aut fidelitate (ait) state, quam diuitijs, & opibus.*

*Tit. Libi
Decad. 3e*

Quare cum pluribus elapsis mensibus me, tibi, exiguumque hoc, mei eximij erga te affectus testimonium consecrarim; ne extarda exhibitione infidelitatis arguerer, id impulit, vt quamprimum, hoc pusillum volumen (abscessis pluribus (præter intentum) tractatibus quasi primitias offerrem. Sed quidem impletionem promissi dixi, & esse debitum fateor, non ea parte solum, qua *fidelitas (teste Tullo) est ipsissimum iustitiæ fundamentum, sed qua Oliua vberè vocauit Dominus nomen tuum, & es Oliua fructifera in domo Dei,* proficua, & gloriosa maximè, fructusque vberes virtutum germinans. Fidem Regi, & Regno seruans, huic beneficus, & de illius incolumitate sollicitus, nostrum non exigis, sed quasi extorques affectum. Nec mirum (quidem) cum nobilissimæ Guzmanorum stirpis, sis (non solum) ingenua proles; sed & ipsius heroum, virtutum, ac facinorum legitimus hæres; illius (specialiter) nunquam dignè commendati, Alphonsi Perez de Guzman, cognomento Boni, sic bonitatis Diuinæ seduli æmulatoris in sui, vitæque vnigeniti diffusionem, vt ipsum, pro Regi, seruanda fide, & bono gentis, hostibus trucidandum tradiderit, quin & ad huiusmodi occisionem filij, proprium gladium, è manijs Mauris immiserit; cuius non minus bonitatem, quam generis ingenuitatem hereditatis, cum

Tullius

hære-

hæreditata simul ab Excellentissimo genitore D. D. Henrico de Guzman, quæ
Roma timuit, oratorem existentem, pro Catholico Rege; & Proregem Sici-
liæ, & Campaniæ Regna venerarunt; ab ijs minimè de generans, nec ab Auo
Commite D. D. Pedro, sed familiæ extollens gloriam, à prudentissimo (itidè)
genitore, quasi præsa giante, Orbem, seu ipsius maximam partem, Philippi Ma-
gni (inquam) immensæ Ditionis Præfecturam, ponderosam machinam, tuis
Atlantæis humeris imponendam, ad studia literarum directus, Salmanticensi
Gymnasio, decorem non exiguum attulisti; ad ipsiusque Regimen, in teneris
(adhuc) annis vniuersali plausu assumptus, iuriumque, ac decretorum faculta-
te prouectus, Fuiſti dehinc inter plures (nati maiores) fratres (vt alter David)
ad Primatum, & apicem Nobilissimæ Familiæ, & Comitatus Oliuarum eue-
ctus; vnde ad maiora euocatus, te multipliciter Magnus Philippus III. Rex
(semper Augustus) & Monarcha noster, in suum fidum Achatem, sui ipsius fi-
delissimū custodem ad suæque Monarchiæ habenas, Præfecturæ, immanse (te-
rè) Ditionis, pondera sustinenda, Atlantem validum cooptrauit, supremum
te, & maximum Præfectum constituens. Nec (Prudentissime Heros) graue
(quod nosti) iugum, confregisti, imò nec recusasti, vel parere renuisti, aut ver-
ba ignobilis misticæ Oliuæ (segnis) vsurpasti. *Numquid possum dese-
rere pinguedinem meam, vt inter ligna promouear;* quasi tibi hoc nostrū
elogium reseruaret. Tibi (inquam) qui in irrefragabile testimonium, singula-
re eximij erga nostrum Monarcham affectus, exemplar, magnifici ipsius animi
remuneraciones, frequenter elargitas, seu oblatas, grato, & demisso animo, re-
cusasti, & renuisti.

Et nuper duodecim millia aureorum, Regalem condonationem in perpe-
tuum pro singulis annis, ex iterata Senatorum, & Regis Consiliariorum con-
sultatione, quasi debitam, ob strenuam armorum administrationem, sollicitam,
attentam, & prudentem directionem, in propugnatione, & ereptione Castel-
li, Arcis, & Villæ de Fonte Rabia, improba, & validissima obsidione, & manu
inimicorum huius Hispanæ Coronæ disrupta (gloriosè) adque fugata, ipsi Do-
mino, & Monarchæ nostro retulisti.

Nec miror, cum potius tuum opulentissimum Patrimonium, magnificam
hæreditatem, pinguisimos annuos redditus, inæstimabiles thesauros, & præ-
riosa vniuersa quæ tibi, vtcumque, pertineant, ex liberali hilaritate in obsequiū
Monarchæ promptus voues, & ingenue donas; quin & te ipsum (absit blandi-
tio) animæ dotibus præditum, generosam mentem, ingenij aciem, prudentiam
prouidam, pretiosi temporis impensas, propria, itidem, corporis bona, valetu-
dinem constantem, præclaram, vultus, & membrorum proportionem, in Mo-
narchæ leuamen, & Monarchiæ bonum impendis.

In quo exhibitione congaudes, tibi que ipsi gratularis, adhuc. Tūm quia te-
latere non potest, hæc non minus, quàm humanæ, Diuinæ, grata fore futura Maie-
stati, ex tibi collata, inter continuatas vigilias, & ingentes curas (quæ exsiccare
solent ossa) insperata firmiter corporis valetudine. Tūm quia ad huiusmodi
sustinenda, ad speciale leuamen, solatium, ac custodiam Regum nostrorum,
fuiſti, tanta, tanque, tibi simili adiutorio, coniuge uè donatus, Domina, scilicet,

D. Agne -

D. Agnete à Stunica, cuius virtutes egregiæ, animique dotes, generis claritas pietas, religio, deuotio, ac benignitas, sic sunt hæroicæ, & excellæ (vt absque assentationis fūco) si cuiusque inter se excellentiam conferam, anceps deliberatio sistit, & iudicium; Princeps, tamen, facillè existit, illa fidelis, & oculata sollicitudo, & custodia (tibi admodum grata) nostri Monarchæ, Reginæ, semper Augustæ, Charissimorumque pignorum; in qua tam strenuè deludans, tam affectuosè inuigilans, sic incolumitati ipsorum, valetudinique prospicit, vt raro inuentam mulierem, sedulam, ac fortè æmuletur, in qua cor viri confidit, quod ipso dormiente vigilat, & de nocte (vt accepi) consurgens, quiescentibus Principe nostro, & Infanta, ipsis deputatæ custodis, vigilantiam experiatur, & scrutetur, vnde læta nostra Hispania, de incolumitate nostrorum Charissimorum Principum, secunda, sibi gratulatur ipsi, quod nostri *Salomonis, & fami* Cant.
lie, lectam ambient ex fortissimis Israel, seu potius Orbis.

Quibus affectuosis obsequijs ab utroque coniuge, quasi certatim, & æmulatore affectu, impensis, gratus se tibi exhibet noster Magnus Philippus, in remunerandis enim, suorum facinoribus, sedulo, & obsequioso famulatu, & *plusquam Salomon hic.* Quo fauore (Prudentissime Princeps) illa modestia potiris, quæ pugnantia impacabiliter (amorem, & reuerentiam, scilicet) stricto nexu maritat, vnde Augustiorem Maiestatem Orbis, & ex a npliori terrena potestate (quæ ex Deo est, & inde diuina) non recusas fieri humanam, nec difficilem reddere satagis vultum Regis, imò omnibus patere iugenuè curas. In ipsiusque obsequium te Oliuam vberem exhibens, animi benignitate, Regia dona, munera, fauores, & munificentiam distribuis, adminitras, & quasi oleum diffundis, & impartiris.

*Chatech:
Rom. in 4
Decalog.*

*Qui vene-
ratur non
amr, sed
timet.*

Nec cum illa (haud accusata in sacra pagina) acceptione personarum, seu olei denegatione, qua sapientes virgines, typum electorum in Ecclesia gerentes, stolidas virgines repulere, oleum quod exigebant denegantes. Sublimiori enim affectu, Apostolica Pauli viscera æmulatus, insipientibus etiam te debitorem agnoscens, nullum de primis, & ipsos quos aduersos nosti, beneficijs prosequeris. Oleum, ergo, & pietatis referta viscera omnibus copiose præstas, sicut nec te inaccessibilem vllatenus exhibes.

Oleum assero, benignum, inquam, affectum, & dona iidem, & bona illa, quorum exhibitio à spontanea voluntate, & liberalitatis virtute dimanant, minimè, autem de Magistraru, Præfectura, seu culmine dignitatis, quæ ex iustitiæ distributiæ æquitate habent distribui, pro meritis, & idoneitate, eligendi, huiusmodi enim, tali æquitate impartiris, vt Monarcha noster Philippus, de dignis sui Imperij Præfectis instituendis, zelator eximius, de tibi horum demandata cura, possit sibi lætus, vt Dominus de Davide, gratulari. *In venisse, in te, hominem secundum cor suum.* Vestigia enim Davidis sic tu sectaris, vt ipsius tibi verba (haud ineptè) aptare possis. *Oculi mei ad fideles terra, vt sedeant mecum, ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.* Vtrumque enim cum dexteritate præstas, cum de puritate vitæ tuorum, æquè, ac de dignis ad Præfecturas, vigilanter indageris.

Pro-

Probos ad habenas populorum regendas præfers, dignos assumis, & tecum
assidere iubes. Quos speras, futuros fore fideles, & fidem datam de iusta admi-
nistracione expleturos, ad dignitates auollis. Hos auida indagine inquiris.
Quot nobiles paupertate oppressos: diuites tamen virtutibus, animique doti-
bus præditos, in obliuione sepultos, existentes in egestate *viderunt
oculi tui*, & ad Præfecturas, munia vè, ad quæ esse strenuos nosti (nihil
de se cogitantes) euexisti? Quot Ecclesiasticos, Sæculares, & Regulares in Ca-
thedralium Capitulis, & Diocæsis, laudabiliter muneribus fungentes, ad
Ecclesiasticas Dignitates, non ambientes extulisti? Nec ad huiusmodi præstā-
da, à propinquis, & quauis familiaritate coniunctis, nec instrueris, nec suaderis,
sed quam altiori (& haud suspecta) noticia instrui curas. Vndè Hispania, & vni-
uersa Philippi Regis nostri Corona, & Imperium, tanto Præfecto donata, se
sic foelicem clamat. *Fœlix Respublica, in qua illi qui Dignitates, & Præfectu-
ras distribuit, merita promouendorum non caro, & sanguis reuelat.*

Hanc distributiua iusticiam, æmulatur (si fas est) altera iusticiæ pars, dege-
nerans à formali, & ex hac parte nobilior, quæ dicitur Gratiudo, ingenua po-
tius in Principe, quia in illo est remuneratio, facinora enim egregia quando
remunerat Princeps, non ex stateræ mensura, sed ex magnifico animo muni-
ficiam meretur. Omnes testor, & neque infaustos reculo. Quando sic nobi-
litata Militia? Quando sic coronata Fidelitas? Quando tot strenui, & ingenui
in signijs Nobilitatis donati?

Neque, adhuc, huius nostræ mysticæ Oliuæ fructus, & pinguedinem exau-
si, Oliuam enim etiam illam, constantissimæ Dux, adumbrasse te perpendo,
cuius vel fructus, vel germen, in generali diluuiio, incolumbæ rostro allatum,
generis humani, & incolumitatis, & præseruationis fuit, & signum, & origo.
Naufragatur nostra Hispania, valida Ecclesiæ columna. Maris fluctibus, hosti-
bus, inquam, ferocissimis impetitur, vndique huius Coronæ Regna, & Provin-
cias infestantibus, non solum noui Orbis, Occidentales, sed & Orientales, Re-
giones inuadentibus, truculentissimis Christiani nominis hostibus, quin
& Hispaniæ terminos, & oras infestantibus, vastando populos, munitissima Ca-
stella obsidendo, Principes (supremos quidem) sub nostri Catholici Monar-
chæ protectione existentes laceffentibus.

Quem, omnes rogo, ista coquunt? cuius sub pectore fixa? Quem premunt?
Quem euigilant? cui faciunt noctes insomnes? Quem huiusmodi anxie curæ,
post prolixum meditari, frequentes consultationes, pertrahunt per sacra Sa-
cella, vt Auroram præueniendo, diuinum numen imploret? Quid in huiusmo-
di ramite, in nostræ gloriæ discrimine fluctuantes animos sedat? Quid tran-
quillitatem affert? Incolumitatem offert? Quid timorem pellit? Pavorem fu-
gat? Quid mira, & tranquilla securitate, nos in nostræ Hispaniæ centro commo-
rantes, in immunitis, & immuratis vrbibus, & populis degentes, nostris libere
securè, & iocundè, bonis, gaudere præstat? Quid? nisi indubitata fides, & eui-
dens notitia, ac palpata experientia, quod *non dormitabit, neque dormiet, qui
custodis* hoc Imperium, & quod ipsius bono cœlestis clementia arridens, tan-

to Praefecto, & Patrono gubernari tribuit, & foueri.

Quae omnia, virilis animi, constantiae, & benignitatis insignia, ex Cardinalis Caietani obseruatione firmanantur, singulare illius Oliuae priuilegium celebrantis, quod euulsis omnibus, & eradicatis arboribus, in illo in genti diluuiio, sola permansit Oliua, vnde columba ramum, seu germen decerperet, virentibus quidem folijs. Cuius ad instar, Validissime Heros, nostrae defensionis immobilis, Robustus, & infatigabilis astas, & incessanter huius Coronae bono, & incolumitati, prospiciendo persistis. ¶ Quis ergo, precor, ita Magnifico Benefactori, non curet esse Beneficus? Quis non rependat affectum? Non sese gratum exhibeat? Quis se protegentem non protegat? Se propugnantem non propugnet? Quis aemulatoribus non obstitat? A Quis vulgi contra sublimes ex more, infenti, linguarum aculeos non retundat? B Quis inermem, idest absentem, non faueat? Quis aggresso innocenti, iure naturae, non faueat? Quis in iudicio pugnantem circa expedientiam decreti, in euentu etiam infausto, pro gubernante non iudicet? C Et saltem intentionem non absoluat? Et aliter iudicantes non condemnet? Quis querulorum clamores imputandos ipsis, vel nimiae executioni non credat? Omnia enim haec, & exigit gratitudo, piique ac ingenii affectus, sunt impensae.

Audio, Prudentissime Princeps, zelatores (& pios, forsan) de tanto sanguine effuso; de Hispaniae nostrae oppressione, quos alloquor Leonis verbis: *Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur: quod Pontifex probat sic, loquens de Petro, & de Paulo Ecclesiae nostrae Principibus, quando pro Fide certantes, & cruce, & gladio occubuerunt. Millia (inquit Pontifex Leo) martirum, qui Apostolicorum amuli triumphorum, urbem nostram ambierunt, testantur, in quantam sobolem illa duo diuini seminis germina germinarint. Vbi apte appellat triumphos, pro fide, vitae effusionem, & taliter, pro Deo, Religione, suoque Rege decedentes, proprijs triumphis sepeliri, quasi ignauos, & inglorios signet, plangentes tantum Adonidem, qui (teste Hieronymo) amoris veneri, temporaliumque opum typum gerit.*

Hunc puritatis Fidei, in ipsius fideli alumna, nostra Hispania, Monarchae propugnatione, & Augustissimae ipsius Austriacae domus ac crescens gloria, protectionisque nostrae zelum, innuit olim tui effigies, quae te orbi ostendit armis instrutum, Bellicis instrumentis vallatum, arrogantemque tibi illud Poetae. *Ergo faces, & saxa volant, furor arma ministrat.* Sic enim domus Dei, & nostrae defensionis zelus, tui cordis accendit lanien, vindictam, & iustam iram (quae *Furor breuis* vocatur) sic tuum ingenium accingit animum, vt cum omnibus bellatoribus decertare satagens, omnium simul arma assumes, quale explicat Augustinus, quando de Saulo, olim ex geminato liuore, omnium lapidantium Stephanum, vestimenta seruante *Plus* (inquit) *persequens exortando, quam manibus proprijs lapidando.* Et statim. *Vt in omnium manibus esset, omnium vestimenta seruabat.*

Sed iam (Excellentissime Dux) *Gasparis Arma, canant alij: Nos Gasparis aras.* Cruciferum te video, nostrae Regularis Reipublicae, nobilissimi-

A
Error qui non resistitur approbatur dist. 83.

B
Nec caret scrupuloso cietatis o-culta, qui mansesto facinori desistit obniate, ibid.

C
Charitas benigna est, non amulatur, non cogitat malum 1. Cor. 13.

August. serm. de S. Steph.

Indicium,
13.

bilissimum alumnū. De hac primitiuorum Ecclesia benemeritū. Hinc tibi (& speciali titulo) Opus hoc nostrum dicatur, de Regulari Republica, tertio Ecclesie militantis gladio, vi qui, quasi ambidexter *Ad* geminatum gladium, Ecclesiasticum (nempe) & prophanum, exerceas strenue satis, hunc etiam tertius assumes.

Ad quod non minus astringeris, quo ex Benedictina Alcantarae Cruce, & habitu insigniris, & es Sanctissimi Patriarchae nostri Benedicti, quo sapientior, eo gloriosior Filius, & charus amplius, quo ipsius familiae, magnificum Benefactorē non dignaris solum, sed & gloriaris, existere, neque frustraris affectu, qui fidele ipsius Patrocinium saepius experiris.

A
Fulgentis
lib. 10. mi
thologiarū

O baris vnica filia, quia vnica, quia filia, quia animae praclaris dotibus praedita, cordis pars, animique dignissimum pignus; mente lugubri, dolore iusto, & naturali percellus, mærori non succumbis, sed Davidis virilem constantiam in dilecti filij morte æmulatus (pro Scophane ditissimo vnico bonorum hærede, nato, decedente, elogium fortitudinis Doctoris sancti (ex nostra Hispania) Fulgentij Astigitani Episcopi, obmutescens) ipso die expeditionibus Praefecturae astas. Quoties, itidem, curarum ingenti acerbitate, grauissima negotiorum emergentium (per diem) molle, non tantum mentem, non solum membra, sed etiam ossa contritum, te valida Benedicti deprecatio reparauit, quatenus, expeditionum onera, Praefecturae munera, iocundè rursus assumeres: non aliter quam Benedicti alumnū in precipitiū à Sathana ex altissimo (qui construebatur) pariete actum, sicque ossa comminutum, quod ipsius examine corpus non aliter quam, in pliaeo, vel sacco ad Patris Benedicti callam potuisset, deferri. *Mirares* (inquit Gregorius Magnus, Ecclesie Doctor, Benedicti Monachus, & Historiographus) *hac eadem hora vite redditum, ut prius valentem, ad eundem iterum laborem misit.* Quoties diei curriculo peracto, & ipsius paginam attenta mente perpendens, gratum animum diuino benefactori, de aduersis submotis, prosperisque collatis exhibiturus, te saepius tribulationum vndis quasi submersum fuisse comperisti, cui (precor) tranquillitatem adeptam, hanc incolumitatem consecutam; imò huiusmodi naufragia, non solum pertulisse, sed & fluctus conculcasse, neque ab ijs absortum fuisse debeas referre, nisi nostro Patriarchae, similia patrare docto, qui suum discipulum Maurum super aquas praestitit ambulare.

Eccles. ca.
322.

En (Excellentissime Heros) Rempublicam regularem nostram, En operis moralis Theologiae plurium annorum, & lucubrationum impensae, quae sub tuis auspicijs prodit. En aliquale, & pusillum (quidem) mei eximij erga magnitudinem tuam, obsequiosi affectus, & signum, & testimonium. Valeas generosissime Princeps, & transactis Nestoreis Annis, multisque, pro diuina, terrenaque, semper Augusta, Philippi Monarchae nostri Maiestate, ipsiusque Corona perfunctus laboribus. Sis Oliua pullulans, & cipressus in veram altitudinem extollens. Sic Deum precor, restor ipsum. In nostro Benedictinorum Monasterio Sancti Martini Mantuano die 4. Maij, anno 1640.

Sed iam (Excellentissime Dux) Cassaris Regis Regibus Republicae...

INDEX RERVM NOTABILIVM,
ET VERBORVM HVIVS OPERIS MORALIS DE
Republica Regulari. Vbi hoc attendatur, quod in rebus, &
verbis secundæ partis. Ponuntur duæ litteræ P. p. 1. maius-
cula, & 2. minuscula, & littera T. maiuscula signans tracta-
tum, sunt enim in 2. p. ferè tot foliationes, quot sunt tra-
ctatus p. minuscula semper signat paginam, c.
minuscula columnam, litteræ maiuscu-
le inter columnas signant
locum.

A

*Abbas. Vide verbo, Prælatas, Religiosus, Di-
gnitas, Prior, Filiatio, Potestas.*

ABBAS à verbo siro est idè, quod Pa-
ter. Vnde latissimè accipitur pro
omnibus quibus incùbit cura quasi
paterna, p. 2. T. p. 33. c. 1. C.

Abbas.

Abbas est Pater, & Prælatas Mona-
chorum, seu Canonicorum Regularium,
est Dignitas Ecclesiastica primi Ordinis,
electiua, & post Episcopalem immediata,
cum potestate Benedicendi, p. 2. T. 1. p.
33. c. 2. Abbatis nomen pro vt æquiuocè
dicit paternâ, & sollicitam superioritatem
omnes Rectores, & Superiores Ecclesiast-
ricos, sæculares (quidem) vt Parrochos,
& Regulares, vt generales Prouinciales,
& quoscumque alios Prælatos Religionû
includit. Ibi. c. 1. D. Abbatiale Dignitatè
in Ecclesia, constituerunt iura pro regu-
lari Republica, & regularibus regendis.
Vnde illam nullomodo habent, qui pro
læcularibus gubernandis instituitur quã-
tumlibet. Abbates nominètur. Ibid. col.
2. Abbates quibus definitio, quæ est à iu-
ribus desumpta ad aptatur præcedunt lo-
co, omnes alias dignitates Ecclesiæ Epif-
copali inferiores. Ibidem, Abbatialis dig-
nitas (illa, scilicet, quam assignant iura, &
cui locus post Episcopum assignatur) no-

berem debet habere cõditiones. Ibid. p. 372
c. 2. B. Abbatialem dignitatem participat
omnes Prælati Supremi in vno quoque
Monasterio, quod Abbatiale sit indepen-
dens ab alio, quantumuis exiguum conti-
neat numerum Monachorum. Ibid.

Abbatissa.

Abbatissa à (quæ est quæcumque Præla-
ta sceminarum) potest irritare vota subdi-
tarum, ad quod sufficit potestas æcono-
mica, & patria (quarum est capax) non ve-
rò potest dispensare cum non sit capax po-
testatis Ecclesiasticæ, quæ ad id requiritur
p. 1. pag. 66. c. 2. A.

Absolutio Vide. dispensatio.

Absolutio à violatione voti Papæ re-
seruati; non est ipsi reseruata, 1. p. pag. 52
c. 1. A.

Absoluere omnes subditos Regula-
res, possunt Abbates S. Benedicti ab om-
nibus peccatis, & censuris quantumuis re-
seruatis, de quibus potest Episcopus suos,
& ab homicidio etiam voluntario oculis,
sic quod non possit probari, p. 1. pag. 320
& 325.

*Apostata. Vide Fugitiuus, habitus defertor,
Religio, Professio.*

Apostata est (absolute loquendo) de-
fertor Religionis susceptæ; & loquendo
de Apostata in professione Religiosa,
additur, voluntate, & animo viuendi ex-
tra Monasterium, p. 1. pag. 102. c. 2. Apo-
stata, & fugitiuus habent se sicut excedès,

Index Rerum

& excessum, in malicia, & poenis in iure impositis, p. 104. c. 1. D. E. Apostata etiam retento habitu excommunicatur, & addit supra fugitium contumaciam. Ibidem.

Apostatam emendatam admissum, & absolutum nulla iura prohibent communia admitti posse ad officia, & dignitates Religionis, p. 105. c. 1. A.

Acusatio Acusator. Vide Denuntiatio. Iudicium. Delictum.

Acusatio pars essentialis iudicij differt à Denuntiatione iuridica, quia ad probationem obligat acusantem, & quod nocuum proprium resarciri intendit, p. 1. p. 225. c. 1. D.

Acusatio convenit cum Denuntiatione, quod utraque fit ante prælatum, ut per iudicalem, & Politicam potestatem, & non per patriam procedat. Ibid. Acusatio intendit bonum proprium resarcire. Obligat ad probationem, & priuat a u antemâ: stificando. In quibus omnibus differt à denuntiatione iuridica, & multo magis ab Evangelica. Ibid. Acusatio est obligatoria aliquando etiam pro iniuria illata ipsi, de quibus delictis, & quando cum periculo graui, p. 227. & 28. verbo, *delictum*. Acusanda est sub pec. M. (etiam secluso præcepto) ignauia Prælati (fraternaliter correpta) & non emendata ex qua sequitur, manifesta obseruantia relaxatio, p. 229. c. 2. D.

Actus humani.

Actus humanus omnis imparciali, in opinione D. Tho. (& magis probabili) non potest esse indifferens, sed necessario est bonus, vel malus, licet non interueniat contemptus, p. 1. p. 192. & 197. c. 2.

Accessoria potestas. Vide potestas. Ordinaria. Delegata. Arbitraria.

Accessoria potestas, est quæ alicui accidit, & prouenit, non à dignitate qua pollet, seu officio, nec à Principe, seu Prælato, iudice uè ordinario delegante: sed ab aliquibus, qui se ipsos alicui tradunt gubernandos. Vt Religiosi, p. 2. T. 2. p. 55. c. 1. & 2.

Accessoria potestas quam vocant ar-

bitariam, est, quæ alicui competit ex uoluntate compromittentium, & pro iudicis compromissarij arbitrio, litem defini-ri eligunt. Ibidem.

Administratio. Vide paupertas, Religiosus. Dominium.

Administratio est ius quo quis potest apud iudicem agere, & conuenire aliqui, èdere aliqua, & de illa statuere extra iudicium, ita ut sit libera, & legitima potestas, siue facultas agendi, p. 1. p. 237. col. 2. A.

Alienatio honorum Ecclesie, vel Monasterij. Vide Donatio.

Alienatio est actio qua transfertur dominium rei, quæ alienatur, 2. p. T. ultim. p. 19. col. 1. A. Alienatio pro rebus Ecclesie prohibita, latissimè summitur. Ibidem, B. Alienare rem Ecclesiasticam immobilem, seu mobilem præciosam, quæ seruando seruari potest, est concedere ipsam in hypotheam, seu pignus absque eo, quod interueniat translatio dominij. Ibidem, C. Alienare est imponere seruitutem Ecclesie eius capitulo, seu Monasterio, subiiciendo libertatem Ecclesie, seu personarum ad aliquod subsidiale officium, quod debeant personæ extraneæ. Ibidem, E. Lex prohibitiua alienationum rerum Ecclesie, est (absoluto loquendo) favorabilis, ac proinde extendenda ad alienationes late sumptas quales sunt istæ. Ibidem, c. 2. A. Concedere in Emphyteusim immobilia, vel mobilia præciosa, quæ seruando seruari possunt, vendere donare, vel aliter transferre, sine solemnitatibus, & causa subditur poenis in iure statutis contra alienantes, c. 1. 2. p. T. ult. p. 19. c. 1. D. & p. 26. c. 1. B. Alienatio iuris ad rem quæ aliquis donat Monasterio, vel Ecclesie, repudiando donationem, non est uerè, & proprie alienatio cum rei non acquisitæ, & possessæ non transferatur dominium, est tamen actio iniuræ, & inualida, Ibid. p. 27. c. 2. E. Vendere locum præhementiorem (ut talis est) non ut est sepultura, nec terra deputata ad sepulturam, (quæ quidem præhementia præcio æstimabilis est) non est Simoni, sed alienatio, & subiecta poenis si fiat, sine causa, & solemnitatibus. Ibid. p. 30. c. 1. A. Alienatio est concedere Ecclesiam, vel Monasterium

Notabilium.

rium alicui extraneo ius patronatus. Ibi. p. 32. c. 1. C. Alienatio iuris patronatus si fiat cum causa, & solemnitatibus iuris licita est. Ibidem. Plura debent attendi, ut ius Patronatus Ecclesie, vel Monasterij alicui concedatur. Ibid. p. 33. c. 1. & seqq. Alienationes rerum mobilium, nec practiofarum, sine crimine fiunt. Ibid. p. 27. Alienatio licita tres debet habere conditiones prima a sensu Episcopi, vel Abbatis cui plene subest Ecclesia, vel Monasterium: secunda, quod precesserint capituli tractatus tres, vel saltem vnus, idest, conferentia, & consultatio de expedientia, tertia est consensus capituli, & subscriptio, p. 23. c. 2. A.

Alienationis licite cause, quæ ex iure constant, sunt. Prima necessitas, ut si insistent creditores. Secunda utilitas, ut si ex tali alienatione maius bonum Ecclesie, ac crescat. Tertia pietas, ut si pro extrema aliqua leuanda necessitate vasa sacra distrahantur, p. 2. T. vlt. p. 23. c. 1. & 2.

Alienare est locare ultra terminum iure permissum bona Monasterij quamuis pro exiguo tempore. Ibid. p. 22. C.

Alienantium Monasterij bona, iura, iurisdictiones, libertatem admitendo per Patronatum admittunt obsequia exhibenda Patronis sine causa, & solemnitatibus contra Prælatos, & capitulares. Ibid. p. 19. c. 1. & p. 20. c. 2. D.

Ære alieno oppressus.

Ære alieno oppressus in Religione admitti potest, si illi sit impossibile (venditis omnibus bonis) satisfacere: at si arte, aut officio poleat quo solutionem possit comparare cum habitus decetia, faciat, & permittat Prælatos, & sibi imputet admisisse, p. 1. p. 81. c. 1. Oppressus sic, & adhuc ligatus simplici voto Religionis, credens probabiliter posse soluere differat executionem voti, quia hoc est opus consilij illud præcepti. Ibid.

Ære alieno oppressum, & aliter quam iure seruitutis sibi traditum, impotentem ad soluendum voti Religionis simplicis impletionem impedit creditur impie, p. 32. c. 1.

Amentes, & fatui.

Amentes, & fatui, non emittunt votum validum ob defectum, perfectæ deliberationis, 1. p. pag. 49. c. 1. C.

Antiochus Monachus.

Antiochus Monachus tribuit eximiam

castitati B. Theophroni Doctoris, & Antistitis Toletani fuisse à SS. Virgine eximijis laboribus decoratum, & B. Greg. Nazianzenum, adhuc gentilem, ab ipsa, & Euang. Ioanne in fide instructum, 1. p. p. 347. c. 1. & D.

Aod.

Aod Ambidexter duos gladios duabus manibus dextra, & sinistra exercebat in Epistola propè finem.

Attentio. Vide hoc a Canonica.

Attentio, quæ est actus intellectus, sicut intentio voluntatis, triplex assignatur ab Auctoribus, circa verba, circa sensum, circa eum cum quo loquimur, & alias vide attentionis differentias, p. 1. p. 211. C. D. Sine attentione sicut sine intentione, non constituitur, nec completur actus humanus, nec fit satis obligationi recitandi horas. Ibid.

Archiepiscopus.

Archiepiscopus Princeps Episcoporum habet dignitatem Episcopalem non distinctam ab illa quam habent Episcopi, cum habeat quicumque Archiepiscopus specialem Diocesim in qua plene, & perfecte Episcopale munus exerceat, p. 2. T. 1. p. 26. c. Archiepiscopus ex dispositione iuris potest supleno negligenciam suffraganei Episcopi in ipsius Diocesi plurimamuniam Episcopalia exercere. Ibid. Etiam in visitatione Diocesum suffraganeorum Episcoporum, nullomodo est Episcopus in illis, nec ultra propriam, & specialem Diocesim habet ordinariam potestatem Ecclesiasticam Diocesanam. Ibid. Habet precedere Archiepiscopus in omni loco (etiam extra Prouinciam) omnes Episcopos suæ Metropolis, & omnes alios; sed si reperiatur extra propriam Prouinciam in Diocesi alicuius Episcopi quem nullatenus præcedet. Ibid. c. 2. Archiepiscopus in prima instantia non se potest ingerere in causis, quæ coram suffraganeos agitantur: Nec admittere appellationes præter in quinque casibus contentis in Bulla Greg. 13. Ibid. c. 2. D.

Arbitri indices, seu Arbitraria potestas. Vide de Accessoria potestas.

Arbitraria potestas est, quæ alicui (aliàs priuatæ personæ) aduenit accessorie eo solum, quod aliquæ partes molestij litijs dilationibus, & ambagibus fractæ aliquè arbitrium iudicem eligunt, p. 2. T. 2. p. 55. c. 2. B.

Index Rerum

Archidiaconus. Vide verbo. Dignitas capitulum.

Archidiaconus habet in aliquibus Diocesis præscriptam quandam à iure, & Conciliis potestatem Ecclesiasticam, non quidem ordinariam, nec quasi Episcopalem, sed solum ad visitandam suam districtum, cum limitationibus, remittendi causas Vicario, visitare, ex licentia Episcopi, accipere de cuius manu Notarium, P. 2. T. 2. p. 30.

Archidiaconatus Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegialis est Dignitas secundi Ordinis, 2 p. T. 1. p. 32. c. 1. Archidiaconalem Dignitatem habent unitam, suæ Dignitati Abbatiali aliqui Abbates Canonici, qui scilicet, sunt Prælati pleno iure Monachorum, sed cum ista Abbatialis dignitas sit primi ordinis pœnes hanc reputantur, Ibidem, p. 31. c. 1. B.

Archidiaconi Dignitas in sua Diocesi, constituit Archidiaconum Principem Diaconorum, P. 2. T. 1. p. 30. c. 2. C. D. Habet legere Euangelium cum Episcopo celebrante solemniter. Ibidem. Habet potestatem corrigendi (præter in arduis) subditos Episcopi. Ibidem. Habet nominare Archipresbiterum Ciuitatensem, vel ruralem. Ibidem.

Attributa diuina.

Attributa diuina, per quæ magis diuina nobis bonitas innotescit, sunt tria. Bonitas, Potentia, & sapientia, p. 2. T. 1. p. 5. c. 1. A. B. Attributa ista sunt fundamenta honoris increaturis, ita, ut quæ magis alicuius, plurium, vel omnium horum participet, eo sit dignior cultu, & honore. Ibidem.

B.

S. P. Benedictus.

Sanctum Benedictum, fontem Monachatus, qui à mille Annis in Ecclesia viget a seruire Pontifices, quorum sunt verba, quod sicut de Paradisi fonte de Benedicti rector Monasticus ordo manauit, 2. P. T. 1. p. 17. c. 1. A. B. Et p. 17. c. 1. & 2. Fuit Sacerdos, p. 39. c. 1. & 2. Officiū Diuinum, & horas Canonicas in sua regula concinuit, quæ Ecclesia semper cū ueneratione approbat. Ipsum iura in admittendis ad Sacerdotium ipsius Monachis (& pluribus dogmatibus) institutorē al-

micum prædicarunt. Ibid. p. 7. col. 1. & 2.

Benedictio.

Benedictiones, quæ in Ecclesia, & iuribus reperiuntur, quædam sunt (quas uocant) Præbiterales, quas nullus, non Sacerdos potest conferre: aliæ sunt communes quas omnes (imò & utriusque sexus personæ) ex deuotionis affectu indiscriminatè conferunt, p. 2. T. 1. p. 37. c. 2. D. Benedicere est Abbatis munus, quia Benedictione instituitur. Abbas. Ibidem.

Beneficium Ecclesiasticum. Vide hora Canonica.

Beneficium habens ad recitationem horarum teneri non ex obligatione iustitiæ, sed solum obedientiæ, quia id Ecclesia, & iura iniungunt, est aliquorum opinio, p. 1. p. 215. c. 1. Beneficij fructus, & redditus dari, ut commensalibus Christi Beneficiatis, qui ex Christi patrimonio habent sustentari, fuit opinio Panormitani, p. 217. c. 2. Beneficij fructus pertinere Beneficiatis (scilicet secundario) propter recitationem horarum est siluestri opinio, & uerior, & primario pro administratione, p. 215. Beneficiatus prohoris (quas ex iustitia debuit) non recitatis, satisfactionem, & restitutionem debet, cū hac attentione, & moderatione, quod fructuum valor, primo administrationi, & secundario horarum recitationi accommodetur, & proportionaliter singulis horis, Ibidem.

Beneficium, quod habet, qui Habentem Religionis assumit; non hæreditat Monasterium, nec alteri potest conferri, antequam professionem solemnè emittat possessor, p. 1. p. 166. c. 1. & 2. Beneficium, quod legitimè renunciat Nouitius, si in illo exiguo spatio animo mutato profiteri renuat, Beneficium amittit, & suæ imputet leuitari. Ibidem. c. 2. Beneficiū iuris patronatus laicorū, potest donare Monasterio, ex cōsensu Patroni Episcopus, sibi reseruando institutionem, & uisitationem, p. 280. c. 1. B.

Bonum hominis, seu bona temporalia. Vide hereditas. Testamentum, Renunciatio, Donatio, Legatum, Paupertatis uotum Monasterij.

Bona

Notabilium.

Bona hominis sunt in triplici differentia animæ Bona, V. G. voluntas, per quam vititur homo potencijs, habitibus, & rebus, & hoc bonum per votum obedientiæ offertur. Bona corporis, obiecta delectabilia, & quæ ad corpus spectant. Bona exteriora, 1. diuitiæ, 1. p. pag. 2. col. 2. C. Bona Feudalia, Maioratus, seu quæ grauamen incompatibile cum statu Religioso exigunt, non hæreditat Monasterium, pag. 172. col. 2. Bona Enphiteutica dicuntur, Hispanè. Foros, vitas, & à verbo greco Enphiteosis, id est meliorando, quia eo fine, vt meliorentur dantur ij sunt inculti montes fundi, terræ hæreditates, pag. 174. col. 1. A. Bona temporalia externa, alia immobilia, quæ Hispanè dicuntur *bienes rayzes*, quia firmum habent in terra fundamentum, vt domus, vineæ oliueta, & alia mobilia, vt equus, mula, vestes, supellectilia, part. 2. T. vltim. p. 19. col. 2. p. 19.

Bona Ecclesia, seu Monasterij. Vide Alienatio Prælati.

Bona comunitatis a sumens Religiosus consumenda vsu, donanda, seu distrahenda sine licentia, committit furtum, & non directè contra paupertatem facit, nullo autè modo peccabit si ijs euidenter egeat, part. 1. pag. 285. col. 2. A. Bonorum Monasterij non potest Prælati (& multominus ministri donare) aliquid extraneis, nisi si resultet in vtilitatem comunitatis, aut ex voluntate ipsius, p. 259. vsque ad 265. 39. Bonorum Monasterij distributio incumbit ipsi, & ipsius nomine Prælati. Ibid.

Bona quæ Religiosus quomodocumque acquirit, Monasterio acquirit, pag. 266. col. 1. A. Bona Monasterij insulentationem, & vsus necessarios, & consuetos, in primo loco, & 2. in extraordinarios vtilis comunitati debet expendere Prælati, vt si ministro Reipublicæ, vel simili benefactori aliquid ingraticationem largiatur, pag. 268. col. 2. B. Non poterit Prælati, nec æconomus grauare prohibito bona Monasterij, sumendo ad vsus proprios ex supellectilibus Monasterij, sibi vel aliteri deplicatas vestes, aut quid simile, pag. 270. col. 1. A.

Bona externâ mobilia alia prætiola, quæ seruando seruari possunt, vt vasa aurea, vel argentea ornamenta Ecclesiæ prætiola, quæ raro induuntur. Greges ouium aut aliorum animalium, & alia non seruabilia, vt cotidianæ vestes pecuniæ, mularies vel capra exgrege, p. 2. T. vlt. p. 20. c. 1.

Bona fides. Vide Dominium. Possessio. Prescriptio.

Bona fides est tranquilla conscientia, quæ continuatur toto tempore constituto per leges ad præscribendum, existimante illo, qui possidet esse se verum Dominum, p. 1. p. 237. c. 2. D.

Bulla Pontificum.

Bullâ Eugenij, III. sinistre interpretaretur, qui vim obligandi præceptorum, & censurarum quæ à Prælati, & Religione expediuntur, per ipsam Bullam enervari affirmaret, cum solum demandatis, & correctionibus loquatur, p. 1. pag. 204. c. 1. A.

C.

Canonicus.

Canonicus quamuis scorsim non habeat Ecclesiasticam Dignitatem, ratione officij præcedit Præbiterum regularem, & secularem, 2. p. T. 1. p. 37. column. 2. D.

Canonicus, à Synodo institutus, aut deputatus, ad exequendum, nomine ipsius, litteras Apostolicas, est Ecclesiæ dignitas, & primi ordinis; & venit intelligendus in litteris quando dicunt debere executioni mandari per personam in Ecclesiæ dignitate constitutam, 2. p. T. 1. p. 32. c. 1.

Canonicus singularis quantumlibet nobilissimæ Cathedralis membrum non est Ecclesiastica dignitas, nec primi, nec secundi Ordinis, c. 2. D.

Romana Ecclesia Cardinales. Vide dignitas, officium Episcopus.

Cardinales Romanæ Ecclesiæ, æquiparantur

Index Rerum

parantur Regibus, 2. p. T. 1. p. 22. c. 2. D. præcedunt (quamvis Episcopi non sint) omnes Patriarchas supernumerarios. Primates. Archiepiscopos, & Episcopos. Ibidem. Iudicant totum orbem cum Papa, cuius dicuntur filij legitimi, & habere maius officium quam Episcopi. Ibidem. Faciunt unum copus cum Papa, & quamvis non habeant dignitatem Ecclesiasticam, sed officium, propter huius excellentiam excedunt omnes numeratas dignitates. Ibidem. Non portant Rochetum discoopertum in conspectu Papæ, nec ante illos Episcopi. Ibidem.

Capitulum. Vide verbo Episcopus obedientia. Abbas. Præceptum.

Capitula generalia, & Prævincialia, sicut & Prælati Generales, Abbates, & Prævinciales possunt præcipere, sub mortali, p. 1. p. 192. c. 2. D.

Capitula Cathedralium, vel collegiatarum nobilium ubique collegialiter reperiantur, sunt dignitates primi ordinis. Ibidem.

Capitulum, & ipsius dignitatem, & honorem, quando congregatum collegialiter reperitur, representant due ultimæ personæ ipsius, quæ Episcopo locum obtinent immediatum, quem dimittere non licet, & quantumlibet dignus, solum sequentem locum, prudenter potest admittere. Ibidem. In capitulis Monasteriorum; quorum Prælati sunt dignitates primi ordinis, quia sunt Abbates, cum plena Abbatiali potestate, ipsa dignitas primi ordinis reperitur & idem seruandum. Ibidem.

Castitas. Vide Virginitas. Votum.

Castitas eximia virtus est, & ipsius votum offert Deo præcipua bona delectabilia corporis, 1. p. p. 347. c. 1. B. Castitas, Beatum Illephonsum, B. Gregorium Nazianzenum, eximijs laboribus à SS. Virgine, & S. Euangelista Ioanne, fecit decorari. Ibidem. Castitatis votum cum alijs duobus constituit. Religionis essentiam, & ingenuam seruitutem, p. 347. c. 2. E. Castitatis votum constituit Religiosum fortiori vinculo seruum, quam ciuile, seu legalis seruitus mancipium quodcumque, aut seruum, p. 348. c. 1. A.

Castitas preferitur coniugio. Vnde de illa (utpote) de maiori bono potest, emitte votum, contra hæreticos huius temporis, p. 348. c. 2. B. C.

Clausura. Vide Monialis Votum. Monasterium.

Clausuram cum speciali rigore vouent Benedictini congregationis Hispaniarum, & admittit, quod sit votum prout est in vsu, p. 1. p. 313. c. 1.

Clausuræ votum quantum ad exeundum de Monasterio, legitimus quicumque superior Monasterij supremus dispensat, & quicumque alius ex delegatione, p. 314. c. 1. D.

Clamorosa insinuatio.

Clamorosa insinuatio, seu (quæ idem sunt) Rumor, seu publica fama de aliquo delicto, est frequens vox hominum probatorum, quæ hominem reddit rationabiliter suspectum de tali delicto, p. 1. p. 223. c. 1. A.

Culpa lata, leuis, & leuissima.

Culpa huiusmodi solum dicit culpabilem negligentiam, sine malitia in depositario deperdente de positum, vel alio Ministro V. S. p. 2. T. p. n. vlt. p. 13. c. 1. D.

Culpæ, seu negligentia huiusmodi, quomodo sint deuiationes à debita reuerentia, seu solitudine debita. Ibidem.

Coniux. Vide Matrimonium Votum. Religio. Irritatio. Vxor.

Coniux uterque ex mutuo consensu potest valide vouere Religionem, & profiteri, p. 1. p. 83. c. 1. A. Sed ab altero non debet executioni mandari, nec ab Episcopo permitti, si alter simul non voueat continentiam perpetuam, & simul si iniueni ligetate sit in monasterio recludatur, alias votum vnius ex coniugibus infirmum est & semper ab altero irritabile. Ibidem. Coniuge, sciente, non aprobanre, nec irritante, aut contradicente votum Religionis alterius, mortuo qui non irritauit manet ligatus, qui vouit. Ibidem. c. 2. C.

Correctio fraterna.

Correctio fraterna absolute loquendo obligat sub mortali, p. 1. p. 230. c. 1. A. Correctionis, & denuntiationis iuridice fines sunt diuersi. Vnde morte damnatum ex tua denuntiatione ad publicam vindictam; teneris (si speres contereendum) fraternaliter corrigere. Ibidem. Correctionem hanc in crimine hæresis, non debere præcedere denuntiationem iuridicam præcipiunt Domini inquisitors, p. 1. p. 231.

Contemptus.

Contemptus triplex assignatur, & consistit in reuolendo subijci legi, ut talis est,

Notabilium.

part. 1. pag. 4. col. 2. B.

Circumstantia Vide peccatum.

Circumstantias quantumcumque peccatum agrauantes, dum speciem non mutent, non esse de necessitate in confessione explicandas aliquorum opinio; probabilior contraria, p. 1. p. 214. c. 1. A.

Consilia Euangelica. Vide Professo. Religiosa.

Consilia Euangelica non tenetur seruare Religiosus præter illa, quæ vouit, 1. p. pag. 4. c. 2. B. Non peccabit Religiosus illa non seruando. Ibid. Quamuis firmiter proponat Religiosus non seruare consilia aliqua Euangelica præter contenta in votis. V. G. de non benefaciendo inimicis, non peccat, dummodo absit contemptus. Ibid.

D.

Deliberatio.

Deliberatio est illud iudicium de expedientia rei, quæ intellectui obijcitur consideranda, à voluntate approbatum, 1. p. pag. 19. c. 1. & 2.

Deliberatio sufficiens ad constituendum actum humanum, id est, liberum, & quæ ad peccandum mortaliter sufficeret, sufficit ad validitatem voti, p. 32. col. 1. E.

Deliberatio, que appellatur actus primo secundus, quæ sufficit ad peccandum venialiter non sufficit ad validitatem voti. Ibid. c. 2. E.

Degradatio. Vide poena Ecclesiastica. Character.

Degradatio est poena Ecclesiastica, & Canonica, priuans, seu impediens usum legitimum ordinis illius à quo priuatur, p. 1. p. 349. c. 1. B. Degradatio non annullat, nec tollit characterem, cum hic sit qualitas animæ indelebilis, sed licitum usum illius. Vnde Episcopus, vel Sacerdos degradati, valide, sed cum graui peccato. Hic cōsecraret Oſtiam ille ordinaret. Ibid. Degradatum non liberari ab Officio Diuino probabilius. Ibid.

Dispensatio.

Dispensatio, quæ est Relaxatio iuris ex sufficienti causa per potestatem habentem, potest fieri, cum subditis regularibus in votis Papæ non reseruatis, per Prælatum, & hoc iure comuni. Non in votis nouitiorum, quia hoc pertinet Diocesano,

p. 1. pag. 70. & 71. c. 12. Non possunt Patrochi in votis Paracianorum dispensare, p. 70. c. 2. A.

Dispensare cum subditis regularibus possunt Prælati Religionum, in irregularitatibus, poenis Ecclesiasticis, vt suspensionibus priuationibus, & inhabilitatibus de quibus Episcopus cum suis, p. 1. p. 327. c. 1. A.

S. P. Dominicus de Guzman, nobilissima familia, Prædicatorum institutor.

Sanctum Dominicum de Silos, S. P. N. Benedicti Monachum D. Iuana de Guzman confidenter, & deuote exorans (col m infecunda) sanctissimum P. Dominicum Prædicatorum Patriarcham in petrauit, in totius Ecclesiæ bonum, 1. p. T. 1. p. 18. c. 1. A. Sanctissimum Dominicum de Guzman eximium luminare Ecclesiæ debet, & ipsa Benedictinæ familiæ, & huic ipsius alumno Ibidem.

Donatio. Vide Renuntiatio. Testamentum. Hereditas. Bona.

Donatio est actus liberalitatis virtutis & non iustitiæ, aut gratitudinis, diffinitur quod sit datio liberalis, id est, non intuitu debiti aliquo modo, ex D. Th. 1. p. pag. 277. c. 1. E. Donatio, vel remissio debiti. Ex timore incuso libertatem tollente, non transfert Dominium. Ibidem, c. 2. B. Donatum, vel remissum sic, clam, caute, & sine scandalo recuperare, vel retinere nullum peccatum est. Ibidem. Si talis donatio fuerit iurata, securum est (si conmode fieri potest) relaxationem iuramenti impetrare. Ibidem. Donatio imprudens, & prodiga, vt si pater donet familiæ sustentationi necessaria non est valida, caute rescindatur. Ibidem, & 278. c. 1. D. Donatio libera, prodiga, & inualida non dicitur quando pro eximia obedientia, obsequioso famulatu (maximè si in bonum totius familiæ redundet) donare aliquid alicui præ alijs filijs parentem, p. 278. c. 1. B. Et idem si pater causa egritudinis filij, vel intramite honoris, consequendi Cathedram, vel dignitatem, valoris bona expendat pater pro vno filio, dum familiæ sustentationi & conseruationi non noceat, inique contradicent filij reliqui. Ibid. Donare non possunt qui dominium rerum, quod in alterum transferant non habent, vt sunt Religiosi, serui, aut filij sub patria potestate, p. 1. p. 279. c. 2. C. Donationes liberas (prudentes quidem, & honestas) quas ex-

Index Rerum

peculij suis Reginae. Ducissae, & tales generosissimae socerinae faciunt, sicut & licitas expensas, non possunt viri impedire. Ibid.

Donare possunt Episcopi, pro rationabili libito citra decimam partem redditu, sed ultra ex consensu capituli: quae non militant in gratificatione, p. 280. c. 1. B. Donationes regularium (quae verè tales sint, & non remunerationes, praeter prohibitiones iurium, prohibuit denuo per specialè constitutionem, Clem. PP. VIII p. 280. c. 2. Donando quantitatem considerabilem frangunt regulares paupertatis votum. Ibid. Donandi licentiam cum omni circumspeccione concedat Praelati circumstantiarum donantis, & recipientis, quantitatis, & aliarum, p. 276. c. 2. Donationem alicuius momenti non potest accipere Religiosus, sine licentia, & intentione incorporand Monasterio, p. 286. c. 1.

Delictum. Vide peccatum. Scandalum. Praelatus. Denuntiatio. Acusatio iudex.

Delicta de quibus est in populo, infamia aut clamorosa insinuatio, non praesumuntur latere iudicem, quia nisi ad sit negligentia moraliter loquendo est impossibile, p. 1. p. 229. c. 1. A. De huiusmodi delictis, si sint contra bonum commune, sine acsatore, vel denunciatore tenetur iudex instituere iudicium sub mortali. Ibidem. In talibus delictis ferè nunquam satis fit bono communi si puniantur priuatae, & non publice. Ibid. Ad punitionem, quorumcumque delictorum non potest iudex procedere ex priuata noticia. Ibi. c. 1. C. Iudex, qui potest testibus probare delictum commissum contra propriam ipsius personam, & bona, potest punire: & si resultauit, scandalum, vel alias delictum sit in damnum Reipublicae tenetur, sub mortali. Ibid. Delictum considerari potest multipliciter in ordine ad obligationem acsandi, vel denunciandi. p. 227. c. 1. D. Delictum contra bonum commune (imò & contra particulare) si sit inferi, & possit probari testibus tenemur sub M. acsare, vel denunciare. Ibid. Delictum iam perpetratum, & emendatum, licet sit publicum, si aliter possit vitari scandalum, non tenemur denūciare nec acsare, nisi supra id sit impositum praecipuum, quale est, quod expediunt D. D. Inquisitores. Ibidem.

Delictum ex proprio damne tenetur, sub mort. acsare persona tam spectabilis in Republica, quod ex illius impunitone sequatur scandalum. Ibid. Delictum graue de quo est infamia, & iudex ex ignauia, aut pusillanimitate nō vult cognoscere ex clamorosa insinuatione sibi nota, & ex denuntiatione iuridica ante ipsum facta tenemur acsare. Ibid. Delicta sic publica scandalosa sic sunt, & pernicioza in Republica, vt de damno ex illis resultante Republicae, vix aut nunquam satisfiat, sine publica punitione, p. 129. c. 1. B. Delictum diuiditur primo in illis quae priuata dicuntur, idest, contra priuatam, seu particularem personam, & in illis, quae dicuntur publica, quia sunt contra bonum publicum, comunitatem, seu Principem, p. 222. c. 1. A. B. Delictum item diuiditur in publicum, vt distinguitur à secreto. Ibi. c. 2. A. Delictum secretum duplex aliud naturaliter secretum, vt actus mere interni, aliud moraliter secretum, quod quamuis constiterit in externo actu, non venit in aliquorum noticiam, ac pro inde non pertinet ad iudicium exterius. Ibid. Delicta omnia, siue quae sunt contra bonum publicum, siue quae contra particulare, distinguuntur rursus, quod quaedam considerantur pro vt inferi, alia vt in facto esse, in ordine ad obligationem impediendi damna per acsationem, aut denuntiationem iuridicam. Ibid.

Denuntiatio. Vide iudicium. Acusatio. Correctio fraterna.

Denuntiatio iuridica, quae est pars iudicij, & expræcipuis, fit de delicto, quod probari potest testibus, vel instrumenti, & debet fieri ante iudicem, seu Praelatum, vt talem quidem, non vt apud patrem, p. 1. p. 225. c. 1. A. Denunciatio sic potest esse testis, in quo differt ab acsatore. Ibid.

Denuntiatio Euangelica non est pars iudicij, sed qua priuata, suggeritur Praelato vt patri non, vt iudici delictum proximi pro ipsius correctione, & non praepublicae vindicta, sequitur fraternam correctionem. Ibid.

Denuntiatio iuridica inuenta, & exco gitata est, vt non manerent impunita delicta illa, quae nullus acsaret ob delictum testium, quibus probari posset. Ibi.

Notabilium.

Dominium, Proprietas. Vide Paupertas.

Dominium, seu proprietas, est, ius perfectum statuendi libere de re corporali, nisi fuerit lege prohibitum, p. 1. p. 237. c. 2. A.

Depositum Depositarium. Vide Mutuum, Paupertas, Religiosus.

Depositum includit contractum non transferentem dominium rei, & cum fiat in utilitatem deponentis, & non depositarii (in quo differt à mutuo) solum tenetur depositarius (si pereat) ex dolo, & lata culpa, p. 2. T. penult. p. 13. c. 1. C. Depositi contractus differt à contractibus venditi, & donati, qui transferunt Dominium rei. Ibid.

Dignitas. Vide verbo officium.

Dignitatis nomen, apud Retores, Iuristas, & Theologos diuersum, æquiuocè significat, & est idem, quod autoritas alicuius honesta, cuius, verècundia, & honore digna, p. 2. T. 1. p. 19. c. 2. C. Dignitas sic latè sumpta includit honorabiles, & venerandos quoscunque status etiam laicos, & est idem, quod nobilitas, decor, seu amplitudo, quæ apud Principes profanos, & aulicos reperitur. Ibid. p. 20. c. 1. A. Dignitas Ecclesiastica de qua loquimur ex iuribus, & auctoribus est in Ecclesia potestas & facultas gubernandi, & ad ministrandi cum iure præcedendi loco, & honoribus. Ibid. B. C. Dignitates vocantur sepius cum latitudine plura officia, & personæ, vt Parrochi, Canonici Prælati in Sacris Ordinibus mendicantibus. Ibid. col. 2. per totam. Dignitas dicitur cum hac latitudine officiam, seu præheminentia, aut titulus, sine administratione, & aliquando cum aliquo ministerio, & dicitur honoraria, vt officium Definitoris in aliquibus Religionibus voluntarij. Ibidem. Dignitas cū proprietate dicta, diuiditur in dignitatem primi Ordinis, qualis est, quæ habet capitulum, cui plenè, & cum potestate ordinaria presidet, vt Episcopus, & Abbas, & in 2. Ordinis Dignitatem, qualis est Decani, Archidiaconi, Thesaurarij in capitulis Cathedraliū, & Collegiatarum, qui habent officium, aliquale potestatem, & præheminentiam, nō tamen capitulum. Ibidem. D. & pag. 32. c. 1. per totam.

Dignitas prima Ecclesiæ est Summi Pontificatus, est enim Summus Pontifex vniuersalis Pater, pastor, & maximus Episcoporum, in cuius præcedentis dignitatis testimonium debet osculari in pede, P. 2. T. 1. p. 21. c. 1. C. Dignitas cædit loco officio, quando hoc est sublimè in Ecclesia, quale est Cardinalium officium, iudicandi (nempe) orbem cum Papa, ut assidet, & cuius membra in officio iudicandi, & gubernandi orbem, sunt p. 23. c. 1. B. C.

E.

Ecclesia.

Ecclesiæ, quæ dicitur fidelium cæcus, & diuiditur in triumphantem, & militantem, ista militans, & terrena diuiditur in duos status Ecclesiasticum, & laicum, & uterque in secularem, & regularem, p. 1. p. 6. c. 1. A.

Ecclesiasticos Prælatos, qui cedunt loco principibus, & dominis temporalibus & laicis repræhendit seuerè Concilium Tridentinum, p. 2. T. 1. p. 3. c. 1. B.

Electio. Vide verbo Prælati.

Electio in qua ius naturale seruatur, id est, constans electorum consensus, est valida, quamuis omisa fuerit solemnitas aliqua iuris positiuæ, P. 2. T. vlt. p. 27. c. 2. A. B. Electionum solemnitates introduxit ius positiuum ob vitandas fraudes, & deceptiones. Ibidem. Solemnitatum violatio non est attendenda (quia ipsarū obligatio cessat) quando de consensu capituli libero manifestè constat, sic ex Innocentio, Panormitano, Siluest. & Butrio. Ibidem.

Ecclesiasticus status, seu Brachium.

Ecclesiasticus status comparatur Soli, & diei, & profanus, siue laicus status Lunæ, & Nocti ex mente Pontificis. P. 2. T. 1. p. 6. c. 2. C. Præcedere debet semper persona Ecclesiastica, personam laicam, si sint cætera paria. Et si laica alijs maxime excedat vitetur concursus. Ibidem.

Exemptio. Vide Religiosus immunitas, Clericus, Priuilegium, Gauelis, Pedagogum.

Exemptionem à soluendis Gauelis, & priuilegium fori, deperdit Religiosus, & Clericus in Sacris, qui per se exercet negotiationem strictè sumptam, p. 2. T. penultimo, p. 8. c. 1. C. D.

Index Rerum

Eiectus Vide Apostata. Fugitiuus. Religio.

Eiectus à Religione per legitimam sententiam nullitatis, profectio nis liberatur à votorum essentialium obligatione, nisi aliàs, voto simplici existat adstrictus, 1. p. pag. 46. c. 2.

Eiectus per corruptos mores tenetur per emendationem vitæ, satagere iterum recipi, & aliter non existit inconscientia securus Ibid. c. 2. B. Huiusmodi non manet liber à voto castitatis: & quali obedientia, & Paupertate adstringantur. Ibidem.

Eiectus dicitur, qui ob culpam dimittitur, p. 102. c. 2. A. Eijci solum propter incorregibilitatem potest Religiosus, ex iure communi. Ex particulari Religionum propter plura, p. 117. c. 1. B. Eijciendi potestas residet pœnes Religionum prælatos, 1. p. pag. 116. c. 2. A. Non tenetur Monasterium ex iustitia præbere alimentata eiecto legitime. Ibid. E.

Eiectus iuste non acquirit Monasterio: Iecus qui iniuste, p. 119. c. 2. C. Si Monasterium non est capax bonorum acquirit Papæ, Ecclesie, vel Episcopo cui existis sit acquisitum ius ad bona vacantia, quæ mostrencos dicuntur, p. 120. c. 1. Pleno iure subduntur secularibus potestatibus, p. 121. Non gaudent privilegio fori Ecclesiastici, nisi aliàs per ordinationem habeant, p. 121. c. 1. & 2.

Episcopus Vide Prælatus, Potestas, Dignitas, Donatio Archiepiscopus.

Episcopi possunt votum simplex Religionis emittere, non tamen implere, sine Papæ licentia, p. 1. pag. 51. c. 1. A. B. Si tamen solemniter profiteantur valida est profectio, p. 1. pag. 85. c. 2. E.

Episcopus ex Religione assumptus, Episcopatu renunciato, ad Monasterium generi reddere, pium & probabile: probabilius non teneri, cum illū extraxerit consecratio, p. 95. c. 1. Episcopum sic reuerentem potest, sed non tenetur Prælatus Religionis admittere, p. 1. pag. 96. col. 1. A.

Episcopus Religiosus ad Monast. (vt dictum est) reuersus, vi directiux, non coerciux adstringitur. Ibid. Officia, & dignitates Religionis potest acceptare, & exercere, p. 97. c. 1. & 2.

Episcopum ex Religione assumptum habitum suæ Religionis debere retinere

probabilius; & pro ijs Annis 1642, maxime in vsu conseruando suarum Religionum habitus Archiepiscopos Cöpostolanos, ex insignibus familijs Dominicana, & Augustiniana, & Archiepiscopo Damasceni Regio confessario. Episcopo Valisoletano, & Segouienfi, ex Sancti Hieronimi, & Prædicatorum familijs, & alios plures cuius rei conscius Pontifex, & non impediens, aprobat & ipsius contrariam constitutionem non fuisse vbique receptam, p. 95. c. 1. & 2.

Episcoporum præcipnū munus est prædicare Euangelium, & docere populum, p. 97. c. 2. C.

Episcopali muneri aptiorem iuris cösuitum, quam Theologia professorè probabilis opinio; contraria probabilior, p. 98. c. 1. A.

Episcopatum acceptare, imò, & desiderare licitis medijs, ex affectu Deo amplius placendi Religiosum, seu secularem literatura, prudentia, gubernatione, maturitate, ac studiosis moribus præditum (quæ illi latere non possunt) laudabile. Ibid. c. 2.

Episcopatum oblatum laudabiliter ex affectu humilitatis, sanctissimi aliqui viri recusarunt alij itidem sanctissimi, ex affectu charitatis Dei, & proximi sine excusatione acceptarunt, p. 99. c. 1. & 2.

Episcopatu non redditur indignus, qui sic Episcopatū desiderat, nec si obditos fines ad pinguiorum redditum, Episcopatum promoueri cupiat peccat, pag. 100. c. 1. & 2. Nec vitiosus fines inter alios reputabitur in subiecto (vt dictum est) idoneo suorum indigentiam subleuare. Ibidem. Neque simul indigentiam propriam intendens subleuare peccabit, nec venialiter. Ibidem.

Episcopus.

Episcopi nomine veniunt sepè intelligendæ in iure omnes Ecclesie dignitates, à Summo Pontifice, vsque ad Abbatem inclusiua, 2. P. T. 1. p. 22. c. 2. A. Episcopalis dignitas est suprema (ex suo genere) dignitas, & potestas cui laici in causis, & rebus spiritualibus, & ad id concernentibus tenentur obedire, & in temporalibus quæ ad finem spirituales ordinantur, p. 27. col. 2. D. Episcopus est plene prælatus, & gubernator Clericorum, qui foro gaudent, cui sub M. tenentur obedire in omnibus, quæ ad statum cleri-

Notabilium.

clericalem pertinent, Officium Diuinum, morum probitatem. Ibid. Episcopalis muneris est, omnia spiritalia dirigere populo docere, causas iudicare Ecclesiasticas, quibus prohibere de pastoribus idoneis, Parochos, & Parochias visitare, ac punire, Clericos ordinare; Synodum celebrare, constitutiones, & leges Synodales ferre, & omnia qua potestatis iurisdictionis Ordinis, & gubernationis Ordinariae sunt exercere, p. 28. c. 1. A. Episcopus hostiensis propter excellentem, suae sedis pertinentem qualitatem consecrandi, scilicet, Papam, Coronandi Imperatorem, habet annexum Cardinalatus officium, & praecedit omnes Ecclesiae Dignitates, etiam quatuor Patriarchas, p. 21. c. 2. D. Episcoporum causas criminales solus Papa iudicat definitiue, & testes non minus quam viginti quinque sufficiunt, si causa inducat depositionem, 2. P. T. 1. p. 27. col. 1. D. Episcopus, seu contra ipsum causa leues criminales, & civiles in concilio Prouinciali, & a Metropolitana possunt cognosci. Ibid. D. Pro informationibus pro criminibus grauibas Episcoporum solum Episcopi possunt nominari, nec sine signatura propriae manus Pontificis possunt commissioem admittere. Ibid. c. 2. A. Episcopi de quantumuis atroci crimine accusati in iudicium vocati praeter quam in praesentia Papae, non debent stare, sed sedere, vt illustres viri. Ibid.

Episcopo cuiuscunque Ecclesiae extra suam Ecclesiam debetur locus, & praecedentia praesens, antiquiorem consecrationem, non per antiquitatem Ecclesiae, seu Sedis suae. Ibid. p. 28. c. 2. A. Episcopales Ecclesiae, quae habent tam excelsas, & sublimes qualitates, vt pro Archiepiscopalis reputentur, quales sunt ille, quae in sua Diocesi non habent superiorem aliquem Metropolitanum, sed ipsa Diocesis est pro tota Prouincia, vt Pampilonensis, & Ouetensis, praecedunt quoscunque Episcopos. Ibid.

Episcopi, seu Episcopales Sedes, quae a Sede Apostolica decoratae sunt vsu Pallij (quae Archiepiscopalis insignia est) vel aliam similem, Episcopos id non habentes praecedunt. Ibid. c. 2. D.

Episcopalem dignitatem participatam ab aliquo inferiori Episcopo, vocant iura quasi Episcopalem, & hanc habent Abbates, qui habent a iure suae Abbatiae indita

munera Pontificalia vt conferre ordines consecrare Calices, 2. P. T. p. 41. c. 2. B. Quasi Episcopalem istam dignitatem non habent Praelati seculares quamuis Abbates nominentur, & habeant capitulum, & sint proinde dignitates primi Ordinis. Ibid. C. D.

Episcopalis dignitas (& idem est de Patriarcali, Archiepiscopali, & Pontificali) quamuis non constituat in Ecclesia ordinem Octauum, distinctum a Sacerdotali, est distinctus, & superior gradus, qui distincta institutione ritu, & insignijs a Sacerdotali, & potestate confertur, 2. P. T. 2. p. 58. & 59. Episcopis potestatem Episcopalem iurisdictionis, fuisse iure diuino inditam ab ipso Christo Apostolis, & eorum successoribus (qui sunt Episcopi) minus probabile propter Episcopos, qui Episcopato se abdicauerunt, vel Priuantur, qui adhuc, sine iurisdictione remanent Episcopi. Ibid. p. 59. c. 2. A. B. Episcopi constituti fuerunt a Christo successores Apostolorum, sicut Praesbiteri, septuaginta duorum discipulorum, p. 58. c. 2. C.

F.

Fama. Vide honor clamorosa insinuatio Rumor.

Fama est clara opinio, & aestimatio bona inculpatam vita voce manifestata, quam de aliquo habent homines, p. 2. T. 1. p. 5. C. Fama attendit virtutem, & inculpatam vitam sicut honor dignitatem. Ibid. Fama sumpta pro Rumore, seu clamorosa insinuatione, est vna ex tribus vijs quibus inchoatur iudicium, p. 1. p. 24. c. 2. D. Fama, seu Rumor de delicto, quae debet impellere iudicem ad cognitionem iudiciale non est quicumque Rumor, aut communis vox, & sarratio infimorum hominum, & vulgi, sed hominum proborum, & prudentum de quibus creditur graua non nisi ex fundamento referre, p. 2. 23. c. 1. A. Famam bonam hominis probi non laedit detractio infimi, seu temerarij detractoris, cui cum prudentes non prebeant fidem liber manet a satisfactione facienda. Ibid.

Femina. Vide Monialis vxor. Votum Religionis.

Foeminis est interdictus ingresus in Monasterium.

Index Rerum

Monasterijs, virosū etiam in ijs, quæ Abbatix filiationes dicuntur nō in Prioratibus, 1. p. p. 327. c. 2.

Filiatio. Vide Monasterium Prioratus.

Vnio.

Filiationes sunt Monasteria, Conuentus, seu Abbatix, quæ in ordinibus Monachalibus, seu S. Benedicti reperiuntur alicui Abbatix principali vnitæ & subiectæ, reseruatæ sibi bonis, & iure habendi peculiarem Prælaturam, electū in Abbatia matrice, 2. P. T. 3. p. 8. c. 1. E.

Filiationum Prælati habent potestatem, quasi æconomicam legalem, & gubernatiuam ad suæ familiæ rectam gubernationem, & mores Religiosorum componendos, & patetne corrigendos, vt de Prælatis localibus mendicantium, Prioribus Conuentualibus Guardianis, & alijs tenet P. Azor Rodriguez, & alij P. 2. T. 3. seu vlt. p. 7. c. 2. D. E. Sunt Religiosæ familiæ istæ Abbatix filiationes. Ibid. Abbates filiationum habent iure ordinario, & non delegationis aliqua munia potestatis politicæ, vt a probare confessores, & exponere, ex legibus, & consuetudine. Ibid. T. 1. p. 44. c. 1. B.

Sanctus P. Franciscus, & ipse eximius, & obseruantissimus ordo.

Seraphicus Pater, & minorum Patriarcha, & instutor Franciscus, suæ Religionis prima fundamenta, in Afilio, & compositela iacturus, à Monasterijs S. P. N. Benedicti, & ipsorum Abbatibus fundum confidenter petijt, & cū gratitudine, ac deuotione recepit, P. 2. T. 1. p. 18. c. 1. C.

Fraus. Vide iniuria, ignorantia, dolus.

Cum errantis nulla sit voluntas, qui fraude inductus emittit votum Religionis, vel aliud, & inualide vouet, & iniuriam patitur, p. 1. p. 34. c. 1. C.

Fugitiuus. Vide Apostata. Votum Religionis.

Fugitiuus Religiosus est illi, qui cum habitu, aut sine illo recedit à Monasterio se subtrahere intendens Prælato, & abijcere obedientiæ iugum, 1. p. p. 102. c. 1.

Fugitiui inquirendi sunt, & compellendi, vt ad Monasterium redeant, ex iure communi, & speciali Religionum, p. 103. c. 1. & 2. Hoc debet fieri expensis Monasterij à quo aufugit, p. 105. c. 2. A.

G.

Gabela. Vide Pedagogium exemptus Clericus. Tributum.

Gabela, seu alcabala est pars bonorum valali ad quam exigendam habet ius Princeps supremus, P. 2. T. penultimo, p. 11. c. 1. C. Gabelam tenentur soluere negotiatores etiam in sacris constituti. Ibid. p. 8. c. 1. D. A Gabela soluenda eximuntur Ecclesiasticorum personæ, & bona. Ibidem.

Generalis Prælatus. Vide Prælatus.

Generalis Prælatus regularium quauis non sit dignitas, sed officium tantum, præcedit omnes suæ Religionis Prælatos, quamuis Dignitates Ecclesiasticæ sint, 2. P. T. 3. seu vlt. p. 67. c. 1. E. Habent generales Prælati, super subditos regulares suæ Religionis: Potestatem gubernatiuam æconomicam legalem politicam ordinariam iurisdictionis plenam, & quasi Episcopalem, dominatiuam, & administratiuam 2. P. p. 7. c. 2. E. Generalis Prælatus ratione supremi officij præcedit dignitates Abbatiales Prælatorum, qui sibi subsunt, sicut cardinalis officium, Patriarchas supernumerarios Archiepiscopos, & Primatos, 2. P. T. 1. p. 22. c. 2. A. B. De Generalibus Religionum de hæresi suspectis, scilicet Dominum inquisitores in formationem iudicalem recipere, & remittere Papæ, sicut de Episcopis, p. 1. p. 221. c. 1. B. C. Generalis habet potestatem ad concedendum licentiam alienandi bona, 2. P. T. vlt. p. 24. c. 1.

H.

Hæres. Hæreditare.

Hærede non instituto renuntiatione, vel testamento non condito, quando Pater emisit professionem potest post illam diuisionem inter filios facere, & Monasterio

Notabilium.

sterio quintam, & non ampliorem partem applicare, p. r. p. 165. c. 1. Hereditas, seu bona Noctij, sine testamento ante professionem morientis, cum renuntiatione, vel sine illa pertinet hæredibus seculi. Ibidem.

Hereditatis, seu legati, legitime disponente Noctio in fauorem sui ipsius, ipse postquam professus est, est capax, & ualet legatum, p. 167. col. 1. C.

Hereditibus seculi pertinent bona profitentis in Religione incapaci si pater moriatur dum in illa existit: si uero decedat translato, & professo in alia capaci illi pertinent, p. 168. & 169. Si pater, qui possidet bona moriatur translato, & professo filio in Religione incapaci, qui prius in prima capaci emiserat professionem, illi pertinebit legitima hæreditas, si non habeat hæredes necessarios: si hos habeat, probabile diuidendam, p. 171. col. 1. & 2.

Hæreditas, seu bona feudalia, aut maioratus profitentis pertinent Monasterio capaci, nisi sit excelsæ Dignitatis, excludens in sui fundatione Religionem, vel requirat executionem ita infimi ministerij, quæ Religioso sit indecens, p. 172. c. 2. C.

Hæreditat Monasterium capax bona emphiteutica profitentis pro uita illius cum onere soluendi canon, vel pensionē, p. 174. c. 2. A.

Hæresis. Vide delictum, accusatio, denunciatio, correctio fraterna.

Hæreseos crimen prius denūtiandum quam fraternè corripendum, p. 231. col. 1. A. De hæresi denunciatum, etiam à te ipso, teneris ex charitate (si prudenter spe re-conterendum) fraterne corripere. Ibidem. Hæreticus formaliter, qui sciens, & prudens, cum contumacia aduersatur Ecclesiæ, nec illam piam (quidem) matrem audit, non facile creditu, quod tuam audiet correptionem. Ibidem. De hæresi sicut de alijs criminibus contra bonum comune ferè nūquam satisfit Republicæ bono, nisi publicè puniantur. Ibidem.

Hæres, hæreditas. Vide uerbo testamentum, legatum, bona temporalia, Monasterium, Noctius, Religiosus.

Hereditatem, seu bona temporalia, profitentis in Religione capaci bonorum, illius (inquam) qui legitime aliter non disposuit pertinent Monasterio ex iure Canonico, & ciuili, r. p. p. 156. c. 2. B. Idem. Huiusmodi bona taliter in tali Religione profitentis, pertinent Monasterio iure hæreditario, & successionis. Ibidem. Apprehendere potest possessionem, ut uerus Dominus propria auctoritate, nec indiget ad acquisitionem Domini, actum apprehensionis possessionis, ministerio iudicis, sicut in ijs, quæ pertinent per testamentum. Ibidem.

Hæreditas, seu bona, quæ possidet pater solum administranda nomine filij, cui pertinent, non in spe, sed ut castrensia, aut iam hæreditata, non potest detrahi à patre, nec prohibito consuetudine, p. 157. c. 1. Bona, quæ habet pater, ut propria, quæ in spe solum pertinent filio non hæreditat Monasterium, sed pro sua uita possidet pater, proficiente filio, secus, si professio fiat mortuis parentibus, & deficientibus alijs hæredibus legitimis, p. 158. c. 2. A. Hæreditas, seu bona castrensia, seu aduentitia quæ possidet pater pro filio, qui proficitur secuta professione statim pertinet Monasterio. Ibidem. C.

Hereditatem, seu bona Patris, uel Matris defunctæ si filius in Religione capaci proficiens donet legitime Monasterio, est probabilis opinio, quod pro uita superstiti parenti pertineant, quilibet ascendens solum hæres sit, Monasterium est fictæ filius. Ibidem. Bona, seu hæreditatem quam quis improfessione donat alicui usufruat Monasterium pro uita Religiosi: & si non apprehensa possessione legatarius moritur, euanescit donatio, dum absit dolus, & culpabilis mora, p. 159. c. 2. Hæreditates legitimæ filiorum, & dotes filiarum, statim ac pater emittit professionem in Religione incapaci bonorum debent illis traddi: alimenta uero si Monasterium sit capax, & de constituendis filijs incompetenti statu curare, quæ omnia procedunt non facta dispositione, aut renuntiatione legitimam, p. 164. c. 1. A.

Index Rerum

Honor. Vide famam, virtutis, attributa di-
vinas.

Honor, est cultus, veneratio, seu reuerentia exterior, quæ alicui personæ exhibetur propter aliquam excellentiam ipsius, seu est protestatio præhæminentie, & reuerentiæ per externum actum, p. 2. T. 1. p. 5. c. 1. A. B. Honor correspondet dignitati, sicut fama virtuti. Ibidem. C. Honoris, & cultus præcipuum fundamentum est, maior participatio bonitatis, potentie, & sapientie diuinæ. Ibidem.

Hora Canonica. Vide Officium Dini-
num.

Horas Canonicas tenentur, sub mortali recitare omnibus diebus Beneficium Ecclesiasticum obtinentes, constituti in Sacris Ordinibus, & Religiosi professi Choro deputati, sed diuerso iure, p. 1. p. 211. col. 1. B. Horarum obligatio non implet voluntariè distractus, cum nec virtutalem habeat attentionem. Ibid. Præceptum, seu obligatio horarum debet impleri humano modo ex intellectu, & voluntate ac per inde cum attentione, & intentione virtuali saltem, nec aliter est actus moralis, p. 213. col. 2. D. Horarum recitatio exterior habet pro forma, qua perficitur actum internum, vnde iste, vt sic potest cadere sub præcepto, p. 211. col. 2. B. C. Horarum plurium defectus esse non vnum, sed plura peccata, ac proinde necessario confitenda verior opinio cum læsio, p. 213. col. 2. E. & 214. Horarum recitationis defectus hesternæ diei, non supplet qui illud officium recitat hodie, & si à confessario iniungatur erit fortè (& quidè minus aptè) per modum actus penalis, vt si alie orationes, & præces iniungantur, p. 219. & 215. col. 2. Horarum defectus non tenentur ex iustitia satisfacere, nec Religiosi Choro deputati, nec seculares in sacris, quamuis mortaliter peccent, nec hæc obligationem iniungunt, qui sustentatione Monasterij, vel nunc elemosynis, vel olim redditibus Annuis instituerunt, p. 216. & 17. col. 1. Horarum defectus in Religioso Choro deputato, quod sit & in sacris simul debere in confessione explicari negat probabiliter nonnulli, sed probabilius affirmant alij, p. 217. c. 2. **Horarum Canonicarum**

recitatio sub mortali obligat Religiosos professos, non aliquo alio expresso iure, quam ex consuetudine taliter recepta, quæ habet vim legis Clericos verò in sacris ex obedientia virtute iuris, p. 217. Religiosus in sacris eiectus per sententiã, vel nullitatis, vel vitij, tenetur in seculo horarum recitationi, 1. p. p. 349. c. 2. A. Eiectus sine Ordine Sacro, si per sententiã nullitatis professionis, manet liber ab horis, si per mores corruptos, nec admittis iterum morali adhibita diligentia, & emendatione, probabile vtrumq; Ibidem.

I.

Ignorantia.

Ignorantia aufert voluntarium, cū errantis nulla sit voluntas ex iuribus, p. 1. p. 34. c. 1. C. Ignorantia positiua circa motiuum principale, & causam emittendi votum (V. G. Religionis) quod aliquis studio placendi Deo principaliter, & secundario obmetum egestatis emisit, inuvalidat votum, si (scilicet) talem Religionem vouit positine, & falso suus non esse in illa talem duram obseruantiam, quam si sciret non voueret. Ibid. Ignorantia circa motiuum secundarium non inuvalidat votum, vt simulier falso credens maritum esse leprosum voueat Religionem. Ibid. Ignorantia negatiua circa essentialia, & dura Religionis quam vouet, quæ debuit, & non didicit, non inuvalidat votum, quia conditio non exclusiua habetur pro voluta ex Caietano, Soto, & Valentia. Ibid. E.

Indulgentia.

Indulgentiam absolute concessam, tale opus pium exercentibus, aut talem orationem, aut orationes recitantibus, consequuntur, qui sufficienti attentione, & deuotione iniunctum prestiterunt, quamuis talem fuisse Indulgentiam concessam ignorauerint, p. 1. p. 218. c. 1. & 2. Secus dicendum si recitatio præcum fiat cum omni prorsus distractione, & sine vlla (nec virtuali attentione, cuius defectu delinatur actus esse moralis, p. 213. c. 2. B. **monod**

Jurisdictio. Vide verho potestas, Prælatus, index.

Jurisditionem, quæ importat ius faciendi iudicium, solum habent Prælati, & iudices qui omnimodã, & perfectã potestatem ordinariã politicã, & iurisditionis obti-

Notabilium.

obtinent, 1. p. pag. 125. col. 1.

Index, iudicium. Vide Prælatum, Princeps, Potestas, Visitationis, Delictum, Accusatio.

Iudicium est applicatio legis ad personas cum vi coactiva, p. 1. p. 225. c. 1. Iudicium tenetur instituere iudex, in delicto contra bonum commune, quæ moraliter publica sunt quamvis de sit accusator, vel denunciator, dum ad sit clamorosa insinuatio, p. 254. c. 2.

Iudex in actu visitationis, sine denunciatore, nec accusatore, ex captata noticia per scrutiniū (quæ clamatio dicitur) quando inquisitio, seu interrogatio generalis fit de delictis in visitationibus, tenetur procedere contra delicta publica. Ibid. Contra ignaviam, & remissionem gravem Prælatorum, ex qua notabiliter observantia labe factatur, ex publica fama, rumore, seu clamorosa insinuatione debet sub mortali procedere sicut delictis, p. 277. c. 1. B. & 229. c. 2. E. D. Iudex expriata noticia (oculata etiam) de delictis, quæ testibus, vel aliter probari non possint, non potest iudicialiter cognoscere, p. 1. p. 229. c. 1. A. Iudex tenetur cognoscere, sub M. de delictis contra ipsius personam commissis, si probari possint, & ex neglecta ipsorum punitione resultat in Republica grave scandalum. Ibid.

Ius Patronatus. Vide verbo symonia, alienatio.

Ius Patronatus, cum inducat servitutis genus, super Ecclesiam, seu Monasterium, & tantopere libertatem Ecclesiasticam lædat, cum omnimoda circumspectione, concedere debent extraneis Ecclesiastici, 2. P. T. vltim. pag. 33. col. 1. A. Ius Patronatus Ecclesiastici concessio, est verè, & propriè alienatio bonorum Ecclesiæ. Ibid. P. 32. col. 1. D.

Ius Patronatus Ecclesiæ, vel Monasterij concedentes alicui, sine causa, & solemnitatibus iuris incurrunt Ecclesiastici Prælati, & subditi statutas poenarum contra alienantes bona Ecclesiæ. Ibidem. p. 20. c. 2. C. Ius Patronatus Monasterij, & Ecclesiæ fundamēti, & legitimum triplex. Fundatio, idest, datio fundi in quo ædificentur, ædificatio proprijs sumptibus,

dotatio, & ad hæc datio magna, & reedificatio reducitur, 2. P. T. vlt. p. 31. col. 1. D. E. Ius Patronatus Regij præexistens semper debet præponi, & tueri. Ibid. p. 36. col. 2. D.

Irrisatio. Vide votum, usus rationis, puer, pupillus, pater, tutor, Prælatum, Religiosum, Nonitium.

Irrisatio, non requirit potestatem Ecclesiasticam, aut spiritualem, imò, nec polycam, & iurisdictionis, sed patria sufficit, & profana, p. 1. p. 66. c. 2.

Irritare vota regularium, extra Religionem solus potest Summus Pontifex. Ibid. Si fiat, sine causa est grave peccatum, laudabile si cum illa, quæ erit potissima, si ex tali irritatione, resultat maius Dei obsequium, vel quid utilius ipsi, aut Religioni, pag. 67. col. 1. D. Nec subditus peccat illam petendo. Ibid.

Inditium. Vide index, iudicium, clamorosa, insinuatio.

Inditium (pars iudicij) est illud signum, ex quo prudenter solemus, & rationabiliter iudicare de alicuius actione, p. 1. p. 223. col. 1. C. Inditium verum duo debet habere. Primum, quod illud signum sit simul de delicto (idest de flagitio iam perpetrato) & de persona. Secundum, quod signa, & circumstantiæ sint tales, quod faciant quandam moralem certitudinem, ut generent suspicionem. Ibidem. D. E.

Ius. Vide dominium, lex, paupertas.

Ius (quod est fundamentum iustitiæ, & æquitatis, & pro lege sumitur) pro titulo usurpatur sepius, quem habet aliquis ad dominandum, possidendum, vel administrandum aliquid, p. 1. p. 237. col. 1. A. Quando sumitur pro lege est multiplex, naturale, divinum, gentium, Canonicum, & Civile. Ibid.

Iustitia. Vide verbo virtus, ius.

Iustitia formalis, est virtus moralis, & ex ijs, quæ subiectantur in voluntate, ordinans nos ad alterum, in ratione debiti, part. prim. pagina. 25. col.

Index Rerum

D. Iustitia formalis, quæ inter homines reperitur tria debet habere. Primum, quod reddat verum, & proprium debitum. Secundum, quod reddat cum æqualitate. Tertium, quod ordinet nos ad alterum omnino distinctum, p. 1. p. 190. c. 2. C. D. Iustitia habet, partes, potentiales, quales sunt omnes virtutes morales, quæ ordinant nos ad alterum in ratione debiti, V. G. Religio Deo, pietas, parentibus, obedientia prælato; aliàs partes subiectiuas, V. G. commutatiuam vindictiuam distributiua, Ibid.

L.

L. Liberalitas *Vide donatio.* Liberalitas est virtus ordinans nos ad alterum, non ut ad creditorem vllomodo: unde solutio, nec remuneratio, non sunt illius actus; sed solum donatio libera, & spontanea, t. p. p. 24. c. 1. B.

Licentia. Vide subditus, dispensatio.

Licentia quam concedunt Prælati: alia formalis, seu expressa: alia interpretatiua, seu tacita, p. 1. p. 276. c. 1. A. Licentia interpretatiua, seu tacita, quam concedunt Prælati dispensando in obseruantijs, seu obligationibus, V. G. Paupertatis, vel clausuræ, ex subditorum qualitate (mediante æquitate rationis) præsumitur concessa, & inde maior, aut minor. Ibidem.

Ludus. *Vide verbo dominium, paupertas Religiosus.*

Ludus prohibitus iure communi, vel particulari, non transfert dominium eorum, quæ deperduntur, p. 1. p. 294. & 301. p. 2. Quod quis lucratur, ab eo quæ violente ad ludum induxit minis, vi, fraude, vel oprobrijs, non acquirit, nec in suum transfert dominium. Ibidem. Lucrans quam deperdere quantitatem non potuit, vel quam colusor non poterat deperdere, V. G. Quia Religiosus minor, vel seruus erat, non acquirit eius dominium p. 1. p. 297. c. 1. A. Ludo licito, nec illicito (idest) per leges prohibito, Religiosus, vnius comunitatis capacis bonorum in communi, coludantes non transferunt dominium lucrantes, nec deperdentes pecunia cum in omni euentu proprietates, & dominium poenes comunitatem remaneant. Ibid. Ludentes Religiosi, eiusdem Conuentus, & in magna quantitate transferen-

tes ex vno in alterum pecunias (licet non dominium) vsu tamen facti, seu simplicem inuito Domino (idest Prælato) à colusore deperdente accipiunt, & vsurpant. Ibid. Prælatus non potest concedere licentiam Religioso ad deperdendam quantumuis minimam quantitatem pecuniæ ludo prohibito cum domesticis, nec extraneis. Ibid. Ludo licito poterit Religiosus accipere licentiam, ad deperdendum (etiam cum extraneis) quantitatem pecuniæ (prudenti iudicio) competentem, pro honesta recreatione attentis circumstantijs loci, temporis, & personarum. Ibid. Potest Prælatus concedere licentiam Religioso, vel ipse tacitam, & interpretatiua præsumere ad expendendam ludo rationabilem quantitatem oblata occasione placendi benefactori à quo actualiter maximum vtile expectet Monasterium. Ibid. Prælatus videns quantitates (etiam considerabiles) in recreatione exponi ludo inter eiusdem Monasterij Religiosos, & non impediens, tacite permittit vsu facti pecuniarum, vel rerum, quem deperdenti concesserat, in lucrantem transferri. Ibidem. Ludens Religiosus tempore consuætæ recreationis, & magnam quantitatem ab extraneo lucratus, totam istã, & omnem quam cum licentia atulerat ludo exponendam pro diebus recreationis potest in ipsis deperdere licite cum extraneo ipso, aut alio, p. 1. p. 297. c. 1. C. Ludo illicito secularis, vel regularis deperdens notabilem pecuniæ quantitatem, *credito*, idest, *sobre palabra*, non transfert deperditi dominium; sed si iurauit soluere, soluat, si vellit, & sit sui iuris, & si nollit, iuramenti relaxatione impetrando non soluat, vel postquam soluit, in iudicio repetat. Ibid. Deperdentem ludo licito quãtitatem pecuniæ *sobre palabra*, vel *credito*, nõ debere soluere, ex iure ciuili dicunt aliqui, sed à tali obligatione probabilius alij naturali iure tunc nõ iudicant manere liberum: & hoc præualeat apud probos. Ibid.

Lex. Vide verbo, præceptum, ius.

Leges humanæ, non tã severe obligant, ut cù vitæ periculo debeant obseruari, ex Nauarro, p. 1. p. 332. c. 1. E. Legis nõ obseruandæ causa euidentis est impossibilis additus ad Superiorẽ, & legitima consuetudo huiusmodi non seruandi, & hoc excusat à culpa, & ab obligatione petendi dispensationem, p. 335. c. 2. E.

Legis

Notabilium.

Legis violatio explicantis, intentione ferentis, non esse obligare ad culpam, sed tantum ad poenam absolutè loquendo, est veniale peccatum, p. 192. col. 2. D. Legis causa totali, seu motiuo, cessante omnino, cessat vis legis, non verò cessante causa partiali, p. 208. & 209. Legis odiosæ, seu penalis rigor, restringendus est, & non extendendus ad similes casus: Præterquam in casu, quo si ad similes casus non extenderetur, legis intentum defraudaretur. Ibid.

Locatio. Vide alienatio, bona.

Locatio bonorum immobilium est species alienationis, 2. P. T. 5. & ultim. p. 21. c. 2. D. Locatio bonorum immobilium admodicum tempus, V. G. citra decenium non prohibetur, sicut nec alienatio bonorum immobilium valoris exigui V. G. octo ducatorum. Ibidem, pag. 20.

M.

Mandatum. Vide Præceptum, Obedientia.

Mandati nomine non intelligitur Præceptum, ex D. Hieronymo, & iure, p. 1. p. 204. c. 1. A.

Matrimonium. Vide verbo, Coniux, Votum, Religio.

Matrimonio contracto, sed non consumato, quicumque ex coniugibus potest votum Religionis emittere, & implere, 1. p. pag. 52. c. 1. A.

Matrimonium validum non potest contrahere, qui votum solemne Religionis emisit, pag. 53. c. 1. D. E.

Matrimonio consumato, neuter coniugum valide vouet Religionem, 1. p. pag. 52. c. 2. A.

Matrimonium consumans voto simplici Religionis ligatus, sacrilegium committit, & matrimoniū valet, p. 53. c. 2. B.

Matrimonio consumato, nec simplex, nec solemne votū Religionis potest, quis valide emittere, quia esset promissio de re non sua, p. 54. c. 1. A.

Matrimonij legibus de gentes quamuis obedientiam paupertatem (imò) & castitatem voueant, tale votum non est Religionis, col. 2. B.

Matrimonium cum iuramento promissum virgini liberat ab obligatione voti simplicis Religionis, cum in obligatione æquali sanctitatis voti, & iuramenti præpöderet fidelitatis obligatio, p. 55. c. 1. A.

Matrimonij promissio fornicæ, nō quidem violatæ, sed notatæ ex denatijs, vel allocutionibus, licet non sit iurata præferatur voto simplici Religionis: secus si non sit notata, p. 55. c. 1. & 2. Et in illo casu quo impeditur Religionis votum manet sopitum pro tempore vita vxoris. Ibid.

Metus. Vide libertas deliberatio.

Metus cadens inconstantem virum est ille, qui illatus cogit aliquem eligere minus malum, vt maius sibi imminens esugiat, p. 1. p. 35. c. 1. E.

Metus proueniens à causa intrinseca, vel extrinseca, dum libertatem liberam relinquit ad eligendum, non invalidat votum. Ibid. c. 2. V.

Metus incusus à naufragio, fulgure, aut graui imminente damno, nō tollit validitatem voti cum libere, & voluntariè, vt maius bonum promitatur. Ibid. c. 2. C.

Mendatio.

Mendatium est falsa propositio cum animo falendi ex Augustino, & Antonino, p. 1. p. 21. c. D.

Missæ Sacrificium. Vide Religiosus votum obed. & paupertatis.

Missæ ex cōstitutione Religionis pro intentione Prælati celebrandas, non potest applicare Religiosus pro speciali sua intentione, & stipendio, p. 1. p. 291. col. 1. C. D.

Missarum quas ex lege, vel gratia Capituli Generalis, aut Prælati licentia, venerabilis Religiosus pro sua intentione celebrat stipendia, suo peculio potest applicare expendenda, ex licentia Prælati, quæ in aliquibus Religionibus etiam requiritur ad Depositario tradendum. Ibid.

Monachus, Monachalis, Religio, Monialis. Vide verbo, clausura.

Monachalis Religio habet pro speciali, & præcipuo fine contemplationem, sicut mendicantes, & militares, actionem, p. 1. p. 8. c. 2. C.

Monachales Religiones ex specifico fine, & absolute loquendo perfectiores sunt omnibus alijs, p. 1. pag. 9. c. 2. C.

Index Rerum

Monachus in iurē addit aliquid supra Religiosum nempe silentium quietem, & habere bona in comuni, p. 1. p. 307. col. 2. B.

Mancipatio. Vide emancipatio legalis, puber-
tat, seruitus, filius.

Mancipati dicuntur à dominio, ac potestate, qui iuris sui non sunt, sed alterius, ut filius, Religiosus, & seruus ad instat seruorum, in bello captorum, qui ideo mancipij dicuntur quasi bello capti manu, P. 2. T. 2. p. 51. c. 1. A. Ab hac mancipatione, & statu seruitutis, liberantur filij per emancipationem legalem quando tempore à legibus prescripto, sui iuris constituantur, quæ est quasi manumissio, proferuis libertate donatis, à iure disposita. Ibidem.

Monasterium. Vide clausura, Monachus, Monialis, Religio.

Monasterium non reformatum dicitur ubi vnusquisque pro suo libito viuit, & ut plurimum ibi degentes, iudicatur per ueritatem conscientiarum, 1. p. pag. 39. col. 2. A.

Monasterium, vel Religio dicitur strictior, vel laxior, non ex strictiori instituto, seu regula, sed ex obseruantia, quæ exercetur, pag. 46. C. D. C.

In Monasterijs **Conventualium** personarum numerus quando in tridentino limitatur, & taxatur pro vnoquoquo Religiosorum numerus, non mathematicè, & phisicè attendendus est, sed moraliter, & ex circumstantijs loci, & temporis, p. 187. c. 2. D.

Monialis. Vide votum, Religio, Professio, Clausura.

Monialibus est inducta clausura in pluribus locis iuris, 1. p. p. 329. c. 1. A. **Monialium**, clausuram, ad votorum (specialiter castitatis) obseruationem potuit iniungere Trid. & Religionum constitutiones, p. 330. c. 2. A. **Monialium** clausura dispensatur, per aliquas causas, p. 332. c. 1. E.

Moniale egressum (etiam illicitè) de Monasterio, si quis committetur, aut hospitetur pietatis causa, ut dedecus Religionis, aut uitam, tucatur Monialis non excommunicationem incurrit. p. 332. c. 2. C. **Monialis** obligata manet ad clausuram

quamuis illam voteat conditione interne apposita, quod ad illam non obligetur, quia non liberat appositio conditionis impossibilis, p. 333. c. 1. A.

Monialium Monasteriorum clausura, quantum ad prohibitionem ingrediendi externas personas, est quæcumque Monasterij pars, ad quã licitè possunt exire moniales. Ibid. c. 2. Ad huiusmodi ingressum possunt dare licentiam quibus est prescripta consuetudo post Trid. & ante sessionem illius 25. de regularibus, c. 5. pag. 334. c. 1. Licentiam ad frequentes ingressus, specialiter inexcusabilium ministrorum, ut chirurgi, medici, & similibus toties quoties, possunt concedere Prælatæ

Monialium ex delegatione à Prælati ipsarum, p. 335. c. 1. C. Prælati monialium possunt concedere licentiam puellis, ut educationis causa, ingrediantur Monasteria monialium, & coniugatis ad necem, vel grane damnum conquisitis, aut ex simili graui causa, aut Ducissæ, seu alijs generosissimæ feminx, cui expediat Monasterio vitam ducere, p. 336. c. 2. D. Prælati legitimi Monialium, possunt in ipsarum Monasterijs admittere pro singularibus personis inseruendis, vel communitati, ancillas, & ipsarum, quæ duxerint numerum expedire, p. 337. c. 1. B.

Monialium plures sunt indigentia, & quarum cõsideratione annui redditus singulis permittantur, pluribus modis, nec aliter admissum Concilium Trid. & in vltimo positum tenent plures, q. 187. c. 1. B. **Moniales** à iuramentis, & votis liberauit, Iulius Papa II. statuens, quod deinceps earum vota, & iuramenta (si fierent) non obligarent, sub mortale, p. 1. p. 67. col. 1. B.

N.

Novitius. Vide Religio, votum, Donatio, Testamentum, Professio.

Noviciatus, & Probationis Annus, eodem modo quo statuerunt iura, & in sacris Religionibus obseruatur, ex Regula Sanctissimi Patriarchæ Benedicti sumpsit exordium, 1. p. pag. 138. c. 1. E. **Noviciatus Annus**, incipit à die quo habitus sumitur ritè, & secundum iura, p. 136. c. 2. B. **Noviciatus Annus** debet esse integer, qui præcedit professionem post Tridentinum

Notabilium

p. 137. c. 1. C. Non requiritur Annus, & dies, sed sufficit esse impletum, p. 140. c. 2. C. D. Nullo iure cauetur, quod sit immediatus Professioni (id est) à quinto decimo, usque ad decimum sextum, p. 141. c. 1. A. Nouitiatus Annus debet esse continuus, sine interruptione, gestando per rotam illum habitum, qui pro Nouitijs deputatus est, p. 139. c. 2. B. Nec videtur minui, nec interpolari Annum, quod infirmitatis causa, vel alia iusta, ex licentia, seu dispositione Prælati, aliquibus diebus, imò, & mensibus absit à comunitatis actibus, & si causa postulet extra Monasterium, p. 141. c. 2. A.

Nouitijs Anno probationis expleto, debet admitti, ad professionem, vel expelli, nisi specialis ad sit causa impediens, ibi. Si iniuste fuerit dimissus, Anno expleto, vel parte, & sic à supremo Prælato iudicatur, numero dierum Anni legalis impleto, potest in primo Monasterio, vel in alio ad professionem admitti, p. 142. col. 1. & 2.

Nouitijs in articulo mortis, potest valide ante Annum impletum profiteri, p. 143. c. 1. A.

Nouitijs gaudet immunitate fori Ecclesiastici, in causis criminalibus, & solù incivilibus ante ingressum inceptis subditur seculari potestati, p. 144. c. 1. A. In criminum grauium punitione, quæ ad politicam potestatem pertineant, subditur Episcopo in culpis leuibus, quæ ad Patriam, & æconomicam, Prælatis Religionis, p. 145. Pro tempore Nouitiatus, usque dum professionem emittat non potest Ecclesiasticos Ordines assumere, & multo minus Religionis Prælaturas, p. 145. col. 1. B.

Negotiatio. Vide p.upertas, dominium, Clericus.

Negotiatio duplex stricta, qua quis re lucri gratia emptam, absque aliquo beneficio, aut melioratione facta carius vendit. Lata negotiatio est, quando res apud emptorem meliorata carius venditur, p. 2. T. vlt. p. 7. c. 2. D. E. Negotiatio absolute loquendo est interdicta regularibus, & Clericis iure Canonico sub excom. & ciuili, sub pœnate temporali. Ibidem. Negotiatio, lata & stricta etiam consideratur dupliciter, per propriam, scilicet, personam exequenda, vel per interpositam. Ibidem.

p. 8. c. 1. D. Negotiatio, stricte sumpta, merè lucratua, & per propriam personam exercenda est interdicta Clericis, & regularibus utroque iure. Clericis inquam in Sacris, & omnibus regularibus. Ibidem. Negotiatio late sumpta licita est cum ipsius lucra non respondeant præcipue venditioni, & emptioni, sed labori, & occupationi (sepe) studiosæ, colendi (V. G.) hortum, vel mulas, aut agnos emptos domi facere pro creati, & augeri, ut carius vendatur. Ibidem. p. 8. & 9. Fructus proprii beneficii, imò, & patrimoni conseruare, & meliorare, imò, & propriam domum, vineas & aliàs hereditates locare, & curare colit, ut inde prouentus, & lucra percipiat, & similes late negotiationes sunt licite. Ibidem. Negotiatio, stricte, sumpta correspondet pœna de perdendi Clericum priuilegium, & exemptionem fori. Unde incurrit pœnas, & subiacet ex actionibus laicorum. Ibidem. pag. 8. c. 1.

O.

Æconomica potestas. Vide polytica potestas.

Æconomica potestas, siue domesticæ qua utuntur Patres Familias ad rectam familiæ gubernationem alia est naturalis, & dicitur patria alia est legalis, id est, per leges introducta, p. 2. T. 2. p. 54. c. 1. A. B. Distinguntur, quod virtute Patriæ potestatis, pater disponit de voluntate filij tanquam de re sua, imò, & de ipso filio nõ sic, ut pater familias est virtute legalis, seu æconomicæ potestatis. Ibidem.

Obedientia. Vide Religio votum.

Obedientiæ votum obligat ad ea, quæ statum non mutant, nec sunt moraliter loquendo impossibilia, p. 1. p. 194. Non autem ad ea, quæ sunt supra Regulam, & ad arctiorem Religionem pertinent, ut de peregrinatione, vel missione ad indos, nec ad illa, quæ existebunt dispensata, ut si quis Benedictinus impediretur ab esu carniū, iuxta Regulam iam dudum dispensatam, p. 194. & seqq.

Obedientia est virtus moralis ex illis, quæ subiectantur in voluntate, & ordinat nos ad alterum pertinens ad iustitiam, nõ

Index Rerum

ut pars subiectiva, sed ut potentialis, p. 1. p. 190. c. 2. C. B. E. Obedientia materia sunt actus omnium virtutum, quando enim prator civitatis exercet actum Religionis conferuando Ecclesie immunitatem in non extrahendo confugientem ad illam delinquentem, cum isto actu obedit Papę p. 191. c. 1. Obedientia est triplex, ex D. Thom. 1. sufficiens, perfecta, & indiscreta p. 191. c. 2. C.

Obediendum legitimis Principibus etiam laicis, praelatis, & iudicibus legitime & iuste praeipientibus est de fide, p. 191. c. 2. D. Obedientia materia sunt omnes actus, qui non prohibentur lege, praecepto, Superioris praeipientis potestatem non excedentes, ex quibus euidenter malum, seu scandalum non sequatur, seu probabiliter, arbitrio docti, & prudentis, non indocti, p. 193. c. 1. D. Obediendum quando probabile est teneri. Ibid. Obedientia subduntur actus interiores, qui sunt forma exteriorum, ut applicatio Missae, attentio recitata in his horarum, non vero actus mere interni, p. 194. c. 1.

P.

Parochus. Vide potestatem

Parochus, qui est immediatus animarum Rector, Pater, & Pastor, non potest dispensare vota Paucianorum, cum nullo modo sit Praelatus, nec habeat potestatem ordinariam politicam, nec irritare cum non habeat patriam, verum, sed methaphoricam, p. 1. p. 70. c. 2. A.

Parochi in aliquibus Diocesisibus Abbates vocantur, sed improprie, cum nec nomen participant, eo quod nullomodo Patres vocari possint, ob defectum Patriae potestatis, P. 2. T. 1. p. 32.

Patriarcha. Vide dignitatem

Patriarchalis dignitas est prima in Ecclesia, post Summum Pontificem, & ex specialitate ratione caedit loco Episcopo Hostiensi, cui est adquisitum ius praecedendi, propter excelsum officium vngendi Papam, & Coronandi Imperatorem, 2. P. T. 2. p. 22. c. 1. A.

Patriarcha ab Ecclesia constituti, qui sunt gaudent loco: Non alij qui sunt su-

pernumerarij, & sunt idem, quod primates, & sedent ante Archiepiscopos. Ibid.

Pater parentes. Vide Mater, Patria, Potestas, Donatio, Seruus.

Parentes tenentur iure naturae dotem competentem filiae nubili dare, est enim pro toto vite tempore alimenta praebere, p. 1. p. 279. c. 1. B. Parentes habent non solum liberam, & plenam administrationem bonorum, quae liberè haereditauerunt & acquisierunt, sed & dominium, p. 277. c. 2. E. Hoc dominium, & ius habent iure naturali, gentium, & ciuili, p. 278. c. 1. A. Possunt pro sua vita, facere liberè donationes inquantitate non prohibita legibus, nec pra iudiciali sustentationi, & conseruationi familiae competenti, & has non solum vni filio, in pra iudicium caeterorum, sed & extraneo. Ibid. Pater (non Mater) potest vendere filium non emancipatum, 2. P. T. 2. p. 51. c. 2. A. B. Pater habet potestatem dominatiuam naturalem super filium. Parentum extrema necessitas est causa differendi statum Religionis, exeundi & maxima etiam quamuis non extrema, 1. p. p. 87. c. 2. A.

Patria potestas. Vide irritatio, Pubertas, Tutor, Minor, Pupillus, Mancipatio.

Patria potestas est illa iure naturae, iuxta quartum Decalogi Praeceptum naturale (quidem) & diuinum) introducta, vel indita superioritas, patribus super filios vitales sunt, P. 2. T. 2. p. 55. c. 1. A. Distinguitur ab alia potestate quam habet pater, ut pater familias est super familiam, & omnes domesticos per leges introducta, & vocatur economica, 2. P. T. 2. p. 54. col. 1. A. B.

Paupertatis votum. Vide dominium, donatio, ius.

Paupertatem non violat, qui residuum ex fructibus grangiae, vel ex redditibus Cathedrae, sibi pro congrua sustentatione assignatis expendit pro libito in licitis sumptibus, vel donat consanguineis, p. 1. p. 271. c. 1. & 2.

Paupertatis votum quo omnibus rebus, & omni iure priuamur violatur accipiendo,

Notabilium.

piendo, administrando, donando expendendo, sine licentia legitimi Prælati, pag. 237. c. 1. Paupertatis votum, quod Religiosi emittunt est abdicatio dominij proprietatis, & vsus, p. 239. c. 2. A. Priuat Dominio, & quasi dominio possessione, & administratione vsu iuris compatitur, & permittit Religioso vsum facti cuius est capax, ex licentia Prælati, p. 240. & 241. Paupertatis votum impedit donationem rerum, etiam vsu consumptibilium, sine licentia Prælati, p. 347. c. 1. D. Paupertatis votum non tollit, quod Religiosus habeat ad vsum facti, seu simplicem prætiosa, & profana supellectilia ex licentia Prælati, sed hic grauitur in concedendo peccabit. Ibid. Subditus si extorqueat talem licentiam peccabit M. p. 1. p. 247. c. 1. Paupertatis votum non violat, qui ex licentia Prælati habet peculium, id est, pecuniam sequæstratam ad res permissas, p. 248. & 251. Paupertatem non frangit, qui ex licentia Prælati habet redditus annuos exigendos nomine comunieatis, alius cuius tertij, vel alio licito modo, p. 254. Paupertatis obseruantiam illam integerrimam à Tridentino iniunctam admisit Hispania, non aliter quam, vt habetur in vsu specialiter apud Moniales, p. 256. c. 1. A. Paupertati non opponitur habere Religiosum villam, vel grangiam cuius fructus sint assignata, sibi congrua sustentatio. Ibid. Paupertatem non frangit qui expendit in licitis, vel donat exiguam quantitatem, & talis ex vsu ac arbitrio sapientis, & timorati est attendenda, quæ non restringenda erit, ac pro consumpta in illicitis, aut ludo, p. 283. c. 1. A. Religiosus nõ animo paratus relinquere, quæ habet ad Prælati nutum peccat contra votum, sicut qui supellectilia, aut quid præciosum subtrahit oculis Prælati, cauendo ne tollat, secus erit si prudenter timeat, quod Prælati, sine causa iusta, aut praua intentione, sibi auferat, p. 287. & 288.

Peculium. Vide paupertas Religiosus.

Peculium expendendi potest Prælati dare licentiam pro licitis nullo modo pro illicitis, nec sibi assumere, p. 266. c. 2. Peculium est pecunia, seu similia bona, quæ seruus, Religiosus, vxor, pupillus, seu quælibet persona Dominij in capax habet separata, seu sequæstrata à Reliquis

bonis comunieatis, p. 1. p. 48. & 258.

Pensio Ecclesiastica. Vide Beneficium.

Pensio Ecclesiastica est ius percipiendi aliquos fructus, ex Beneficio Ecclesiastico alterius, p. 1. p. 257. c. 1. A. Pensionem licite possidendam à Religioso solus Papa potest concedere. Ibid.

Præcedentia gradus, & Ordo Dignitatibus Ecclesiæ, & personis debita.

Præcedentia gradus, & honoris debita Ecclesiæ Dignitatibus, & Principibus, & personis, distributio, & conseruatio, auget decorem, & conseruat firmam pacem, & rectum Ecclesiæ Militantis Ordinem, & statum, P. 2. T. 1. p. 6. c. 2. C.

Statui conditioni, & Dignitati suæ præcedentiam debitam, in actu publico specialiter, non seruari curans reprehenditur à Tridentino, p. 2. T. 1. p. 2. C.

Possessio. Vide dominium, prescriptio, Bonafides.

Possessio est, ius persistendi in re corporali à qua possidenda non prohibemur, p. 1. p. 237. c. 2. A.

Princeps. Vide Prælatus.

Principes Supræmi, non ex affectu obedientiæ (cum non præstent) sed nec ex vi coercitibæ, sed directiua (tantum) subduntur legibus comunibus latis à se simul cum comunitate, p. 1. p. 210. c. 1. Principis laicus debet Prælato Ecclesiastico loco cedere, & de huius ordinis peruersione vterque obiurgatur grauitur à Concilio Tridentino, P. 2. T. 1. p. 6. c. 2. C.

Pietas. Vide parentes, iustitia.

Pietatis actus, erga parentes, quæto minus ad formalem iustitiam, ordinantem ad alterum in constituendo æquitatem solutionis, & alteritatem creditoris, pertinet, eo magis obligat, & lege naturæ maius debitum soluit, p. 1. p. 25. c. 1. D. Pietas est virtus moralis, quæ in voluntate subiectatur, & nos ad alterum ordinat nempe ad parentes. Vnde imperfectè, & ex hac parte solum participat rationem iustitiæ formalis, vt pars quidem potentialis solū non subiectiua, Ibid.

Promissio

Index Rerum

Promissio. Vide *uotum, propositum, deliberatio, professio, Religio.*

Promissio essentialiter requiritur ad uotum, p. 1. p. 19. c. 2. B.

Promissio est propositum firmum facie di aliquid in gratiam alterius cum uoluntate eidem se obligandi, sub peccato ad implendum promissum, p. 1. pag. 21. col. 2. C.

Promissionem indigere acceptatione, ut obligat in conscientia est probabile, p. 22. c. 2. B.

Promissionem internè factam, vel absentè obligare in conscientia, licet non ex iustitia, probabilius, p. 23. c. 2. C.

Promissio simplex de qua loquimur, acceptata ex genere suo obligat sub mortali, pag. 24. c. 1. B.

Pontifex Summus. Papa uide *Dignitas.*

Papa est Vicarius Christi in spiritualibus, & temporalibus. 2. P. T. 1. c. 2. B. Est primus, & Maximus omnium Episcoporum, & Patriarcharum. Ibid. c. 1. D. Papa est supremus Prælatus Ecclesie, primus Princeps Patriarcha, Archiepiscopus, & Episcopus, id est, est Pater, & Princeps Patriarcharum Primatum, & Archiepiscoporum, & reliquorum Prælatorum. Ibid. p. 21. c. 1. D.

Papam esse uniuersalem Patriarcham Archiepiscopum, & Episcopum in Regnis, Metropolitibus, & Diocesisibus, dicit quidem ius, quod habet iudicandi hos Prælatos, & ipsorum immediatos subditos in casibus, V. G. appellationis. Ibid. Papæ suprema ista potestas non detrahit dignitati Prælatorum, & potestati iudicæ ipsis à Christo, P. 2. T. 1. p. 25. c. 2. R.

Propositum. Vide *deliberatio.*

Propositum est actus uoluntatis, eligentis aliquid facere in futurum, quod explicatur per hoc uerbum faciam, p. 1. pag. 20. col. 2. E.

Propositum firmum Religionis, etiam habitu sumpto, uirtute illius, non habet vim uoti si uolicis, pag. 26. c. 2. B.

Potestas. Vide *iurisdicctio Prælatus index.*

Super hominem à naturaliberum est

in Ecclesia multiplex potestas, 2. P. T. 2. p. 51. & 52. Potestas, quæ super homines reperitur, Alia est dominatiua, & odiosa naturæ, qua unus homo est Dominus alterius, ut Dominus serui indammum ipsius. Alia gubernatiua, quæ est grata naturæ, & in commodum, illius qui gubernatur. Ibidem, c. 2. A. B. Potestas dominatiua diuiditur in naturalem, quam habet Pater super filium, ut principium illius, cuius uirtute potest illum uendere. Alia legalis cuius uirtute uenditur, emitur, seruatur, & mancipatur homo bello captus, & etiam liber strictiori, vel laxiori seruitute. Ibid. Potestas gubernatiua diuiditur in naturalem, qua ignarus, & stolidus prudenti, & docto, filius patri, uxor viro; discipulus magistro, naturaliter subduntur gubernandi, & instruendi in ipsorum bonum, P. 2. T. 2. p. 54. c. 1. A. Potestas gubernatiua legalis duplex est. Prima quam leges, ex dispositione iuris gentium, & ciuilibus introduxerunt, & concesserunt Patri familias, super uxorem, filios & quoscumque domesticos ad ipsorum componendos mores, & rectam familiæ administrationem, & uocatur æconomica legalis. Alia est gubernatiua polythica. Ibid. Potestas gubernatiua legalis Polythica, per leges introducta est ad gubernandam (non familiam propriam) sed Republicam Ecclesiasticam regularem, seu secularem, uel profanam, P. 2. T. 2. p. 55. c. 1. B. Potestas ista Polythica (loquendo de necessaria, non de arbitraria, nec accessoria) alia est gubernatiua absolute, ut reperitur in supremo gubernatore, & est ad leges ferendas, & in Principe Ecclesiastico (nempe) Episcopo dicitur Diocesana. Alia est iurisdictionis. Ibid. Rursus ista gubernatiua legalis potestas diuiditur in ordinariam, & delegatam. Ibid. p. 56. c. 1. B. Ordinaria potestas est, quæ alicui Dignitati officio, seu ministerio in ipsius institutione indita est, sive in secularibus, sive in regulari Republica. Ibid. Qualencumque potestatem habet Episcopus, ipsius officialis Prouisor, Abbates, Prælati Priores Guardiani, Prælati locales omnium Monasteriorum Monachalium, & mendicantiæ est ordinaria in ista latitudine. Ibid. Priores, imò, & secundi Priores in Monachalibus, & quicunque secundi superiores in mendicantibus quorum officijs in ipsorum institutione indita sit aliqua taxata potestas

Notabilium.

tas potest sic dici ordinaria, id est, non delegata, quæ personæ ordinarius committit Ibid. Non idem dicendum de præfide, qui habet solum de legatam potestatem, 2. p. T. 3. p. 8. c. 2. A. B.

Potestas Episcopalis distincta quidem à Dignitate Episcopali, est quam habet Episcopus ad omnimodam gubernationem totius Diocesis, & territorij ferendi leges, & congregandi Synodum, & ad iudicandum subditos, 2. P. T. 1. p. 41. c. 2. C. Potestatem hanc Episcopalem participant aliqui Prelati seculares, & regulares vocatur in illis quasi Episcopalis, sed si non habeant ex iuribus munia Pontificalia, nec proinde sunt Dignitates quasi Episcopales. Ibid. Ordinaria potestas, seu iurisdictio, quæ perfectè ordinaria est tres debet habere conditiones. Prima, quod habeat cognitionem omnium causarum. Secunda, quod sit suæ Dignitati, seu officio ex institutione indita. Tertia, quod habeat determinatum districtum, 2. P. T. 2. p. 56. c. 1. B.

Præceptum. Vide verbo mandatum, Prælatum.

Præceptum in particulari impositum à Præfato, cum censura, scriptum, & fixum semper durat pro tempore causæ, motiui, vel voluntatis imponētis, p. 209. c. 1. & 2.

Præceptum differt à mandato, quod absolute loquendo obligat sub mortali, secus mandatum, p. 1. p. 204. c. 1. Præcepta possunt imponi super res parui momenti in se, quæ ex circumstantijs, contineant considerabilem expedientiam, p. 201. c. 2. A. Præcepta, quæ non sunt circa contenta in regula, si circa conducens (prudētis arbitrio) maximè, ad regulæ obseruationē, possunt imponi, vel aliter si ad bonum regimen pertineant, p. 203. Præcepti materiæ grauitas, seu ipsius obligatio maior, vel minor, ad mortale, vel veniale plus attenditur pœnes obedientiæ vim, modo consueto explicatam, & applicatam rei, quæ præcipitur, quam pœnes materiæ grauitatem. Ibid. c. 1.

Præcepta obligantia sub mortali possunt imponere regulatibus ipsorum capitula generalia, & Prouincialia, ac legitimi Prælati, & Bulla Eugenij III. solum loquitur de mandatis, & visitationibus, p.

204. c. 1. Præceptum ex cuius implementatione sequitur manifestum damnum, non obligat, & si minus boni quam nocimenti ex implementatione sequatur nullo modo est executioni mandandum, vsque dum consulatur Prælatum, p. 205. c. 1. Præceptum, seu voluntatem Supræmi Principis (non temere) credēs implere, & hinc contrarium præcipienti suo immediato superiori non obtemperans, non est in obediens, quod Gundisaluo Pizarro videtur contigisse, p. 1. p. 207. & 208.

Priuatio. Vide pœna Ecclesiastica, suspensio, censura.

Priuatio, sicut nec depositio, & inhabilitatio non sunt censuræ Ecclesiasticæ, sed pœnæ, & impedimenta, sicut de irregularitate tenet probabilior, p. 1. p. 325. c. 2. A.

Prior. Vide Dignitas, Prælatum, Potestas.

Prior in capitulis aliquarum Ecclesiarum Cathedralium, & Collegatarum est Dignitas Ecclesiastica secundi ordinis, sicut Decanus, Archidiaconus, Thesaurarius, 2. P. T. 1. p. 32. c. 2. E.

Prioratus, seu Monasterium sic vocatum in Monachalibus non stringitur legibus odiosis, & potestatem habet superior æconomicam non iurisditionis, nec politicam, 2. p. T. 3. p. 8. c. 2. B.

Priores in Religionibus quamuis habeant potestatem ad puniendum aliquæ cum taxatis quidem corporalibus pœnis, & potestas cum officio sit indita sit aliquæ qualiter ordinaria, non sunt iudices, nec possunt fulminare processum, 2. P. T. 1. p. 44. c. 1. A. B.

Prior est nomen officij, non Dignitas in Religionibus, & siuè sint Prælati locales supremi (quidem) in suis (respective) Conuentibus, vt in aliquibus Sacris Religionibus mendicantibus, siuè in Monachalibus, vt Priores Monasteriorum, qui Prioratus dicuntur, habent iure ordinario potestatem legibus taxatam, & officio inditam, 2. P. T. 3. p. 3. c. 1. Priores in Monachalibus Abbatij, siue maior, siue secundus præter taxatam, & inditam officio ipsi potestatem ex legibus habent sepius, ex speciali commissione Prælati delegatas potestates ad plura. Ibid.

Index Rerum

Præses. Vide Prior, Prælatus.

Præses in Monasterijs quarumcunque Religionum, neque est nomen Dignitatis, neque officij, sed delegati, ad limitatum tempus, & alicui, ut superioris legitimi, seu ordinarij voluntatem exequatur, P. 2. T. 3. p. 8. c. 2. A. B. Non habent huiusmodi præsidēs determinatam potestatem, neque iurisdictionem præter illam, quæ ab ordinario Prælo illis de legetur. Ibid. Præses à consuetudine Religionum institutus pro Prælato, & Superioris nominati defectu casuali, ab aliquo actu Cōventuali, qualis est, in Benedictinis Senior Religiosus, ibi repertus non habet potestatem iurisdictionis coercitiuam. Ibidem. C. Præses huiusmodi, vel Senior, defectus modestiæ, & similes in conuentualibus actibus ab adolescentibus commissos, non ut Prælatus, sed ut minister sanctæ Regulæ pœnis consuetis coercet. Ibid. Præsidē huiusmodi non obtemperans, non ut inobediens præcisē, & propriē, sed ut regulæ violator in materia graui punietur à Prælatis. Ibid. C. D.

Prælatus. Vide obedientia, potestas, iurisdictione, Episcopus, Abbas, Accusatio, delictum, index.

Prælati Religionum omne id possunt cum subditis regularibus, quod Episcopi cum secularibus, & idem delegati ipsorum, p. 1. p. 62. c. 1. A. & pag. 65. col. 2. A. Summus Pontifex est Prælatus primus, & præcipuus regularium, p. 189. c. 2. D. Prælatus ex iusta causa poterit aliquando cessare ab inflictione pœnæ, incurset pro violatione aliqua, p. 199. & 200. Prælati regularium, distinguuntur ab authoribus in illis qui verè, & propriē Prælati sunt, & plenam potestatem ordinariam iudicialens polycicam habent, ut Reuerendissimi Generales, & Prouinciales in Sacris Ordinibus mendicantibus, & in Prælatos locales, qui sunt supremi Monasteriorum in eisdem ordinibus, & quasi Parrochorum habent potestatem æconomicam, & patriam, p. 223. col. 2. E. Prælati supremi Monasteriorum principalium (id est, non dependētium ab alijs) in ordinibus Monachalibus, quamuis locales aliquomodo possint dici, & materialiter, veri Prælati sunt, cum potestate ordinaria polycica, & iudiciali, p. 221. c.

2. A. Prælati huiusmodi, seu Abbates nō tenentur in suis Monasterijs illa iudicia instituere pro indagacione delictorum, quæ Inquisitiones Generales dicuntur, p. 223. c. 2. B. Prælati regulares, suos quisque (respectiue) subditos potest in omnibus casibus diffinitiuè iudicare ciuilibus, & criminalibus præter in crimine hæresis, & super subditos habent potestatem patriam, æconomicam adque Polycicam, p. 120. & 121. & 206. Prælati Generales, & Prouinciales tenentur statutis temporibus, facere generales visitaciones in Monasterijs suorum districtuum, & in illis pro emendacione, & reformatione facere Inquisitiones Generales delictorum etiā sine infamia, aut clamorosa insinuacione, P. Ibidem. Idem tenentur Abbates, non in suis immediatis, sed, sibi vnitis, & subiectis Monasterijs, seu filiationibus (si habeant.) Ibid. Prælatorum Generalium criminis hæreseos punitio interdicta est DD. Inquisitoribus. Ibid. Prælati inferiores aliquando poterunt ab executione præceptorum supremi, seu superioris sibi Prælati cessare, ex causa, imò, & contrarium (si illa ad sit) præcipere, p. 205. col. 1. B.

Prælatus negligens, & parum curans de correctione defectuū: vnde obseruantia, & puritas refrigescat, & paulatim corruat peccat M. ex C. error, & sequentibus p. 1. p. 277. c. 1. B. Prælati qui ex ignauia, & pusillanimitate flagitiosorum ambiunt gratiam, & illorum laudes, miserissimi, & infidi iudicantur in iure, ut pote, qui eo gregi nocent, quo lupis placere, stolidè gloriantur. Ibid.

Professio. Vide votum, Religio, Prælatus, seruitus.

Professionem fidè factam (vel aliter nullam) qui confirmare, seu validare cupit, iterum in manu potentis in corpore emittat legitimè, & si non vult permanere, longius vel sine scandalo habitum dimittat, p. 1. p. 29. c. 1. A.

Professio cum nullitate facta, nec tractu temporis, nec ex suæ ipsius ratificatione fit valida. Ibid.

Professionem validam debet precedere post constitutionem Sixti Papæ V. & successorū moderaciones informatio summaria, sine citatione, nec iuramento testium,

Notabilium.

tium, de legitimitate, & moribus, 1. p. p. 125. c. 2. B. De ijs quatuor sunt inquirendi profidentes, si sint legitimi, si homicidii, aut tale commiserint, si sint debitis ultra possibilitatem oppressi. Quare, si sint adstricti administrationum ratiocinijs. Ibidem.

Primas primates. Vide verbo, Patriarcha, Dignitas.

Primas idem est in re, quod Patriarcha, qui dicuntur sic quasi Principes Patrum, idest, Prælatorum Ecclesiæ, 2. P. T. 2. p. 23. c. 2. Sedent post Cardinales. Ibidem.

Patriarchæ supernumerarij solum pronouis orbis partibus magnis de nouo expugnatis possunt institui. Ibidem.

Prothonotarius.

Prothonotarij Apostolici sunt Secretarij Papæ, & inde dicuntur habere dignitatem (latè dictam) sicut Secretarij Principis supræmi, 2. P. T. 1. p. 29. col. 1. B. Alij Prothonotarij dicuntur participantes, idest, exercentes, quia habet actuale exercitium expediendi Bullas Ecclesiasticas, & alij dicuntur supernumerarij. Ibidem. Prothonotarij exercentes, si sint Episcopi præcedunt Episcopos, si non sint, immediatè sedent post Abbates. Ibidem. Instituta est ipsorum Dignitas, seu potius officium in Ecclesia, ad instar illorum septem notariorum, quos ad scribendum gesta martirum cum eodem subdiaconi elegit S. Fabianus Papa. Ibidem.

Prothonotarij Apostolici, qui supernumerarij dicuntur similiter dignitates lato modo, vtuntur Rocheto, & præcedunt omnes Clericos seculares si habeant Annos, 25. Ibidem. Ista Prothonotariorum supernumerariorum Dignitas uoluit, ob multiplicatam illorum, secundum Panormitanum. Ibidem.

Pubertas, seu pubertatis Annus. Vide verbo puer, pupilus, emancipatio, votum irritatio.

Pubertatis Annus est in uiris, quartus decimus, duodecimus in fœminis, 1. p. pag. 49. col. 2. B. Dicitur à verbo *pubes*, Ibidem. Dicitur sic quia per illam languinem, quæ *pubes* dicitur, & ijs annis reperitur designantur pueri, & puellæ apti ad generationem. Ibidem. Pro hoc pubertatis Anno, & huiusmodi signo iudicatur aduenisse pueros, & puellas ad ra-

tionis usum. Ibidem.

Pueri vide verbo votum, usus rationis, irritatio.

Pueri, & puellæ ad usum rationis, à seipso usque ad duodecimum Annum iudicantur deuenisse, 1. p. pag. 46. col. 1. A. In illis usus rationis ante pubertatem iudicatur infirmus, & imperfectus, pag. 50. col. 1. Puerorum vota (utpote) infirma, & sine sufficienti deliberatione, ob imperfectum rationis usum, ante pubertatis Annum, possunt parentes irritare, pag. 50. Idem possunt tutor, & ad optans. Ibidem.

R.

Regule sacrorum Ordinum.

Regulæ olim, per Diocesanum Episcopum aprobabantur, & confirmabantur; à quingentis Annis hoc ius ad iudicabit, & reseruauit sibi Apostolica Sedes, 2. P. T. 1. p. 10. c. 2. C. D.

Regulæ aprobatio, & confirmatio Apostolica prius, vel posterius impetrata, est potissimum, & primum fundamentum, præcedentiæ, & maioritatis in Religionibus. Ibidem, p. 11. col. 1. & 2. C.

Regula Sancti Patriarchæ Benedicti prima in Ecclesia obtinuit confirmationem ab Apostolica Sede, 2. P. T. 1. p. 11. col. 1. D.

Regulæ cuiuscumque Religionis obseruantia, absolute loquendo obligant solum ad ueniale, & solum sub mortali, si ad fit speciale præceptum, vel reperiatur contemptus, p. 1. pag. 197. usque 200. col. 1.

Regulæ violatio frequens incommunitate, quæ indè relaxatur, singulis solum ad ueniale imputatur; ad mortale uero Preceptis. p. 199. & 204. c. 2.

Regularum sacrorum Ordinum, qui à mille, & plus annis, usque ad præsentem, in Ecclesia viguerunt elogia, & instituta, & inter ipsarum fines, & media comparationes, & excellentiã aptè diseruit S. Antoninus, 2. p. T. 1. p. 17. c. 1. C. D.

Religio. Vide verbo professio, status subditus.

Religionis statui debetur honor, & cultus, & sic cæteris paribus Clericus Religio-

Index Rerum

- sus præcedit Clericum secularem, p. 2. T. 1. p. 6. col. 2. D.
- Religionis status essentia consistit in adstringendo se ad aliqua vota, 1. p. pag. 2. c. 1. C.
- Religio S. Patriarchæ Benedicti, & quælibet ipsius congregatio, quæ sit Papæ immediatè subiecta præcedit omnes alias Ecclesiæ, p. 2. T. 1. p. 9. c. 2.
- Religiosus non peccat, non seruando omnia consilia Euangelica, cum non uerit, 1. p. pag. 4. col. 2. litt. B.
- Religiones omnes conueniunt in hoc quod omniam earum exercitia informetur charitate, 1. p. pag. 6. col. 1. B. Monachales Religiones non excludunt actionem. Ibid.
- Religiosi veri sunt, qui Freiles uocantur in ordinibus militaribus, cum choro, & obseruantia destinantur, & vota essentialia emittant, pag. 40. c. 2. E.
- Religionis status (ut sic) continet, & dicit aliquam excellentiam dignam speciali honore, quam non dicit Clericalis ordo, p. 2. T. 1. p. 7. C.
- Religiosi possunt licite, & valide emittere plura vota, insignum seruationis charitatis, & sic contenta in lege diuina, operosa studiose non prohibita, ut tales orationes, & supra regulam, ut transitus ad strictiorem, p. 61. col. 1.
- Religiosus ad aliam Religionem transmigrans cum non sit (absolute) instituti Religiosi desertor non est apostata, nec fugitiuus, quamuis peccet mortaliter ob defectum licentiæ legitimæ, p. 104. c. 2. B.
- Religiosus eiectus propter vitia in pluribus conuenit, & in pluribus differt à seruo manumiso, p. 117. c. 2. C. D. Manet, adhuc, ligatus uotis essentialibus: Et ad horas canonicas recitandas si sit in sacris, secus si in illis non sit, p. 118. col. 2. Non manet inconscientia tutus dum pro viribus vitia pro quibus dimissus est non emendare contendit, & iterum recipi. Ibid.
- Religiosus eiectus propter vitia à quibus emendatus, nec admissus instantè petens iterum admitti manet in seculo tutus inconscientia, p. 119. c. 2. A. Si autem ligatus præ exitebat antea voto simplici Religionis alias debet addire, ut dictum est. Ibid.
- Religionis statum incomuni diffamantes eo fine, ut aliquem ab illo assumendo abducant criminis hæresis poenas incurrunt, p. 126. c. 2. Qui in speciali sanctissimas Religiones Prædicatorum, & minorum infamant excommunicationem maiorem Papæ reseruatam incurrunt, p. 126. col. 2. B.
- Religionem incorporare possunt (absolute loquendo) Prælati monialium, cum hic actus non politicæ Ecclesiasticæ gubernationis sit, sed administratiuæ, & æconomicae, cuius sunt capaces, P. 2. T. appendice, p. 5. c. 2. q. 4. Cõueniunt omnes, pag. 126. c. R.
- Religionem ingredi curantem, sine iusta causa abducens, & peccat M. & utriusque iniuriam infert, p. 128. c. 2. B. Religionem, & intendenti nocet in spiritalibus, & temporalibus, p. 133. c. 1. Si per dolum, & fraudem id fiat, ex iustitia debet nocentium (quod utriusque graue est, intendenti spirituale, & Monasterio spirituale, & temporale) satisfieri, & quomodo, p. 133. & 135. c. 1. Religiosus assumens sine licentia ex bonis comunitatis res quibus indiget euidenter (non proprio, sed) prudentis iudicio, nec committit furtum, nec paupertatem violat, p. 285. c. 2. Idem dicendum, si net talis sit necessitas, dum res sublata sit parui momenti prudentis arbitrio. Ibid. Religiosus nominatus à testatore, ut ita assistat executioni testamenti, ut omnia non aliter quam ex eius voluntate fiant, indiget licentia Prælati, ut valide, & licite faciat, secus si consulat ad id solum nominetur, p. 2. T. pen. ult. p. 3. c. 1. & 2. Religiosus pecunias quas in emendis libros V. G. concessit Prælati expendi expenculo, in alijs rebus licitis expendens non peccat, p. 1. p. 287. c. 2. D.
- Religiosum transferens ab vno Monasterio ad aliud non est transferre Prælatum dominium Religiosi, ut serui virtute seruitutis ingenue illius in alterum Prælatum, 2. P. T. 3. seu ult. p. 5. c. 1. B. Non potest Religiosus à Prælati vendi, nec militiæ adscribi inuitus, quia sunt supra id, quod uouit, neque hanc contraxit seruitutem. Ibid. p. 4. c. 2. E.
- Religiosorum transitus ex vna in aliam.*
- Religio ad quam est licitus transitus, quia strictior nõ inde iudicatur austerior, quia strictius est institutum, sed ex restrictione actualis obseruatiæ, & modo viuendi, 1. p. p. 341. c. 2. A. B. Transitus ex vna Religione ad aliam, est licitus ex pluribus causis p. 342. c. 2. B. Transiens sic, tenetur noua facere

Notabilium.

tere professionem, p. 343. c. 2. A. Transitus à Cartusianis ab minoribus, & Prædicatores est licitus, p. 344. c. 1. A. Transiens à Mendicantibus ad Monachales, & à Strictiori ad laxiorem ex causa, & cum licentia legitima non peccat, p. 344. c. 1. Si autem si transit sine licentia, & causa facta quis in laxiori solemniter profiteatur peccat, M. Sed professio est valida. Ibid. E. Transitus huiusmodi stringit in pluribus. Sixtus P. P. V. in constitutione, quæ incipit. In sublimi, p. 347. c. 1. A. Hereditas, seu bona translatorum, cui pertineant. Vide verbo, hereditas.

Religiosus acceptat valide legatum, sed sine licentia acceptans peccat, non autem si cum illa, p. 177. c. 1. E. Religioso legatum factum ea conditione, ut Monasterium non acquirat rei legatæ dominium, non est validum: secus si ea conditione, quod acquirente Monasterio dominium permitatur tali Religioso usus, & administratio. Ibid. c. 2. D. Et idem, si ea ponatur conditio, quod assignetur terminus legatæ, quod duret donec tali Religioso usus rei donatæ concedatur, & non ultra, valebit, p. 178. c. 1.

Religiosus licite interponet, quæ realiam, ante Superiorem Prælatum, quod talis usus impediatur sibi in licitis expendentiale legatum, maxime, si venerabili, infirmo, siue qui illud consummat in rebus necessarijs, quæ ex bonis communitatis sibi deberent concedi. Ibid.

Religiosus, non aliter quam ex licentia, & nomine Prælati, & comunicatis poterit se alicui obligare cum non possit contractum aliquem civilem validum celebrare, p. 2. T. penult. pag. 2. c. 1. C. Religiosus cum tali licentia, & non aliter, potest acceptare tutelam pupili. Potest esse testamentarius, imò & fidei iutor. Ibidem, & c. 2. & pag. 3. c. 1. & 2. Religiosus est incapax alicuius iuris. Ibid. col. 2. D. E. Religiosus, sine licentia Prælati non potest admittere administrationem, & procurationem. Ibid. pag. 5. & 6. Religiosus ex speciale impedimento remouetur ab officio advocati, seu Iuris Consulti, aut Patroni in litibus. Ibidem, p. 6. A. Religiosus si fiat depositarius, peccat mortaliter contra obedientiam disponendo de re non sua (scilicet persona) non contra paupertatem, quia nec dominatur, possidet, nec administrat, nec

veitur re depositata. Ibidem, p. 13. col. 2. C. Religiosus ab officio testamentarii ex licentia Prælati acceptato, sine causa iusta, inique amouetur: sed iam, ut cuiquæ amotus non exequitur valido testamentum. Ibidem, p. 3. c. 1. C. D.

Renunciatio. Vide donatio, testamentum, pro-

Religiosa sessio, Nouitius.

Renunciations bonorum, seu donationes à professoribus in Religionibus faciendas, disponit Tridentinum non vero testamenta, & ordinat bono profitentium, p. 1. p. 148. c. 1. & 152. col. 2. D. Annulantur à Tridentino quamuis sint donationes inter viuos, & cum traditione bonorum, si fiant intuitu ingressus Religionis, & conditionis assignatæ non feruentur, p. 149. col. 1. A. Renunciatio, & donatio debent fieri intra duos menses ante professionem (testamentum vero quocumque tempore) ut valeat, & itidem, quod sequatur professio, & ad huc Episcopi licentia, Prælati vero regularis non est necessaria, p. 150. & 151. c. 1. & p. 155. col. 1. & 2.

Restitutio. Vide satisfactio ludus, Religiosus, iustitia.

Restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ, quo damnum illatum proximo reficitur, p. 1. 298. c. 1. C. Ex suo peculio teneri Religiosum satisfacere Monasterio pecunias quas illicite ludo deperditas tulit extraneus, nec restituit, fuit aliquorum opinio. Ibid. Ad deperdendum ludo prohibito aliquas pecunias nullo modo potest Prælatus concedere licentiam Religioso, sicut nec ad illicitas, & in honestas expensas. Ibid.

Remuneratio. Vide donatio, gratitudo.

Remuneraciones non prohibent regularibus iura, nec constitutio Clementis P. P. VIII. quando prohibuit donationes, p. 277. col. 1. Remuneratio non est actus virtutis liberalitatis sicut donatio, sed gratitudinis. Ibid.

S.

Sacerdos, Sacerdotium: Sacerdotium esse incompatibile cum

Index Rerum

Religioso statu nullo iure constat, p. 2. T. 1. p. 7. c. 1. C. D. *De subrogatione*

Sacerdotium Religiosi nullo modo est inferius, nec postponendum Sacerdotio seculari, est expressum iniuriis. Ibid. p. 6. c. 2. D. & p. 8. c. 1.

Sacerdotium essentialiter annexū Abbatiali ministerio, & Dignitati quam in sua Regula instituit, & ordinavit SS. Patriarcha Benedictus ostenditur, p. 2. T. 1. p. 37. c. 2. D.

Sacerdotium, quod (minus apte) aliqui appellant ordinem Sancti Petri, non dicit statum, institutum, seu modum viuendi specialem, sed tantum gradum Ecclesiasticum, ordinem, & potestatem exercendi in Ecclesia Sacerdotalia ministeria, quam æqualiter omnino accipiunt regulares, & seculares. Ibid.

Sacrificium.

Sacrificij definitio, ut sacrificia veteris, & nouæ legis includit est actio externa, qua aliqua res immutatur Deo dicata per manus publici ministri, p. 1. pag. 2. c. 1. & 2.

Sacrificiorum excellentissimum est holocaustum, in quo tota consummitur Hostia. Ibid.

Sacrificium est status, seu professio Religionis, & nō quodcumque, sed holocaustum. Ibid.

Satisfactio. Vide restitutio.

Satisfactio etiam obligat, & habet locū, adhuc, innocuentis spiritualibus, 1. p. pag. 135. & 136. c. 1. A.

Satisfactio debetur illi qui per dolum, & fraudem iniuriōse abducitur à consecratione alicuius boni spiritualis, ut ingressus Religionis, aut similis, & multo magis si ad peccandum inducitur. Ibid.

Satisfactio ista per contrarias instantes suasiones, & preces debet fieri. Ibid.

Seruus, seruitus. Vide verbo Religio.

Seruus non potest emittere uocem validam Religionis, 1. p. pag. 56. col. 2. B.

Seruis est licitum matrimonium etiā in uicinis Dominis, p. 347. c. 2. B.

Seruus habet ueram dominium, sui corporis sicut, & animæ, & per consequens potest illud transferre per coniugium. Ibid. Seruus habet triplicem corporis actionē, conseruatiuam indiuidui, aut nutritiuam, ut comedere, & secundam conseruatiuam speciei, ut generare, tertiam, actionem, seu actiones externas, ut euertere domum ce-

lere vineam, & in hac tertia subitur domino non in prima, aut secunda. Ibid. C. D.

Sepultura. Vide simonia.

Sepulturæ locus (ut præhementior quidem) non ut ad sepeliendum corpora fidelium deputatus potest cum pretio, siue simoniæ crimine conuentione uedi, P. 2. T. VI. p. 30. c. 1. A. Et sic pro capela pro sepultura in loco sacro, ex vi solum consuetudinis potest aliquod exigi licite. Ibid. Deputationem ad sepeliendum in aliquo loco vendere (quando venditur locus, talem intentionem sepeliendi in eo non excludendo) simonia est, non uero uenditio uel emptio loci, aut cæmæ terrij, quod siue amplificandi templi potest fieri. Ibid. p. 29. Ius sepeliendi vendere sepulturam, uel terram ad sepeliendum est simonia. Ibid. p. 29. c. 1. D. E.

Status. Vide verbo Ecclesia Religio.

Status est modus se habendi alicuius rei, uel personæ, cum stabilitate, & permanentia, & dicitur, à verbo *sto*, uel *statuo*, p. 1. pag. 6. c. 2. B.

Status Ecclesiæ militantis multipliciter diuiditur, primo in Ecclesiasticum, & prophanum siue laicum: deinde uterque istorum, in regularem, uel secularem. Ibidem.

Status laicus, seu profanus, & quæcumque laica persona debet cedere loco personæ Ecclesiasticæ, P. 2. T. 1. p. 6. c. 2. C.

Statusum. Vide Professio, Religio, Preceptum.

Statuta ualida possunt ferre Religiones circa annullationem professionis, ut in sacra minimorum Religione prohibetur ante decimū octauum: Et quamuis non annulletur aliter facta posset annullari cum professio sit contractus, 2. P. T. appendice, c. 2. q. 2. circa principium.

Subreptio. Vide obreptio.

Subreptio, quæ est illa fraus, uel error qui illabatur intellectu deliberanti circa convenientiam, aut bonitatem rei faciendæ: in ualida, determinatione uotum, uel promissionem, p. 1. p. 13. c. 1. C. D. Subreptio dicta à verbo Latino *Repto* significat, cautam intrationem, sine strepitu, serpentis instar, quæ corpus hærens terræ, silenter trahit. Ibid. Subreptio usurpatur ad significandam falsitatem, clam, insertam in petitionibus Principi, uel iudici porrectis & differt in hoc ab obreptione, quæ dicitur, sublatione uerbi, uel circumstantiæ carere

omi-

Notabilium.

omissam, ex qua veritas manifestaretur. Ibid. c. 2. A.

Simonia. Vide Monasterium, Dos, Monialis, Alimenta.

Simonia in hoc consistit, quod accipiat aliquis temporale aliquid, tanquam præcium pro re spirituali, p. 1. p. 180. c. 2. D.

Simoniam non committit Monasterium, non habens sufficienter pro sustentandis quos habet, si accipiat etiam cum pacto aliquid pro victu, & vestitu ingredientis, p. 181. c. 2. E. Per receptionem, dotis monialis etiam cum pacto non committitur simonia, p. 185. & 186. Vendere vel emere capellam sepulturam, vel terram ad sepeliendum, item & eius sepeliendi est simonia, p. 2. T. vltim. p. 29. c. 1. E. Non est simonia vendere locum præheminentiorem, nec terram in qua postea corpora sepeliantur. Ibid.

Subditus. Vide verbo obedientia, praelatus, præceptum, religiosus.

Subditus non tenetur obedire in actibus mere internis, p. 1. p. 194. c. 1. A. Subditus doctus, quem non latet esse probabilis Prælatus præcipere ultra potestatem, vel quod probabiliter nocuum graue, aut scandalum ex præcepti executione timeri potest, non tenetur obedire si sine scandalo potest. Ibid. Subditus, nimis emetiri cupiens, potestatis sui Prælati spheram cum ipsoque contendere intendens, in illo tanquam in lapide colliditur, p. 204. c. 2. A. B.

Suspensio. Vide censura pena Ecclesiastica, Episcopus, Abbas, Prælatio.

Suspensionem à diuinis, quæ est censura Ecclesiastica potest absolueret Abbas, & Prælati, qui comunicent in priuilegijs quamuis Papæ reseruatâ, p. 1. p. 325. c. 2.

T.

Testamentum. Vide donatio, renuntiatio.

Testamentum, quod iure naturæ habet inuiolabiliter executioni mandari cum sit testimonium vltimæ voluntatis morientis, multum assimilatur renuntiationi bonorum in gratiam alteriut factæ, & donationi perfectæ dictæ inter viuos, sed & ab his in pluribus differt, p. 1. p. 149. c. 2. A. B. Non valet testamentum, non secuta morte naturali, morali aut ciuili, qualis est professio solemnitas in Religione per Sedem

Apostolicam approbatâ, p. 152. c. 2. D.

Testamentum conditum quocumque tempore, etiam intuitu ingrediendi Religionem, vel etiam à nouitio, non annullatur intendit, Tridentinum, quando de renuntiatione, & de donatione agit. Ibid.

Testamentum cum non sortiatur effectum, nisi interueniente morte testatoris, non annullatur à Concilio Trid. quamuis fiat ab ingrediēte Religionē, extra præscriptum tempus donationibus, p. 1. p. 152. c. 2. Sufficit pro testamento Nouitij solēnitas quæ pro milite, & clerico. Ibid. Testamenti Nouitij validitas relinquitur iuri communi casu excepto, quod fuit conditum ante ingressum Religionis ab eo, qui de hoc nil cogitabit infaborem prorsus amici, vel cognati dispositi, & cōiectetur, quod si monachatum futurum attendisset Monasterium capax non ex hæreditasset. p. 153. Testamentum condendi licentiam solus Papa concedere potest Religioso professo, p. 165. c. 1. B.

V.

Virtutes.

Virtutes morales omnes, quæ ordinant nos ad alterum in ratione debiti, pertinent ad iustitiā formalem diuersi modè, nempe vt partes subiectiuæ, vel potentiales, p. 1. pag. 25. c. 1. D.

Virtutis Religionis actus est debitum soluere, non liberalitatis, nec iustitiæ formalis, sicut & Parentibus soluere debitum est virtutis pietatis. Ibid. c. 2. A.

Visitatio. Vide iudicium, accusatio, denuntiatio, rumor.

In visitationibus, cum delicta omnibus modis publica iudicem visitantem latere non possint (moraliter loquendo) si de his sit rumor, aut fama tenetur institueret iudicium, p. 1. p. 224. c. 1. A.

Visitatioes, & inquisitiones generales pro punitione delictorum cuiuscumque Reipublicæ secularis, & regularis tenentur aliquibus, seu statutis temporibus facere Prælati, seu gubernatores, qui ultra eam (cui personaliter assistunt) habent sub sua ditione alias, p. 1. p. 223. In Republica Monasterio, seu comunitate cui immediate præsidet quamuis plenam in ipsa habeant ordinariam politicam, & omnem

Index Rerum

potestatem non tenentur instituere hanc iudiciale[m] visitationem, p. 221. c. 1. E. Visitatio generalis huiusmodi, inquisitio, quae Hispanie dicitur pelquisia, est vna ex tribus vijs quibus ad cognitionem delictorum deuenitur, cum accusatione, & denuntiatione iuridica, p. 224. c. 2.

Vita spiritualis. Illius non in Vita, seu via contemplatiua, & actiua constituunt diuersos ordines, seu Religiones in Ecclesia militante, nempe Monachales, & mendicantes, p. 1. pag. 7. c. 1. E. Via, seu vita contemplatiua est perfectior actiua ex Christi sententia, & doctrina D. Thomae. Ibid.

Via contemplatiua exercitia sunt aptiora media ad tendendum ad perfectionem & inde est, quod hinc Monachales Religiones sint perfectiores mendicantibus, militaribus. Ibid.

Vnia. Vide beneficium Episcopus, ius, patronatus, Monasterium, filiatio, Prioratus.

Vnire potest Episcopus Monasterio aliquod beneficium etiam si sit iuris Patronatus laicorum, dum istorum ad hoc sensus, & Sedi Episcopali ius instituendi, & visitandi referretur, p. 1. p. 280. c. 1. B.

Vnio naturalium partium multiplex, & ad huius instar plura Monasteria ad vniam constituendam congregationem, & alicui Monasterio, vel capici aliqua Monasteria, vt membra diuersi mode vniuntur, vt Abbatia (inquam filiationes, & Prioratus, 2. P. T. 3. p. 8. c. 2. & 1. p. p. 326. c. 2. & 327. c. 1. & 2.

Votum. Vide promissio, propositum, Religio, dispensatio, interpretatio, irritatio, commutatio.

Vota castitatis, paupertatis, & obedientiae sunt de essentia status Religionis, 1. p. p. 2. c. B. Vota essentialia obligant per totam vitam, pag. 3. c. 2. C.

Votum tria essentialiter includit deliberationem: propositum voluntatis, & promissionem, p. 19. c. 1. A.

Voti, & promissionis, speciale difert men pag. 26. c. 1. C. Votum debet esse de maiori bono, p. 30. c. 1. A.

Vota obedientiae castitatis, & pauperum si expresse intenduntur voueri, in voto simplici Religionis, isto legitime ablato manent secus si implicite solum intendantur, pag. 27. c. 1. A.

Vouere est actus Religionis, ac proinde

deest mens vouere, quam non vouere.

Votum de non ingrediendi Religionem absolute loquendo non obligat. Ibid. B.

Votum peregrinationis, vel simile impedimentum Religionis, non obligat. Ibid.

Votum factum non deliberatione, quasi ex consuetudine, & minus materia quam ad peccandum mortaliter requireretur obligat dum non sit ex subitaneo motu, vel subreptione, p. 33. c. 1. A. B.

Votum in ebrietate factum, etiam si quis sciat in se ebrium solere vouere, non obligat. Ibid.

Votum est validum ex deliberatione virtuali quamuis formalis non ad sit. Ibid.

Vouens ex deceptione circa Religionis dura, puta delectum ciborum, vel similia non manet obligatus, p. 34. col. 1. A. & 35.

Votum eneruat error circa motiui principale vouendi, vt si petro (false) putato pauperi voueris Deo erogare elemosynam. Ibidem.

Votum solenne Religionis ex errore sexus, vt si vir in Monasterio foeminarum, emitat non est validum, 2. P. T. appendice, p. vlt. c. 1. & 2. Votum, seu professio herma froditi, seu foeminae cuius sexus materetur ipso iure quasari est verum simile, & probabile. Ibid.

Voti error, circa secundarium motiui vouendi, non inuadat votum, p. 1. pag. 35. c. 1. B.

Votum Religionis a viro, vel foemina emissum, vt ingenuitate stirpis non obscurat, ignobili, vel inaequali connubio, aut mediocritate victus non est inuaditum, nec inuoluntarium, p. 36. c. 2. A.

Votum praecipue emissum, V. G. Religionis, vel paupertatis, propter delictum perpetrandum, vel propter vanam gloriam, non est validum. Ibid. c. 2. D. E.

Vouens Religionem, nullam determinando, satisfacit voto non admittit iniquaque, vel sex requisitis Monasterij dierforum ordinum, quae addierit, p. 39. c. 2. E.

Votum Religionis.

Votum determinatae Religionis, ex qua non reperiuntur monasteria in illa Provincia, implet qui id ignorans vouit, & similem ingreditur, p. 39. c. 2. A.

Votum inhabilis ad omnes, vel illam determinate Religionem, quae tales ignobiles, vel spurios non admittit, non obligat.

Notabilium.

gat. p. 40. col. 1. B.

Votum Religionis incommuni factum implet ingrediens militarem sancti Ioannis Ierosolymitani, pag. 41. c. 1. C.

Vouens Religionem bona fide, si non admitatur inter deputatos choro, quod creditur intendisse: sed inter laicos, ob defectum gramatices quam non credidit necessariam, nec ad hanc ad discendam, nec laicus fieri tenetur, c. 2. A.

Vouens Religionem quam sciuit non admitere choro deputatos gramaticæ ignaros, si ad illam addiscendam se reperiat ineptum, laicus (si ad id admitatur) fiat, & sibi imputet, qui apposuit conditionem impossibilem. Ibid.

Vouens Religionem determinatam bona fide ignorans. si quam artem scitu difficilem esse necessariam, quod si sciret non voueret, non ligatur. Ibid. Et idem dicendum si ob ingenuitatem laicorum habitus (qui offertur) deducat, pag. 42. c. 2. D.

Vouens Religionem non assignando terminum tenetur ingredi quam primum, p. 43. c. 1. B.

Voto Religionis alicuius determinatae ligatus, si propter ignorantiam gramatices necessariæ pro deputatis choro, in gremio laicorum, solum admittitur debet admittere, p. 1. p. 41. c. 2. A. B. Hoc tamē non habet locum in ingenuo, qui inculpabiliter talem statum differentiam ignorantibus nullo modo credi potest illum, indecentes statum sibi intendisse vouere. Ibid.

Voti obligatio, quod rupliciter tollitur, nempe per irritationem, dispensationem, communicationem declarat, pag. 69 col. 1.

Voti irritatio.

Voti irritatio, quæ fit per potestatem patriam, & nullo modo per politicam, & iurisdictionis: alia est directa, quæ respicit voluntatem vouentis super quam habet patriam potestatem: alia indirecta, quæ respicit materiam voti, 1. p. pag. 50. c. 1. & pag. 61. c. 2. B.

Vota puerorum antepubertatis Annua facta, etiam Religionis, sine licentia Patris, vel tutoris possunt illi irritare (id est) inualida reddere, & idem adoptans, vel Mater mortuo Patre, non instituto alio tutore filij. Ibid.

Vota impuberum confirmat pater actu possessio, quo sciens facta vult esse vali-

da, & non sufficit scire, & negatiuè se habere, id est, tolerando, vel non irritando, & confirmationem, semel factam non potest, adhuc, intra impubertatem annullare sicut, nec reuocare licentiam semel concessam. Ibid. Vota hæc impuberum habent sub intellectam conditionem si pater, tutor, vel adoptans consenserint, & sic taliter facta sine licentia, vel non habita confirmatione, intra impubertatem post emancipationem possunt irritari. Ibid.

Votorum irritatio indirecta est, quæ fit non virtute potestatis quam habet aliquis super voluntatem vouentis, sed super materiam voti. Ibid.

Voti triplex consideratio quantum ad ipsius irritationem. Primò, quod possit ab aliquo licite emitti. Secundò, quod sic emissum sit licitum. Tertio, quod sit, vel firmum, vel ita infirmum, quod possit irritari, p. 59. c. 1. A.

Vouens Religionem cum proposito perseverandi, si habitum (quem bona fide sumpsit) dimittat, nec profiteatur, ex experientia in nouitiatu sumpta sibi non expedire non peccat, p. 1. pag. 43. c. 1. & 2.

Vouentem ingredi, & profiteri, licite posse habitum dimittere experientia (bona fide) in Nouitiatu sumpta sibi non expedire probabilius, contrarium probabile, quia videntur duo vota, p. 44. c. 2. B.

Votum duplex ingrediendi, & perseverandi habent sub intellectam conditionem si possum, & mihi expediat, dubius de validitate, secundi, suæ consulat libertati, p. 45. c. 1. A. B.

Vouens facere votum intrandi Religionem tenetur vouere illam, & ingredi virtute huius, non illius. Ibid. col. 2.

Votum de non moriendo extra Religionem ex intentione debet iudicari, an statum Religionis assumere, vel in Monasterio eligere habitationem perpetuam intenderit, & ad id tenetur, pag. 45. c. 2. C.

Vouens Religionem determinatam implet votum ingrediendo strictiorem, non laxiorem. Ibid. D.

Votum simplex Religionis strictioris implet, qui solemniter profiteatur in laxiori quamvis sic profitendo peccet mortaliter, p. 46. C. D.

Votum Religionis strictioris implet, qui profiteatur Benedictinam ex ipsius privilegio. Ibid. c. 2. Si tamen exeat ante professionem manet ligatus Priori simplici voto. Ibid.

Vouens

Index Rerum

Vouens disiunctiue Religionem, vel seruire Hospitali, nō est absolute votū Religionis, & ideo dispensabile, p. 47. c. 1. A.

Voto Religionis simplici ligatus non ab illo liberatur, quamuis eligatur in Episcopum. Ibid. c. 1. D.

Voto simplici Religionis liberatur eius actus per sententiam nullitatis professionis, p. 1. col. 2.

Votorum dispensatio.

Votum continentiae, seu castitatis perpetuae in hoc differt à temporaneo, quod istud dispensat ordinarius, illud solus Papa, 1. p. pag. 51. col. 2.

Vouens virginitatem perpetuam, intendens solum corporis integritatem, dispensatur ab ordinario, cum non sit perpetuum, nec daret deperdita integritate corporis. Ibid. At si intendat virginitatem perpetuam, vouens continentiam, & puritatem, votum perpetuum est, & à solo Papa dispensabile. Ibid. **Vota** omnia, quae ex sua natura sunt perpetua solus Papa dispensat. Ibid.

Vota continentiae perpetuae, quae ex consensu mutuo emittunt coniuges, quamuis ex sua natura sit Papae reservatum, potest in aliquibus casibus dispensare Episcopus, & qui id habet ex privilegio, pag. 51. c. 2. E.

Votum solemne Religionis solus Papa ex grauisima causa, & de plenitudine potestatis dispensat, & quomodo, pag. 53. c. 2. A.

Voti solēnis Religionis, seu eius obligationis ablatio propriè loquendo, non est irritatio, commutatio, nec dispensatio, sed est quasi emancipatio, seu manumissio serui, vel mācipij, quod explicatur, quod fit facere de Religioso non Religiosum. Ibidem. **Dispensare** Pontificem in voto continentiae, etiam Ordini Sacro ipsi (in

Ecclesia Occidentali) annexum, non est manumissio, nec emancipatio quasi serui, cum non mancipet, neque seruum reddat vouentem, votum continentiae (etiam perpetuae) sicut solemne Religionis, p. 1. p. 75. c. 2. B. C.

Voluntarium. Vide libertas.

Voluntaria distractio, in recitatione, vel alterius actus humani tollit attentionem virtuaalem, p. 223. c. 2. P. **Voluntarium** excludit ignorantia fraudis, & vis, p. 34. c. 1. C.


Vsus.

Vsus est, quo quis potest in propriū suum commodum tantum uti fructibus rei, seu re ipsa, salua eius substantia, p. 1. p. 237. c. 2. A.

Vsus fructus est ius, quo quis potest rei fructus impendere, ut vult, & salua substantia rei, sed ita ut possit arbitrato suo rei fructum locare, alienare, & vendere, p. p. 237. c. 1.

Vxor. *Vide verò coniux, dos, matrimonium, votum, Religio, irritatio.*

Vxoris bona administrat maritus. Ex lege imperatoria, & Castella, p. 1. p. 280. c. 1. **Vxor**is, impedimentum ad licitè donandum, & expendendum, bona propria V. G. dotis, arrarum, parrafrenalia, aduentitia, &c. extrinsecum est, nempe à iure positiuo. Ibidem. **Vxor** habet verum dominium dotis, arrarum parrafrenalium, & iure naturali potest pro suo libito in licitis expendere. Ibid. **Vxor**um administrationem priorum bonorum nempe dotis, &c. Leges impediētes admittunt episcopiam egnome, & prudentem explicationem. **Vnde** ingraue nocumento dotis vxoris, & filiorum ex alio marito, expendente isto, dotem prodige, seu cum filijs ex alia vxore, poterit retinere, & recondere quantitatem dotis. Ibid. B.



PROLOGVS

studioſo Lectori.



POSTRI Operis argumentum (studioſe Lector) cum proprietate appellatur Respublica: quæ ex Tullio, idē est, quōd ſtatus pacificæ ciuitatis: ciuitatis (inquā) quia muratæ; & nō vrbs, quæ ſignat vniōnem ciuiū, & familiarū absque muro: habet enim, & muros, & mœnia Respublica noſtra, quibus decoratur, ſtringitur, atque defenditur. Vnio etiam commorantium, ſeu membrorum hoc miſticum corpus conſtituentium, in Religionis ſtatu reperitur: coaleſcens (inquam) ex ſubditis, & Prælatiſ; horum poteſtate, illorum ſubiectiōe. Quæ cum ſit ſpontaneè, & liberè electa, nouam poteſtatem, & nouum gladiū in Eccleſia cōſtituit: nuncio enim, & diſtinctio poteſtatis Regulariſ, ſuper ſubditos (homines ſcilicet à natura liberos) non à Chriſto immediatè, vt poteſtas Eccleſiaſtica ſeculariſ, nec à populo, vt profana; ſed à profitentiſ libera, & ſpontanea voluntate dimanat. Dicitur etiam Hieruſalem noua: non eſt enim ciuitas, in qua videat Propheta iniquitatem, & contradictionem, ſed viſio pacis. Noua ſimul, quia Eccleſia primitiuorum; ceteros ſcilicet, nō quorumcunque fidelium, ſed primitiuorum: ſectatores enim Religioſi ſtatus, primos illos Religioſos imitari ſtudent, qui primitiſ ſpiritus acceptiſ, non ſolum vniuerſalem Chriſti Eccleſiam fundauerunt proprio ſanguine: nec ſolum inuenerunt nouum modum colendi Deum per actus virtutiſ Religioniſ, vt Henoch; & aliarum virtutum, vt in lege veteri, & noua, Rechabitæ, Nazarei, filii (quos vocabant) Prophetarum, Anachoretæ, Cœnobitæ, & ex omnibus Eccleſiæ Regulariſ Inſtitutiſ; ſed adhuc fuerūt profeſſores primi ipſiſ fundamenti Religioſi ſtatus, quod in obſeruatione Euangelicorum conſiliorum conſiſtit.

Tullius.

Quare ergo, cum laboriſ noſtri, & tractationiſ huius ſubiectū, ex iſ rationibus, tot capitibus, & iuribus, ſit diuinum, & quidem, (vt de cœlo deſcendens) nō ab intuitu debuit deterrere, quod plures, & doctiſſimi Authores luculentos tractatus, acutiſſimas diſputationes, & tractationes, quæſtiones, & reſolutiones ediderint, nunquam enim ſufficienter ſic dici videtur, quōd videatur dictū fatiſ.

In duas partes opus diuiſum, pro expeditori declaratione,

quanuis simultatē contineat relatiuam, vtriusque partis materia, seruitus ingenua (scilicet) Religiosi, & Prælati potestas, & vtraque in emissionem votorum essentialium consistat, & omnes singulæ diuersorum institutorum Religiones (distinctæ quidem, & priuatae Respublicæ) in vitæ actiuæ, seu contemplatiuæ exercitijs institutæ, Monachales, Mendicantes, & aliæ, in professione votorum emissa, in Religione per Sedem Apostolicam confirmata fundentur.

Vbi pro huiusmodi Religionum multiplicitate, pro status origine, pro diuersis, & aliquando inter se oppositis modis, & institutis, ab aliquibus Autoribus dissentiendo, Lectorem moneo, nec conuenientem, nec fortè possibilem omnium Regularium Ordinum, Institutorum, & Regularum, ad vnam, vel pauciores Religiones reductionem existere; tum quia varietas Regularium Ordinum pulchram statuum vniuersalis Ecclesiæ multipliciter delineat; tum quia diuersorum hominum genia, & inclinationes, huiusmodi diuersa instituta Religionum exigebant, vt pro omnibus esset prouisum: si enim quieti, & contēplationi deditus, nec (aliàs) fodere valens, & mendicare erubescens, ad statum Religionis vocatus, & forsitan voto ligatus Religionis, in vita actiua, & in talibus actibus institutas Religiones solum reperiret, certè desiderijs pijs, & votis emissis, ipsorumque impletione fraudaretur; & similiter ad vitam actiuam propensus, & vocatus, si tantum Religiones Monachales, & vitæ contemplatiuæ existerent: vnde maximè hic elucet pius Dei circa huius status professores affectus: nec minùs fortè disponēs sic, quòd in dies nouorum institutorum Religiones fundentur, in quarum seruore nouo charitatis, refrigerata deuotio reuiuiscat.

De regulari ergo statu, & Republica, est hæc tractatio nostra, & opus: quare de ijs solum Professoribus loquimur, qui in congregatione viuentes, sub politica, & economica, & patria Abbatis, seu Prælati gubernatione, legibus reguntur cõmunibus, siue Religio sit ex Monachalibus, siue Mendicantibus, vel alijs. Vnde Monachorum antiquorum institutum, qui Monachi, quippe solitarij, & contēplationi diuinorum dediti, ex Dionysio sic dicuntur, *quia* *distibilibus relictis, Monachi, id est, soli diuinitati placere contendunt,* dum sine Prælato, cui obedientiam præstent, & sub legibus cõmunibus viuant, ad nostram regularem Rempublicam minimè pertinet. Qua etiam ratione excluduntur pluriū institutorum colendi Deum pijsimi zelatores, qui speciales aliquos cultus diuinos, per
actus

actus Religionis virtutis inuenerunt, vt Enoch. Pro quo notatur de illo, post sacrificia Adam, Abel, & aliorum, qui prius Deum inuocauerant, dici specialiter, quod ipse cœperit inuocare nomen Domini, quasi aliquo à se inuento Religionis virtutis actu cœperit modum Religionis nouum. Excluduntur etiam & antiqui Monachi, & Religiosi, Rechabitæ, Nazarei, & filij (dicti) Prophetarum: non solum quia ante Christum Autorem consiliorum non extitit Religiosus status; sed quia sub alicuius Prælati legitima potestate non debebant. Vnde nec Anachoretæ, nec Heremite ex nostro instituto sunt; quanuis & hos, imò & illos, qui Christum præcesserunt, vocet Hieronymus Patres nostros, licet ex perfectione instituti (qui in contemplatione diuinorum consistit) gloriosam aciem in militante Ecclesia constituent, & non gloriosam minus ex patre, seu Patriarcha, quem Isidorus Cassianus, & Sozomenus dicunt fuisse Ioannem Baptistam; & saltem in amplius amplexata sententia, Heremitarum pater, & magister fuit Paulus Heremita primus, eximius heremi cultor, & magni Antoni magister. Per quod nec excludere intendimus Religionem de nouo fundatam, & (vt ferunt) approbatam, quam dicunt Heremitarum sancti Pauli, ad instar Camaldulensis, quæ heremi, & solitudinis vitam cum Monasteriali, & Cœnobitica, sub Prælato, & legibus communibus complectitur.

Hieron.
epist. 13.
ad Paulinum Monachum.
Isidorus
lib. 2. de
diuinis
officijs, c.
15.
Cass. col-
lat. 18.
c. 6.
Sozom.
l. 1. hist.
c. 12.

Indiuiduam operis materiam, ex indiuidua radice, adhuc in duas partes diuisimus, & de statu Religionis in communi, ac voto continentia (quo maximè mancipatur libertas, & constituitur ingenua seruitus) quæ se specialiter ex parte subditi tenet, agimus in prima parte. Et in secunda de duobus alijs specialibus votis, paupertate scilicet, & obedientia: vnde sumit principium Regularis Prælatorum potestas: sicut à Papa secularis Ecclesiastica in Ecclesiastica Republica, de qua Lælius Zechius, tit. de statu Rom. Pöt.

Lælius
Zechius
de Repu-
blica Ec-
clesiast.

Non plures diuisiones affectaui: quarum multiplicitas, etsi aliquando obscura, & æquiuoca manifestet, aliquando etiã & manifesta confundit. Quare solum in Tractatus, Capita, & Quæstiones doctrinam, & resolutiones diuidi sufficienter iudicaui, & ad repertiendas propositiones sufficere.

Et quanuis non intenderim illas prurire aures, quæ ex refrigera-
 rata charitate doctrinam sanam non quærunt: tamen austeriori modo rigidis opinionibus, & scrupulosis Doctoribus non arrisi; sed sanctissimi Patroni mei, illustris Doctoris, Pontificisq; eximij
 Diui



P R A X I S
R E G V L A R I V M .

R E S P V B L I C Æ R E G V L A R I S .

I E R V S A L E M N O V Æ .

E C C L E S I Æ P R I M I T I V O R V M .

I N D V A S P A R T E S R I P A R T I T V M O P V S .

P R I M A P A R S .

De seruitute ingenua.

T R A C T A T V S P R I M V S .

De essentia status Religionis.

C A P V T V N I C V M .

Religionis statum ex tribus votis essentialibus constare.



Peris nostri argumentum est Respublica, seu status regularis quare in primis notare libuit cum D. Tho. 2.2.q.168. art.1. & quodlibeto 16.ar.21.&opusculo 18.c.16. *Quod est via qua* dam ad perfectionem, & ista via, seu tendentia potest dici perfecta; quia est via recta ad perfectionem. Quam tendentiam definit D. Pater N. Gregorius Magnus, homilia 20. in Ezech ielem, dicens: *Sunt qui nihil sibi meritis seruant, sed sensum, vitam, linguam, atque substantiam, quam perceperunt, omnipotenti Deo immolant:* Vnde colligit D. Thom. locis sup. citatis nominandam (secundum hoc) Religionem statum perfectionis. Quare est, consequens, quod Religiosi sequuntur (non solum præcepta, & mandata Euangelica: sed) consilia, quæ hanc immolationem continent, quæ (cum nõ obligent ex se) illos solum constat obligare, qui

D. Thom.
2.2.

S. Gregor.
vius

A

liber e

liberè se adstrinxerunt observationi illorum peculiari voto. Vnde constat talem statum consistere essentialiter in hac singulari obligatione. Quam quis spontaneè assumit.

A libera voluntate Religiosi oritur ipsius servitus, & praelati potestas.

Abulens. Rnp. N.

Ab Tuitio sis Monachus, & Abb Bened. lib. 8. de oper. c. 2.

August. apud Rnperr.

N. 1.

D. Thom. 2. 2.

Ex quibus sequitur, tractationem hanc, has practicas resolutiones, opus de servitute ingenua Religiosi, & de varia potestate Praelatorum (quæ simul vocari potest Respublica Regularis) de his præcipuè obligationibus institui, quæ sibi voluntariè, & spontaneè assumpserunt Religiosi per vototum emissionem. Vnde sit dicta Religio, an ab iterum ligando, an ab iterum eligendo, vide apud plures de hoc instituto. Abulensem, & alios. Et qualiter non sumatur pro virtute Religionis, seu pietatis, quam vocat Religionem Rupertus noster, qua ratione dicit Dei cultum, ex August.

QVÆSTIO I.

Vtrum de essentia status Religionis sit se adstringere ad aliqua vota.

Respondetur, & sit prima Resolutio affirmativa, & probatur ex eo, quod addit D. Greg. loco superius citato hom. 20. in Ezechielè, ubi ait: *Cum quis, omne quod habet, omne quod vivit, omne quod sapit, omnipotenti Deo voverit holocaustum est.* Id est, tunc accipit statum Religionis, cum talia emittit vora, quibus voverit, & offert Deo, quod habet, quod vivit, quod sapit, qua ratione talis status communiter dicitur, & appellatur à Sanctis Patribus, holocaustum, secundum illud quod dicit D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 1. in corpore: *Ideo antonomastice illi qui se totaliter mancipant divino servitio (quasi servi, & mancipia Dei eligant esse) Religiosi dicuntur, quasi holocaustum Deo offerentes.* In hoc ad legem servitutis se totos mancipantes, & sui ipsorum, non quantumque sacrificium, sed holocaustum se offerentes. Et probatur ratione, de cuius status ratione est immutabilitas, & permanetia in illo: sed hæc nulla esset in hac materia, nisi quis esset voto adstrictus, ergo, &c. Patet, quia aliter non maneret obligatus ad servandum talia vota. Ergo illa sunt de essentia status Religiosi. Discursus est Angelici Doctoris, ubi supra.

QVÆSTIO II.

Vtrum quilibet Religiosus teneatur voveri omnia consilia Evangelica, vel qua sine de essentia sui status.

N. 2.

Respondetur, & sit nostra Resolutio: *Tria vota obedientiæ, paupertatis, &*

B castitatis, sunt de essentia status Religionis, & sufficiunt ad constituendum illum. Sic omnes Doctores cum D. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 7. Et probatur, quia ut dictum est, hic status est holocaustum, de cuius ratione est se totum offerre Deo, ut constat ex D. Greg. habet autem homo triplex bonum, secundum Philosophum, 1. Ethicor. Primum, quidam rerum exteriorum, quas offerunt Religiosi Deo per votum paupertatis. Secundum, quidam bonum, seu bona proprii corporis, quæ offerunt per votum castitatis, seu continentiam, quo abrenuntiant Religiosi maximas corporis delectationes. Tertium, quidam bonum animæ, quæ offerunt per votum obedientiam, quo aliquis offert Deo propriam voluntatem, per quam homo utitur omnibus potentijs, & habitibus animæ, imò & omnibus rebus.

D Secundum probatur idem ex eodem D. Tho. ubi supra eo quod iste status sit exercitium tendendi in charitatis perfectionem, ad quæ pertinet, ut aliquis à se removeat illa, per quæ possit impediri tale exercitium; huiusmodi autem sunt tria. Primum, cupiditas exteriorum bonorum; contra quæ est votum paupertatis. Secundum, est concupiscentia sensibilibus delectationum, inter quas præcellunt res venereæ: contra quas est votum castitatis. Tertium, est inordinatio voluntatis humanæ: quæ excluditur per votum obedientiam.

Denique probatur nostra Resolutio ex pluribus decretis iuris, ubi assignatur modus professionis, de quibus dicemus infra, quomodo requiratur, ut hæc tria vota fiant in Religione approbata.

Vbi recolendum, & notandum, maximum est, hunc statum quatuor habere. Primum, est quod sit status, quia de ratione

D. Thom. 2. 2.

D. Greg. Aristot. Bonum hominis triplex.

N. 3.

N. 4.

N. 5.

Re.

Religionis est stabilitas, & permanētia. Secundum est, quod sit via & tendentia; nam consistit in tendendo, & in progrediendo, & non consistit in sistendo, & in cessando à progressu. Tertium est, quod ita est tendentia & via, quod nihilominus habet pro termino, & sine perfectionem; & hinc dicitur status perfectionis, vel perfectus à termino (inquam) saltem ultimato, & remoto (vt infra videbimus) & perfectus etiā dici potest, quia (vt nuper diximus) dicit perpetuitatem, firmitatem, & permanentiam. Quarto habet iste status Religionis, quod sit holocaustum, quia per illum (vt diximus) se totum offert homo Deo, & nihil sibi ipsi reseruat: vbi obiter obserua, quod adhuc nō potest proprie, sed per analogiam dici, hic status Religionis holocaustum, quia holocaustum est sacrificium, & quidem supremum, & excellens inter omnia sacrificia: sacrificium enim definitur sic, *Est oblatio externa legitima autoritate instituta, qua res aliqua sensibilis immutatur per legitimum Ministrum, legitimo loco, & ritu Deo vero facta in protestationem summi ipsius in res omnes dominij.* In qua definitione (quā omnia sacrificia complectitur) neque in ratione sacrificij alicuius quæ vnquam fuerunt, siue in lege naturæ, vt sacrificium Abel, Noe, & aliorum, &c. antiquis Patriarchis, siue in lege scripta Moisis, aut in noua, non includitur ratio nostri holocausti, & sacrificij professionis status Religiosi, proprie loquēdo, sed per analogiam quandam, & metaphoram. Vide Authores de his sacrificijs, & omnibus alijs, latè & ex professo tractantes. Franciscum Suarez 3. tomo, in tertiam partem. D. Thom. de Sacramentis, de sacrificio Missæ, & ibi; Egidium Chonich. ex eadem sacra Religione Societatis Iesu, de Sacramentis, quæst. 83. de venerabili Eucharistiæ Sacramento, artic. 1. dub. 1. pagina 298. & 300. nu. 18. & 30.

F. Suarez.

N. 6.

D. Tho.

Notandum secūdo, non requiri quod hæc tria vota explicite stant (vt dicemus suo loco) sed sufficit exprimere votum obedientiæ Regularis, quæ eminenter, imò & essentialiter includat alia duo vota, vt ait D. Thom. vbi supra, art. 3. & opusculo 18. art. 16. & opusculo

16. art. 1. Et probatur, quia Sedes Apostolica approbavit, & hodie extat approbata in Ecclesia Religio, & Ordo Sanctissimi Patris Benedicti, cuius professio sic implicite sub expressa promissione obedientiæ includit paupertatem, & castitatem. Quomodo autem castitas, quæ non vouetur, nec precipitur in Regula contineatur in voto obedientiæ, dicemus infra.

B

QUÆSTIO III.

Vtrum hæc vota que constituent essentialiter Religionis statum, sic debeat fieri, quod duret per totam vitam eorum obligatio.

Respondetur, & sit resolutio. Generaliter in omnibus Religionibus Ecclesiæ, sic emittuntur talia vota, vt intentio sit, quod per totam vitam obligent, & constituatur mutuus nexus, tam ex parte vouentis, quam ex parte Religionis acceptantis, non tamen omnino est necessaria essentialiter ista intentio, quod ex defectu illius, saltem ex parte alicuius Religionis desineret professio solemniter constituere statum, & profitentem Religiosum verum.

D Probat, quoad primam partem ex inductione omnium Religionum generaliter loquendo: vbi æquè fortiter, mutuo sibi inuicem ligantur, & alterutrum adstringuntur, profitens Religionis, & Religio profitenti, vt neque ista possit deinceps dimittere, quem admisit, & incorporauit; nec qui se mancipauit Religionis, illam deserere. Secunda pars, probatur quia Patres Societatis Iesu, veri Religiosi sunt, & per Bullam Pauli Tertij, Iulij Tertij, & Gregorij Decimertij, & constat ex cap. 6. sessionis 25. de Regularibus, in Tridentino: qui tamen Religiosi, si adhuc facta professione à superioribus dimittantur, aut eiiciantur, vota emissa annullantur. Ipsi vero Religiosi autoritate propria non possunt talem statum dimittere, nisi Superior dimittat; quod videtur sufficere ad saluandam doctrinam D. Tho. supra citati, & aliorum dicentium

N. 7.

N. 8.

Trid.

requiri in hoc statu perpetuitatem, & permanentiam. Nam ex parte profitentis permanens est talis obligatio votorum. Vide Gregorium de Valentia, disput. 10. q. 4. puncto 2. in 2. 2. D. Thom. Aliqui dicunt ligari Religiosum ad immutabilitatem status, quem cognoscit esse in variabilem, & Religionem pro tempore quo proficens (qui mutabilis est) in professione permanet; nec causam, suæ dimissioni, aut expulsionis offerat. *Vide tract. 7. c. 3. q. 2.*

N. 9. Ex dictis sequitur resolutio, ad id quod hic solet tractari, quomodo scilicet Summus Pontifex possit indulgere, diffinire, seu potius declarare illos (inquam) homines, qui votis castitatis, paupertatis, & obedientiæ solemniter emissis, adstricti sunt ad obligationem eorum, solutos manere, seu liberari; certum est enim, quod supponit plenitudinem potestatis Summi Pontificis, secundum quam *ex Monacho facit, non Monachum; & ex Religioso, non Religiosum* (ut ait Sayrus) sua claus. lib. 6. c. 11. a num. 22. & hoc ita fit, ut talis matrimonium contrahere possit, non obstante quod castitatem vouerit, quia castitas (quæ per orationem introducta

Gregor. Sayrus. 1. Cor. 7. *Mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt.*) In hoc casu irritatur, aut dispensatur imo & ipsa oratio, quæ est finis, omittitur propter maiora, & vniuersaliora bona. Neque obstat, quod Religiosi iam ratione votorum mancipauerint se hoc titulo speciali Domino: nam respond. quod licet Papa, aut alius Prælati, seu iudex humana potestate; pro libito suo non possint transferre dominium rei de vno domino in alterum; tamen ex rationabili causa faciunt in multis casibus, sicut & in præsentibus, in quo Papa determinatione rationabili, & iustificata (quæ semper, vel ut in plurimum erit causa communis boni, & maximi momenti) in bonum & vtilitatem Regni, vel Reipub. ex voluntate quidem ipsius Dei, & fungens eius autoritate, & ex potestatis plenitudine Religiosum Deo traditum, & per vota mancipatum, quasi manumittit, ut seruum seu mancipiũ.

Bellar. Vide Bellarm. 2. tom. lib. 2. de translatione Imperij Romani.

QVÆSTIO III.

A *Vtrum Religiosus licet non vouerit omnia Evangelica consilia, teneatur illa seruare.*

Ratio dubitandi est, quia ex D. P. N. Gregorio nuper citato, ille qui seculum deserit facit omnia bona: sed deserere seculum specialiter pertinet ad Religiosos, ergo etiam eorũ est facere omnia bona.

B Respondetur ergo ad questionem, cū D. Thom. 2. 2. quæst. 186. art. 2. quod cum status Religionis non sit perfecta charitas, sed tendentia ad illam; hinc est quod non tenetur seruare omnia consilia Evangelica, neque etiam in preparatione animi, ultra ea quæ proficitur, nec peccare si ea prætermittat: peccare verò si ea contemnat. Probat per primũ, quia seruare illa Evangelica consilia, etiam in preparatione animi, quando scilicet necessitas requirit, est solum de ratione perfectæ charitatis; quam non perit iste status. Secundum probatur, quia talis contemptus est contra tendentiam ad charitatem, quæ tendentia est de ratione huius status.

C Restat tamen sciendum, quis sit iste contemptus, qui quidem triplex traditur ab Authoribus, ut videre est apud Gregorium de Valentia, 2. 2. disp. 10. q. 4. puncto 4. Primò modo, ut si quis parui æstimet ipsum diuinũ consilium, prout à Deo proficitur, quod cum sit irreligiositas, & irreuerentia maxima contra Deum, est grauissimum peccatum, etiã in homine seculari. Secundò modo, ut si quis vili pendat ipsa opera consiliorum, attendendo genus, & naturam illorum, quod contemptus etiam in seculari peccaminosus est, & mortale peccatum, secundum Adrianum quodlibeto 6. art. 2. cum cedat in ignominiam Dei consiliantis talia opera, tanquam multum vtilia: in Religioso autem non dubito, quin sit peccatum mortale (ut ait Gregor. de Valentia vbi supra) & hoc etiam modo intelligendus est D. Tho. loco citato, & Syluester, verbo Religio 2. num. 8. quando dicunt Religiosos contemnentem consilia, peccare. Et probatur, quia Religiosus est peculiariter obligatus ad procurandam perfectionem

N. 10.
S. Greg.

D. Tho.

N. 11.

Contemptus, quid.

tan-

tanquam suæ vitæ finem, ergo contem-
nere consilia, quæ sunt media maximè
conducentia ad hoc, peccauit grauiter;
mitto alium tertium cõtemptum ex su-
perbia, vt si quis indignè ferat esse sub-
ditum, & subiectum Deo, quia hoc in
quolibet esset graue peccatum, vt Diuus
Thom. artic. 2. ad secundum. Quar-
tum adhuc vide infra tract. 7. cap. 3.
quæst. 8.

N. 12. Ex dictis colligitur primo cum Caietan-
o super D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 2.
in fine corporis articuli, quod etiam si
Religiosus proponeret firmiter, nõ ser-
uare alia consilia Euangelica (sine con-
temptu tamen) præter illa quæ promi-
sit in emissionè suæ professionis, non
per hoc peccaret mortaliter, quia re ve-
ra iste non est contemptus, & etiam quia
non tenetur Religiosus tendere ad per-
fectam charitatem, per omnia media,
nisi solum per media illa, quæ vouit ac
promisit, cum ad illa (v. g. ad orandum
pro inimicis) & similia Euangelica con-
silia, neque ex voto, neque aliquo diui-
no præcepto teneatur, nec humano, nec
etiam ratione finis professionis, quia
talis Religiosus potest tendere, & per-
uenire ad illum per obseruantiam regu-
larem instituti sui, si quidem illam tan-
quam sufficientem ad istum finem ap-
probabit Sedes Apostolica (vt supponi-
mus) peccauit tamen venialiter talis
Religiosus, quia ponit aliquo modo
obicem Spiritui sancto, & augmento
gratiæ.

Caietan.
Syluest.

Colligitur etiam ex dictis, non tene-
ri Religiosum ad implenda opera super-
erogationis, seu consilij, præter illa quæ
sunt scripta per vniuersiusque Religio-
nis Regulam. Ita D. Thom. & Caietan.
vbi sup. & Syluest. verbo, Religionibus,
Vltimo queritur, in quo consistat ratio
maioris perfectionis in Religionibus,
& sit.

QVÆSTIO V.

Vnde attendenda sit maior perfectio
in Religionibus.

N. 13. **P**ro complemento huius capituli
obseruanda est præsens quæstio,
in qua sit satis illi difficultati, an
scilicet Religio illa cuius insti-

A tutum, seu status accedit magis, & as-
similatur magis statui, & muneri Epis-
coporum, sit perfectior inter omnes Re-
ligiones Ecclesiæ; hanc quæstionem in
terminis tractat Bartholomæus Cassa-
neus, iurium Doctor. in suo Cathalogo
gloriæ mundi, & plures alij (specialiter
Theologi) infra citandi, quos refert Af-
canius Tamburinius.

Barthol.
Cassan.
Afan.
Tab. de
iur. Abb.
N. 14.

B Ratio difficultatis, & doctrinæ est,
nam cum Episcopale munus, ministe-
rium, status, & dignitas illa sit, & dicat
statum perfectionis charitatis; status
verò Religionis essentialiter sit tenden-
tia, & via ad hanc perfectionem, & rur-
sus terminus sit perfectum eius, quod
est via & tendentia ad ipsum (vt con-
stat) videtur, quod status Religionis cõ-
paretur cum statu Episcoporum, sicut
via cum suo termino, & sicut imperfe-
ctum, seu perfectibile cum suo perfe-
ctiuo, & sicut medium cum suo fine ad què
ordinatur.

C Confirmatur, nam vt ex Scriptura
diuina (Actuum 20.) constat in illis ver-
bis Pauli: *Attendite vobis, & vniuer-
so gregi, in quo vos Spiritus sanctus pos-
sunt Episcopos regere Ecclesiam Dei,
quam acquisiuit sanguine suo:* vnde ap-
paret perfectio eximia Episcopalis mu-
neris, quippè quod versatur in tam ex-
cellentibus actibus attendendi suæ, &
proximorum spirituali salutis, & per-
fectionis: quod explicatur, nam chari-
tas quæ inter supremas, & Theologa-
les virtutes, princeps & maior est, se-
cundum illud Pauli, *Nunc autem ma-
nent fides, spes, charitas, tria hæc, ma-
ior autem horum est charitas.* Hæc exer-
cetur maximè regendo Ecclesiam, &
oues Christi, quare hanc præexistere
in Petro ad huiusmodi regimen, vo-
lens ostendere Christus Dominus,
priusquam illi oues traderet, explora-
uit, & inquisiuit ter, *Petre amas me?*
Tractat hanc difficultatem Suar. 3. to-
mo de Religione, lib. 2. cap. 17. &
alij.

N. 15.
Act. 20.

D **E** Ex quibus videtur sequi, quod huic
animarum regimini ex amore Christi,
sit magis annexa charitas, & quod
huius studium, & charitatis exer-
citiu, illa Religio principaliter ha-
beat, quæ hanc occupationem regendi,

1. Cor.
13.

N. 16.

& erudiendi animas ad instar Episcoporum, per spiritualem instructionem habuerit ex instituto. Reliquæ verò, quæ ex instituto habent respectu aliquam poenitentem, & austeram vitam, orationis assiduitatem in secessu & solitudine, cultus diuini diuotnam psalmodiam; necnon plures aliæ Religiones alios excellentes actus virtutum charitatis proximorum, praxi & exercitio tradita diuersimodè, redimendo captiuos, ministrando infirmis, propugnando inimicos, desiderium paci intendentes: istæ Religiones omnes & similes, cum non regere animas habeant ex principali instituto, nec habeant hanc excellentiam exercendi, dictos perfectæ charitatis actus, nec munus Episcoporum, nec ipsorum Dignitatis, aut status assimilantur: nec per consequens ita perfectæ sunt, sicut quæ prædicandi, & instituendi, & regendi animos ex instituto habeant: ubi nota hoc esse præcipuum, & speciale dignitati Episcoporum, qui ita unitam habent hanc curam animarum, ut sine Papæ licentia non possint (nec pro Religione) dimittere Episcopatum, & non sic Parochi.

N.17.

Pro intelligentia est supponendum in primis omnes Religiones conuenire, in hoc, quod omnia earum exercitia informantur charitate, ut D. Thom. 2. 2. q. 91. art. 1. & simul etiam, quod habent pro fine principali (remotè quidem) charitatem, id est dilectionem Dei, & proximorum propter Deum, ut habet expressè Angelicus Doctor 2. 2. q. 188. art. ad primum, & ideò nec per rationem huius charitatis, & dilectionem Dei constituantur singulæ Religiones, nec per se penes hanc distinguuntur, sed distinctio est ex eo, quod distincta media ad hanc Dei dilectionem habent, ex specialibus institutis magis, vel minus apta ad hunc finem consequendum: est expressum etiam D. Thom. loco citato, cuius hæc sunt verba: *Est commune in omni Religione, quod aliquis totaliter se debet præbere ad seruiendum Deo: unde ex hac parte non est diuersitas inter Religiones, ut scilicet in vna Religione aliquis retineat, aliquid sui, & alia aliud: est autem diuersitas secundum diuersa, in quibus homo Deo seruire potest, & secundum quod ad hoc homo*

se potest diuersimodè disponere.

A Supponendum, duos esse status Ecclesie, prout distinguuntur ab Ecclesie gradibus, regularis scilicet, & secularis: quæ quidem diuersio est generalissima, cum æquiuoce includat ratio status hæc duo membra, & cum sub ratione status secularis includatur, quicumque modus essendi, & se habendi qualiscumque rationalem creaturam, cuiuscumque sexus, & conditionis (licet non cum ea extensione) cum latitudine tamen maxima Regularis comprehendat modos, maximè distinctos viuendi, quascumque Religiosas personas; quare status sine dicatur à verbo statuo, quod significat gubernatiuam potestatem si miter permanentem, & cum perpetuitate per modum legis aliquid præcipientis, seu statuētis: siue dicatur à verbo, sto, quod significat virilè, indefessam, & infatigabilem, & stantem perseverantiam, significat perfectè (quamuis cõfusè, & æquiuoce) modos persistendi, & se habendi omnem creaturam rationalem, quæ cõseruatur in aliquo gremio, & sub aliqua lege, & modo sociabili, cum aliqua dependentia, & habitudine vitam transigendo.

C Tertio suppono, statum secularem diuidi in primis in Ecclesiasticum, & laicum, siue profanum. Ecclesiasticus rursus in diuersis dignitatibus, gradibus, & ordinibus Ecclesiasticis. Laicus verò etiam multipliciter in statu Principum, & vassallorum, ingenuum, & ignobilium, coingatorum, & solatorum, seu ceciliatorum, & in alias differentias personarum in Republica, quæ desumuntur ex diuersis occupationibus, ad quæ diuersa sunt hominum genia, & inclinationes: nam aliæ adscribuntur militiz, aliæ studijs literarum, aliæ tandem personæ diuersa officia, & artes addiscunt, & exercent, quorum vsu sustentationem, & alimentum captant; de qua Reip. constitutione, potestate gubernatiua politica, & profana Ecclesiastica, suo loco in secunda parte aliqua dicemus.

E

Suppono quarto, in Religionis statu, seu in Regulari statu, reperiri plurimas differentias, cum enim in hoc conueniant Religiones omnes, quod quælibet est via, seu tendentia ad perfectionem

cha.

charitatis, ita hinc provenit, quod habendo unum, & eundem principalem, & remotum finem, hunc intendant per diversa media, & modos, ut videmus quod ad Principum Curias, quæ sunt præcipuus finis, & scopus ambientium dignitates litigantium, & indigentium, ad quæ quidem nobilissima opida, vndiq; concurrunt: plures sunt, & diversa viæ, & semitæ plures, & diversi tendentes, & itinerantes omnis sexus, conditionis, ætatis: plures, & varij modi iter agentes: alij nudi, vestiti, alij pedestres egeni, & imbecillēs alij, & æquiritantes alij per unam semitam, seu viam; alij per aliam: sic Religiones tendunt ad terminum suæ tendentiæ, seu viæ per diversa media, seu viam: quædam per viam contemplatiuam, ut generaliter ordinēs Monachales: quædam per viam, seu vitam actiuam, ut generaliter loquendo ordinēs non Monachales, sed Mendicantes vtriusque sexus: & rursus Religiones omnes distinguuntur, quia earum quædā ex suis statutis essentialibus habeant in communi bona, quod (ut videbimus infra in 1. tract. secundæ partis) nõ tollit perfectionem ex D. Thom. & cõmuni omnium opinione: quædam verò non possunt ex sui institutione, & erectione habere bona in communi: quædā etiam Religiones sunt, & vocantur in iuribus mendicantis, quibus quidem ex instituto licet mendicare, & erogare necessaria ad Conuentuum, & singulorum Religiosorum sustentationem: & hic viuendi modus est magis expediens, & conformis, quamuis non sit illis interdictum, nec vetitum, quod in communi possideant, & habeant, non solum bona mobilia, sed immobilia, & census, seu redditus annuos: quædam sunt, & dicuntur non Mendicantes, quibus non conceditur per suam institutionem sustentare ex elemosinis pios, sed ex suis proprijs bonis, & annuis redditibus, quos in communi habent, & operibus Religiosorum, seu aliarum.

N. 21.

Supponendum quinto, quod illæ duæ vitæ, actiua scilicet, & contemplatiua (penes quarum occupationes, & exercitia diximus distingui (primo loco) Religionum, & Ordinum instituta) diuiduntur, & constituunt diuersos ordinēs Religionum, dum Religiones quæ-

dam assumpserint, pro speciali, & proprio instituto, ad quod immediatè ordinauerunt omnia scilicet exercitia orationis; occupationem, etiam actionis exterioris, ut prædicationis, lectionis, pœnitentiæ; & alias (si quas continent) ad hunc scopum, & finem ordinantes: reliquæ verò omnes vitam, seu viam actiuam eligere: vnde Angelicus Doct. 2. 2. q. 188. dicit, *Quod opus vite actiue est duplex, unum quidem quod ex plenitudine contemplationis derivatur, sicut doctrina & prædicationis; aliud autem, est opus vite actiue, quod totaliter consistit in occupatione exteriori.* Quod quidem duplex opus vitæ actiue diuersa constituit Religionum instituta, secundum diuersas occupationes, ministeria, & muneria exteriora, quæ exercentur in Ecclesia, & continentur sub hac generali ratione vitæ actiue, & inde diuersæ Religiones fuerunt instituta, & inter se distinctæ, scilicet penes diuersam actionem exteriorem, quam pro speciali, proximo, & proprio assumpto, occupatione, & fine assumpserunt, ut sacra Prædicatorum Patrum nobilissima, itidem Religio Prædicationem: denudationem, & Apostolicam paupertatem: Seraphici sanctissimi Patris Francisci Minorum Patrum Religio: & sic suos singulos speciales fines: alij sacri mendicantiũ Ordines: & similiter aliqua aliæ Religiones sanctissimæ, quæ in exercitijs pœnitentiæ eximijs, & dura carnis maceratione; & aliæ in exercitijs varijs aliarum virtutum morâ iuri consistunt, quarum aliqua constituntur, & ordinant ad se, quales sunt illæ, quæ ad inclinandas passiones in rectum, id est ad refræandam constituntur in appetitu, & voluptate, ut sunt fortitudo, & patientia ad tolerandas aduersitates: & refræandam irascibilem contra vindictam: Pœnitentia ad subiiciendos carnales motus; & ad hoc mortificatio, ad quod quidem ordinantur Religiones, quæ macerationem carnis pro speciali fine habent. Et eodem modo aliæ, quæ in alijs virtutibus moralibus, quæ nos ordinant ad alterum, ut compassio, beneficentia, misericordia, liberalitas, pietas, charitas, Religio quæ alios constituunt Ordines Mendicantes, quarum aliqua habent pro statuto, & sine proprio.

prio. Alia quidem frequentem officij diuini solemnem celebrationē, & choro assistentiam, in diuturna psalmodia & laude; aliqua vero Religiones redimere captiuos: alia deseruire in xenodochijs infirmos, & debiles, & in multiplici proximorum subuentioni incumbere: imò & alia Religiones, quæ Militares dicuntur, in expugnandis hostilibus, tuendis & protegendis Regionum finibus; & alia propria aliarum Religionum instituta, & hanc distinctionem inter viam contemplatiuam, & actiuam, ponit D. Thom. 2. 2. q. 181. art. 1. in corpore his expressis verbis: *Vita actiua, & contemplatiua, distinguuntur secundum diuersa studia hominum, intendentium ad diuersos fines; quorum vnus est consideratio veritatis, quæ est finis vite contemplatiue; & alius est exterior operatio, ad quam ordinatur actiua.* Et statim numero seq. videbimus ex eodem D. Thom. in eadē parte, q. 188 art. 6. *Quomodo Religiones constituantur diuersæ, ex diuerso studio harum viarum; actiua scilicet, & contemplatiue.*

N. 22. Ex quibus colligitur primò, quod sicut Christus, Lucæ 10. interpellatus iudex inter vitæ contemplatiuæ, & actiuæ perfectionem, prælationē, & excessum; duo dixit pro via contemplatiua; primò, quod illa continebat vnitatem, & consistebat in illo vno, quod erat vacare curis omnibus, & assistere pedibus Domini in quieto orationis otio; ad differentiationem vitæ actiuæ, quæ continet plura, & maximam de rebus exterioribus sollicitudinem, vt in Marta videbatur, secundum quod licet exercitia vitæ actiuæ sint de se commendabilia, & quidem quæ exercebat Marta ex Dei, & Christi Domini amore, in obsequium ipsius sanctissimæ personæ, secundum humanitatem egentis, & fatigatæ, tam studiosa & laudabilia: tamen vitam tam contemplatiuam, quam Maria Magdalena exercebat, relinquendo corporales, & externas occupationes, ministrando Christo, dixit esse præferendam: quam adhuc expressius docuit, D. Thom. 2. 2. q. 182. art. 1. dicens expressè ad primum: *Labor exterior toleratus propter Christum est, quoddam signum charitatis: sed multo expressius signum est, quod aliquis prætermisisset omnibus, quæ ad vitam perti-*

nent, soli diuinae contemplationi vacare delectetur. Et ibi præcedente art. 1. dixerat etiam expressè (vt videbimus in parte eadem) *Quod simpliciter via contemplatiua melior est, quam via actiua.*

Colligitur secundo, quod quamuis via actiua, seu Religio in actibus vitæ actiuæ consistens habeat etiam ex instituto aliqua exercitia vitæ contemplatiuæ, dum id habeat pro fine secundario, seu minus proprio, non per hoc desinit pertinere ad vitam actiuam, vt docet idem Angelicus Doctor 2. 2. q. 181. art. 1. ad 3. his verbis: *Quando aliquis vitatur ijs, quæ sunt vitæ actiuæ solum, vt disponunt ad contemplationem, comprehenduntur sub vita contemplatiua.* Hæc D. Thom. vt si quis opera exteriora faciat: v. g. si prædicet eo fine, vt ex prædicatione, aut etiam ex alio opere exterioriore ignem suæ deuotionis accendat, & perfectius meditetur, & oret; certum est, quod institutum tale sit vitæ contemplatiuæ, sicut è contra.

Quibus suppositis sit prima resolutio: Quibus perfectior status Religionum est ille, qui ex proprio, & speciali fine habet orationem, & contemplationem. Probatæ primo, quia sicut exercitia, & actiones particulares, cuiuscumque Religionis sunt media respectu finis specialis illius: ita finis ipse specialis, & immediatus cuiuscumque Religionis illam constituit, & distinguens ab alijs, habet rationem mediæ, respectu finis principalis remoti, & generalis omnium Ordinum, & Religionum, qui est dilectio Dei, & proximi propter Deum, sicut finis particularis cuiuscumque Religionis est, vel meditari, vel prædicare: sed ad consequendum generalem finem Religionum, id est, dilectionem Dei, seu perfectam charitatem, aptius est meditari, quam prædicare, & quodlibet exterius aliud opus ergo, &c. Maior partes, minorem probant verba D. Thom. citata ex q. 182. in 2. 2. art. 102. præced. n. 17. in fine, & ratione probatur nam sicut ex Psalmo 38. supponimus, *in meditatione mea exardescet ignis.* Via, & medium aptius ad ignem dilectionis, & charitatis ascendendum est mentalis orationis exercitium, meditatio, & contemplatio, ergo, &c. Confirmatur ex eodem D. Thom. ubi sup. q. 182. art. 2. ad 1. ubi

N. 23.

N. 24.

fic ait: Labor exterior toleratus propter Christum, est quoddam signum charitatis: sed multo expressius signum est, quod aliquis prætermittis omnibus, quæ ad hanc vitam pertinent, soli diuinæ contemplationi vacare delectetur. Idem insinuat Angelicus ipse Doctor in quodlib. 3. q. 6. art. 17. ad 6. sic dicens: *Et si procurare salutem aliorum, sit maius quam intendere sibi soli loquendo in genere: tamen non quomodocumque intendere salutem suam. Si enim aliquis totaliter, & perfecte intendit salutem suam, multo maius est, quam si aliquis multa particularia opera agat ad salutem aliorum.* Hæc D. Thom. quod est dicere, quod minus sibi cõsulit, & spirituale profectui, qui tempore quo posset infirmum proximum curare, & hoc feruente charitate exercere; orationi somnolentæ, tepidæ, & indeuotæ incumbere curaret: à contrario autem, si attentè & feruidè suæ spirituali salutem incumbat, Vide plures rationes de excessu contemplatiuæ ad actiuam vitam, ex Casaneo. Ex eo quod est conaturalior naturæ rationali, magis continua, delectabilior, magis sibi ipsi sufficiens, Deum solum pro fine habens, magis quieta, diuina non humana pro objecto attendens, secundum potentias animæ, durabilior, maioris meriti, tutior, nobilior. Sic Casan.

N. 25. Secundò confirmatur, nam ille status est perfectior in Religione quacumque: qui est aprior ad tendendum ad perfectionem, & consequendum sui apicem, per obseruationem consiliorum, quæ in essentialibus votis consistunt: sed studium, orationis, & contemplationis, ad hoc magis conducit, quam opera exteriora docendi, & instruendi proximos: pascendi, curandi, &c. ergo, &c.

Minor, in qua est difficultas, probatur, nam alienationem à curis, & rebus temporalibus, affectuum frænationem, sui ipsius sacrificium, & holocaustum, meliùs & aptiùs adipiscuntur orationi dediti.

S. Basl. Nec confirmat parum illud Baslij, Laur. Iude laudibus Heremi, *Heremus Curia sin. li. de est cœlestium Senatorum, & fornax ubi casto cõ-* superni Regis vasa formantur. Et Lavinbio. fo. rent Iustin. *Non est tuta in orbibus cõ-* 152. A. 2. uersatio.

N. 26. Probatur secundò, quia (vt habet cõ-

munis sanctorum Patrum sententia) vita contemplatiua, & solitaria est perfectior, & eminentior, quam vita actiua, & sociabilis, eo quod illa est ex genere suo, terminus, fastigium, apex, & cœumen istius. Ita docuerunt Casianus, collat. 9. c. 10. Aug. lib. 1. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. Hieron. in epist. ad Rusticum Monachum. Bernardus, serm. 3. de Circuncisione. D. Th. 2. a. q. 188. his verbis: *Sicut ergo id quod iam perfectum est præeminet ei, quod ad perfectionem exercetur: ita vita solitariorum (si debite assumatur) præeminet vitæ sociabili.* Et ne intelligeretur loqui de multica solitudine, seu passiuâ contemplatione, aut de illa solam vitam solitariorum, quæ non est in se via & occupatio, sed terminus, ipse Angelicus Doctor explicauerat iam mentem suam in eodem loco citato, paulò ante in his verbis: *Et ideo solitudo cõpetit contemplati, qui iam ad perfectum peruenit. Quod quidem contingit dupliciter: vno modo ex solo diuino munere, sicut patet de sancto Ioanne Baptista, qui fuit repletus spiritu sancto ex utero matris suæ: unde cum adhuc esset puer, erat in deserto: alio modo per exercitium virtuosæ actus.*

Secunda resolutio, Monachales Religionis (loquendo absolute, & secundum se) perfectiores sunt Mendicantibus, & omnibus alijs Militaribus, & similibus. D Probat. Quia (vt infra videbimus, quando explicabimus in parte 2. quid nomine Monachi intelligatur in iure) interim dicimus, quod quamuis secundum Abbatem, in cap. ex parte, de postulando, debeat quæcumque constitutio Pontificia, statuens aliquid de Religiosis (licet de Monachis loquatur) trahi ad omnes Religiosos: nisi aliqua ratio diuersitatis appareat, vel lex aliqua distinguat. Tamen est certum, quod in iure est distinctum quid, & singulare ratio, seu status Monachi, vt constat ex cap. de presentium, causa 16. q. 1. vbi habetur illum intelligi Monachum, qui promissione Deo emissa, inquieti, orationi, laborique manuum incumbit. Et ex alio iure additur dictæ definitioni, quod scilicet, *Studeat silentio, solitudini, & bona stabilia, nõ in particulari, sed in communi possideat.* Quo supposito nostra resolutio constat: si enim Monachi distingu-

Casian.
August.
Hieron.
Bernar.
D. Tho.

N. 27.

Abbas:

In quo cõsistat secundum Monachalis status.

guun-

Habere guntur à cæteris Religiosis, in eo quod
Mona- præter emissionem votorem essentiali-
chos bo- lium (in quo conueniunt) Monachi stu-
na in cõ- dent solitudini, quieti, silentio, & ora-
muni per- tionem: tanquam ex proprio sine speciali
tinet ex instituto, eo modo, quò reliquæ Religio-
definitio- nes habent respectuè suos speciales di-
ne, & ex stinctos fines in diuersis exercitijs exte-
institutio rioribus, & actibus virtutum, erga se, &
ne Mo- proximos; sequitur inde, quod istæ Reli-
nachatus giones Monachales habeant perfectius
 statutum, & potiore finem, ac per con-
 sequens sint perfectiores omnibus alijs,
 quæ in exercitijs exterioribus consistunt,
 & viæ actiue habent instituta.

N. 28. Contra doctrinam harum resolutionum, sunt aliqua difficultates, ex quarum solutione earum certitudo apparebit clariùs.

Primum Primò enim videtur, quod Religio-
argumen- nes omnes Mendicantes in iure iudicè-
tum. tur perfectiores quàm Monachales, quod
 probatur: nam vt infra in 10. tractatu
 videbimus, huius primæ partis, quod
 Religionibus Monachalibus ad Mendicantes
 est licitus transitus, quod non
 permittèretur, si hoc non esset progredi,
 idest ab inferiori perfectione, ad melius,
 & perfectius transmigrare: & hoc
 continetur in cap. licèt, de Regular. vbi
 ex Concilio Triburiense dicitur sic. Vir-
 gines sacra, si pro lucro animæ suæ pro-
 pter districtiorem vitam, ad aliud Mon-
 nasterium pergere disposuerint; Syno-
 dus concedit, confirmatur: nam non po-
 test negari, quod aliqua Religiones in
 vita actiua consistentes habet plura me-
 dia, & laudabilia exercitia, pœnitentiæ
 scilicet, & macerationis carnis; vt ge-
 neraliter omnes Mendicantes, quæ ma-
 iorem austeritatem, nuditatem, & ali-
 quæ peregrinationem; quod non habent
 Monachales; & quod ex hac parte de-
 beat attendi Religionum maior, vel mi-
 nor perfectio, etiàm est expressa doctri-
 na D. Thom. opusc. 28. c. 11. & opusculo
 19. cap. 1. & 2. q. 187. art. 6. qui docet,
 quod Religionis status, non solum est
 via perfectionis, sed pœnitentiæ, & in
 opusc. 19 & sunt illius verba hæc: *Quæ-*
libet Religio, per quam homo nouam vi-
tam inchoat, quidam pœnitentiæ status
est, vt homo à veteri vita purgetur; &
hoc tertio modo possunt comparari Reli-
giones, vt illa dicatur perfectior, qua

maiores austeritates habet, sicut in ieiunio, vel paupertate, vel alijs huiusmodi.
 Hucusque D. Thom.

Arguitur secundo, nam Monachales
 (vt vidimus) habent bona in communi,
 quod prohibetur Mendicantibus, & er-
 ror sic damnatus Vigilanti hoc videtur
 attingere, quod dicebat bona habere in
 communi, esse maximam perfectionem,
 & (vt ait D. Thom. opusc. 17. c. 15.) *men-*
tiuntur in doctrina Fidei dicentes mino-
ris perfectionis esse eos qui communibus
possessionibus carent. Vnde constat ex
 hac parte, non esse imperfectiores Reli-
 giones illæ saltè, quæ bona in communi
 non possident, Monachalibus, quæ
 possident illa.

Neque obstat ex doctrina Greg. per
 pennam & aues, quarum corpora in al-
 tum peruolatum feruntur, intelligi vi-
 ros contemplatiuos. Et idem ex Hesi-
 chio Episcopo Hierosolymitano, qui su-
 per 1. Leuit. c. 1. comparat vitæ actiue
 professores bobus qui laborant, & ou-
 bus qui per mansuetudinem patiuntur,
 & tolerant.

Arguitur tertio, pro Religionibus il-
 lis, quæ in vitæ actiue exercitijs habent
 institutum instruendi spiritualiter pro-
 ximos, per doctrinam, per prædicatio-
 nem, per ministerium confessionum, &
 similes actiones exteriores in bonum
 proximorum: nam huiusmodi Religio-
 nes absque dubio videntur perfectiores
 esse contemplatiuis, seu Monachalibus,
 quia assimilantur in suo proprio mini-
 sterio, fini, instituto, & occupationi
 ministerij, & statui Episcoporum, quod
 (vt constabit) est prædicatio, & institu-
 tio spiritualis, & pauperum subleuatio;
 sed institutum, & status Episcoporum,
 est status perfectæ charitatis, secundum
 doctrinam Ecclesiæ veram, ac proinde
 perfectior alijs statibus Ecclesiæ: insti-
 tutum autem, & status omnis, & cuius-
 cunque Religionis, consistit in hoc,
 quod sit via & tendentia ad hanc perfe-
 ctam charitatem, ergo comparantur hu-
 iusmodi status Episcopi, & Religiosi, si-
 cut via cum suo termino, & vt perfecti-
 bile cum suo perfectiuo: ac per conse-
 quens inter particulares status Religio-
 num, ille erit perfectior, qui magis assi-
 miletur ministerio, & statui Episco-
 porum, ex illa regula propter quod vnum
 quod-

N. 29.

Secundum
argumentum.

S. Greg.

Hesich.

N. 30.

Tertium
argumentum.

quodque tale, & illud magis.

N. 31. Confirmatur primò, quia ex Doctōrum, & SS. sententia ardere bonum, quā sibi, sed ardere & illuminare melius, quia etiam proficit alijs, vnde ex ijs contemplatiuis, dicitur in Psalmo 143. quasi de sua contemplatione reuertentibus; *Memoriam abundantie suauitatis tuae eructabunt.* Ita Gregor. homil. 4. super Ezech. ecce quomodo prædicantes, & docentes proximos, veras doctrinas & vtilis, quas didicerunt in oratione excellentiores instituti sunt, quam contemplatiue.

Baruc. c. 3. n. 28. *Baruc. c. 3. n. 28. est. & cum hominibus conuersatus est. & c. ergo.*

N. 32. Confirmatur tertiò, ex doctrina expressa D. Thom. 2. 2. q. 138. art. 6. qui hoc assensu expressis verbis post alia, *Sic ergo summum gradum in Religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum, quæ sunt propinquissima perfectioni Episcoporum. Secundum autem gradum tenent illæ quæ ordinantur ad contemplationem. Tertius est earum quæ occupantur circa exteriores actiones. Quod clarius explicare non potuit.*

N. 33. Quintò arguitur, nam saltem Religionēs quæ vitam mixtam ex institutis vitæ actiue, & contemplatiue necessariò dicendæ sunt perfectiores, quia non sunt inferiores Monachalibus in sectando contemplationem, & super hoc addunt perfectionem, non Monachalium, & Mendicantium in exercitio externarum actionum. Ad has redduci possunt aliæ plures difficultates, quæ sese possunt offerre.

N. 34. Et ad primum argumentum, respondetur, concedendo, quod generaliter, & absolutè loquendo est verum, quod iura concedunt huiusmodi transitum à Religione Monachali ad Mendicantem: nec inde inferitur, quod absolutè sit progredi à bono in melius ista transmigratio à Monachali ad Mendicantem, quia absolutè loquendo (& vt in plurimam) ab exercitijs vitæ actiue Mendicantium (secundum sua statuta) peruenitur, ad solitariam vitam, & contemplatiuam (Mo-

nachalem scilicet) nam, vt ex D. Thom. constat 2. 2. q. 187. art. 6. pro incipientibus, & tironibus in spiritali palestra, & nõ absolutè pro Religiosis omnibus, loquendo generaliter, hæc via penitentia, & institutum introducta est, & talis est expressa mens D. Thom. ait enim (vt sup. n. 24. in fine) *Qualibet Religio, per quam homo nouam vitam inchoat, quidam penitentia status est, vt homo à veteri vita purgetur.* Et in hoc genere, & pro incipientibus (quidem) vitam spiritua-

B locū, & gradum obtinent; Religionēs & instituta penitentia, & mortificationis, & hoc est quod refertur in confirmatione argumenti propositi, ex D. Thom. vnde Religionēs habentes pro speciali, & proprio fine, ex instituto macerationem carnis sunt (secundum quid, id est pro nouiter conuersis, & à flagitiosa vita ad modum Religiosum viuendi) in

C primo loco perfectiores, non autem absolutè pro omnibus. Quam doctrinam Scriptores de directione spiritali, & exercitijs vitæ perfectæ, & mysticis semitis ad perfectionem loquentes tradidere. Vide D. Hieron. in epist. ad Nepot. super 3. lib. Reg. c. 1. Et ratio dicitur, quod incipientes conuersionem vitæ, mortificationem, & castigationem carnis asserunt: & hoc illis optimum est ex illo Hierem. 3. & 11. *Postquam conuertisti me egi penitentiam & postquam ostendisti mihi percussis ferui r meum. Et iterum: Miserans miserebor eius, ait Dominus: statue tibi speluncam: pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam.* Et in hoc sensu loquitur D. Thom. vt constat, at vero ad faciendum iudicium inter Religionēs, finis qui absolutè sit perfectior est attendendus.

D Et si istes, quare impediatur transitus per iura à Mendicantibus Religionibus, & vitæ actiue, ad Religionēs non Mendicantes Monachales, & contemplatiuas: si perfectiores illæ iudicantur. Imo e contra à Monachalibus Religionibus conceditur transitus ad Mendicantes. Resp. Iuxta dicta, quod lex statuitur pro his quæ pluries contingunt: non pro his quæ raro. Et in plurimum, qui Religionem semel assumptā, & ex diuturna, & competenti deliberatione, si in-

D. Tho.

S. Hiero.
3. Reg. c. 1.Hierem.
c. 3. & 11

N. 35.

E

cen-

rentum mutant: ex leuitate, & refrigera-
ta deuotione fit: que iam non ample-
ctitur asperum uinēdi modum Religio-
nis illius semel electa: & uellent quidē
ad Religiones Monachales transire: nō
eo sine, ut perfectiorē, & contemplatiuā
habeant, sed ut pœnitentem uitam quā
uouerant relinquunt. Pro his igitur, qui
plures sunt, statuitur lex, ut à Mendicā-
te, uel asperiore Religione ad Mona-
chalem, seu contemplatiuam, perfectio-
rem nihilominus, impediatur transitus
propter prædictam rationem. Quando
autem contingat, quod rariū est, quod
quis Religiosus prosperē progrediens
in Religione Mendicante, & pœnitente,
ad uitam contemplatiuam aspirans, ui-
ribus corporalibus destituatur, ita ut
Regulares rigores, & obseruantias du-
ras non valeat adimplere: certum est,
quod sine dimissione habitus, & Reli-
gionis suę, reperiat in illa spiritum, &
donum discretionis, & compassionis, ut
supra vires Regularibus asperitatibus
non astringatur. Et per hanc doctrinam
paret solutio ad rationē Canonistarum,
indicantiū pro quatuor Ordinibus Mé-
dicantibus, ut apud Casan. in 4. par.
sui Cathalogi, ubi pro asperiori institu-
to fertur sententia.

Casan.

N. 36.

Ad secundum argumentum respond.
quod aliud est dicere, esse quid perfe-
ctius in Religionibus habere bona in
communi, quam non habere, quod asse-
ruit Vigilantius, & condemnat D. Tho.
in opusc. 17. c. 15. ut errorem in doctri-
na fidei; & aliud est dicere, quod non de-
trahit, nec derogat, aut contradicit sta-
tuti Religionis, nec eius perfectionem
minuit, habere bona in communi aliqua
Religionem: nam hoc Catholicum est,
& tenet expressē ipse D. Thom. 2. 2. q.
188. art. 7. & docuerunt expressē esse
expediens Religionibus Monachalibus
habere in communi hæc bona Doctores
antiqui, & sancti Patres, & Religionum
fundatores, ut videre est in Reg. Sancti
P. Benedicti, qui iudicauit in cap. 66. &
alibi, nocere maximē quieti, orationi, &
instituto Monachali occasionem quam-
cumque exeundi de Monasterio ad sub-
uentionem, & sustentationem commu-
nitatis Monasterij, & singulorum Reli-
giosorum: & ideo præcipit hic Sanctus
Legislator sic fundari Monasteria, ut

D. Tho.

A intra sint omnia ad sustentationem ne-
cessaria, cuius dispositionis rationē red-
dens ipse Sanctissimus Legislator, ait
loquendo de Religiosis non egressuris.
Vt eos (inquit) necessitas non sinat egre-
ri, ad quod consonat peritio Ecclesię,
quando dicit, quod ita de temporalibus
suis fideles Deus provideat, ut præsen-
tibus auxilijs sufficienter adiuti sempit-
erna fiducialius appetamus. Doctrinā
hanc pro suis Monachis, & pro omni-
bus Monachorum Monasterijs, docuit
S. Bern. Abbas Clareuallensis, eximius
& pius Doctor, dicens, quod non est in
illis Monasterijs Monachorum obseruā-
tia, si deficiat abundantia.

Regul. S.
Bern.

S. Bern.

N. 37.

Ad tertium respondetur, quod quam-
uis status Episcopi, ex eo quod dicit
perfectam charitatem, sit perfectior in
Ecclesia, quam status Religiosus, qui non
dicit hanc charitatem perfectam, sed tē-
dentiam ad illam: tamen non ex eo erit
perfectior illa Religio, cuius institutum
& finis proximus, non habeat alia me-
dia, modum, & formam uiuendi, quam
habet Episcopalis dignitas, & status: il-
li enim statui Episcopali, & personę
adeo prouecta sapientię, & uirtutibus
decoratę, & (sepius) uiribus corporali-
bus debilitatę, & quod magis est, quasi
in termino uix cōstitutę, competit præ-
dicatio ex munere, elemosinę largi-
tio, pauperum subleuatio, & simul sua-
uior uiuendi modus, ut uitam conser-
uet, Ecclesię Dei tam utilem: qui mo-
dus, occupatio, & institutum uiuendi nō
est expediens Religiosis, quorum status
consistit in ambulando, & tendendo ad
illam charitatem perfectam. Sicut uide-
mus, quod diuersa occupatio, modus ui-
uendi, & ministerium competit illis, qui
itinerantur, ab eo, qui est expediens il-
lis, qui ad finem sui itineris, seu uix per-
uenerunt, specialiter quantum ad exer-
citia uirtutum, non solum quoad alios,
sed quoad se. Quam doctrinam explicuit
optimē D. Hieron. in epist. ad Nepotia-
nam, iam citata, super illud 3. Reg. c. 1.
quando Dauidi Regi seni allata est pul-
chra & casta Sunamitis, quę castę senem
calefaciebat. Cuius occasione dicit Hie-
ronymus, *Quod omnes uirtutes corpora-
les mutantur in senibus, & cessantibus
exercitijs pœnitentię, sola augetur sa-
pientiã, cum qua & charitas.*

Hieron.

Vnde

N. 38. Vnde ad argumentum respondetur, quod occupatio, munus, & modus viuendi Episcoporum, ita est expediens, & proprius statui, & dignitati Episcopali, vt nullo modo sit expediens statui Religiosorum, qui vt tales sunt diuersam formam debent habere, institutum, & modum viuendi; quod inde erit perfectius, quo habuerit plura, & perfectiora, ac aptiora media ad consequendam perfectam charitatem, per obseruationem votorum essentialium Religionis.

Ad primam confirmationem respondetur, quod licet absolute loquendo, melius, id est, vtilius alijs sit, ardere, & lucere, seu illuminare alios, quam ardere solum, hoc est respectu statuum in Ecclesia, in qua qui profunt proximis meliores (id est vtiliores) sunt, & imitantur Apollonica viscera Pauli optantis anathema esse a Christo pro fratribus: at vero loquendo inter limites status Religionis, & comparando inter se particulares familias, illa erit perfectior, quæ habuerit aptiora media ad tendendum ad principalem finem perfectæ charitatis, conformiter ad essentialium votorum obseruationem: ad quod minus conducit lucere per prædicationem, quam ardere per meditationem, & cõtemplationem, iuxta illud Psalmi 38. *In meditatione*

mea exardescet ignis. Quod insinuat Henricus Episcopus. tractat. n. 29. citatus vbi addit, actiua vitæ professores viuere seculum legem: at contemplatiua, super legem. *Leuit. c. i. pag. 6.*

N. 39. Secundo respondetur, lucem competentem emittere suo statui, & in illo quilibet Religiosum Monachalis Religionis, si suo Monasterio inclusus orationi studens, & sui status obligationibus, proximis exempla obseruantia præbeat. Et ad illud ex Baruch, respondetur ex illo

Joann. 1. quod sic Christus conuertabatur cum hominibus, quod tamen non cognosceretur, vt dixit Baptista, propter quod vocabatur Nazareus, vt ait Matthæus, & quia vt ibi notauit Abulensis, transiit maiorem partem vitæ in Nazareth, quæ interpretatur separata.

Obiectio Quod si istes, quod saltem Religionis illæ quæ ex instituto habent lucere per doctrinam, & non excludunt (imò includunt) ardere per cõtemplationem, videntur perfectiores esse, & perfectius

A institutum habere quam Monachales, quæ solum habent meditari; hoc autem munus, & institutum prædicandi ea, quæ in cõtemplatione didicerunt ad vitam actiuam pertinet, ex eodem D. Thom. 2. 2. q. 188. iam citato: ergo, &c.

Respond. primo, quod cum finis proprius, & proprius cuiuscumque Religionis debeat esse vnus, per quem vna Religio differt ab alia, & ad quem ordinat reliqua exercitia, & media, vt est in illustri Dominicana familia prædicatio, & alia habent diuersos fines cum prædicatione, & doctrina, vel aliter, benefacendi, & consulendi bono, & vtilitati proximi, & similibus, ad vitam actiuam pertinentibus: at vero ex alia parte cum finis proprius, proprium & speciale institutum Religionum Monachalium, sit vita & occupatio cõtemplatiua, quæ ex D. Th. vidimus, & omnium opinione perfectiorem esse quam actiua: hinc fit, quod Monachalis Religio ex suo specifico fine superet aliam quamcumque Religionem, cuius specificus finis sit opus vitæ actiua, scilicet lucere: quod constat ex doctrina D. Th. supra adducta: dixit enim

C expresse, quod prædicare ex principali instituto (quamuis præsupponat, & includat cõtemplationem, & prædicare cõtemplata) adhuc talis Religio est actiua, & non dicitur contemplatiua, sicut plures aliæ Religiones, quæ habentes quidem speciales fines vitæ actiua, v.g. curandi infirmos, frequentis assistentiæ cultui diuino diurno, vel similibus occupationum, si habeant simul ex institutis particularibus, quod vacent per tales horas, seu tempora orationi mentali, examini conscientia, vel meditationi, nõ per hoc dicuntur cõtemplatiua, sed actiua.

D Tertiõ resp. quod Religiones Monachales quantumvis solitudinẽ sectares in reclusionem, seu in speluncis ab omni hominũ cõsortio semota vitam degentes, vt antiqui illi Heremita, & Anachoretæ in Ægypto, Palestina, & Thebaida, discipuli & sectatores Pauli, & Antonij, & aliorum, qui quamuis ex præcipuo fine vitam colerent contemplatiua: tamen in animi preparatione vitæ actiua exercitia semper habuerunt: vt si se occasio obtulisset, profilerent ex antris pro manifestanda Dei gloria, vel proximi

N. 40.
*Cuius scilicet
q. Religio
nis, vnus
solus finis
prædicati
uus.*

*Prædicatio etiam
ex cõtemplatione,
pertinet
ad vitam
actiuam.*

N. 41.

B mis

mis subuenientis libenti animo, ex Dei cogitata voluntate, & dilectam solitudinem in relinquerent, vt fecit S. Bernardus Abbas, & Doctor, vitæ contemplatiuæ eximius cultor: quando pro confutandis hæreticis: componendis discordijs inter Principes: reprimenda insolentia Antipapæ Petri Leonis, & similibus: & idem sanctus Greg. Magn. idem, & Petrus Celestinus, qui acceptauit in heremo Pontificiam dignitatem; & quando iudicauit suam personam, iam ad Ecclesiæ regimen non maximè necessariam, Pontificatum dimisit, & redijt ad sui antiqui instituti solitudinem, & quietè. Quam actionem tanquam laudabilem approbauit Ecclesia, & idem fecere quamplures alij, scientes, quod compatibilis esset cum professione vitæ contemplatiuæ animi præparatio ad occupationes vitæ actiuæ, quod docet D. Thom. vbi sup. asserens, *Contemplatiuos esse, non solum qui contemplantur, sed etiam qui sunt addicti contemplationi.* Ex quibus inferitur. Primò, Religionem sancti Benedicti, & omnes illas Congregationes quæ militant sub illius Regula, siue mulierum sint, siue virorum, & professorum illarum, qui verè & propriè Religiosi sunt; quod dicimus propter Militares, qui non emittunt vota essentialia paupertatis, simul & castitatis, quamuis aliquando Religiosi nominentur in iure, & Ordinis, & Habitus S. Benedicti se esse fateantur; omnes ergo reliquæ Congregationes Monachales, sub dicta Regula militantes cum vitam contemplatiuam, ex instituto, & primario fine colant, & per hoc habeant in igne charitatis ardere, & habeant simul ex instituto (licet minus proprio, & specifico) exercitia vitæ actiuæ, nempe prædicationem, & alia Sacerdotalia munera in proximorum spirituale subsidium, quod est lucere; esse absolutè perfectiores omnibus alijs Religionibus Ecclesiæ: apparet enim, hinc quod habeant ardere, & lucere. Quod munus vitæ actiuæ, prædicandi, scilicet, & similia munera exequendi ex imitatione vitæ Saluatoris, Apostolorum, & Dauid Prophetæ, & Regis, orandi, & operandi iniunctum, licet non ex principali instituto ipsi Religioni S. Benedicti, dispositione, & constitu-

N. 42.

tionibus Summorum Pontificum, & iurium, quæ ipsis, quamuis contemplatiuæ vitæ professoribus, dederunt potestatem (antea Regularibus interdictam) ad prædicandum, docendum, ministrandum Sacramenta, & in his expressis verbis, vt videre est in 2. p. Decretorum, causa 16. in q. 1. per plura capita, & expressè ex sancto Gregor. in cap. ex auctoritate, quod caput prosequitur per hæc verba:

B *Ex auctoritate huius decreti, quod Apostolico moderamine, & pietatis officio à nobis est constitutum, Sacerdotibus Monachis Apostolorum figuram tenentibus, liceat prædicare, baptizare, &c.* Et idem, & non minus expressè, ibidem in cap. paulò ante præcedente, cuius principium est, *Doctos ac probos Monachos (& prosequitur) Presbiterij honore dedicatos, prædicare, baptizare, penitentiam dare, &c. commendamus.* Et est Innocentij, & optimus locus, ex cap.

C *ibidem sequenti, cuius verba formalia, cum initio capitis ipsius placuit inferre, incipit enim, & prosequitur sic: Sunt nonnulli nullo dogmate fulti, audacissimo quidem zelo magis amaritudinis, quam dilectionis inflammati, asserentes Monachos, qui mundo mortui sunt, & Deo viuunt, Sacerdotali affici potentia indignos, nec penitentiam, nec Christianitatem largiri, nec absolueri posse sed omnino labuntur, nec enim Beatus Benedictus, Monachorum præceptor almifidus huius rei aliquo modo fuit interdictor.*

D Nec contra hoc est, quod ex S. Hieron. in cap. hinc est, etiam in eadem causa, & quest. & immediatè sequenti, cap. quod incipit, *Generaliter sancimus*, vbi in Monacho Sacerdote loquens, quid illi secundum quamcumque ex his diuersam ratione pertineat, distinguit. Quid cuiuscumque muneri, seu statui pertineat declarans.

E Sed non contradicit, quod Monachus possit esse Sacerdos, nec quod Sacerdos sit: sed tantum dicit, quod sine licentia Presbiteri, & Parochi proprii, non debeat munia Sacerdotis (idest Sacramenta administrare, & prædicare) at verò aliter, quando sine præiudicio proprii Pastoris, seu Presbiteri, vel si de eius licentia fiat, nec Hieronymus contradicit; & hæc loca iuris statuunt.

Di-

Cap. sunt nonnulli

Hieron.

N. 43.

Benedi-
ctiones
quas Sa-
ctus Be-
nedictus
dedit, &
precipit
dari ab
Abbatibus
petit
Sacerdo-
tium.

Dicitur enim in cap. hinc est, sic: *Superiori auctoritate non prohibentur Abbates Sacerdotes fieri, cum Beatus Benedictus iubeat, fratribus egredientibus, & regredientibus, dare benedictionem, quod non nisi Sacerdotum est.* Hæc ibi, & in cap. generaliter ad finem, concludit sic: *Ecce sufficienter monstratum est, quod Monachis Presbyterij honore decoratis, à populo electis, ab Episcopo institutis eadem liceant quæ alijs Sacerdotibus probatur etiam ex similitudine consecrationis, non enim in consecratione illorum aliud dicitur, & aliud in consecratione Clericorum.* Et paulo infra: *Ecce communis benedictio, unde igitur divortium? Hæc ibi, quasi dicat: Ordo sancti Petri, quem Clerici seculares dicunt habere, & per illum omnes Regulares Sacerdotes præcedere, tam Monachales quam Mendicantes, unde habet divortium, aut differentiam à Sacerdotali Ordine Religiosorum? Quod autem intentio, & sensus horum iurium, sit solum quod proprijs Præbiteris, seu Parochis non usurpent Monachi Benedictini, nec alij sua munia, & administrationem, neque hoc fiat, sine illorum licentia, & quod alijs sit proprium, & nullo modo alienum dictis Benedictinis prædicare, & similia alia exercere, per totam hanc questionem constat.*

Neque omittendum hic illud ex Nicephoro Cirillophilato in epistola, *Potestates negotij tædio, frequètrique multitudinis turbulencia defatigatos, id opere ad Monachos transfuisse.* Et loquitur de potestate ligandi, & solvendi.

N. 44. Secundò ex ijs omnibus liquet, dictam prædicationem, & talia opera vitæ actiue in bonum spirituale proximorum, Monachum non contradicere, & ex eisdem iuribus constat primò Beatum Benedictum fuisse Sacerdotem, contra alienius opinionem. Secundò, quòd Sacerdotes seculares, nisi aliqua alia distincta dignitate præfulgeant, non debeant præferri Sacerdotibus Religiosis. Neque huiusmodi iura potuerunt latere Divum Thomam Angelicum Doctorem, & munera Monachis concessa, & iniuncta, qui educationis causa per aliquot annos inter Benedictinos Monachos Casinenses, est commoratus, nec quod non debuerint ex hac parte suum

A primum gradum amittere Sacerdotale. Unde ad illud 2. 2. q. 188. art. 6. ubi N. 45.

dicitur in argumento expressis verbis: *Quòd primum gradum teneant in Religionibus illa quæ ordinantur ad prædicationem, & secundum quæ ordinantur ad contemplationem, necessario dicendum est, quòd facit comparationem Religionis Prædicantium, quæ simul sit contemplatiua, secundum perfectionem extensivam, cum illa Religione quæ omnino non habet prædicare, sed contemplari præcisè, nam alias si prædicationem nude, & præcisè sumptam, præferret D.*

B Thom. nude contemplatiue, ipse sibi esset contrarius, qui in eadem 2. 2. q. 182. art. 1. citato supra, perfectiorem esse ait contemplatiuam: vel dicendum non facere comparationem, secundum specialem gradum intra limites status Religionum, sed secundum communiorum rationem statuum, ut si comparemus

C substantiam, sic dicendo, quòd inter substantias spirituales est perfectior Angelica, seu inter substantias intellectuales, quia purè spiritualis est, & hac ratione accedit, & assimilatur magis Deo, qui est Spiritus purissimus. In proprijs terminis disputat Casaneus, de excessu, seu comparatione vitæ actiue, & contemplatiue, & concludit pro vita quam alij vocant mixtam, in 12 p. sui Cathal. considerat. 35. & ibi citat Cardin. Zabarelam. Est autem mixtam contempla-

Casan. in
Cathal.

Zabarel.

D tionem, ac prædicationem habere Benedictinos, ex Instituto & Regula, nulli est dubium: sed præcipuum contemplatio.

Plura hic tractari possent, quæ huic materiæ, & difficultati possent lucem afferre. Vt de collatione, & comparatione inter Religiones penes actualem observantiam. Et etiam unde sumi debeat ratio strictioris, aut laxioris Religionis. Quæ dicantur observantes, & quæ relaxatæ, seu non observantes, & unde hoc sumendum sit, & iudicandum. Simul etiã ad quas Religiones induci debeant assumendas illi, qui ex divino spiritu, & devotionis fervore ad Religionis statum aspirant, siue hoc fiat ex obligatione voti simplicis Religionis, emissi: siue ex sola libera electione status cum aliquo extrinseco motivo, vel aliter, quæ (quidem) ad praxim, Religionis assumendæ maximè necessaria sunt:

N. 46.

B 2 sed

sed de ijs sufficienter suis specialibus, & proprijs locis; quæ expediant dicemus; specialiter infra in tractatu decimo huius primæ partis, vbi de transitu quem in vna Religione professi, possunt ex illa ad aliam licitè facere.


N. 47.
F. Suar.

Posset etiam tractari illa quæstio, quæ ex professo tractat P. Franciscus Suarez citatus supra, non solum de comparatione status Religiosi cum statu Episcoporum, sed & statim immediatè de simili collatione, & comparatione in ratione perfectionis Religiosi status (vt sic) cum statu Pastorum, & Patrum spiritualium, Prælatorum, inquam, Ecclesiasticorum, vt sunt Rectores, Curæ animarum & Parrochi. Vbi dicit iste Author, quod neq; excessus Prælatorum huiusmodi, Religiosis possit attendi, penes ministerium offerendi diuinum sacrificium, nec communicandi, ac sumendi frequentius cor-

pus, & sanguinem Christi. Nec quod possint sub vtraque specie (laicis interdictum) nam hoc habent simplices Sacerdotes; imo & quantum ad frequentè, & quotidianam communionè plures pij laici; neque hoc infert, quod ipsorum status sit perfectior Religioso. Nec potest excessus perfectionis attendi, penes ministerium, seu officium Pastorale regendi animas, quia quamuis hoc perfectum quid sit, & includat eximiam exercitia charitatis, vt vidimus, & in aliquibus euentibus, aliqua opera consilij, vt de dilectione, & beneficentia inimicorū, & aliquando exponendi vitam: hæc tamen non conueniunt statui Pastorum permanentè, & per modum status, eodem modo quo Religiosis exercitia Religionis. Et quantum ad Episcopos, vide quæ diximus supra in hæc quæst. solut. ad tertium, n. 39. Nec absolutè constituit statū

Finis Tractatus Primi.





TRACTATUS

SECUNDVS.

De natura votorum, specialiter Religionis, & quas condiciones requirant.

HABET DVO CAPITA.

Caput Primum. De definitione voti: & quid sit promissio, & facta Deo.

Caput Secundum. De libertate requisita ad votum, specialiter Religionis.



Liqua generaliter de natura voti prenotare oportet, & quia ex voti diuisione magna acquiritur ipsius natura notitia, ad Authores Theologos, & Canonistas, qui plures sunt, & de hac materia disputationem institunt, Lectorem remittimus, & specialiter ad Francisc. Suarez, qui plures citat in 2. tom. de Religione, lib. 1. de essentia voti, c. 19. n. 19. ubi pro vltima, & decima diuisione voti, cō-

F. Suar.

stituita hinc, de qua solum hac anntoare placuit, quia de alijs, quantum ad nostrum institutum pertineant, dicemus suis locis. Diuidit, ergo Suarez votū, in solemne, & simplex, & dicit opponi hac membra priuatiuē, quia certē in voto esse simplicem, est solum (loquendo de voto Religionis) non esse solemne; unde eius natura, sicut priuatio per habitum, per naturam solemnis est cognoscenda. Est ergo votum, ait, solemne, duas continens condiciones: prima, ut sit omnino absolutum, & consequenter de se perpetuum. Et in fine cap. ait, quod votum simplex Religionis, aliquando solemniter fit, ut dicitur in cap. per tuas de voto, ubi aduertit ex Panormitano, vocari tale votum solemne ibi propter publicum instrumentum, vel quia in presentia Pralati, & aliorum factum est, aut ex solo ritu, & celebritate aliqua, que solet solemnitas

Discrimē inter votū simplex, & solemne.

Conditio nes voti solemnis

Cap. per tuas, de voto. Panormit.

tas appellari (& addit) est tamen solemnitas accidentaria, & secundum quid. Et prosequitur, Unde inferitur non satis esse votum esse annexum statui Religionis, ut sit solemne, si absolutum, & perpetuum ex se non sit, nec sufficere ad diuiniendum matrimonium secutum, Ut videre est in votis Religiosorum Scholarium Societatis Iesu, quæ nouo iure sunt instituta. Hæc Suarez remittens exactam, explicat 3. tom. eodem fere modo

Sairus. do noster Sairus in clau. Regiæ lib. 6. de voto, cap. 2. n. 2. ubi quarto diuidit votum in simplicem (quod scilicet solam simplicem dicit promissionem, &

Cap. 1. de voto, & dempt. in 6. votum solemne est quod emittitur tacite, vel expresse in Religione à Papa approbata. Disputat de iure quo est ista solemnitas voti, & concludit contra plures, esse de iure diuino, & naturali: & crederem esse aliud votum mixtum, non cum immutabili acceptatione, & nec mere

Basil. Le gion. Fulseb. de Herr. de tis. 1. n. 7 simplex. Vide Basil. de Leon, qq. quodlib. 3. c. 4. mediat enim inter simplex Religionis, quod secularis emittit, & inter solemne, quod dicit irrenocabilem contractum, & esset illud quod in aliqua Relig. (ubi statuisset Papa) in manu Prælati, reuocabile ex magna causa.

CAPVT PRIMVM.

De definitione voti in genere, quòd sit promissio facta Deo de maiori bono.

CONTINET QUÆSTIONES 7.

Quæstio prima. Quid sit votum, & in quibus actibus consistat.

Quæstio secunda. De natura promissionis, & ex quibus consistat.

Quæstio tertia. Quod & quale debeat esse propositum requisitum ad promissionem, & ad votum.

Quæstio quarta. Quale debeat esse secundum propositum, seu actualis assensus in obligationem requisitam ad votum.

Quæstio quinta. Circa ultimam par-

A ticulari definitionis voti, scilicet, quod debeat esse de re meliori, vel maiori bono: & an sit melius vouere, quam non vouere.

Quæstio sexta. Vtrum qui fecit antea votum de re incompatibili cum statu Religionis, possit ingredi & profiteri sine dispensatione.

Quæstio septima. Vtrum sit licitum, & validum votum, de non intrando Religionem, vel non assumendi Religionis statum.

DE



DXIMVS Statum Religionis consistere essentialiter in illis tribus votis: restat declarare naturam voti, & conditiones requisitas ad obligandum præcipiè in Religione, ad hoc vt qui illam promisit, maneat verè Religiosus, & votis adstrictus, vnde sit.

QVÆSTIO I.

Quid sit votum, & in quibus actibus consistat.

N. 1.

CVM maximè nostri instituti sit, questionè propositam eximie disputare, & naturam voti (quæ operis fundamentum primum, ac præcipuum est) aperire, aliqua elegimus (nostro videri) præcipua. Et pro ampliori notitiâ Lectorem remittimus ad Authores Theologos, & Iuristas, quos refert Gregorius Sairus in sua clauis Regia, lib. 6. per totum: Franciscum Suarez 1. tom. de Religione, de hoc titulo; & omnes, & Theologos, ac Iuristas, ac summas casuum Scribentes, verbo votum. Sit ergo nostra resolutio cum D. Thom. 2. 2. q. 138. art. 1. & cum communi Authorum, bi: *Votum est promissio quedam voluntaria facta Deo, de aliquo bono maiori.* Ex quo colligit D. Thom. ibi, tria necessario requiri ad votum, scilicet deliberationem, propositum voluntatis, & tertio promissionem. Et probat, quia promissio procedit ex proposito voluntatis faciendi: propositum autem aliquam deliberationem præsupponit, & præexigit, cum sit actus voluntatis deliberata, & licet hæc omnia requirantur necessario: tamen ratio voti promissione perficitur, vt ibi ait D. Thom. cum votum sit obligatio quedam facta Deo.

Suarez.

D. Tho.

QVÆSTIO II.

Quid sit promissio, & in quo consistat.

N. 2.

DEfinitionè promissionis ad sequentem questionem remittimus, maximè enim est difficile declarare in quo consistat hæc promissio, & quomodo differat à simplici proposito firmo faciendi aliquid maius bonum; quia siue dicamus talem

Actum, seu promissionem esse actum firmam voluntatis, & cum iudicio dictante, hoc esse faciendum, totum hoc reperitur in simplici proposito firmo faciendi aliquid: siue dicamus esse actum imperij, quo homo præcipit sibi ipsi, vt faciat hoc vel illud, etiam hoc reperitur in simplici proposito, & tamè non est promissio.

B Ex resolutione huius dubij dependet claritas præcipua cum difficultatum huius materiæ, vnde per resolutiones, & conclusiones distinctas procedendum nobis erit. Sit prima resolutio. Promissio essentialiter requisita ad obligationem voti, in hoc consistit, vt quis intellecto, & voluntate firmiter statuat, non solum se aliquid in gratiam alterius facturum; sed vt deliberatè etiam velit ex illo decreto manere obligatus ad illud faciendum, ita vt si non faciat peccet. Sic Gregor. de Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 1. lit. B. quod optimè declarat ex processu, quem communiter habet mens

C nostra in promittendo. Primò enim obicitur menti consideratio à icibus rei faciendæ; deinde consideratione intellectus præmissa vtrum, nec ne expediat, illud facere concludit ratio id esse expediens, & voluntas approbat, & per vtramque potentiam suo modo statuit esse faciendum illud, & hic finitur nudum propositum. Præterea considerat ratio vtrum expediat, quod voluntas, & intellectus rursus ita decernant illud esse faciendum, vt velit homo ex tali decreto manere illud esse faciendum, vt velit homo ex tali decreto, siue proposito repetito manere obligatus ad faciendum: post hæc concludit etiam ratio, expediens quoque esse ita decernere cum tali, scilicet, voluntate acceptandi obligationem, & voluntas hoc approbat & vult ita decerni. Tunc demum intellectus practicè imperat per prudentiam sibi met, & voluntati, vt ita rursus decernatur illud esse faciendum, & tunc manet

N. 3.

Prima resolutio

Greg. de Valentia

net

net homo obligatus faciēdo illum actū, quia istud decretum secundum, supposita illa deliberatione obligationis acceptandi, est promissio obligans sub peccato. Hæc Gregorius de Valentia citatus. Quod autem hic animus se obligandi per promissionem (in quo differt propositum à promissione) requiratur ad votum necessario, tenent communiter Authores, vt D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 1. & ibi Caietan. Siluest. verbo Religio 5. q. 8. & verbo votum, q. 2. Antoninus 1. p. art. 11. q. 2. Corduba p. 3. tit. de voto, n. 4. Arag. 2. 2. q. 88. art. 1. in fin. Nauar. in manuali, c. 12. n. 26. F. Ludouic. Lopez 1. p. instructorij conscientie, c. 43. & plures alij cum Greg. Sairo lib. 6. c. 1. n. 6.

D. Tho.
Caiet.
Siluest.
Antonin.
Corduba
Aragon.
Nauar.
F. Ludouic.
Lop.
Sairus.

N. 4.

Aduertendum tamen est cum iisdem Authoribus, sufficere, quod promissio hæc sit mentalis, etiamsi nihil dicatur ore, scripto, vel signo aliquo: cuius ratio est, nam (vt infra videbimus) hoc interest inter promissionem factam homini, & factam Deo, quod Deo facta cum cor videat, acceptat statim, & dicitur votū; promissio verò homini facta, quatenus obliget eo modo (vt dicemus ex opinione aliquorum) non dicetur, neque est obligatoria, si non nota fiat, neque acceptetur.

N. 5.

Norandum deinde, ex utroque Gregorio citatis, Sairo, & Valentia, sufficere ad voti perfectionē, quod promissio fiat implicitè, vt contingit in recipiente sacros Ordines in Ecclesia Occidentali, quæ ijs Ordinibus iunxit votum solemne castitatis. Vnde ordinatus sacris absque aliqua promissione explicita, eò ipso quod Ordines sacros suscipit, votò huic castitatis manet adstrictus, etiam si non intenderet vouere, & se obligare: quod probatur, quia ex eo quod voluit ordinari, cõsetur voluisse necessariò votum castitatis, seu vouere castitatem, quasi quid consequens ordinem. Sic Nauar. in manuali, c. 22. n. 82. post Siluestrum, verbo Matrimon. & Palud. in 4. dist. 37. art. 2. conclus. 3. Ex quo notabili sequitur assumentem Religionis statum, se adstringere ad obseruandum, nõ solum omnia ea quæ sunt formaliter loquendo de essentia talis status, sed ea quæ sunt annexa tali Religionis, scilicet constitutiones, & leges. Et probatur,

Nauar.

Palud.

quia sicut Ecclesia Ordini sacro adiunxit votum castitatis, ita Religio (quæ authoritate Apostolica potuit tales leges, & constitutiones statuere, & condere) imposuit profitentibus in ea, has vel illas leges: vnde sicut accipiens sacros Ordines manet obligatus ad seruandam castitatem, cuius votum ex institutione Ecclesie inclusum est in ordinis susceptione. Sic assumens Religionem, & professionem emittens in ea, vt ordinata, & disposita est, & per Sedem Apostolicam confirmata, & approbata, manet obligatus ad seruanda ea omnia quæ alij reliqui Religiosi illius Religionis seruāt, vota, cõstitutiones, & leges, singula quæque secundum quod magis, aut minus, cum rigore, & pœna maiori, vel minori iniungantur, vel conducant magis, aut minus, ad finem intentum tendendi ad perfectionem. Qua ratione in Monachis Benedictinis Cõgregationis Hispaniæ, in speciali, non solum votum obedientiæ quæ expressè vouetur, sed & paupertas & castitas, quæ vouentur implicitè, obligāt virtute voti seu professionis solemnis: imò & clausura, quæ de facto in dicta Congregatione vouetur expressè, obligaret quidem, etiamsi solum implicitè profiteretur propter rationem dictam. Imò & dicunt aliqui, quod adhuc sine speciali robore Apostolicæ confirmationi qui voueat secundum statutum alicuius Religionis obligaretur ad implicitè inclusum in professione.

D

Q V Æ S T I O III.

Quod sit propositum requisitum ad votū,
& ad promissionem, & in quo differat ab illa.

Propositum est actus voluntatis eligentis aliquid facere in futurum, seu est consensus voluntatis qui explicari potest per hoc verbum de futuro, *faciam*.

N. 6.

Definitio
propositi

Pro intelligentia norandum; quod, vt diximus ex Gregorio de Valentia, aliud est propositum faciendi aliquid, aliud est assensus obligationis in peccato, seu in obligationem sub peccato illud faciendi. Primum est, quando voluntas per consultationem intellectus, an expediat facere aliquid, cõcludit expedi-

dire, approbat & vult illud facere. Secundum est, quando post consultationem secundam intellectus, de an expediat se sub peccato obligare ad illud faciendum, voluntas approbat, & vult ita decerni. Quibus positis sit secunda Resolutio.

N.7.

Per illud propositum quantumcumque firmum, nõ obligatur homo ad peccatum mortale, nec veniale. Ita Gregor. Sair. sua clau. lib. 6. c. 1. n. 6. Nauarr. & alij. Et probatur, quia non obligatur homo ad alterum, per solum propositum voluntatis de re facienda, absque voluntate se obligandi: sed hoc fit per solam promissionem: ergo, &c.

Nec refert, quod illud propositum daret, aut exprimeretur verbis, dicendo: faciam hoc, vel illud: talis enim simplex assertio, etiam firma non facit hunc sensum, promitto facere, & me obligare ad faciendum. Vnde qui illud propositum, aut simplicem assertionem facit, si non impleat, non peccat; neque est infidelis, imò (& in plurimorum opinione) neque etiam committit mendacium, cum non aliud dicat ab eo, quod habet in mente, sed potius idem (vt num. 3.) quando illud facturum dicit. Mendacium enim, vt apud Sairum lib. 12. c. 1. n. 1. ex D. August. lib. contra mendacium, c. 42. in fin. *Sairus: est falsa vocis significatio, cum intentione fallendi, vbi quomodocumque intentio ista sit forma, qui sine illa affirmat, committit materialiter peccatum mendacij, & solum peccat, secundum Antoninum p. 2. tit. 10. quia debitam diligentiam non adhibuit, considerando veritatem, aut falsitatem rei, maximè si sit momenti. Vbi etiam de diuisione mendacij, in illud quod transcendit veritatem in maius, & dicitur iactantia, & in illud quod deficit à veritate in minus, & dicitur ironia. Et de diuisione mendacij penes grauitatem damni illati in perniciosum, quod nocet Religioni, Reipublicæ, aut proximo. Quod inde grauius, aut leuius, & etiam ex eo, quod magis, vel minus lædit. Et etiam in illud, quod non intendit lædere, nec proximi damnum, sed potius bonum, saltem delectabile, vt si aduletur, sine veritate, aut fundamento, extollens, & laudans, vel vt si fabulas, & apologos, seu res quæ non fuerunt narret fabulosè mentiendo, vt placeat, & ita diuidatur mendacium in perni-*

Aug. cõtra mēd.

Sairus:

Antoninus.

A ciosum; ratione dicta, officiosum ex adulatione, iocosum ex intentione placendi.

B Agitur etiam quomodo falsa propositio cum intentione fallendi; seu mendacium sit per se prauum, & fugiendum, ex Aristot. 4. Ethic. c. 7. & secundum D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. & ferè omnes, quia peccatum est malum intrinsecè, & malitiam includit in sua ratione formali, quia cum naturaliter voces sint signa conceptuum, idest rei intellectæ prout intellecta est, in naturale quidem, & contra rationem natura est, vt quis exprimat voce quod non habet in mente. Et quomodo Iacob dicens: Ego sum Esau, non ex hoc mendacium dixit; nec Abraham de Sara vxore sua, quod soror eius esset; nec alij in sacra Scriptura: nõ enim contra propriam mentem locuti sunt; sed iuxta illam, secundum sensum desuper datum verbis, quæ protulerunt. **C** Ego sum Esau, dixit Iacob, idest, Esau verus primogenitus tuus: sum ille, inquam Esau, qui maioratum, primogenituram, & successionem progeniti tuæ; legitimè, & per voluntatem Dei, habeo lineam per quam (pater mi)eris progenitor Messia. Nec Sara mendax fuit, quæ viri sui erat non solum vxor; sed soror (late loquendo) quia erat filia fratris, aut maxime propinqua in sanguine, & tales solebant vocari sorores, & ex causa licet minus propriè loqui.

D Neque etiam qui proposuit, & non impleuit, committit sacrilegium, etiam si materia sit circa Deum; nec infidelitatem, si circa homines, neque iniustitiam, cum nullum defraudet. Ita tenet Iosephus Angles in floribus 4. sententiarum, quæst. de voto. Petrus de Arrag. 2. 2. q. 88. art. 3. Soto lib. 3. de iustit. & iure, q. 1. art. 2. Sairus lib. 6. & ea quæ de proposito diximus præmittenda fuerunt, quia cõducunt maximè ad cognitionem natura promissionis: cuius definitio hæc est.

E Promissio est propositum firmum faciendi aliquid in gratiam alicuius, cum libera itidem voluntate se obligandi ad implendum non Deo, sed homini, liberum rei licitæ possibilis, notabilis, & quod res in eodem statu permaneat. Hæc est definitio promissionis, quæ per partes explicanda est. Et in primis (vt in ipsa dicitur) quod promissio quæ hic definitur,

N.8.

Aristo. 4. Ethic. D. Tho.

N.9.

Ioseph. Angl. Arrag. Soto. Sairus.

N. 10. Definitio promissionis.

tur,

tur, est que fit homini, non que fit Deo, & debet esse non iurata, quia nec de hac loquimur, quia si promissio iuretur, ex hac parte (nempe iuramenti) habet specialis obligationem; sequitur deinde, quod non fit solemniter, cum id non exprimitur, deest solemnitate iuris adhibita, ut fiat ante Tabellionem, & testes, cum scriptura. Habet etiam, quod sit vera, quod innuitur, ex eo quod est propositum in quo includitur deliberatio; & animus ac voluntas. Et sic, quod sit deliberata, id est ex consideratione intellectus, & consultatione ipsius, & voluntatis, sit spontanea, id est non ex voluntate coacta. Sit rei licita, quia de re illicita non valet promissio. Sit rei possibilis pro tempore quo promittitur, nam aliis promissio in se erit nulla, sicut erit valida (de se, & absolute loquendo) que pro tempore quo adimplenda est, contingat non esse iam possibilem. Ad quam conditionem redigitur altera, que pro distincta solet assignari, scilicet, quod ad validitatem promissionis necessarium sit, quod tempore impletionis promissionis non mutauerint res statum, id est, quod Paulus, v.g. qui promittit pro aliquibus mensibus alimenta in scholis Francisco, non deenerit Paulus in egestatem. Ultima conditio est, quod sit rei notabilis, id est alicuius momenti. Iste sunt conditiones iuxta essentiam, & definitionem promissionis, que est inter homines, quas assignant authores de ipsa tractantes, tam Theologi, quam Canonistæ, Conarr. lib. variar. resolut. cap. 14. num. 11. & 14. Michael Salon 2. 2. p. 1. q. 5. de dominio artic. 3. dub. 3. Ludovic. Lop. in suo instructorio c. 27. Ioseph. Angl. in florib. 4. sentent. q. de voto, artic. 2. difficult. 3. conclus. 3. & difficult. 4. Gregorius de Valent. tom. 3. disp. 5. q. 10. puncto 3. & alij: & quia ista talis promissio potest fieri, verbo, scripto, signo, vel etiam mentaliter, de singularum promissionum varietate, & ratione oportet videre dictos authores, & alios hoc præcise tractantes. Et nobis sufficiat, quod quamvis talis promissio, de qua agimus non sit de genere illorum solemnium actuum qui consistunt in mutuis actionibus, v.g. Dando; facio ut facias; promitto ut promittas; & in ijs, qui requirunt mutuum

A consensum, ut in matrimonio, que obligant in conscientia eo modo quo dicemus infra, & ex iustitia. Est tamen obligans sub peccato.

Est ergo circa mentalem promissionem prima opinio, seu sententia. Promissio mentaliter facta non videtur obligare, ex lege r. ff. de verborum significatione, ubi dicitur: *Quod animus in mente retentus obligationem non inducit.* Et ratione videtur convinci, quia sine scripto, aut verbo promissio manifestari non potest. Sine tali manifestatione non potest acceptari; sine acceptatione dominium non potest transferri, neque adquiri; qua ratione promissio mentaliter facta reuocari potest, sine alicuius iniuria. Et etiam si fiat surdo, aut absenti, in quorum nomine non sit qui acceptet, ex iustitia inquam saltem legi non obligabit; vide D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. in corpore, & Greg. diu. Choninch. tom. 2. de sacramentis disp. 22. dub. 63. num. 34. ubi sic ait: *Inepta promissio est vere interna, et inceptum sit se velle hominem alteri obligari per internam absque modo humano, quoad eius notitiam peruenire possit.* Idem videtur sentire Sairus, & idem Lessius de iustitia & iure cap. 17. dub. 5. dicens: *Quod non ex aliquo iure positivo, sed ex natura rei provenit, quod promissio pure mentalis non obliget.* excipiunt tamen ab hac doctrina Azgidius, & Lessius promissionem factam Collegio, Hospitali, seu Communitati, quas promissiones etiam, & solum sine actua acceptante nomine ipsarum, prohibendo iura posse reuocari. Confirmat, & tenet hanc doctrinam, Suarez 2. tom. de Religione lib. 2. de iuramento promissorio cap. 13. num. 11. ubi probando sententiam, & assertionem, dicit sic. Secundò potest simile argumentum sumi ex promissione interna, quam secum homo facit dedit aliquid proximo, nam licet per se non obligat, ut communior, & probabilior fert opinio, hæc sunt verba Suarez, que omnia, & specialiter, id quod dicit Lessius, scilicet de lege nature esse, quod promissio interna non obliget, nisi de operibus pijs, intelligenda sunt de obligatione vnus hominis ad alterum ratione vinculi, quod ex hac interna promissione procedit.

N. II.

D. Tho.
Agid.
Chon. de
Sacram.Sairus
Leonar.
Lessius.

Surrez.

Salon.
F. Ludovic.
Lop. Ioseph.
Angl. Valentia.

Vbi

N.12. Vbi maximè notandum, quod ista doctrina quantum ad difficultatem. An scilicet per purè internam promissionem, vel donationem transferatur dominium rei ab vno domino in alium, propria est undecimi, seu potius quarti tractatur secundæ partis, vbi sapius de translatione dominij rerum, quis possit, & quomodo fiat disputatur, & an ex sola voluntate.

N.13. Contraria nihilominus sententia probabilis maximè est, & eam tenent granissimi authores: tenet Soto de iustitia & iure, lib. 4. q. 1. art. 1. ad primum, & lib. 7. q. 2. art. 1. ad primum, vbi eam reputat probabilem, quamuis vera contrariam amplectatur: at Martinus de Ledefina secunda parte quartæ, q. 18. art. 1. dub. 13. tenet hanc sententiam esse probabiliorē, quod scilicet promissio simplex, idest, nec facta Deo, nec iurata, aut roborata scriptura, aut alio iuris robore, sed tamen non manifestata, nec acceptata à promissario, obliget in conscientia promittentem, vt si furdo fiat, aut absenti. Ita tenet etiam Michael Salon 2. 2. tom. 1. q. 5. de dominio, articulo 2. dub. 1. loquendo specialiter de furdo & absente, dicit enim iste author, quod per accidens est, quod auhatur, vel nõ auidatur promissio si mel facta, & idem sentire videtur F. Dominicus Bañez quando in tractatu de dominio q. 5. dub. 2. nil addens, nec mentionem faciens de acceptatione promissionis factæ præsentis, & de omnibus ijs promissionibus simplicibus factis, quomodocunque non auditis, aut acceptatis ab eo cui fiunt, tenet Bañez debere curari, vt manifestentur promissario, vt ipse, vel acceptet, vel remittat, quæ obligatio manifestandi non imponeretur promittenti, si eius promissio prius facta non audienti, aut mentaliter de se esset nulla, & non obligans.

N.14. Confirmatur, quia habet tacitè, & intrinsicè promissio inclusam conditionem, si promissarius acceptet, vnde quamuis ad executionem depèdeat promissio ab acceptatione: ante hanc habet promissio reidde promittentem cum obligatione, quantum est de se, implendi promissum, vnde hic specialiter notandum, quod loquendo de promissio-

A sione simplici facta audienti, & tamen tacenti, non ita dicendum obligare promissionem; eo quod audiens videatur tacens annuere, & acceptare, ex illa regula iuris, qui tacet consentire videtur: quæ quidem est certa in favorabilibus, nam aliud est iudicandum, an taciturnitas sit, necne, consensus in non favorabilibus: posset enim quandoque contingere promissionem non acceptari, quia materid illius, vel sit inutilis, molesta, aut parui momenti; vnde desinat promissio non esse ex favorabilibus; si autem utilis sit res promissa, tacere videbitur esse consentire. Sit prima resolutio.

B Multum probabile est, hanc simplicem promissionem, sicut & quamlibet aliam simplicem donationem indigere acceptatione, vt ex iustitia obliget in conscientia. Probatur, quia non transfertur dominium rei, à possidente donante, aut promittente in promissarium, quando hic non acceptat rem promissam; & hoc dicit regula iuris: *Animus mente retentus, &c.* num. 11. neque ille acquirit cum ignoret, & per acceptandi voluntatem fit compos promissi, & sic titulo iustitiæ solum manet obligatus, qui astringitur alteri, vt creditori.

C Resolutio secunda. Probabilius est nihilominus, illum qui perfectam, simplicem quidem, promissionem fecit, vel internè, vel taliter externo signo, verbo aut scripto deficiente, vt ab illo in cuius fauorem sit nõ nota sit, nec acceptetur, deberi in conscientia impleri, licet non interueniat vera, nec propria iustitia. Constat ex autoribus secundæ sententiæ, & probatur adhuc; quis enim promittit, quod incidente in mète alicuius, egestatè vicini viri probi, considerata per intellectum conuenientia, elemosynæ elargiendæ, concludente ratione, & approbante volutate, proponatur firmiter, aliquod speciale subsidium, & elemosynam conferendam, & quod simul repetendo propositum de acceptanda obligatione sub peccato ad illud faciendum (qui omnes sunt actus interiores) maneat iste promittens cum noua, quæ antea non habebat, obligatione? ergo, &c.

E Tertia resolutio. Promissio simplex perfecta facta alicui, qui eam acceptauit

N.15.
Nõ obligat ex iustitia promissio interna.

N.16.

Promissio interegestatè vicini viri probi, considerata per intellectum conuenientia, elemosynæ elargiendæ, concludente ratione, & approbante volutate, proponatur firmiter, aliquod speciale subsidium, & elemosynam conferendam, & quod simul repetendo propositum de acceptanda obligatione sub peccato ad illud faciendum (qui omnes sunt actus interiores) maneat iste promittens cum noua, quæ antea non habebat, obligatione? ergo, &c.

N.17.

ait obligat in conscientia ad sui imple-
tionem Probat, quia ille qui alteri fe-
cit promissionem quam acceptavit, iam
dicitur per illam manere ordinatum ad
alterum, & obligatum; non enim solum
iustitia formalis, que inter homines re-
peritur, ordinat unum hominem alteri,
nec solum contractus reciproci cele-
bratus inter duos, v. g. facio ut facias, do-
hoc ut des illud, ordinat hominem alteri;
sed etiam virtus, & ritus Fidelitatis,
qua virtus est (secundum Tullium r.
officiorum) ipsissima iustitie funda-
mentum, cui omnium hominum pacta, &
conventiones nituntur: unde non est ve-
rum dicere, promittere esse quoddam
alloqui; nec est certum fundari obliga-
tionem promittentis in sola obligatio-
ne dicentis verum; nec aliquo modo fun-
dari in hac obligatione; neque id inten-
dit D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 3. ad primum
quando dicit, obligationem alteri, resul-
tare ex quadam equitate, seu honestate
(que sunt verba D. Thom.) nam postea
dicit hanc obligationem esse iuris natu-
ralis, & sic consequenter in eadem q. &
articulo 5. ad 1. dicit hanc obligatio-
nem contrahere hominem homini, per
promissionem naturaliter: & in eadem
2. 2. q. 88. art. 3. a quintum, di-
cit in similitudine agere eum, qui non im-
plet promissionem: unde cum si levi al-
teri datam frangere, sit violare ius natu-
re; consequens est esse peccatum ex ge-
nere suo mortale. Pro quo sit quarta re-
solutio.

N. 18.
Quarta
resol.

Peccatum mortale est ex genere suo,
non implere perfectam, & simplicem
promissionem alteri factam. Pro quo
notandum: Quod cum perfecta promif-
sio sit, quam nuper explicuimus, in illa
includitur, quod sit vera, id est sine fictio-
ne, & mendacio; sed cum vera intentio-
ne: quia origo, & fundamentum obli-
gationis promissionis est voluntas se
obligandi, & sic si desit, non obligabit
promissio in conscientia, quamvis in fo-
ro exteriori, & contentioso (cum Eccle-
sia non iudicet de occultis) compella-
tur, qui taliter promisit ad implendam
promissionem: & huius veritatis inten-
tionis solet esse signum, quod ille qui
promisit non recusat (si rogetur) securum
reddere promissarium de sua intentione,
adiubendo scripturam, testes, & iura-

mentum (iuxta vulgare proloquium)
A *Promptum solutorem pignori non pi-
getur* licet e contrario si voluntas non fuit
vera, dare recusat hęc testimonia, signa,
aut pignora.

Ijs suppositis, sic formatur argumen-
tum, & probatio doctrinę. In promissio-
ne, perfecta si fuit vera, adfuit intentio,
& voluntas facienti, seu efficiendi il-
lam, secundum eius partes essentielles, &
conditiones, quas debet habere promif-
sio: sed una ex precipuis est, quod velit,
& consentiat promittens in obligatio-
nem peccandi, si non impleat, vel obli-
gandi se sub peccato ad adimplendum
promissum, ergo, &c.

Dixi ex genere suo: nam si promif-
sionis executio impediatur, ex eo quod
promissarius ingratus euadat, vel indig-
nus, vel aliter inueniatur incapax rei
promissa; pro tempore quo promissio
adimplenda foret, non percutietur con-
scientia promittentis: aut si res promif-
sa esset parui momenti, & parum utilis
promissario.

Confirmatur: quia si indicarent homi-
nes leue peccatum, vel nullum esse non
implere promissa, & fidem factam fran-
gere, grave damnum Reipublicę resul-
taret, & tractus humanus labefactate-
tur; cum eius fundamentum (fidelitas, &
veritas) corrueret; de quo exeat inud
Titi Livij D. ead. 3. *Fides, qua stat Res-
publica p usquę diuitijs, & opibus.* Hęc
Livius, & ex ijs conitat, quod fides, & fi-
delitas sint fundamentum, non solum
iustitię, sed & Reipublicę, & quod hu-
ius virtutis (fidelitatis scilicet) actus sit
impletio promissionis, sicut & actus obli-
gatus, seu imperatus a virtute liberali-
tatis, est promissio.

Tenent hanc resolutionem, & prece-
dentem auctores prima, & secunde sen-
tentię circa obligationem promissio-
nis internę, qui omnes de promissione
simplici, & perfecta, & acceptata sup-
ponunt, vel affirmant obligare in con-
scientia, & P. Franciscus Suarez dicit de
hac externa promissione de qua loqui-
mur, exponens mentem suam, hęc for-
malia, & expressa verba. *Nam, quod hu-
mana promissio & acceptata in consci-
entia obligationem inducat, ita certum est,
ut nõ possit in dubitationem adduci:* Sic
in secundo tomo de Religione lib. 4. de
obli-

N. 19.

N. 20.

Tit. Liv.

N. 21.

Promit-
tere actus
liberali-
tatis im-
plere fide-
litatis.
Suar.

obligatione voti; cap. 1. num. 4. licet
B. §. circa quam.

N. 22.

Qualiter autem promissionis im-
pletio ad iustitiam pertineat, manife-
stabitur ex solutione cuiusdam difficul-
tatis doctrinæ moralis, quam tradit
idem Suar. 1. tom. de Religione, lib.
3. cap. 4. titulo, Quomodo Religio
à iustitia distinguitur. Et difficultas
est, an propter soluendum Deo debi-
tum, quod debetur illi per virtutem
Religionis, præmittendum sit debi-
tum, quod ex formali, & perfecta
iustitia debetur proximo, vel ex pie-
tate parentibus: & quamvis primum
pertineat ad secundum caput tractatus
quarti, & secundum ad questionem sex-
tam eiusdem seculi capituli quarti tra-
ctatus, ubi de egestate parentum suf-
ficiet ad impediendum, vel suspen-
dendum Religionis ingressum agemus;
an scilicet pietas erga parentes, qui
in necessitate, & paupertate gravissi-
ma, vel extrema indigent præsentia,
& leuamine filij, quo carerent si in Re-
ligionem intraret: ubi notandum est
maximè, quod maior coniunctio, seu
strictior habitudo inter creditorem, &
debitorem (qualis est creaturæ ad Crea-
torem, filij ad patrem) quamvis de-
uiet à ratione iustitiæ, & iustæ solu-
tionis, non minuit, imò auget rationem
debiti.

N. 23.

Nota secundò, quod omnes istæ
virtutes morales, quæ nos ordinant ad
alium in ratione debiti, vt Religio quæ
nos ordinat ad soluendum Deo debi-
tum cultum, & pietas quæ nos ordi-
nat ad parentes in ratione soluendi il-
lis debitum honorem, obedientiam,
& subiectionem, quando necessitas ad-
est, & similiter fidelitas, quæ soluius
proximis debitum, quod ex promif-
sione procedit, & similes, sunt & re-
ducuntur ad virtutem generalem ius-
titie, & quamvis non sint partes sub-
iectiue, idest species formales ius-
titie: sunt tamè partes potentiales, cum
non participant rationem iustitiæ for-
malis, & propriæ, quæ est inter ho-
mines, & consistit in hoc quod facit
æquale, quod non potest nec pietas,
nec Religio, cum Deo, & parentibus
æquiualens reddere non possumus.

Nota tertio, quod debitum, quod
A Religio soluit Deo, nec est, aut per-
tinet ad virtutem liberalitatis; cum ho-
mo, eo quod sit mancipium, & ser-
uus, nil habeat proprium, taliter quod
illud non sit Dei; vnde non habet ali-
quid, quod ex liberalitate possit lar-
giri Deo, qua ratione obligatio ex vir-
tute Religionis, qua cultus Deo de-
bitus soluitur, comparata cum obli-
gatione soluendi alia debita inter ho-
mines, ex propria, & formali iustitia,
quæ explicatur sic, *Iustitia, quæ in-
ter homines reperitur, habet se sicut ex-
cedens & excessum*; excedit enim, quia
(vt videbimus) est maius debitum quod
debetur Deo, ratione maioris subor-
dinationis, & dependentiæ, quam crea-
tura habet à Creatore, quam à crea-
tura alia; & simul quia huiusmet in-
æqualitatis excessus (qui ad æqualita-
tem propter infinitam distantiam re-
duci non potest) superat obligationem,
& quodcumque debitum, quod habet
soluere ex æqualitate formalis iustitiæ.
Et hoc constat amplius: nam non po-
test negari, quod debitum filij respec-
tu parentis inferius sit, & minus stri-
ctè obliget ad reddendum parentibus
debitum cultum, honorem, & reue-
rentiam per virtutem pietatis, quam
debitum, & obligatio reddendi Deo
debitum, seu possibilem cultum, &
reuerentiam per virtutem Religionis.

Unde acutè dicit Caietanus 2. 2. quæst.
57. art. 4. inter patrem, & filium non
interuenire iustitiam, nec ius: sed es-
se plusquam ius: & idem sentire vide-
tur Soto lib. 1. de iustitia, quæst. 1.
art. 4. dicens, quod licet inter patrem,
& filium minuat ratio debiti, seu ius-
ti; non tamen ratio debiti. Ex alia
autem parte excedit debitum propriæ,
& formalis iustitiæ, respectu proximi,
obligationem soluendi debitum cultum
Deo, per virtutem Religionis: in pri-
mis quod hic actus Religionis est opus
consilij; actus vero soluendi proximo
debitum ex æqualitate, est actus præ-
cepti, qui præponendus est, & præ-
ferendus actui consilij, ex voluntate Dei
sæpius in sacra Scriptura manifestata.
Deinde, quia ex communi Authorum
sententia, specialiter Gabrielis Vaz.

N. 24.

Caiet.

Gabriel
quez Vazq.

C

quæ tom. de Eucharistia, disp. 209 n. 20. & ex Basilio de Leon lib. 5. de mat-
Basil. de Leon. riu. cap. 20. & alijs, non semper præ-
 ualet, nec est præferendus actus ex-
 cellentioris virtutis; quod videre est in
 illis virtutibus moralibus, quæ ad bo-
 num proximi ordinantur, vt pietas er-
 ga parentes, & iustitia legalis erga pro-
 ximos; quæ si concurrant, v.g. neces-
 sitas grauisima parentum, seu debitum
 soluendum ex iustitia formali, & legali
 creditoris cum actu colendi Deum per
 virtutem Religionis, offerendi inquam
 sacrificia, & oblationes Deo in Tem-
 plo, prius (si diuidi non possiat opes;
 nec ad vtrumque sufficiant) consulti
 debent in actibus iustitiæ, & pietatis:

Osea 6. & sic explicat D. Thom. 2. 2. q. 30. art.
 4. illud *Osea 6. Misericordiam volui,*
& non sacrificium. Hanc doctrinam
Sanctius vide latè apud Doctorem Ioannem Sã-
 ctium, in suis selectis disputationibus,
 disput. 8. num. 11. §. *Senserunt Au-*
thores.

N. 25. Ex dictis sequitur duplex differen-
Differen- tia inter votum, & promissionem. Pri-
tia inter ma est: nam obligatio adimplendi vo-
obliga- tum, statim adest, ac votum emittitur,
nem pro- cum Deus cor videat, & statim acce-
missionis pter: at obligatio ex promissione sal-
& voti. tem, dum absenti, surdo, vel non au-
 diendi sit, aut merè internè (secundùm
 id quod diximus) non obligat promit-
 tentem ex Auctoribus, & iuribus, pro
 prima sententia. Secunda differentia
 etiam colligitur ex dictis, quia scilicet
 promissio habet pro principio virtu-
 tem liberalitatis, quam non potest ho-
 mo exercere respectu Dei, propter
 rationem dictam; habet verò votum
 pro radice, & causa virtutem Religio-
 nis.

N. 26. Sequitur secundo, deceptum fuisse
Palud. Paludanum in 4. disp. 38. quæst. 1. &
Antoni. Antonin. p. 2. tit. 11. cap. 2. existiman-
 tes propositum voluntatis æquialere
 voto simplici, adeò vt qui intraret Re-
 ligionem, cum proposito manendi in
 ea, & habitum susciperet, teneretur in
 ea, vel in alia professionem emittere.
 Eodem modo fallitur Innocentius, in
 cap. consulti, in princ. de Regular. af-
 firmans, tale propositum cum suscep-
 tione habitus habere vim voti solem-

nis, ita vt ille non posset contrahere
 A matrimonium. Idem Hostiens. & Vin-
 cent. in cap. consulti, & Henricus in
 cap. statutus, & cap. super eo, in eod.
 titulo, & in cap. nec viduas, causa 27.
 q. 1. Probant etiam ex cap. beneficium
 de Regul. in 6. vbi habetur, quod Be-
 neficium Clerici, qui est Religionem
 ingressus, intra annum probationis al-
 teri non conferatur, nisi constet, quod
 absolute voluit mutare vitam: sed si ta-
 B le propositum non esset votum, in opi-
 nione Pontificis Bonificij, non spolia-
 retur talis Clericus Beneficio suo. Sed
 de hoc infra latius nobis est agendum:
 & ijs non obstantibus. Sic nostra quin-
 ta, & vltima resolutio.

Propositum voluntatis, quantum-
 cumque firmum assumendi Religionis
 statum, vel habitum Religionis, & etiã
 cum Reali habitus susceptione, non est
 votum simplex, nec solemne. Sic tenet
 C omnes Theologi, & Canonistæ citati à
 Gregorio Sairo, lib. 6. num. 8. quia (vt
 diximus iam) de ratione voti est, quod
 sit promissio.

Probatur deinde: quia votum solem-
 ne est contractus, in quo duæ partes
 conuenire debent, & sic per actum pro-
 ponendi, quem quis apud se habet, non
 perficitur, neque etiam est votum sim-
 plex: ad quod requiritur supra proposi-
 tum, acceptatio, & approbatio obliga-
 tionis.

D Et ad omnia iura allegata responde-
 tur: quod nomine mutandi vitam in-
 telligitur ibi, quando adest saltem im-
 plicita, & virtualis promissio, quæ
 voti virtutem habeat, vt diximus, de
 suscipiente ordines; & nisi hoc modo
 intelligantur, contradicunt capiti *li-*
teraturam de voto, & voti redemptio-
ne; vbi Alexander Tertius definit tunc
 solum propositum mutandi vitam, &
 ingrediendi Religionem, non obligare

E aliquem ad talem statum assumendum,
 vt Panormitanus ibidem affirmat: vn-
 de Nouitius iam cum habitu, ipsum
 dimittens, egrediens, & contrahens
 matrimonium; si votum nec simplex
 fecit, non peccat, nec venialiter ex hac
 parte, quia statum Religionis, & habi-
 tũ suscepit secundùm dispositionem iuris
 Canonici, idest cū facultate experiendi
 per

Hostiens.
Vincent.
Henric.

N. 27.
 Resol. 5.

Sair.

Alex. III

Panorm.

Nauarr.
Arag.

N.28.

per totius anni spatium difficultates status Religionis, & an sibi expediat, aut vires superer. Sic habetur in cap. ad Apostolicam, de Regularibus: & sic Nauarrus in Manuali, cap. 12. & num. 16. & 47. & Aragon. 2.2. quest. 88.

Nota tamen, quod votum simplex ad vota seruanda pauperatis, castitatis, & obedientie, obligat quidem ad eorum obseruationem, si illa explicita intentione vouet: non autem si implicite in voto Religionis. Nam hoc ingrediens bona fide, & ex experta disconuenientia exiens manet liber, & sic ab in illo contentis: nullo autem modo de se ad manendum in Monasterio; cum ista obligatio solum resulter ex contractu, qui celebratur in emissionem votorum solemnium, quæ fit in Religione per Sedem Apostolicam approbata: sed quia hæc perfecte fieri non potest, nec obligatio, & executio votorum extra Monasterium multipliciter impeditur, suadetur illi qui talia tria vota simpliciter (ideest non solemniter) emisit, vt ad conscientie quietem, & securitatem, vt tutus in conscientia viuat, vt ingrediatur in aliqua Religione, illa inquam quæ sibi bene visa fuerit, ex obseruantibus quidem, non ex relaxatis, vt explicabimus infra, & ibi solemnem professionem emittat in manu Prælati illius.

Hæc est doctrina Authorum grauissimorum, & tenet Gregorius Sairus sua clau Regia, lib. 6. citato.

Sairus.

QVÆSTIO III.

De secundo proposito, seu assensu requisito ad votum.

N.29.

PRO Intelligentia notandum, quod tribus modis potest quis habere hunc secundum propositum. Primo modo sic: Volo promittere, & me obligare. Secundo: Volo promittere, sed nolo me obligare sub peccato ad adimplendum. Tercio modo: Volo promittere, & me obligare, sed nolo implere pro-

missum. Quibus suppositis fit prima resolutio.

A Propositum primo modo explicatum, idest volo promittere, & me obligare, sufficit, & requiritur ad validitatem voti: & similiter sufficeret tertio modo; scilicet volo promittere, & me obligare; sed nolo adimplere propositum: nam tale votum faciens, verè, & realiter vouet, ac promittit: quamuis grauissimè peccaret tale votum faciendo cum illa intentione; dux enim illarationes, volo manere obligatus, sed nolo adimplere, quamuis Gregorio de Valentia 2. 2. disput. 6. quest. 6. part. 1. litera B. videantur impossibiles, quando votum emittitur, reuera non repugnant inter se. De secundo autem modo, scilicet volo promittere, sed nolo me obligare, dicendum est cum Suarez tomo secundo de Relig. lib. 1. de voto, cap. 3. & cum eodem Valentia, vbi supra, litera C. id nullo modo posse contingere; nisi ex ignorantia, quam quis habeat circa voti naturam. Ita Gregorius Sairus lib. 6. cap. 2. num. 2: cum enim de natura voti sit obligatio, qui non vult obligationem, nec votum velle videtur: si autem vult, cum non possit velle duo contradictoria, nisi ex ignorantia: talis volitio ignorantie tribuenda est.

D Dicendum secundo: votum illo secundo modo factum, tam ab habente ignorantiam obligationis talis voti, quam à cognoscente obligationem, nullo modo valet, neque obligatus manet ille, qui sic promittit. Quod probatur: nam si præcessit ignorantia, opinio scilicet falsa, quod illa promissio non erat obligatoria, sed quædam imperfecta promissio, expressè voluit non manere obligatus, cum votum (vt diximus) debeat esse voluntarium, & in hoc casu non est talis voluntas; & sic nec remanet votum: quod intellige, excipiendo casum, quod talis, non obstante ignorantia, velit facere talem promissionem, sicut ipsa ex se petit, & sicut alij qui huiuscemodi promissionem faciunt, neque habere voluntatem non se ligandi; tunc enim, cum talis ignorantia non possit ope-

C 2 ra-

N.30.
Resol. 1.

Suarez.
Valentia.

Sairus.

N.31.
Resol. 2.

rari aliquid, manet obligatus.

N. 32.

De eo autem qui ignorantiam non habet, probatur; quia impossibile est tam velle promittere, & non se obligare, sicut aliquem velle esse in medio ingentis ignis, & non cremari, si virtus ignis non sit impedita; esset enim utrumque velle, & non velle. Citat Valentia loco citato, pro hac doctrina, & sententia D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 3. ad 2. & tertium, & alios Authores apud Ricardum in 4. distinct. 38. art. 3. quæst. 3. Affert etiam Ioannem Maiorem, eadem distinct. quæst. 2. & Navarr. in Man. cap. 12. num. 24. & 27. & patet ex cap. liter. Extravaganti de voto, & voti redemptione, ubi quidam quia non habuit animum se obligandi, licet promississet exire de seculo, iudicatus est non vouisse. Item hoc habet communis Doctorum sententia, dum docet, quod quando dubium est, utrum aliquis verè promiserit, decernendum esse ex animo quem habuerit se obligandi, vel non: unde communiter à Theologis, & Iuristis negatur manere obligatum illum qui noluit se obligare.

Ricard.

Ioannis
Maior.
Navar.

N. 33.

Soto.

Nec valet dicere cum Soto septimo de iustitia & iure, quæst. 1. art. 2. & alijs contrarium sentientibus, illum scilicet, qui voluit promittere, manere obligatum, quamvis noluerit obligari, eo quod videtur, quod qui vult causam, vult effectum.

Respondetur enim, illum qui noluit facere promissionem obligatoriam, quæ est de essentia voti; non velle causam obligationis: unde bene dictum est, hoc non posse contingere, nisi ex ignorantia. Opinio tamen Soti probabilis est, propter auctoritatem plurium Authorum, & rationes pro illa, quas refert Sairus lib. 6. clavis Regia, cap. 4. numero 4.

N. 34.

Ex ijs colligitur, illum qui promittit Religionem, vel professus est cum intentione non se obligandi, vel noluit promittere ex intentione, quamvis verbis recitauerit exterius professionem, nullo modo manere obligatum voto; verum est quod Ecclesia,

que non iudicat de occultis, illum obligavit ad seruandam professionem; imò & ipse, si hoc non possit probare; dum non probat, tenetur ratione scandali, etiam obedire Prælati. Sic tenent plures Authores, cum Caietano, & Valentia; ubi supra, littera C. & est communis opinio Doctorum in 4. distinct. 38. glossæ; & etiam est Iuristarum, in cap. litteratura de voto, & colligitur ex sententia Sanctiss. Patris Gregorij Magni 26. Moralium cap. 7. citata in cap. humana aures 22. quæst. 5. Et ratio est, quia in actibus humanis potius attendendum est intentioni, & voluntati, quam verbis, dum illa innotescat aliis. Est etiam expressa lex obligationum 1. ff. de actionibus; & obligationibus, ubi generaliter dicitur, non esse obligationem sine animo se obligandi; qui autem tali modo profiteatur, grauius peccat; imò & grauius (vt colligitur ex cap. quacumque arte 22. quæst. 5. & ex cap. humana aures, citato: & ultra hoc tenetur (vt dixi) obedire Ecclesie, præcipienti vt seruet Religionis statum; quia in hoc casu tale præceptum iustum est; & si non potest seruare quod præcipitur, nisi veram professionem emisit, tenetur in aliquibus casibus assignatis à Doctoribus: verbi gratia: eo quod Prælati illius Religionis ligare eum non possint, nec absoluerè à peccatis; sed Episcopus Diocesanus, cum ipse non sit Religiosus, neque exemptus à iurisdictione Diocesani; deinde si intentionem habeat suffragandi in electionibus (cum careat vero suffragio) peccat mortaliter. Et sic iste tenebitur facere professionem in manibus Prælati, cum sit contractus, ad quem requiritur mutua traditio, & consensus, & hoc erit (ista inquam professio) ad evitandum novum peccatum: & denique tenebitur semper viuere vt Religiosus, ratione scandalii. Sic Gregor. de Valentia disput. 4. quæst. 6. de voto, parte 1. littera C.

Gregorij
Magn.

Aduerte tamen cum Sairo ubi supra, cap. 4. art. 2. citante pro se Sotum, Aragon, & Angl. Manuel Rodri.

Gregorij
Magn.

Greg. de
Val.
Sair.
Sotus.
Aragon.
Angl.

Manuel
Rod.

driguez in summa: quòd si aliquis re-
nera uouit, si còd (vt potest contingere)
recedere debet à loco, vbi professus
est, & vbi ortum fuit scandalum, &
ibi dimittere habitum; quod si hoc fa-
cere non possit sine scandalo, te. etur
secundam professionem emittere in ma-
nu Prælati, ratione dicta, quia est con-
tractus; nec sufficet apud se approbá-
re, & ratam habere dictam hanc pro-
fessionem, quia reuera professio non
fuit, nec successa, aut tacito consen-
su acquisiuit robur; ex illa regula iuris,
*Que à principio rata non sunt, tracta
temporis non conualescunt*, id est, non re-
cipiunt esse, & validitatem.

QVÆSTIO V.

*Circa aliam particulam definitionis
voti, scilicet de maiori bono,
& quod debeat fie-
ri Deo.*

N. 36.

Hic queritur, an sit melius vo-
uere, quam non uouere? Pro
quo notandum, quod circa par-
ticulam definitionis, scilicet,
Deo, id est, quod vt promissio sit votum,
requiritur quòd fiat Deo, & non sufficit,
si alteri fiat. Aliqua diximus præceden-
tibus questionibus, agentes de promissio-
ne, & adhuc plura dicemus infra,
agentes de timore illato à causa libe-
ra, quæ tale votum exigit; & extor-
quet.

N. 37.

Et simul notandum, quòd in pluri-
bus differunt votum, & iuramentum.
Primo enim differunt, quòd iuramen-
tum promissorium (inquam) de quo lo-
quimur, & votum, penes materiam: nani
materia iuramenti est quodcumque opus
bonum; materia autem voti est non
quodcumque opus bonum, sed maius
bonum, seu opus supererogationis. Se-
cundo differunt, quòd iuramentum fit
homini: votum verò fit Deo. Tertio
differunt, quasi ab extrinseco, ex par-
te scilicet dispensationis, seu commu-
tationis, aut relaxationis, quia Sum-
mus Pontifex ea parte qua vices Chri-
sti habet, & qua Dominus, vt sic, est
materie voti, potest illud dimittere,
seu commutare, saltem in aliud opus,

quod iudicauerit magis gratum Deo;
& non sic de materia iuramenti, cu-
ius materiae dominium habet homo, cui
iuramentum factum est: & sic pecuniam,
quam homo se daturum alteri promi-
sit, iuramento firmans promissorio, hanc
non potest Papa tollere. Differunt quar-
to, quòd quamuis ratione domini,
quod (vt Vicarius Christi) habet Pa-
pa, super materiam voti, & iuramen-
ti promissorii, & super voluntatem,
iurantis, & vouentis, possit relaxare
votum, & non iuramentum (vt dixi-
mus) tamen vt iudex potest idem
Pontifex, imò & Episcopus, & qui-
cumque alius Ecclesiasticus iudex, ra-
tione officij existente causa; vt quan-
do violentia, vi, aut metu iuramen-
tum extorsit ab aliquo homine tyran-
nus, de tradenda sibi hereditate, pe-
cunia, vel de alio opere præstando, si-
bi vtili, nociuo iuranti. Tunc licet
iuramentum sic extortum obliget, &
sic de vsuris non repetendis, imò &
soluendis; in aliquorum opinione, po-
test vt iudex, Ecclesiasticus iudex, in
subsidiu; & remedium humanae sa-
uitie, iuramentum dispensare in bonum,
& incolumitatem Reipublicæ, seu pro-
ximii, virtute dictæ huius potestatis iu-
dicialis.

Ex qua differentia quarta colligitur
quinta, & vltima, quòd scilicet in oc-
casionibus sæpè contingentibus, quan-
do propter metum grauem cadentem in
constantem virum, illatum à causa li-
bera, præcedente quòd aliquis de
tali re facienda emittat aliquod vo-
tum, & simul sub eadem comminata
pœna mortis, vel grauis læsionis, iu-
ret impletionem: si daremus casum,
quòd scilicet valeret, vel cum effectu
esset validum, quia metus incussus non
fuisse ita grauis, quòd tolleret volun-
tarium, & tunc etiam adesset iuramen-
tum, super hoc haberet facultatem ad
relaxandum potestas ordinaria Eccle-
siastica iurisdictionis, & non super il-
lud, nisi haberet simul potestatem do-
minatiuam (vt diximus) super mate-
riam, & voluntatem vouentis. Has &
plures differentias vide apud Gregor.
Sairum, clauis Reg. lib. 5. cap. 8. num.
4. Vnde sit resolutio prima affirmati-
ua.

N. 38.

Sair.

N. 39. *Resolut. prima.* Congruè posita sunt particulae definitionis voti: scilicet quòd votum debeat esse *Deo*, & *de maiori bono*; hæc manet probata tract. 2. c. 1. q. 1. ex D. Tho.

D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1. & definitionem ibi allatam, & eius sufficientiam apud Sairum citatum per totum fere librum 6. clavis Reg. & ratione constat; quia per particulam *de maiori bono*, differt hic actus vouendi à promissione, donatione, & etiam à iuramento. Et fere per particulam *Deo*, constituitur votum distinctum ab ijs, & enodantur plures difficultates, vt videbimus statim.

N. 40. *Resolut. secunda.* Deinde, actus Religionis est votum, & per cõsequens est melius vouere, quàm non vouere. Est doctrina D. Thom. vbi sup. & quæst. 89. art. 2. Ricar. In. 4. dist. 38. art. 6. q. 1. Palud. ibi q. 5. art. 1. conc. 1. Guil. ibi q. 1. art. 4. lit. R. Anton. p. 3. tit. 16. c. 2. §. 3. Soto lib. 7. de iust. & iure, q. 2. art. 2. Gregor. de Valent. disp. 6. art. 5. p. 3. Et constat: quia vtraque pars resolutionis est probatio mutua alterius partis; cùm actus, qui verè, & absolutè virtutis alicuius moralis sunt actus, necessariò habeant bonitatem.

Et confirmatur: quia cùm materia voti supponat bonitatem, & dicat aliquid super hoc, nempe gradum comparatiuum; hinc est, quòd melius sit vouere, quàm non vouere: & specialiter de voto Religionis assumendæ diximus suo loco, qui erit in tractatu 4. huius primæ partis, quàm securam, & absolutè loquendo, bonam resolutionè iudicent Ecclesiæ Doctores, & sancti Patres, vt ibi cap. 1. videbimus.

QVÆSTIO VI.

Vtrum ille qui fecit votum peregrinationis, vel aliud simile, impeditiuum quidè Religionis: v. g. Matrimonij, aut peregrinationis, aut similis, possit nihilominus fieri Religiosus?

N. 41. **R**esponderetur; & sic resolutio affirmatiua: & probatur, nam cùm votum debeat esse de maiori bono, non debet eius materia esse impeditiua maioris boni: sed in casu quo quis decernat ingredi Religionem, talis peregrinatio, seu votum matrimonij, ef-

Afer impeditiuum maioris boni, nempe ingressus Religionis: ergo iam non obligat tale votum peregrinationis, vel similitium. Sic communiter Doctores. Vide Gregor. de Valent. 2. 2. q. 61. de voto, q. 6. p. 2.

BNeque obstat, quòd talia vota priora valida fuerint, imò & quòd in aliquo casu detur, quòd votum de matrimonio, v. g. validum sit, vt in illo qui cognoscit se labilem esse, & difficulter se posse continere, nullamque in se agnoscit inclinationem ad statum Religionis; quòd multi Doctores citati à Sairo affirmant. Et ratio est, quia posito quòd talis velit ingredi Religionem, mutatur materia voti, desinens esse maius bonum Religioni tali homini: & e conuerso, qui emisso voto de matrimonio contrahendo mutauit animum; quippe quia postquam in animum induxit ingredi Religionem, hoc est illi melius ad vincendas etiam carnales tentationes, & ideo materia prioris voti, scilicet de matrimonio contrahendo, vel alterius cuiuscumque voti, incipit esse tali homini obstaculum offerendi Deo id, quòd est sibi melius, & Deo gratius; & hac ratione non obligant priora vota illa, & valet votum Religionis. Sic omnes Doctores communiter.

QVÆSTIO VII.

D*Vtrum licitum, & validum sit votum de non ingrediendo Religionem?*

Responderetur, & sic resolutio negatiua: & probatur, quia quamuis licitum, imò & expediens (vt diximus) alicui sit desinere, & non assumere Religionis statum (quia assumere est opus consilij, & non præcepti) non tamen est licitum se adstringere voto, absolutè loquendo, ad non ingrediendum; quia tale votum esset de re que (absolutè loquendo) non est grata Deo, nec accepta, cùm Deus contrarium suadeat, & consulat. Dixi *absolutè loquendo*, quia promissio debet esse de re grata Deo, & de maiori bono, quia id quòd generaliter, & absolutè loquendo est maius bonum pluribus hominibus, & in vniuersum, potest aliquando ob specialè rationem alicui non esse maius bonum, imò neque bonum: talis enim specialis

ratio, vel circumstantia in tali subiecto potest operari, quòd ipsi melius sit, non esse Religiosum, nec talem viam consiliorum, perfectionis viam, & Religionis assumere. Et probatur, ac explicatur, nã si quis voueat absolutè loquendo, ingredi talem Religionem, vbi obseruantia non viget, de non benefaciendo proximo sic, vel sic, de non mutuando, de non fideiubendo (Hispanè, *No fian*) de non vouendo, aut de aliqua materia quæ consilijs Euangelicis opponatur, tunc ob specialè causam posset desinere esse maius bonum, quòd esset tale, absolutè loquendo. Sic Soto de iustitia & iure, q. 1. art. 3. Arag. 2. 2. q. 88. art. 2. d. 2. Nauar. in Man. c. 12. n. 36. Man. Rod. in 2. p. sue summe, c. 94. conclus. 13. Fr. Ludouicus Lop. 1. p. Instructorijs, c. 43. circa finem: vbi aduertendum, quòd qui faceret votum de non ingrediendo Religionem, vel de non dando eleemosynam, solùm

Soto.
Aragon.
Nauar.
Emanuel
Rod.
F. Ludo.
Lop.

A peccaret venialiter, regulariter loquendo, vt habent omnes Authores citati. Et ratio est, quia isti regulariter non sic vouent in contemptum consiliorum Dei; quin potiùs existimant, obsequium se præstare Deo. In aliquibus autem casibus erit mortale, scilicet, quando quis sciens, & prudens, quòd non placent Deo ea quæ sunt opposita consilijs, illa vouet ea intentione, vt Deo sic consulenti displiceat, veluti in contemptum consiliorum; esset enim hoc grauissimum sacrilegiũ, & mortalis blasphemia: etiam in alio casu esset peccatum, quando scilicet quis ita pertinaciter voueret non dare eleemosynam: v.g. vel non mutuare, & intenderet in nullo casu hoc facere; cum certum sit, quòd in casu necessitatis hæc obligent sub mortali, qui enim talem animum haberet in vouendo, peccaret mortaliter, ex animo, & proposito illo non seruandi præceptum charitatis.

CAPVT SECVNDVM.

De libertate requisita ad votum Religionis.

CONTINET QVÆSTIONES 6.

Questio prima. Quæ est quanta debeatur esse deliberatio, vt valeat votum Religionis, vel professio.

Questio secunda. Quæ in aduertentia inualidet votum, quòd quis emittit Religionis.

Questio tertia. Vtrum votum factum ex ignorantia sit obligatorium.

Questio quarta. Vtrum ignorantia, seu deceptio circa motiuum, seu finem principale, annullat votum Religionis.

Questio quinta. Vtrum votum, specialiter Religionis, factum ex

A metu cadente in virum constantem, sit validum.

Questio sexta. Vtrum votum Religionis factum ob malum finem, v.g. propter vanam gloriam, sit validum.

B



OPPONIMVS Ad N. 1. validitatem voti Religionis, requiri ex parte vouentis deliberationem, id est, vt quis deliberet de re, quam vouet; nam aliter actus erit imperfectus. Sic D. Thom. q. 88. art. 1. ibi Arag. & Caiet. Ricard. in 4. dist. 38. art. 2. q. 2. Paludan. ibi quaest.

D. Tho.
Arag.
Ricard.

sup. 6. 111.

Gabriel. Supplemento. Gabriel. ibi quest. 1. art. 7.
Ange'us. Angel. verbo votum 1. n. 6. Antonin. p.
Antoni. 2. tit. 1. c. 2. & omnes moderni, vt vero
 sciatur, quid sit hæc de iberatio.

Nota deliberationem duo importa-
 re. Primum est discursus, seu collatio in-
 ter multa. Secundum est determinatio
 ad vnam ex eis: & hoc docet experien-
 tia; nam tunc solum requiritur delibera-
 tio, quando datur optio inter multa, vt
 v.g. concipit intellectus, bonum esse in-
 gredi Religionem; & statim per discursu-
 sum, & collationem considerat, an iste
 actus sibi expediat, & postea per voluntatem
 determinat ingredi; vnde vtraque
 determinatio requiritur, tam scilicet illa
 intellectus, quam altera voluntatis ad
 deliberationem.

Ex quo colligitur votum ex coactio-
 ne, aut necessitate factum, non esse vali-
 dum; quia cum vouere sit actio humana,
 qua homo se obligat ad id, ad quod ante
 non erat obligatus, requiritur vt per
 deliberationem, discursum scilicet, & le-
 ctionem voluntatis se obliget.

Q V Æ S T I O I.

*Quæ & quanta debeat esse deliberatio,
 vt valeat votum Religionis ingre-
 diendi, seu profitendi?*

N. 2.
Sotus.
Suarez.

Respondent aliqui Iuristæ apud
 Sotum, vbi sup. & P. Suar. 2. to.
 de Religione, lib. 1. de voto, c.
 9. nu. 2. necessariam esse maturam
 deliberationem, & consultationem; ita
 vt non sufficiat id quod requiritur, &
 sufficit ad peccandum mortaliter; sed
 quod debet esse ex plena aduertentia, ac
 consilio; & est probabilis opinio prop-
 ter auctoritatem suorum Authorum. Sic
 nihilominus resolutio.

N. 3. Non est necessaria ad validitatem vo-
 ti deliberatio illa, qua quis considerat
 omnia quæ provenire possunt ex tali a-
 ctione: sed illa solum est necessaria, &
 sufficiens, qua quis cognoscit, & indicat
 quid sit id, quod facit, & quæ sufficiens
 est ad peccandum mortaliter. Hæc est
 communis Theologorum, & quos citat
Sair. lib. 6. claus. Reg. c. 4. n. 10. & probatur
 ratione, quia talis deliberatio suf-
 ficiens est ad constituendum opus libe-
 rum, & spontaneum, actum humanum,

Sairus.

seu moralem; ad suscipiendum Baptis-
 mum in adulto; ad iurandum, & ad contra-
 hendum matrimonium, & ad contra-
 hendum quemcumque alium contractum
 civilem; ergo etiam ad inducendam obli-
 gationem erga Deum, cum a qua sit vtrin-
 que ratio; etenim cum in tali actu ex tali
 deliberatione precedente sit libertas
 contradictionis, qua homo facere, vel non
 facere, promittere, & non promittere
 possit, quia cognoscit quid facit, & quid
 promittit; consequenter vim obligandi
 includit.

B Aduertendum hic maximè cum *Sairo*
 loco citato, nu. 13. allegante *Palud.* An-
 tonin. *Gabr.* *Navar.* *Panorm.* hanc deli-
 berationem posse fieri in momento tem-
 poris, nec requiri quod præcedat ipsum
 votum per aliquod spatium temporis;
 nam quamvis vtrumque simul, & semel
 & in eodem tempore efficiatur, semper
 tamen est deliberatio prior natura voto,
 vt loquuntur Theologi, sicut substantia
 Solis præcedit lucem suam, & ignis ca-
 lorem suum: potest enim esse hæc aduer-
 tentia per imperceptibilem quasi perce-
 ptionem conuenientis, & disconuenien-
 tis, & ex dictis in hac quaestione plures
 resoluuntur difficultates.

N. 4. 1
Palud.
Antoni.
Gabriel.
Navar.
Panor.

Q V Æ S T I O II.

*Quæ inaduertentia inuoluet votum
 Religionis?*

Votum Religionis ex repenti-
 no, & indeliberato motu volun-
 tatis factum, vt dicitur motus, seu
 actus primo primo (vt loquuntur
 Theologi) non est validum. Proba-
 tur, quia votum non esset voluntarium;
 cum illi actus non sint liberi, nec in no-
 stra potestate, aut libera voluntate.

E Deliberatio illa, quæ appellatur à N. 6.
 Theologis motus, seu actus primo secun-
 dus, quæ solum ad peccatum veniale suf-
 ficet, non est sufficiens ad votum. Pro-
 batur, quia votum obligat ad mortale;
 ergo quod solum sufficit ad veniale, non
 sufficit ad obligationem voti, sicut nec
 talis actus primo secundus sufficit ad frã-
 gendum votum. Sic Authores citati, &
Sair. num. 9. implicare enim videtur, vt
 quis ea deliberatione vouere possit, &
 sub peccato mortali obligari, cum qua

N. 5.
Resol. 1.

N. 6.
R. sol. 2.

tamen nõ possit peccatum mortale cõmittere. Vnde est, quòd si filius iratus patri, vel magistro, in ipso feruore iræ ex correctione voueat, aut iuret intrare Religionem, non ligatur; quia id quod tunc fit, pro non factõ habetur, l. quidquid, ff. de regul. iur. & l. 3. ff. de diuortijs, quod intellige, si iracundia absorbuerit vsum rationis necessarium ad peccandum mortaliter. Sic Palud. in 4. dist. 38. q. 1. §. 4. Antonin. p. 2. tit. 11. Syluest. verbo vorum 2. q. 13. Tabiena verbo votum, Soto 7. de iust. q. 1. num. 2.

Palud.
Antoni.
Syluest.
Tabiena
Soto.

N 7.
Resol. 3.

Caietan.

Alcocer.
Fmanuel
Rod.

Vouens ex facilitate, & sine maturitate debita; sed quasi ex consuetudine, & sine exacta diligentia, tenetur implere votum; imò vt notat Caietan. 2. 2. q. 88. art. 1. & Arag. ibi, & peccat mortaliter sine debita attentione, & diligentia vouens. Et probatur, quia vt ait Alcocer citatus a Man. Rodr. 2. part. suæ summæ, iuramenta, & vota facta ab ijs, qui ludendo iurare, & vouere solent, valida sunt. Et confirmatur, quia non solum ex eo quod quis ex consuetudine voueat, præsumi debet, quod fiat sine sufficienti deliberatione, aduertentia, & libertate, dummodo non procedat tale votum ex motu subitaneo, aut subreptione, absque deliberatione sufficiente ad peccatum mortale.

N 8.
Subreptio quid.

Quapropter aduertendum obiter, quòd ista subreptio, generaliter loquendo, est illa fraus, error, aut ignorantia, quæ illabitur intellectui deliberanti, & consultanti de bonitate, aut malitia rei de qua deliberatur: & dicitur à verbo *repto*, & præpositione, *sub*, quia reperit est sine motu, ac strepitu pedum, corpus hærens terræ trahere, vt serpens, de cuius motu dicitur, & sic est subrepere, aut subreptitia intratio (vt sic dicam) cauta, vel secreta; vel dicitur etiam à verbo *rapio*, quasi subitus, & clam rapiatur consensus ab intellectu, & voluntate per illapsum errorem: & similiter dicitur obreptio, sicut subreptio, licet à Iuristis inter hæc verba, & voces hoc constituantur discrimen, quòd tunc dicatur interuenire subreptionem in scriptis Summorum Pontificum, privilegijs Regum, aut literis quibuscumque ad instantiam alicuius petentis, cum dispendio, aut præiudicio alicuius ex-

A peditis, quòd subreptio fit ex aliquo falso cautè in petitione inserto: obreptio verò, ex aliqua re, vel circumstantia necessaria ad cognitionem iustificationis eius, quod intenditur, cum dolo, tacita vel sublata.

Vouens in ebrietate, etiam si cognoscat quando inebriatur solere in ebrietate emittere vota, non ligatur tali voto. Probatur, quia tale votum, & taliter factum iuramentum, fit sine aduertentia requisita ad cognoscendum id quod facit.

B

Neque obstat, quod qui inebriatur, & cognoscens quòd in ebrietate peccat, lædit, aut blasphematur; peccat, & nõ liberatur à peccato ob defectum deliberationis; & per consequens non videtur similiter liberari ab obligatione voti; eodem enim modo requiritur deliberata voluntas ad vtrumque.

C Respondetur enim, verum esse, quòd ad validitatem voti, sufficiens esset eadem libertas, & voluntas, quæ sufficeret ad peccatum mortale, sed hoc est intelligendum de voluntate directa ad talem actum, & non de illa quæ requiritur ad vitandum omne malum: de quo vide Suar. tom. 2. de Relig. lib. 1. de voto, c. 10. & Sair. n. 13.

D Non requiritur deliberationem hæc esse actualem formaliter, quòd fit votum verbis exterioribus, quod constat in professione Benedictinorum, nam vt in plurimum solum voluntas virtualis reperitur, illa scilicet quæ dimanat ab aliquo actu formali habito de faciendo tali voto; Benedictini enim in crastinum professum solemniter pridie ad ingressum completorij in præsentia conventus explicant suam voluntatem, & animum profitendi, & à Communitate admittuntur. In cuius deliberationis virtute, & quasi per dimanationem ab illo formali actu per virtualem deliberationem die sequenti designato ad solemnem professionem tempore Missæ maioris, post Offertorium, aut Euangelium, emittit alta voce professionem vortorum, & fortè attentione distracta, & sine actuali attentione conuenientia, aut disconuenientia;

quod attendatur pro scrupulosis.

(†)

N. 9.
Resol. 4.

N. 10.

Suar.

N. 11.
Resol. 5.

QVÆ.

QVÆSTIO III.

Virum votum factum ex ignorantia obliget.

N.12.

Resolutio. Qui fraude, aut dolo, vel ignorantia inducitur ad proficendum, suavis quod in tali Religione non seruantur ieiunia, nec esse ciborum delectum, aut aliquid difficile, quod si præsciret non voueret. Non vouet validè, etius signū est annus probationis, quo vult, & disponit ius differri professionem, vt in illo comprobetur difficultates professionis: secus autem esset, si deceptio, & fraus fuisset circa minora Religionis paucam, vel nullam difficultatem afferentia, vt circa ceremonias, formas vestium internarū, & similia tunc enim votum valeret. Sic Sot. lib. 7. de iust. q. 1. art. 2. Arag. 2. q. 38. art. 1. Rodrig. 2. p. summ. c. 92. conclus. 4. Et probatur, quia talis ignorantia in re graui aufert voluntarium à voto, quia quando vouit supposuit non esse tales circumstantias, aut condiciones, quæ moraliter loquendo sufficeret ad mutandam voluntatem, ad quod minutiora non sufficerent. Aduerte tamen hoc esse intelligendum, quando ignorantia est positua, aduertens & considerans non esse in illa materia tales circumstantias, cum errantis nulla sit voluntas, ex l. cū testam. ff. de iuris & facti ignor. quando autem ignorantia est purè negatiua, id est, quando qui promisit nō attendit illam materiam assumendi Religionem non habere has, vel illas circumstantias certius est valere tale votum, quia cōditio non exclusiua habetur pro voluta implicite, vt tenet Caiet. in sum. verbo votum. Soto vbi sup. q. 2. art. 1. ad tertium. Fr. Ludou. Lop. c. 43. Gregor. de Valent. disp. 6. q. 6. duas tamen apponit conditiones Snar. tom. 2. de Relig. lib. 1. de voto, c. 12. hinc doctrinæ. Prima est, quando qui vouit limitat suam intentionem, ad id quod cognoscit de illa materia: v. g. de Religione taliter, vt si maiorem grauitatem habuerit intendit non promittere, quia est quasi votum conditionatum. Secunda est, si ex grauitate materiæ, & modo procedendi constet moraliter loquendo, no-

Sotus.
Aragon.
Manuel
Rod.

Caietan.

F. Ludo.
Lop.
Greg. de
Val.
Suárez.

Aluisse se ad illud obligare, quando fecit tale votum, quod relinquendum est arbitrio boni, & prudentis viri.

Ex ijs colligitur, quod si aliquis promittit intrare aliquam Religionem in particulari, vel iam professus est cum tali ignorantia, non manet obligatus, nec illi, nec aliæ, neque in communi. Sic Suar. vbi sup. licet enim non ignorauit statum Religionis in communi, non tamen habuit intentum se obligandi Religioni in communi: sed huic in particulari, & idè si huic Religioni, in speciali quam vouit non manet obligatus, nec Religioni in communi quam non vouit. Vbi aduerte, quod ad annullandum tale votum, sufficit quæcumque ignorantia etiã crassa, quia in hoc casu non tenetur ad quid aliud attendere, quam dicere, ad hoc me volo obligare, & non ad illud, cum hac tamen exceptione, quod si quando vouit aduertit tale obiectum posse habere has, vel maiores circumstantias, quas ignorat, & illas tamen non excludens expressè vult vouere: in tali casu obligat votum, nisi ex modo procedendi, vt dixi ex Suar. aliud constet. Et probatur, quia ignorantia tunc non est causa voti. Quod est fundamentum doctrinæ.

Resolutio secundæ huius questionis, quod scilicet vouens Religionem, aduertens posse esse in illa tales circumstantias, & non excludens, videtur velle vouere Religionem cum illis circumstantijs, & conditionibus, quæ cōstat ex dictis.

QVÆSTIO IIII.

Virum ignorantia circa motiuum principale, seu deceptio annullet votum Religionis.

Resolutio est affirmatiua. Et probatur, quia quando, v. g. Ioannes vouit dare quotidie talem quantitatem sustentationis Petro, credens quod esset egenus, si comperiat postea illum esse diuitem votum est inualidum, quia ignorantia error, seu deceptio fuit circa motiuum principale, quod habuit in vouendo, ignorantia enim fuit causa vouendi, & non egestas, quæ non erat, vt supponimus. Omitto casum, quo ex affectu

N.13.

N.14.

N.15.

remunerandi aliqua olim accepta beneficia; vel implendi aliquam factam promissionem: vel spontaneè largiendi, & donandi, vel tandem ex affectu soluendi aliquam quantitatem ex iustitia debitam, quia in ijs casibus esset actus gratitudinis, fidelitatis, liberalitatis, aut iustitiae: & motiuum fuissent exercitia harum virtutum. Motiuum autem in nostro casu, supponimus esse misericordiam quæ habet pro obiecto miseriam, quam Petrus non habet. Et sic fuit ignorantia.

N.16. Secunda resolutio. Quando error, seu ignorãtia fuit circa motiuum, & finem secundarium vouendi illum, scilicet qui quamuis non adesset votum nihilominus emitteretur, non inuadatur votum. Probat, & explicatur, nam si quis emisit votum Religionis, vel professus est in illa, quia credidit patrem esse mortuum, vel quod non haberet facultates aliquas ad victum, & vestitum, & postea comperit esse falsum, non per hoc creditur, esse votum nullum, cum nec credi debeat, quod respectu rei tanti momenti fuisset motiuum principale, quid aliud, quam perfectio status Religionis, nec quod ad id vouendum animum induxerit, præter studiũ, & amor virtutis: vnde in vouendo est attentè considerandum, qualis fuerit principalis finis. Summus enim Pontif. in cap. ex parte 2. de conu. coniug. declarauit mulieris cuiusdam votum de castitate valere, quamuis fecisset existimãtis falso maritum esse lepra maculatum: quia sine tali qualitate causa, aut motiuo (ait Pontifex) potuisset vouere.

QVÆSTIO V.

Virum votum Religionis ex metu cadente in constantem virum, sit validum?

N.17. Qualis sit metus qui dicitur cadens in constantem virum

I N Hunc locum remisimus exactam explicationem illius particulæ *Deo*, positæ in definitione voti. Vbi primò supponendum metum cadentem in constantem virum esse illum qui illatus cogit aliquem eligere minus malum, seu minus laboriosum, ad maius malum sibi imminens fugiendum, quod considerandum est

A pro diuersitate, subiecti, loci, temporis, & aliarum circumstantiarum, de quo optimè Saurus, vbi sup. lib. 6.

Secundò supponendum, metum aliud esse ab intrinseco, v. g. qui prouenit à *Deo* illatũ, mediante aliqua grauē gratitudine, nec ab extrinseco, & naturali, vt si in mari immineat naufragium, vel in terra tempestas, fulgora, & glacies, & imbres: & alium metum esse incussum ab aliqua creatura, & causa libera, vt ab alio homine, vel latrone, vel inimico mortem minãtibũ. Sic ergo resolutio.

B Prima resolutio. Votum factum à timore ab intrinseco, & etiam ab extrinseco à causis naturalibus, vt in naufragio, aut alio periculo magno si guram, aut simili, & etiam ex metu illato ab alio homine, non directè intendente, vt fiat tale votum, v. g. quãdo quis in bello, in tormentis, ab alio homine inflãctis vouet Religionẽ, aut aliquid aliud, omnia hæc vota obligãt, & valida sunt. In hoc conueniunt Doctores, & ratio est, quia talis metus non tollit voluntarium, quia in tali periculo constitutus eligit votum, tanquam medium quo euadat periculum *Deo* propitio.

C Difficultas inter DD. est circa tale votum ex tali metu ab alio homine incusso directè intendente, vt tale votum fiat; an tale votum obliget.

D In qua re resoluendum est ex illa particula definitionis voti, quæ est *Deo*, nempe quod promissio illa, quæ est votum, fiat *Deo*, in quo distinguitur à simplici promissione quæ fit homini, & quod sicut promissio fit in gratiam, & beneficium hominis, ita votum in obsequium *Dei*. Vnde ad difficultatem responderetur, quod si alter homo minetur mortem huic, si non voueat Religionem, quia vel vt eius diuitias hæreditet, vel vindictam capret minatus, tunc si hoc cognoscat, qui sic minatus est, non verum votum Religionis, vel peregrinationis emittit: primò, quia non *Deo*, nec in gratiam, siue obsequiũ *Dei* vouet, imò nec voluntariè, cum videat sacrificium illud, seu actum Religionis vouendi verè, non esse medium necessarium, nec competens ad mitigandum animum iracundum tyranni comminatoris. Sed illam promissionem ingrediendi Religionem, vel aggrediendi

N.18.

N.19.

N.20.

peregrinationem, homini facit, & non Deo, unde non est votum, nec voluntate, & animo implendi, cum is cui fit, nec cor videat, nec fieri expediat. Quod maximè diuersum est, quando metus incutitur à causa, siue intrinseca, vt ægritudine, vel extrinseca, siue libera, vt latrone, vel inimico; siue necessaria, vt naufragiū, vel aliud periculū, quodcumque sit: dum isti metus, seu pericula, in hoc conueniant, quod eorum incolumitas, & liberatio, à Deo solo debeat expectari, vt sanitas in infirmitate, defensio ab inimicis, serenitas à turbine. Nam tunc Dei placationem desiderans Deo vouet. Et confirmatur, quia emissio voti non est medium aptum ad placandum alium quàm Deum. Vnde votum quod fit Deo, & est mediū ad finem per illud intentum videtur esse validum, & obligare.

N.21.

Nec potest dici interuenire ibi metum cadentem in virum constantem, illum qui libertatē necessariam (inquā) tollit, quia talis metus cogit ad eligendum aliquid malum minus; & eligere ex animo Religionem, peregrinationē, vel aliquid aliud quod sit obiectū, aut materia voti, nullo modo est eligere minus malum, cum potius de ratione eius sit, quod sit maius bonum: reperitur autē verè iste metus cadens in constantem virum, quādo ab homine, idest à causa libera intendente, quod votum fiat, non sit verum votum, sed fictum; & an liceat falsa propositio cum animo decipiendi, quod est mentiri, & non licet.

N.22.

Respondetur, quod in hoc sensu intendit vouere Religionem, quanto animo cupido, & crudeli comminantis, satisfaciatur, qui suæ crudelitati imputet, hanc licitam fictionem, & consonat Authorum opinio, qui dicunt, & colligunt ex cap. puella, causa 20. & cap. cum virum, de regul. iur. & Trid. ses. 25. c. 19. quod votum Religionis factum ex metu cadente in constantem virum, non est validum: & quod hoc non prouenit, nec tale votum annullatur virtute iuris positiui, sed naturalis.

N.23.

In qua re aduertendum est cum Sair. lib. 6. c. 4. non satis esse dicere Monachos,

& Moniales, se professionem emisisse per vim, aut metum parerunt, aut propinquorum, si voluntas aliqua adfuerit, aut ex alia causa professionē emisissent, scilicet, vel quia eis defecit rōs honesta, ne descendant, aut cadant à sua nobilitate, ex inæquali cōingio, vel aliās. Tunc enim licet cum tristitia quadam professionem emisissent, ita vt potius cōtrarium voluissent eligere: hæc non sunt sufficientes causa ad annullandam professionem, dummodo voluntas consenserit in emittēda professione, quod sæpè facit, amplectens rationes propositas, & conuenientias honoris, vel commoditatis. Sin autem professionem emisissent coactè per minas, aut metum, nec vnquam consenserint, votum erit nullum, nisi simul postea consentiant; tam ipsi, quàm potentes incorporare, vel potius (& quod in omni opinione est securius) in manu Superioris faciat de nouo professionē.

C


QVÆSTIO VI.

Verum votum Religionis ob malum finem factum, sit validum?

N.24.

NOtandum dupliciter posse finem, vel circumstantiam malā vitare votum. Primò, ipsum actum vouendi, & non materiam voti, vt si quis faciat hunc actum vouendi propter vanam gloriā, & tunc tale votum validum est, quia materia voti, idest, quod promittitur bonum est. Sic Suar. 2. tom. de Relig. lib. 1. de voto, cap. 5. Secundo, potest finis vitare votum, vt si quis intendat seruare paupertatem vanagloriosum, vel velit profiteri solum, vt malum aliquid perpetretur, & casibus similibus, in quibus scilicet finis vouendi vitiat voti materiam, tunc enim si noluit hoc votum, nisi propter hunc finem, hoc votum nullum est, & nulla professio. Regula igitur est, quod quādo materia voti prout est obiectum vouentis, non est vitata, vel à se, vel ab aliqua circumstantia, votum est validum: secus autem, quando materia voti, vt talis, & vt obiectum illius est, vitata est.

E



TRACTATUS TERTIVS.

Devoto ingrediendi Religionem, & qua-
liter sit interpretandum, & de Re-
gularium votis.

HABET QUATVOR CAPITA.

Caput Primum. De varijs modis vouendi Religionem.

Caput Secundum. De subiecto voti, seu de ijs qui possunt vouere Religionem.

Caput Tertium. Quæ vota possit Religiosus emittere, & an illa possit Prælatus irritare.

Caput Quartum. De dispensatione, & commutatione votorum, quæ emittant Religiosi.

CAPVT PRIMVM.

De varijs modis vouendi Religionem.

CONTINET QUÆSTIONES 18.

Quæstio Prima. Quid teneatur
facere, qui promisit intrare, non
determinando hanc, vel illam
in particulari.

Quæstio 2. An qui vouit specialem
Religionem: si in Conuentibus
illius in sua Prouincia non ad-

A mittatur, teneatur extra, alias
adire.

Quæstio 3. An ille qui vouit Reli-
gionem in communi: teneatur in-
gredi Monasteria non reforma-
ta, si in alijs non admittatur. Et
quæ dicantur non reformata.

D Quo-

- Questio 4.** *Utrum qui fecit votum Religionis in communi, facti, faciat ingrediendo Ordinem Sancti Iacobi, Calatravae, &c.*
- Questio 5.** *Utrum qui venit Religionem in communi, vel in particulari, si quia ignorat Grammaticam, non recipiatur in principali gremio illius Religionis, sed laicorum, teneatur ingredi, vel discere Grammaticam.*
- Questio 6.** *An ille qui absolute vouit Religionem, sciens esse necessariam Grammaticam, ut admitteretur ad Chorum (quod intendit) si non admittatur, teneatur habitum laicorum assumere.*
- Questio 7.** *An ille qui vouit ordinem laicorum, ubi tales debent scire artem, ignorans hoc statutum, teneatur addiscere talem artem, etiamsi difficilis sit.*
- Questio 8.** *An ille qui sciens Grammaticam, voto Religionis facti, & sufficienti diligentia facti, nil cogitans de dicta habitus diuersitate, si solum admittatur ad habitum laicorum, teneatur recipere.*
- Questio 9.** *Utrum qui vouit Religionem, teneatur statim petere habitum, & ingredi: ita ut per ipsum non stet, quod differatur.*
- Questio 10.** *Utrum qui vouit Religionem teneatur, non solum ingredi, sed & profiteri in illa.*
- Questio 11.** *Utrum qui non solum vouit Religionem, sed etiam perseuerare, & profiteri in illa, teneatur non solum habitum sumere, & ingredi Religionem, sed perseuerare, & profiteri.*
- Questio 12.** *Utrum qui vouit Religionem, & dubius est, an promiserit perseuerantiam, & profiteri, teneatur emittere professionem.*
- Questio 13.** *Utrum ille qui vouit se facturum votum de Religione in generali, vel in particulari, teneatur illam ingredi.*
- Questio 14.** *Utrum, seu, ad quid teneatur ille, qui vouit se non moriturum, extra Religionem.*
- Questio 15.** *Utrum qui vouit certam aliquam Religionem possit ingredi aliam.*
- Questio 16.** *Utrum si quis promissit Religionem ingressuram, vel seruire per totam vitam hospitali, tale votum sit de Religione; dispensabile, vel qualiter obliget.*
- Questio 17.** *An qui emisit Religionis votum, si eligatur in Episcopum, hoc non obstante teneatur ingredi Religionem.*
- Questio 18.** *Utrum qui post votum solene emissum, expellitur a Religione propter deprauatos mores, teneatur ad vota essentialia.*

QVÆSTIO I.

Quid teneatur facere, qui promissit intrare generaliter Religionem, non determinando hanc, vel illam.

Respondetur teneri quinque aut sex, vel septem Monasteria adire diuersarum Religionum, & petere cum inuita habitum, & admitti ad statum, ita ut nullo modo stet

ster per ipsum, intelligēdo tamen, quod si in Regno, vel in prouincia, in qua residet & proprium domicilium habet nō sint tot Monasteria Religionum, vel tāta multiplicitas & varietas, in tali casu ille qui vouit non tenetur exire extra Regnum ad alias Ordines inquirendas; nisi intendisset quando vouit, quia nullus nisi hoc expressē uoueat, tenetur, nec tale creditur intendisse fieri Religiosum in extraneis Regnis, & remotis Prouincijs, præcipue si votum fuerit mulieris vel paruuli, imo nec tenetur adire singula Monasteria diuersorum Ordinum, in illa ciuitate, & Prouincia; sed satis est, diuersa Monasteria diuersorum Ordinum, in illa ciuitate, & Prouincia, vel propē existentia adire: ex quibus sufficienter (moraliter loquendo) cognoscatur, se in nullo recipiēdū. Et ratio est, quia cum votum sit de possibili moraliter potest manere securus qui uouit taliter, & matrimonium contrahere, nisi in casu quod quando uouit Religionem fuit ex intentione obligandi se ad castitatem, seu continentiam perpetuam, & ad alia vota Religionis, officia, & actiones, etiam si ad Religionem non admitteretur, aut post ingressum eijceretur; tunc enim ad hęc teneretur quantum est in se: si autem habuit animum oppositum, vel absolute promisit Religionem, & etiam perseuerantiam: si nōn admittitur ijs factis diligentijs ad nil tenetur, ut colligitur ex D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 3. ad secundum, & quæst. 189. ex Caiet. ibi. Idem Antoni. part. tom. 16. ca. 2. §. 4. Angel. verbo uotum. 3. §. 11. Syluest. verbo. Relig. 2. quæst. 17. Soto lib. 7. de iustit. q. 2. art. 1. Nauarr. in manuali cap. 12. num. 48. Arag. 2. 2. quæst. 88. art. 2. Valentia tom. 3. disp. 6. quæst. 6. part. 4. F. Ludouicus Lop. 1. part. 44. Ioseph. Angl. in floribus in 4. sententiarum quæst. de uoto. art. 2. difficult. 3. conclus. 3. Man. Rodrig. 2. p. summa cap. 39. Azor. p. 1. lib. 11. cap. 22. cum maiori distinctione loquens dicit teneri, quinque vel sex Monasteria Ordinum suæ Prouinciæ adire, nec teneri in alijs petere: & si non recipiatur ad nil aliud tenetur.

D. Tho.
Caiet.
Antoni.
Angel.
Syluest.
Soto.
Nauarr.
Arag.
Valent.
Lopez.
Angl.
Rodrig.
Azor.

Sairus

Sic etiam Gregorius Sairus, & plures.

QVÆSTIO II.

An qui uouit specialem Religionem, si in conuentibus illius existentibus in illa Prouincia non recipiatur, teneatur extra Prouinciā seu Regnum alios adire.

A

B

C

D

Responderetur, & sit resolutio. Sufficit Monasteria illius Prouinciæ adire. Dummodo non fuerit alia intentio uouentis, scilicet si uoueat Religionem specialem, cuius Monasteria sicut esse extra Prouinciā, & Regnum, & consistere in alio remoto, ut si quis Hispaniæ degens uoueat Religiosum esse instituti Congregationis Camaldulensis, cuius Monasteria sicut esse in Italia, aut quid simile, tunc enim extra Hispaniæ Regnum, ire tenetur, & illius Monasteria adire: si uero Religionem sancti Francisci uoueat, in Monasterijs huius Prouinciæ debet habitum petere; in quibus non admissus, manet liber, absque eo quod Monasteria illius instituti adeat extra suam Prouinciā; quod autem ad nil aliud teneatur. Probat, quia intentio uouētis pendet ex illa conditione scilicet si admittatur, ex Archidiacono in cap. fecimus 1. 2. quæst. 1. qui ait semper in simili uoto hęc duo includi; primò, si possum; secundò, si uolunt me recipere. S. c. F. Ludouic. de Mirada 1. to. quæst. 20. art. 3. addendum est tamen cum Nauarr. Concil. 2. num. 3. de uoto & Azor. part. 1. lib. 11. cap. 22. non sufficere petere habitum à Generali vel Prouinciali, & quod illi denegent, nisi in casu quod singula Monasteria non possint recipere Nouitios.

N. 2.

Archid.

Lud. Miranda.
Nauarr.
Azor.

QVÆSTIO III.

An ille qui uouit Religionem in communi, teneatur ingredi Monasteria non reformatā, etiam si ibi, & non alibi recipiatur.

E

Pro intelligentia nota Monasterium non reformatum dici, ubi unusquisque pro sua uoluntate uitam agit, & fere omnes putantur malæ conscientie: si autem in aliquo Monasterio obseruentur uota essentialia,

N. 3.
Quale sit Monasterium non reformatum.

Caiet. Nauarr. F. Lud. Lop. Ioa. Maior.

Miran. Syluest.

Quod & quomodo creditur aliquem voluisse, hic creditur est voluisse.

lia, sed non adeo stricte circa accidentalia Religionis vt regula exigit, Monasterium illud ingredi tenetur, vt adnotauit Caiet. 2. 2. quest. 88. art. 3. & q. 189. art. 3. Nauarr. in man. cap. 12. no. 4. F. Lud. Lop. 1. p. instructorij cont. 1. cap. 44. Ioan. Maior in 4. diu. 38. quest. 2. quod autem non ita obligetur, si Monasteria que adire tenetur modo explicato, ex alia parte seu a contraria sint multum stricta, & ita rigurosa obseruantia, vt si de illis cogitasset non uouisset. Sed quod etiam tunc liberaretur ab obligatione voti, tenet idem Miranito. 1. q. 26. art. 7. cum Syluest. verbo Religio q. 16. & 17. Et ratio est clara, quia uolere est actus voluntatis, & non necessitatis. Et quia actus agentium non se extendunt ultra uoluntates eorum: & addunt hoc esse ualde notandum.

Dubitari hic incideret posset de illo, qui postquam uouit Religionem tempore impletionis voti cognoscit aliquod impedimentum, per quod nec in illa Religione quam uouit, neque in illa alia sit admittendus, vt si in eius notitiam ueniat, se esse ignobilem, vel descendentem a Iudeis vel Mauris aut infamibus, aut quod post emissum uotum Religionis, contraxerit impedimentum morale vel physicum cum culpa, aut sine illa.

Huius resolutio pendet ex parte eius, quae dicemus infra cap. 2. q. 5. de eo qui per Matrimonium impeditur Religionis ingressum & obligationem, ac executionem voti Religionis. Et Interim, respondetur, illum qui ob defectum natalium, aut generis ignobilitatem, aut infamiam eicitur vel non admittitur, per infirmitatem perpetuam, culpa, aut sine culpa contractam, non teneri amplius nec ligari Religionis uoto. Sic

Soto. Aragon. Angles. Valentia

Soto lib. 7. de iust. q. 2. art. 7. Arag. 22. q. 88. art. 3. Sylu. verbo Religio 2. q. 16. Ioseph. Angl. in floribus 4. sentent. de uoto, art. 2. disp. 3. Valent. disp. 6. q. 6. pu. 4. q. 4. partis. 3. Et non sic dicendum est quando impedimentum est temporale, & infirmitas (quauis diuturna) non perpetua, vt dolor, seu gutta cordis, seu cetera, qui ex impedimento perpetuo repellitur a Religione liberatur a uoto simplici prius emisso, & similes: sed temporanea, vt quartana, scabies, &

similes, tunc enim, si pretendo habitum reiiciatur, vel admissus expellatur a Nouitatu propter scabiem, vel quartanam, aut simile temporaneum impedimento aut infirmitatem, tenetur postea recuperata salute, & impedimento, cessante habitu petere illa enim negatio, vel ablatio, & repulsa a Religione non fuit absoluta sed temporalis: si autem absolute negaretur, vt dictum est, non tenetur habitum amplius petere: sic communis doctorum. Et tenet Sairus lib. 6. c. 9. n. 7. quod clare est intelligendum, quod non aliquam infirmitatem quis fingat aut false notabiliter exaggeret, vel aliud impedimentum non uerum, aut tam graue sine ueritate ostendet eo fine, ut non admittatur, aut eiciatur, nam in tali casu postea ablata fictione, & dolo despicens deberet curare pro suo posse, ut admitteretur; quamuis non teneatur dicere se uouisse Religionem in aliquorum opinione: sed secutus ego iudicarem, quod, si conducatur, & magis resistetiam praetatorum emoluerit, ad admissionem, certificatio, seu assertio de uoto Religionis simplici emissio, & quod alias ex hac manifestatione, graue aliquod damnum non sequitur, teneatur Nouitius aut intendens Religionis ingressum se tali uoto esse adstrictum.

Sair.

DI. QVÆSTIO III.

Verum qui fecit uotum Religionis satisfaciat ingrediendo Ordines Sancti laicis; Calatraba, aut similes.

Respondetur, & sit nostra resolutio cum distinctione: si enim loquamur de aliquibus Regularibus, qui in huiusmodi Ordinibus reperiuntur, qui deputantur Choro, Officio diuino, & Sacerdotio, & per consequens Religiosi ueri sunt, cum simul caritatem, paupertatem, & obedientiam uouent, in illorum familiam, & Religionem potest ingredi, & cum hoc implere Religionis uotum: pro quo notandum quod secundum Theologos, & D. Thomam 2. 2. q. 189. art. 4. ad 3. qui Matrimonio utuntur non sunt absolute, & simpliciter loquendo Religiosi, sed secundum quid

N. 4.

quid. Notandum deinde, quod in huiusmodi militariibus Ordinibus sunt diuersæ familiæ Regularium personarum sub particulari, & propria Regula, quæ quilibet, Ordo ex ijs proficitur: vt in Ordine sancti Ioannis Hierosolymitani, qui militaris Ordo est, tres annumerantur familiæ. Prima, præcipua, & nobilior est, Equitum bello deputatorum, & propugnationibus, ac defensionibus Regni, qui dicuntur *Freiles Caualleros*. Secunda familia est Regularium Ecclesiasticis officijs Choro, & Sacerdotio deputata, qui vocantur *Freiles Capellanes*. Et tertia tandem familia est, quæ in illo sancto Ordine, & eius cõgregationibus Comitibus, seu *Semleis* (sic dictis) reperiuntur, vocatur Regularium illorum qui in magna parte habitum portant eundem, & sunt *Freiles Sargentos*, ij conueniunt cum primis, & cum Equitibus in hoc quod similiter laici sunt, nec Ecclesiasticis muneribus, & officijs addicti, sed profanis, & militariibus: differunt autem ab illis, & magis à Capellanis, quod Matrimonio vtuntur. Unde isti non sunt aliquo modo Religiosi, nec votum Religionis implet qui illorum habitum sumeret; implet autem qui habitum Equitum fratrum adipisceretur, qui veri Religiosi sunt, quâuis cum dispensationibus. Et multo melius, si habitum sumeret Religiosorum Capellanorum. Et eodẽ modo est loquẽdũ de alijs Ordinibus dictis S. Iacobi, Alcantaræ, &c. Quod sicut in singulis ex ijs Ordinibus sunt similiter duæ familiæ: Capellanorum, qui *Freiles* absolute vocantur, & Choro sunt deputati, vota essentialia emittunt; & Equitum militariibus exercitijs deputatorum, & qui Matrimonio vtuntur: quorum familiam si quis Religionis simplici voto astrictus ingrediens non implet votum; implet autem si habitum sumeret in familia Regularium Ecclesiasticorum, qui in ijs Ordinibus *Freiles* dicuntur.

A QUÆSTIO V.

N. 5.

Vtrum qui vouit Religionem in cõmuni, vel aliquam in particulari, si non recipiatur, quia ignorat Grammaticam, in præcipua familia, sed in habitu & familia laicorum, teneatur illum recipere, vel addiscere?

Responderetur, & sic resolutio, quod si votum Religionis emittitur bona fide, credens Grammaticam, non esse necessariam, ad hoc vt admittetur inter deputatos Choro, & Altari, nõ tenetur nec Grammaticam addiscere, nec habitum Fratrum laicorum Ordinis accipere, quâuis hic illi offeratur, & alter denegetur.

QUÆSTIO VI.

N. 6.

An ille qui absolute vouit Religionem, sciens necessariam esse Grammaticam, vt admittatur ad Chorum, quod ipse prædit, si non admittatur, teneatur laicorum habitum assumere.

Religio adinstar Apostolici Collegij, vt ad id deputati instantes sint orationi, & ministerio verbi, constituit viros boni testimonij ad exteriores actiones. Pro intelligentia notandũ, In pluribus Religionibus Fratres laicos reperiuntur, diuersi quidem in singulis, & diuerso nomine nuncupati. In Religione S. Benedicti, vocantur conuersi, hoc in quâ omnibus Religiosis communi vocabulo, qui statum Religionis conuersionem appellant; aliter etiã appellantur Donati, quasi sint qui se ipsos Monasterijs donarunt, & mancipant seruitio aliorum Religiosorum, qui Choro, orationi, & Predicationi sunt deputati: alij ob eandem fere rationem familiares dicuntur, quasi familiæ Religiosorum ministerijs deputati. Fratres tandem laici sunt forte alij, qui generaliter loquẽdo sunt veri (quidem Religiosi, & specialiter in Benedictinorum Hispaniæ Congregatione, vbi ab ijs quadraginta annis admittuntur ad professionem solẽne cõmunitatis cõsensu, & cõtractu ipsorum (inquã) qui se incorporari cõmunitati spõdent, & cõmunitatis illos admittentis, & in-

N. 7.

D; corpo.

*Io. Bene-
dictinis.
H. sp. ad-
mittuntur
ad profes-
sionem vo-
torū so-
lemnē, ex
Bul. Gre-
gorij 13.
ab anno
1575. Vi-
de priuil.
fol. 194.*

corporantis, forma à legibus, & consti-
tutionibus disposita. Et hac cura de-
mandata Patribus consiliarijs, cum-
cumque Communitatis, ab ipsa qui ge-
nerali consilio illos approbant, & ad-
mittunt, & sic vota essentia sua, im-
plicitè, vel explicitè, ut dictū est, secundū
Regulæ modum, seu institutum à Sede
Apostolica approbatum in manu de-
putate personæ in Ecclesia, aut in ali-
qua capella emittunt, & sic sunt veri
Religiosi, quamvis præteritis tempo-
ribus, quādo aliter professionem emit-
tebant, cum solemniter non profiterē-
tur veri Religiosi non erant, quamvis si
votum Religionis emittunt simplex,
teneantur implere. Quo supposito sit
resolutio.

N. 8.

Quando aliquis vouet Religionem
absolutè sciens necessariam esse Gram-
maticam, ut admitteretur inter eos
qui Choro assunt, quod quidem ipse
intendit, si crederet se ineptum esse ad
addiscendam Grammaticam, teneatur
ingrediri ut laicus. Probat, quia appo-
sitis conditionibus impossibilibus quamvis
faciat votum nullum, quantum ad in-
gressum inter deputatos Choro: tamen
ut delictorum omnino non sit, valebit
quantum ad ingressum in Ordine laico-
rum. Sibi quæ imputatur, quod vouit
Religionem apponens scienter condi-
tionem, & limitationem, quam sibi no-
uerat impossibilem: si vero quādo vo-
uit Religionem crederet se aptum esse
ad addiscendam Grammaticam, postea
autē omnia adhibita diligentia non po-
tuit addiscere, valde probabile est, &
rationi consentaneū non teneri sumere
habitum laicorum, cum votum obliget
secundū intentionem vouentis ratio-
nabilem tantum, censetur in hoc casu
voulisse Religionem hac sub intellecta
conditione, si aptus fuerit ad addiscen-
dam Grammaticam, & idcirco est quasi
votum conditionale, cum votum su-
perius dicitur vim ex intentione vouentis. Ita

*Azor. dicitur vim ex intentione vouentis. Ita
Ioann. dicitur tenere Azor p. 1. institutionum
Penna. moral. lib. 1. ca. 2. dub. 4. Sic Ioann. d.
Penna. quem refert & sequitur F. Lud.
F. Lud. Lop. o. 1. instructor. c. 45. §. 2. Cosmas
Lop. Philiar. Sarr. & alij. Quamvis Sor Ara-
Sotus. gon. Angl. Man. Roang. absolutè di-
Aragon. cant, quod ille qui taliter fecit votum
F. Man. Religionis, absolutè scilicet, sciens esse
Rob.*

se necessariam Grammaticam teneri il-
lam addiscere, vel habitum laicorum
sumere, dum tales, ut dictum est, in illa
Religione sint veri Religiosi.

QVÆSTIO VII.

*An ille qui vouit intrare in Ordine lai-
corum, in quo nullus admittitur, nisi
a. iquam artem, aut officium nouerit: Si
hoc statutum ignorauit, quando vo-
uit, teneatur addiscere etiam
si sit d. f. f. i. l. i. e. r.*

N. 9.

B

Respondetur, & ut resolutio nostra
negatiua. Et patet, quia ignoran-
tia facit inuoluntarium votum. Ita So-
to 7. de iust. q. 2. art. 1. ad 3. Arag. 2. 7.
q. 88. art. 5. Joseph. Angl. in floribus 4.
sentent. q. de voto, ar. 2. diff. 5. Cosm.
Philiar. de offic. Sacerd. p. 1. lib. 3. c.
11. Azor ubi sup.

N. 10.

*Arag.
Aug. ex.
Philiar.
Azor.*

QVÆSTIO VIII.

*An ille qui sciens Grammaticam voto
Religionis facta, & sufficienti diligen-
tia, nil cogitans de diuersitate habitus, si
solum admittatur ut laicus, accep-
tare teneatur.*

C

Respondetur, & ut nostra resolutio,
sub distinctione, aut enim vouens
habeat eas qualitates, & pignora
nobilitatis, literaturæ, aut similibus,
quæ Religiosos Choro, & Sacerdotio
dicatos, deceant, & ex modo vouendi,
& circumstantijs cõstet nullo modo cre-
dendum esse, suæ intentionis esse laico-
rum familiam, & ipsorum in finem, &
abiectionem Religionis gradum, & gre-
mium intrare, tunc non tenebitur lai-
corum habitum sumere, quod ex eo con-
stat, quia rationi consonat, quod si talis
per se, quando vouit hoc considera-
ret, & adverteret, nollet se ad id obli-
gare: si autem iste non ad hoc circumstā-
tia, tenebitur assumere habitum laico-
rum, quia tales fratres laici, ut manet
probatum, veri Religiosi sunt.

N. 11.

QVÆSTIO IX.

*Vtrum qui vouit Religionem teneatur
statim petere habitum, sic quod per il-
lum non stet quod differatur.*

It resolutio. Respondetur sup-
ponendo prius, quod si tale votū
emissit signando pro implerione
voti tempus, vel aliquam condi-
tio-

N. 12.

tionem apponendo, non teneri imple-
re, vsque ad talem terminum, vel con-
ditionem impletam: si verò tale votum
absolutè emisit, tenet iuxta Theologo-
rum, & Iuristarum sententiam votum
implere, quam primum id commodè
possit prudētis arbitrio, vel sui docti
confessarij, qui pensatis circumstantijs
personæ, loci, temporis, & alijs iudica-
bit, qualiter & quando debeat impleri,
& in dubio eligat tutiorem partem, &
votum impleat quam primum, quia tã-
diu vouens erit reus voti, quandiu per
ipsum sit, & differatur voti adimple-
tio, iuxta illud Deuter. 23. *Cum votum
voueris Domini, Deo tuo, non tardabe-
ris reddere, quia requirit illud Domi-
nus Deus tuus, & si tardaberis reddere
imputabitur tibi ad peccatum.* Et Ec-
clesiastici 5. *Si quid vouisti, ne moreris
reddere.* Et ratione probatur, nam cum
tale votum non obliget magis in vno
tempore, quam in alio, sed hoc sit desu-
mendum ex acceptatione Dei, qui ac-
ceptrauit statim ac emissum est. Sequi-
tur, quod statim, ac possit debeat im-
plere, vbi nota cum Paludan. in 4. dist.
38. q. 3. art. 2. quod etiam notauit Ga-
briel. in suplem. ibid. & Antonin. p. 2.
tit. 1. c. 2. §. 2. hanc doctrinam de im-
pletione voti, diligenti & præta, habe-
re locum in omnibus votis, cuiuscũque
materie: sed specialiter obligare res-
pectu voti Religionis, ex hac speciali
ratione, nam cum vouens Religionis
intendat per hoc votũ, consecrare Deo,
non partem vitæ, sed totam vitam, &
mori seculo, & rebus temporalibus;
hinc fit, quod quantum differt votum
hoc implere, id vinit mundo, & sinit vi-
uere Deo; & id minus vitæ sibi tradit
Deo, quo procrastinat Religiosum sta-
tum assumere.

QVÆSTIO X.

*V. r. um qui vouit Religionem, teneatur
non solum ingredi, sed & perseuera-
re, & profiteri*

N. 13.

Responderetur, & sit resolutio. Si pro-
positum quantumuis firmum, quis
habeat perseuerandi, & profitendi,
dem tale propositum nõ cadat sub vo-
to, non tenetur perseuerare, & profite-
ri: sed solum bona fide experiri cum ha-

Abitu, an Religiosum institutum illi
conueniat. Non tamen ex hoc debet
intelligi, quod impleat: quis Religionis
votum, si habitum sumat cum inten-
tione habitum dimittendi statim; sed
potius debet habere intentionem per-
seuerandi, si non reperiat difficultates
sibi intollerabiles, & excedentes vires,
& tandem tales, quæ sufficerent prius
cognita, vt non voueret. Sic D. Thom.
2. 2. q. 189. art. 4. Caiet. ibi, Ricard. in
4. dist. 38. art. 8. q. 3. Palud. ibi q. 4. art.
1. conclus. 2. Syluest. verbo *Religio* 2. q.
19. Anton. p. 3. tit. 16. c. 2. Angel. verb.
votum. Sot. 7. de iust. q. 2. art. 1. Nauar.
in Man. c. 12. n. 47. Couarr. in c. *quam-
uis* de pactis, p. 1. §. 3. n. 12. in fine, in 6.
Cosm. Philarc. de offe. *Sacerdot.* p. 2. lib.
3. cap. 20. in fin. Angl. q. de voto, art. 2.
Azor. p. 1. lib. 11. c. 22. dub. 6. Et pro-
batur ratione, quia ille qui absolutè
aliquid promittit, sine appositione ali-
cuius circumstantiæ; vel conditionis,
semper debet intelligi secundum ius;
sed iura concedunt annum probationis
ad experiendum vtrum conueniat illi
status, vel non: ergo, sic interpretandum
est tale votum.

C Et hic notandum est cum D. Thom.
& ferè omnibus Authorib' citatis ibi-
dem, nec voti esse ream, nec peccare il-
lum, qui post tale votum, & receptum
habitum, & experientia facta, deserit
ante professionem Religionem, si ex
causa rationabili dimittat, v. g. quia di-
splicet ei tale vitæ genus, tanquam mi-
nus commodum, aut gratum sibi, &
quia tepidus est, & timet tam rigidum
vitiandi statutum. Sic Gregor. Sarr. lib.
6. clauis, vbi supra. Et conitar, quia iste
homo vitatur iure suo: si autem sine le-
gitima causa ante professionem habitũ
dimittat, peccabit grauitè, quia ex
animi leuitatè, & temerè desinit ab in-
cepto. Contra votum tamen non pec-
cabit, cum (secundum iura) tempus pro-
bationis liberum sit, vt liberè exire, vel
manere valeat, vt colligitur ex c. 1. de
Regul. in 6. in illis verbis: *Liberè potest
intra sequentem annum ad seculum re-
meare.* Et ex cap. 2. eod. tit. in illis ver-
bis: *Omniño ad seculum redeat, sicut de
sua voluntate processerit.* Et fauet Na-
uar. in Man. c. 12. n. 14. & Ioann. Azor,
vbi supra, quidquid dicat Caiet. 2. 2. q.

D. Tho.
Caiet.
Ricard.
Palud.
Syluest.
Antonin.
Angel.
Soto.
Nauarr.
Couarr.
Philarc.
Azor.

N. 14.

Sarrus.

Angl.

189. art. 4. sub. 3. que sequitur Ioseph. Angl. & Philiarus: qui existimant istum peccare mortaliter, si absque causa discedat: sed si hoc pretendunt esse ratione voti, dura est sententia, & contra D. Thom. vt diximus, cum non obstante voto, maneat illi ius suum.

QVÆSTIO XI.

Verum qui non solum vouit Religionem, sed etiam profiteri in illa, teneatur non solum ingredi, sed profiteri?

N. 15.
Sotus.
Arag.

Aliqui cum Soto 7. de instit. q. 2. art. 1. circa tertium argum. & Arag. 2. 2. q. 88. art. 2. dicunt, quod si quis bona fide ingrediarur Religionem, & postea experientia sumpta cognoscat talem statum sibi non conuenire; etiamsi vouerit perseverare potest egredi, & manet liber a voto.

N. 16.
D. Tho.

Contrariam sententiam tenere videtur D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 4. in corpore; Paludan 4. dist. 38. q. 4. art. 1. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 3. Nauarr. in Man. c. 12. n. 47. Greg. de Valentia, tom. 3. disp. 6. q. 5. puncto 4. Azor. 1. p. lib. 1. cap. 22. dub. 8. Teneri (inquam) qui sic vouit ex vi voti ad perseverandum, & profitendum. Et probant sic. Quia in tantum se extendit voti obligatio, in quantum se extendit intentio, & voluntas vouentis. Igitur si vouentis intendit se obligare, non solum ad experiendam Religionem, sed ad profitendum in ea, videtur cedere suæ utilitati, seu commodo, quod concedunt ipsi iura, annuntiant scilicet probationis, & liberam professionem; quod facere potest, & renuntiare fauorem iuris sibi concessum.

Caiet.
Nauarr.
Valent.
Azor.

Probatur secundo, & fortius. Quia ista sunt duo vota. Primum est votum, seu vouere Religionem: secundum vouere perseverantiam. Et hoc secundum votum arctius obligat quam primum: ergo ad aliquid distinctum obligat. Cum enim annus probationis detur in fauorem Religionis acceptantis, & in fauorem ipsius qui vouit, cui renuntiare possunt quoad obligationem, ex cap. ad Apostolicam, de Regular. hinc sequitur, quod qui tale votum de perseverantia in Religione emisit, tali suo iuri renuntiauit; si autem Religio eum eijciat

A de Monasterio, vel non admitrat, facta diligentia, vt explicuimus, manet liber a voti obligatione. Confirmatur, quia si quis intenderet impetrare dispensationem circa votum istud, & exprimeret solum, quod vouit Religionem, si taceret quod vouit etiam perseverare, & profiteri; subreptitiam obtineret dispensationem, vt ait Philiarus, Valentia locis citatis, & alij.

Philiarus.
Valent.

B Qui tamen primam sententiam sequi velit, pro illa sit nostra resolutio.

N. 17.

Probabilius est, impleri votum de Religionis statu, simul cum voto perseverandi, & profitendi, intrando Religionem; & sumendo experientiam, & ex illa sumpta, & quod ipsi non expediat status, relinquendo. Probatur ex solutione ad argumenta, seu rationes pro parte contraria, seu secunda sententia. Nam in primis non est absolute certum posse semper renuntiare iuri sub, si in tali usu iuris eius incolumitas, aut bonum maxime expediens ipsi consistat, quia certe non valeret renuntiatio terminorum illorum, qui ad necessariam defensionem iura concedunt in vita discrimine, aut alio gravissimo, nec minus arduum videtur sine experientia sumpta de statu (cuius difficultates possunt excedere, & superare naturales vires eius, qui Religionem quomodo cumque vouerit) ad quod attendunt iura, que concedunt probationem. Ad secundam rationem responderetur, concedendo duo velle illum qui vouet Religionem, & profiteri in illa. Primum, scilicet Religionem ingredi. Secundo, perseverare: sed cum supra in hoc cap. ex doctrina Archidiaconi in cap. fecimus 12. quest. 1. quem sequitur Fr. Ludouicus Miranda, & Fr. Ludouicus Lopez. Adhuc primum votum de intrando in Religionem, includit duo, duas (scilicet) conditiones: prima, *Si possum*: secunda, *Si volunt me recipere*. Idem dicendum de secundo voto, scilicet de voto perseverandi, & profitendi (& potiori ratione) quia perseverantia in Religione, magis pendet ab experientia, circa illam conditionem, *Si possum*, quam Religionis ingressus. Et sic saltem hoc secundum votum de perseverando, & profitendo, necessario dicendum, pendere ab illa prima conditio-

Archid.
Lud. Miranda.
Lopez.

D

E

ne;

ne, quia nisi viribus probatis, & difficultatibus palpatis, & expertis, temerè & inconsideratè videretur promittere aliquem perseverantiam in statu ita arduo, qualis est Religio, si non attenderet: & sine hac attentione ad experientiam, promitteret perpetuam perseverantiam in statu, quem esse asperum, & difficile non potuit dubitare, si quidem ut talem, & materiam, quidem sacrificij, promisit Deo, ac vouit.

Ad tertiam rationem de subreptitia, seu obreptitia dispensatione, quam aliquis obtineret, si solum votum de Religione factum expressisset, & non de perseverando. Respondetur, non inde sequi illum, qui sic utrumque vouit priuari suo iure exponendi per annum difficultates; nec quod sum duplex votum de Religione, & perseverantia, includat dictam conditionem, scilicet, *Si possum.*

QVÆSTIO XII.

Verum qui vouit Religionem, & dubius est, an permiserit perseverantiam, & profiteri teneatur emittere professionem?

N. 18.
Suar.

Resolutio est negativa cū Suar. 2. tom. de Religione, lib. 4. de voto, cap. 5. num. 17. illum, scilicet, qui post moralem diligentiam factam dubius manet, utrum emiserit, nec ne tale votum de tali perseverantia, & nō potest habere probabile iudicium, quod illud emiserit, non tenetur ad talis voti obseruationem. Probat, quia in dubijs tutior est, & melior pars possidentis, & conditio: quæ regula locum habet, non solum in materia iustitiæ (quod omnes concedunt) quam in alijs materijs, quia iura, unde illa sumitur, generaliter loquantur, & sine restrictione, ut in cap. impari 65. de regulis iuris in 6. ubi absolute dicitur, in quacumque causa præferri ius possidentis. Suarez ubi supra num. 4. allegat pro hac sententia plures Authores, & affert plures, & optimas distinctiones. Et hæc doctrina etiam, est de dubio de voto Religionis.

Suar.

QVÆSTIO XIII.

Verum ille qui vouit se facturum votū de Religione, teneatur virtute illius ingredi Religionem?

Respondetur, & sit nostra resolutio negativa. Sed teneri virtute illius voti facere votum vouendi, quod non est votum Religionis, & per consequens, neque est indispensabile, sed potest ab ordinario, vel habente potestatem dispensari, quod si de hoc non caret, & implendo votum de vouendo Religionem illam directè voueat, hoc votum implere tenetur, & solum in eo potest Papa dispensare.

QVÆSTIO XIII.

Ad quid teneatur, qui vouit se, non moriturum extra Monasterium?

Respondetur, & sit resolutio. Quod si taliter vouens, non intendit mori in Monasterio eo modo, quo plures seculares, in vltimis vite annis in Monasterijs se recipi perunt ad præparationem mortis, tale votum est Religionis, & obligat, ut tale.

QVÆSTIO XV.

Verum qui vouit certam quandam Religionem, possit ingredi aliam?

Respondetur primò, posse ingredi aliam, quæ sit arctior illa, quam vouit, quamuis non simplex hoc perfectior, ut vidimus tractatu primo, cap. 1. quæst. quinta. Tenet nostram resolutionem Diuus Thomas 2. 2. quæst. 189. art. 9. ad tertium, cum communi Doctorum sententia. Et probatur ratione, quia aliis tale votum esset impeditiuum vicæ spirituales, arctior Religio, & strictior modus viuendi. Et quod dicitur de ingrediendo arctiorem Religionem intelligendum est, nisi aliquid rationabile obstat (puta) infirmitas minus compatibilis cum arctiori Religione, aut spes maioris pro-

N. 19.

N. 20.

N. 21.

D. Tho.

pro-

profectus spiritualis in Religione sua-
 uioris, & minus rigidi statuti. Secun-
 do debemus peccare illum, qui uouit
 Religiosem strictiorem, intendo la-
 xiosem, loquendo regulatiter, & secun-
 dum ius commune, nisi ex speciali, &
 euidenti causa dispensetur. S. D. Tho.
 ubi supra, & patres Auctores, quos ei-
 tar Joannes Azor, ubi supra. Facta ta-
 men professione semel in laxiori Reli-
 gione, quamuis (verendum est) pecca-
 uerit, manet liber a priori uoto, & hęc
 professio est ualida, ut omnes citati
 Auctores affirmant, cum D. Thom. ubi
 ant. 8. ad retractum. Et definitur a Boni-
 facio VIII. in cap. qui post uotum, in
 Reg. in 6. ubi sic dicitur. *Qui post uotum
 a se (de certa Religione) emissum, Reli-
 gionem aliam, etiam laxiorem, ingreditur,
 & proficitur in ipsa post uoto a se
 prius emisso, non obstante, cui, tanquam
 simpliciter, noscitur per solemnem derogatum,
 manentia eadem iurē. Pro uoto tamē
 non impleto eidem est peccata imposita.*
 Hęc Bonifac. 8. a quibus con-
 ita esse in statu peccati toto anno No-
 uiciatus, in illiusque Religione stricti-
 oris uoto emissio in laxiori ingressus
 profiteri intente. Quamuis uotum ui-
 deatur impleri, quantum ad substantiam.

D. Tho.

Azor.

D. Tho.

Bonifac.

Votū sim-
 plex a se
 gatur per
 emisso-
 solemnis.

N. 22.
 Azor.

Et tertio, ad questionem propositā
 respondetur cum Azor, tom. 1. lib. 1.
 cap. 22. lib. 12. in fine, & pluribus alijs,
 cum etiam qui uouet certam Religio-
 nem, non posse ingredi aliam eque stri-
 ctam, & duram, sine dispensatione. Et
 probatur, quia non licet uotum com-
 mutare in rem omnino æqualem pro-
 pria auctoritate: ualere tamen profes-
 sio solemniter, quia uotum emissum ra-
 tione solemnitatis, est malus bonam
 dum Religio sit ex obseruantibus ap-
 probatis, quia ut dicunt aliqui stabili-
 tas refertur in materiam uoti, & Reli-
 gionis.

N. 23.
 Caiet.

Aduertendum tamē est hic cum Cai-
 eto, 2. q. 88. art. 3. rationem maioris,
 aut strictioris instituti, seu Religionis,
 attendendum esse non in abstracto, &
 quod debetur per regulā, sed secundum
 executionem, & quod de facto obserua-
 tur, & modum quem de facto obseruat
 Religiosi in illa Religione.

N. 24.

Hinc sequitur, quod in Religione

strictioris instituti, si Religiosi uiuant
 laxius, & tepidius, quam uiuunt de fa-
 cto in Religione laxiori, & hoc conij-
 cere cupiens perfectionis audax, per-
 fecterando per annum probationis in
 habitu, quem in laxiori Religione sum-
 psit, & tandem in illa Religione profi-
 teatur, non peccabit.

Sequitur secundo, quod ille qui uo-
 uit Religionem strictiorem in particu-
 lari, v.g. Minorum Discalceatorum, &
 facta diligentia supra explicata nō ad-
 mittatur, manet liber; nec laxiorem
 Religionem ingredi tenetur, quod li-
 mittat F. Man. Rodrig. 2. p. in summ. cap. 59. conclus. 7. quod non debeat in-
 telligi de illis Religiosis Franciscanis
 Discalceatis, qui cum Religiosis, voca-
 tis de la Obseruancia, eadem habent
 comunes Provincias, & Recollecti di-
 cuntur; nam qui hanc Discalceatorum
 regulam in speciali uoueret, in Mona-
 sterijs de Obseruancia posset implere,
 unde plenus ex facili transit adepro,
 per frequentem fratrum, qui in Mona-
 sterijs exerceatur, a Monasterijs Obser-
 uantiae, ad Monasteria Recolectorum,
 seu Discalceatorum, satisfaceret suo
 uoto.

Hęc omnia dicta, sunt de iure com-
 muni, nam in aliquibus Religionibus
 sunt priuilegia, ut admittere possint
 adstrictos uoto strictioris Religionis,
 uel æqualis, & tunc licet transitus, uel in-
 gressus in minus stricta. Hęc priuilegiū
 habet Congregatio Casinensis, seu san-
 ctæ Iulianę Ordinis sancti Benedictini,
 & ipsius extensionem habet Congrega-
 tio Hispaniarum, per Bullam Iulij II.
 pro anno 1505. & concessio induci est
 Eugen. P. IIII. pro anno 1436. ubi co-
 nceditur, quod Prelati ad habitam, &
 professionem possint admittere quam-
 eumque personam, non obitante uoto
 facto alterius Religionis, etiam arctio-
 ris, dummodo professionem nō emise-
 rit, & est in compendio 9. priuilegium,
 & in priuilegio 7. num. 11. idem Pont.
 concedit rursus, & ibi apponit limita-
 tionem, quod si sic dispensatus discedat
 ante professionem apud Benedictinos
 emissam, maneat adstrictus priori uoto
 strictioris, & idem priuilegium habent
 Augustiniani ab eodem Pontif. & Ca-
 maldulenses a Leone X. & alij.

N. 25.

F. Man.
 Rod.

N. 26.

Priuile-
 giū Eug.
 P. IIII.

Limitat.

QVE.

QVÆSTIO XVI.

Utrum si quis promisit Religionem ingressurum, vel per totam vitam seruire in Hospitali, qualiter obliget, & an sit votum Religionis, vel dispensabile.

N.27.

Responderetur, & sit resolutio. Tale votum in rigore non esse Religionis, quamuis aliqui oppositam sentiant, sed probabilior pars negatiua, cum non sit absolute, nec determinatum ad materiam Religionis, & per consequens est dispensabile, interim tamen obligat ad aliquam partem eius quod promisit Religio, aut Hospitali, quia adimpletur sufficienter promissum disiunctiue, cum impletione alterius partis.

QVÆSTIO XVII.

An qui emisit Religionis votum, si eligatur in Episcopum, adhuc teneatur ingredi Religionem?

N.28.

DE Scripta obligatione implendi Religionis votum, de gratissima hac obligatione Deo, cuius virtute homo praefertur offerenti Domino, non solum arboris fructum, sed & ipsam arborem. Resolutio est affirmatiua ex cap. per tuas de voto & voti Redemptione, ubi in simili casu responder euidam Innocentius, sic: *Nos igitur discretionis tue consulimus, ut si tuam conscientiam sanare desideras regimen resignes Ecclesie memorata, & reddas Altissimo vota tua.* Et subdit: *Quod si capitulum tua eiusdem Ecclesie postmodum canonicè te duxerit eligendum, electionem poteris recipere de te factam.* Idem D. Thom. 2.2. quaest. 189. art. 3. ad primum, & ibi Caiet. & Syluester, verbo Religio 2. q. 20. omnes innixi in praallegato cap. Ex quibus colligit Sairus, clau. lib. 6. cap. 5. num. 16. posse huiusmodi uocentem habitum sumere, cum intentu exeundi ad Episcopatum.

(†)

D. Tho.

Syluest.

Sair.

QVÆSTIO XVIII.

A *Utrum qui post votum solemnem emissum eijcitur propter prauos mores, teneatur ad vota essentialia.*

N.29.

Vbi nota dupliciter aliquem à Religione dimitti iudicialiter, vel per sententiam declarantem nullitatem, vel privationem habitum.

B Responderetur, taliter eiectum quamdiu per ipsum steterit, ut ille non recipiatur, non esse tutum in conscientia, sed teneri se emendare de vitijs, pro quibus eiectus est, & quantum in se est emendare vitam, & mutare in melius, ne ipse sit causa separationis à gremio Religionis, quod si emendatus, & facta per ipsum diligentia non admittatur, licite potest in seculo remanere, quia facta est illi, sine propria culpa impossibilis impletio voti.

C Hic supponendum, nos non loqui de eiecto, per sententiam nullitatis professionis, iste enim si alias votum perpetue continentiae simplex non emisit, per solemniter emissum non manet obligatus, cum à castitate quam vouit in Religioso statu seruandam, & non aliter, absoluat.

D Secundo responderetur, quod si talis eijcitur per iudicalem, & iudicalem sententiam diffinitiuam, latam à competenti iudice, non tenetur etiam emendatus ad Monasterium redire. Sic Nauarr. cons. 5. l. de Regularibus, n. c. non dicatis 12. quaest. 1. num. 34. & 36. Azor par. 1. lib. 12. cap. 16. dub. 6. Sairus lib. 6. cap. 5. num. 26. Et ratio est, quia taliter eiectus per istam sententiam desijt esse Religiosus, illius Religionis in perpetuum, & censetur derelictus sicut seruus à domino suo.

E Responderetur tertio, talem eiectum à Monasterio propter incorrigibilitatem, manere obligatum ad votum castitatis, etiam si non sit in sacris constitutus. Sic omnes Doctores statim citandi: quia quantum ad hoc, nec Deus, nec Praelatus qui admittunt votum, & contractum dimittunt.

Responderetur quarto, illum non teneri actualiter ad obediendum, nisi in hoc sensu, ut mores emendet, & vitam,

Qua ratione eiectus per sententiam à Religione, maneat cum voto castitatis.

&

& paratos sit redire ad Religionem, si eum admittere velint, aliis cum Prælati; quibus promiserat obedientiam illum non admittant, vel eiciant; manet absolutus ab obedientia.

Responderetur quinto, illum non teneri seruire paupertatem actualiter, cum Religio non sustentet, unde consequenter potest victum, & vestitum, & alia ad victum necessaria acquirere, & liberè administrare in sua competenti sustentatione victu, & vestitu; & modo competenti Ecclesiastico viro sine conditionis. Ita inquam, quod non possit diuitias accumulare vili ratione: aut testamentum condere, sed bona quecumque acquirit pertinent ad Ecclesiam cui fortè ministravit, Summo Pontifici, vel Episcopo, de quibus suo loco. Et sunt sua bona, sicut illa que vocantur vacantia. Vide Azor. 1. p. inst. mot. lib. 12. cap. 16. dubio 9. Et probatur ratione, quia quamuis non sustentetur à Religione, tenetur tamen voto obedientie, & paupertatis, meliori modo quo potest obseruare, alioquin peccabit mortaliter. Non tamen tenebitur ad ieiunia Regulæ, vel Religionis, nisi illa expressè vouerit; neque ad alia Religionis præcepta seruanda, neque ad recitandum horas Canonicas, nisi fuerit in sacris constitutus. Et probatur, quia hæc non vouit, nisi ratione status Religionis, quem assumpserat à quo (ut diximus) expulsus est. Quod est dicere manere huiusmodi eiectum, liberum quidem ad obligatione obseruantie Monasticæ, sed non à votis essentialibus.

Vnde norandum, quòd si habitum Religionis retinens expelleretur in executionem sententiæ, à Monasterio (quod nunquam ex aduertentia fieri posset)

tenetur in seculo semper habitum Religionis portare. Secus autem, si illo spoliatur (ut debet fieri) quando à Monasterio expellitur. Argum. ex cap. vir. de Regular.

Quod si infes, an ratièr eiectus, si voverit antea Religiosum in communi teneatur ille, non rursus admissus in ea à qua eiecitur, inquirere, & petere habitum in alia. Augetur difficultas ex nexu strictis mo per professionem contracto excedente iuramento, ex Iohanne Taulero, & indissolubilitate, præterquam à Papa, qui solum in votis essentialibus, & non in iure hoc diuino, dicitur posse dispensare Papam, Malderus, Lessius, & alij Scholastici, apud Ludon. Blof. Abletiensem. Sit tamen resolutio negatiua. Et probatur, quia votum simplex Religionis plene extinguitur per votum solène emissum: obligatio autem semel absolutè extincta, non reuiuiscit: ergo. Ita Ioannes Azor, ubi supra, & Sairus citatus, num. 25. qui allegat Sorum de iustit. lib. 7. q. 2. art. 1. ad tertium. Ioseph. Angl. in floribus 4. sententiarum, quest. de voto, art. 2. diff. 1. 8. Arag. 2. 2. quest. 88. art. 3. ad secundum. Philircas, de officio Sacerdotum, part. 2. lib. 3. c. p. 21. & de hoc latè infra in proprijs locis. Neque obstat, quod maneat cum votis essentialibus, ut diximus, quia illa non constituunt Religiosum, nisi emissa, & obseruata in Religione, & sub Prælato.

Hic venit disputandum, an idem sit de Clerico degradato actualiter, respectu voti solemnem castitatis, implicite (ex institutione Ecclesiæ) in susceptione Ordinis sacri emissi, liber, nec ne maneat, sicut Religiosus eiectus. Sed de hoc aptius, & ex professo, in fine huius 1. part. de voto castitatis.

N. 30.

Ioannes Taulero, apud Blof. inst. spir. appè dic. 4. c. 5. Blof. Abletienf. 2. tom. inst. append. 4. Malderus Lessius. Azor. Sairus. Sotus.

Philircas.

N. 31.



CAPVT SECVNDVM.

De subiecto voti, seu de ijs qui possunt
vouere Religionem.

CONTINET QVÆSTIONES 6.

*Quaestio prima. Vtrum pueri possint
vouere Religionem?*

*Quaestio 2. Vtrum tale votum pue-
rorum, possit à parentibus irritari.*

*Quaestio 3. Vtrum solus pater, an
etiam mater, & tutor, possint
irritare ista vota.*

*Quaestio 4. Vtrum Episcopi, & Cle-
rici, & alia Ecclesiastica Digni-
tates, possint facere votum Reli-
gionis?*

*Quaestio 5. Vtrum coniugati, pos-
sint facere votum Religionis?*

*Quaestio 6. Vtrum seruus possit vo-
uere Religionem?*

QVÆSTIO I.

*Vtrum pueri possint vouere Reli-
gionem?*

Responderetur, & sic pri-
ma resolutio. Pueri,
qui non habent vsum
rationis, etiam si plu-
res annos ætatis ha-
bent, & idem dicen-
dum de amensibus, &
ebriis, non possunt emittere votum Re-
ligionis. Probat, quia ad quodcumq;
votum requiritur deliberatio rationis,
quæ in ijs non est, vt supponitur. Quan-
do autem in pueris fit sufficiens ratio-
nis vsum, non potest certa regula assignari,
ex præsumptione tamen iuris ante
septimum annum, non habent pueri vsum
rationis regulariter loquendo. Si autem

A contingat habere, quantum est de se,
poterunt obligari voto Religionis. Re-
gula autem est, quod ea ætas sufficiat,
seu potius ille vsum rationis ad obligan-
dum se voto, quæ ad peccandum mor-
taliter sufficeret, vt supra diximus ex
sententia Doctorum: vnde colligitur
quod vota facta à pueris iam à septimo
ætatis anno, vsque ad annum pubertatis,
qui in viris est quartus decimus, &
duodecimus in foeminis. Annus puber-
tatis dicitur, quia tunc designantur apti
ad generationem illam, quæ pubes di-
citur, & hoc tempus iudicatur pro ter-
mino ad præsumendum in pueris ratio-
nis vsum. Et sic si in illo faciant Reli-
gionis votum, ex hac parte erit validum.
Quod autem illi anni, & hac designatio-
ne designentur in iuribus pueri habere
rationis vsum in anno pubertatis, col-
ligitur ex cap. puella 20. q. 2. art. 15. de
reg. in 6. & sic omnes Authores, quos ci-
tat Sair. lib. 6. de voto, c. 5. n. 3. votum
tamen solemne, seu professio, non po-
test fieri ante decimum sextum ætatis
annum, annullatur enim a iure factum,
per Trident. sess. 25. c. 17. de Regular.

*Quare de-
catur an-
nus pu-
bertatis.*

Resol. 2.

Sairus.

QVÆSTIO II.

*Vtrum tale votum puerorum possit à
parentibus irritari?*

Respond. & sic resolutio affirmati-
ua, cum communi, & D. Tho.
2. 2. q. 189. art. 1. quia ordina-
tio legis (ait D. Th.) qua vnus
homo respicit alterum, vel subditur al-
teri, respicit id quod in pluribus acci-
dit. Et etiam, quia in annis pubertatis
est puer sub potestate patris, quantum
ad dispositionem suæ vitæ, secundum
omnes Doctores, quos citat Suar. tom.
de Religione, lib. 6. de voto, c. 6. n. 1.

*N. 2.
D. Tho.*

Suar.

E Re-

N.3. Resolutio secunda. Etiam iam transacti sunt anni pubertatis, tamen votum Religionis factum intra illos annos, possunt parentes irritare, etiam quando filij sunt iam emancipati, nisi pater confirmaverit, vel ante, vel post pubertatem; vel filius ipse post pubertatem confirmaverit suum votum. Confirmatio autem in ipsa pubertate, nil aliud fuit, quam ipsum votum, nec alium addidit valorem illi: quare confirmatio debet fieri taliter, ut vel de novo faciat votum, aut saltem animo velit, ut votum factum antea obliget, etiam si primo non valuit, non sufficit autem velle adimplere votum, quod ex ignorantia credidit obligare, et tunc enim positivus requiritur circa obligationem voti acceptandam. Neque obstat, quod quando fecit votum, intendit adimplere postquam pervenerit ad pubertatem, nam aliter quam dictum est non valet. Et totum hoc probatur, quia voluntas pueri ante annos pubertatis, censetur imperfecta, & carentis perfecta, & pleno iudicio, & deliberatione atque adeo conditionata, scilicet si parentes consenserint, & sine praedictio patrie potestatis (quae patria potestas, declaratur infra tract. 2. 20.) sed nulla facta est mutatio in ipso voto, eo solo quod votum pervenit ad maiorem aetatem, & sic manet adhuc illa implicita conditio, quam a principio habuit, ob cuius impletionis defectum, manet semper votum infirmum, ut habetur in regula citata, non firmatur de regula iuris in 6. quae a principio non tenent tract. 1. solo temporis non firmatur, quae & qualis debeat esse confirmatio voti filiorum dicemus quest. seq.

QVÆSTIO III.

Verum solus pater, an etiam mater, & tutor, possint talia vota puerorum irritare?

N.4. Resolutio.

I Vtor legitimè institutus per testamentum à patre, vel matre, morientibus, & per iudicem, & mater mortuo patre, & non assignate suis filijs alium tutorem, quae in ordinario est legitima tutrix, & in defectu filius, aut avus, aut avia, possunt irritare vota filiorum impuberum. Ma-

ter verò vivente patre, vel si ille moriens, assignavit filijs tutorem, quod facere potuit superstitice adhuc matre, non potest talia vota filiorum irritare, quae omnia probat Suarez, & assert. Authores vbi sup. c. 6. n. 19. cuius doctrinæ fundamenta, & de potestate competente ad irritandum vota, tractabimus ex professo parte seq. tract. 2. vbi Lectorem remittimus. Patres etiam iudicantur adoptantes, & ad patriam gubernationem, & irritationem votorum.

Suarez.

N.5.

Secunda resolutio. De filijs expositis dicendum, posse irritare illorum vota, illos qui adoptant tales pueros. Vide Suar. vbi supra n. 23. vbi loquitur de ijs qui orbatu sunt parentibus, nec tutorem habent: quid sit dicendum de ijs circa votum solemne, dicemus infra.

Restat nobis explicare, quid requiratur ad hoc, ut pater, vel tutor confirmet tale votum Religionis ab impubere emissum, an sufficere patres, aut tutorem scire, & tacere.

N.6.

Respondetur, & sit tertia resolutio. Negando, quod solum scire, & tacere sit confirmare patrem votum impubis. Sic Suar. 1. tom. de Relig. loco citato, n. 14. & 15. vbi duo dicit. Primum, quod potest pater per totum tempus impubertatis, sciens votum esse emissum sui impubis negativè se habere, nec confirmando, nec irritando. Secundum, quod tunc pater, vel tutor confirmat votum sui impubis, quando sciens illud vult ratum, & confirmatum manere.

Si autem rursus queratur, si pater qui semel iam approbavit tale votum, vel ex consensu eius fuit emissum, possit postea irritare. Respond. & sit resolutio 4.

N.7.

Resolutio quarta. Votum factum in impubertate, & in annis illius confirmatum, transactis ijs non potest pater talia vota irritare, quia iam fundus est pater potestate sua, & res, seu votum transijt in rem iudicatam. Imò, & probabilius iudico cum ipso Suarez, etiam ante annum pubertatis votum semel confirmatum, & approbatum non posse ulterius irritari: & ratio est, quia illud decretum patris, magis videtur declarationem, quam concessivum alicuius facultatis, declarat enim pater, quando tale votum confirmat, & ratificat illud votum esse perfectum.

QVÆ.

QVÆSTIO III.

*Verum Episcopi, & alij Clerici, & alie A
Dignitates, possint facere votum
Religionis?*

N. 8.
Resolut.

Episcope possunt votū Religio-
nis simplicem emittere, non ta-
men possunt implere sine licen-
tia Papæ; tenentur tamen, quā-
tum in ipsis est, & quantum possunt cū-
rare de obtinenda licentia, & cum illa
ingredi Religionem, vt dictum est, licen-
tia verò non obtenta, & voto irritato
per Pontificem, excusantur a voto. Sic
Doctores.

De voto autē Religionis, quod quis
emittit ante Episcopatum, iam diximus
c. 2. q. 17. De Ecclesiasticis autem per-
sonis in Ecclesiasticis d. n. tibus cō-
stitutis Episcopo inferri, quibus, dicimus
posse licentia Episcopo petita, & etiam
non obtenta, imò rem esse Episcopo
vovete Religionem, & e tacto ingredi,
ex cap. dux 19. q. 2. & cap. licet de Reg-
ul. quomodo autem eorum Beneficia
conferti non possint alteri pro toto tē-
pore probationis, c. ante professionē,
ex cap. Beneficium de Regul. in 6. de-
bet intelligi, non solum quando habet
ips in re, sed quando ius ad rem, ex Ioā-
ne Andrea, quem refert & sequitur Ba-
chon, in 4. d. 3. q. 30. art. 2. & idem, &
potiori iure dicendum de Præbiteris,
& in Ordine sacro constitutis, de quo
vide D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 7. & ex
mente Bonifacij diximus supra.

Ioa. And.
Bachon.

D. Tho.

QVÆSTIO V.

*Verum conjugati possint facere votum
Religionis?*

N. 9.

Cum hac questione disputatur
alia questio, quæ continet do-
ctrinam annexam, maximè cū
hac de votis castitatis, quæ
conjuges emittunt, nec facile expediū-
tur, nec explicare se credunt. Vbi etiam
in quo differant votum castitatis, seu
continentiæ, Religionis, & virginita-
tis, nunquam nubendi, & similia, & quæ
vota ex ipsis solus Papa dispenset, est
resolendum. Et quamvis ex parte sit
ad hæc resolutum, tamen aliqua restat.
Vnde suppono primò, quod votum cō-
tinentiæ, seu castitatis, aliud est perpe-

tuum, id est, per totam vitam factum:
aliud limitatum, id est, pro limitato tē-
pore. Suppono secundò, quod votum
de virginitate seruanda, seu de non cō-
trahendo matrimonio, quamuis per ver-
ba expressa in perpetuum promittan-
tur, pendet tamen ex intentione vouē-
tis, quod perpetua sint, vel temporaria:
si enim quis perpetuam vouens virgi-
nitatem, intendat solum vouere illam
corporis integritatem, quæ deperditæ
semel non reparari, nec permanere po-
test, tale votum nō est perpetuum pro-
priè, & verè. Si verò vouens virginita-
tem, intendat per illam, castitatem, &
puritatem perpetuam, tunc votum est
perpetuum. Et idem est de vouente nū-
quam ducturum matrimonium. Si enim
intendit, non solum priuari coniugio,
sed etiā carnalibus commixtionibus,
est, idem quod votum castitatis, & cum
in perpetuum vouerit, erit votum per-
petuum castitatis. Vnde sit.

C Resolutio 1. Vota omnia quæ ex na-
tura sua sunt perpetua, solus Papa dis-
pensat: est communis, & probatur indu-
ctione, vt in voto perpetuæ continentiæ,
etiam inter coniuges, & tale est absolu-
tè, quale est illud quod ex comuni
consensu coniuges solent facere, cuius
virtute neuter illorū potest, sub pœna
sacrilegij petere, nec reddere debitum,
& in ijs, & similibus, solus Papa potest
dispensare.

N. 10.

D Resolutio secunda. Ex Epicheia, seu
Egnome, in aliquibus casibus ex dictis
reseruatæ Papæ, potest dispensare Epi-
scopus, vel Ordinarius, & omnes illi
Confessarij seculares, & regulares, qui
privilegio Papæ habent id quod Episco-
pi absoluerent, & hoc non quia aliquo iu-
re sit dispositum, sed quod specialibus,
& in diuiduis circumstantijs occurrenti-
bus in voto aliquo continentæ perpe-
tuæ dispenset, vt contingit in voto illo
castitatis perpetuæ, quod ambo coniu-
ges emittant (quod quidem facere pos-
sunt, cedendo vterque iuri suo petèdi)
quia in casibus qui singulares sunt, quos
non cauit, neque exclusit lex, & credi-
tur prudenter, quod si lex prauidisset
exclusisset. In hoc consistit *egnome*, seu
epicheia, id est prudens interpretatio re-
gis ex actualibus circumstantijs, loci, tē-
po-

N. 11.

poris, & personæ; & alijs: quare si contingat voto huiusmodi factò à coniugatis, quod adfit manifestum periculum incontinentiæ, & non sit possibilis moraliter aditus, vel nec suppetant facultates ad expeditionem dispensationis, poterit tunc Episcopus, aut Ordinarius loci dispensare. Vbi nota, quod non eo, quòd Papæ reservetur dispensatio in voto castitatis, aut aliud, reservatur absolutio de transgressione illius.

N. 12.

Tertia resolutio. In votis continentia temporalis, quæ manifestè talia sint, nempe facta per annum, bionnium, vel alias non dicunt perpetuitatem, potest dispensare Episcopus, Ordinarius, vel qui ex privilegio habeat ipsius casus, & potestatem. Constat resolutio, quia id nullo iure prohibetur. Et deinde, quia ut dictum est, sunt aliqua vota continentia, quæ implicite continentur, & non directe, neque expressè. Extat exemplum, qui voueret perpetuam virginitatem, ut diximus, quæ explicite sumpta est materia perpetua: sed si semel violetur, poterit postea Episcopus dispensare super continentiam, quia votum reuera non erat de perpetua castitate, & continentia seruanda, sed de virginitate, idest de corporis integritate seruanda, & flore virginitatis corporali: sed hoc deperdito semel per actum turpem stupri, cum illud votum non fuerit continentia perpetua, non indiget Papæ dispensatione: & idem dicendum de eo, qui vouit non contrahere matrimonium, quia nec est votum de perpetua continentia, unde non peccabit contra votum, qui non contracto matrimonio cum aliqua alia muliere mecharetur. Huius generis est etiam, & ab Episcopo dispensabile votum, quod aliquis ex coniugibus emitteret perpetua continentia, nam cum non posset absolute à carnali cõmixtione abstinere, eo quod esset impeditus, & priuatus per votum, iure petendi debitum, non maneret perfecte continens. Sit ergo quarta resolutio, ijs præsuppositis.

N. 13.

Resol. 4. Post contractum matrimonium non tamen consummatum, potest facere votum Religionis, quicumque ex coniugibus, & tenetur adimplere illud ex cap. *verum*, & ex cap. *publicum*. Sic Paludan. in 4. dist. 32. quest. 2. art.

Palud.

2. & sic communiter omnes.

A Resol. 5. Non potest maritus inuita vxore, nec vxor non consentiente marito, facere votum validum Religionis, nec illam ingredi, nisi ob notoriã fornicationem carnalem, aut factò legaliter, & iudicialiter diuortio. Argum. capit. *quesiuit*, & cap. *porro*, & cap. *significasti*, de diuort. Tenet hanc etiam Palud. vbi sup. art. 1. conclus. 3. Gabr. ibi art. 2. conclus. 6. & Doctores communiter, specialiter Theologi in 4. dist. 36. & Canonista, tit. de diuort. Syluest. verbo diuortium, q. 13. & verbo votum §. q. 2. Navar. in Man. c. 12. n. 64. Henric. lib. 1. de matrim. c. 17. Et probatur ratione, quia non valet votum coniugis cū præiudicio alterius. Postquam, autè factum est diuortium, non adest præiudicium, vbi etiam ait Sotus in 4. dist. 25. art. 2. conclus. 3. quod si coniugatus ordines sacros recipiat, nisi in dictis casibus fornicationis, aut diuortij, sit irregularis: tenent plures, & Man. Rodrig. in summa, verbo *irregularidad*.

Palud.
Gabriel.

Syluest.

Nauarr.
Henric.

Sotus.

C Huius questionis materiam tractauimus magna ex parte supra, agentes de obligatione, quæ Deo per votum contrahitur, & quale debitum sit maritus, & præcipue soluendum, an quod ex virtute pietatis parentibus, vel illud debitum, quod ex vera, formali, & propria iusticia (nempe illa, quæ reperitur inter homines) debetur creditoribus, ut iudicauit Sixtus PP. V. & nos infra videbimus, & etiam supra tetigimus.

N. 14.

D In hoc tamen loco tâquam magis proprio resoluerè oportet, qualiter se habeat, & qualiter concurrant, vel quomodo se inuicem impediunt, præponenda, vel præferenda sint, huiusmodi obligationes, & ingressus Religionis, quia est euentus, & casus sæpè contingens. Unde omnia quæ in materia hac reperimus per resolutiones explicabimus. Et prius aliqua supponemus in primis.

Sixt. Pa
pa V.

E Suppono primò, quod præter alia media quibus obligatio, & vis voti tollitur, & de quibus est in primis irritatio, & consequenter, ac secundo loco dispensatio, & etiam commutatio, de quibus in suis locis agemus. Est etiam aliud impedimentum, seu potius plura impedimenta, quæ sese offerunt tẽore adim-

N. 15.
Modi
quib. vis
voti tollitur.

adimpletionis voti, de quibus etiam aliqua diximus supra, explicâtes illam ultimâ cōditionem promissionis obligatoriz, quod scilicet non adsit aliqua mutatio status rerum tempore adimpletionis promissionis, nam tunc cessaret obligationis adimplendæ ratio.

N. 16. Supponendum secundo, quod de hoc voto Religionis coniugatorum multipliciter loqui possumus. Primò, si votū Religionis præcesserit matrimonium: & hoc dupliciter, nempè de voto simplici, vel solemnī. Secundo, si matrimonium præcessit votum, & etiam dupliciter, vel potius, multipliciter. Nā primò, vel matrimonium, quod præcessit votum Religionis erat consummatum, quando de adimplendo voto Religionis tractabatur, aut tantum erat ratum, & non consummatum: vel secundo, quando nec erat adhuc ratum matrimonium, id est ritè, & perfectè celebratum: sed tantum promissio facta femina, cū iuramento de nubendo, quando votum Religionis erat faciendum, vel adimplendum: vel tertio, quando sine promissione iurata: sed simplici promissione femina, stuprata fuit: quarto, vel quando non adhuc stuprata virgine; sed dehonotata ex frequenti conuersatione, cum hoc & promissione sine iuramento facta, votum Religionis antea emissam intenditur impleri: vel vltimo, si impediatur impletio voti Religionis antea facti, & quidem simplicis, eo quod reperitur tempore impletionis ligatus homo cum promissione de ducendo in matrimonium feminam, & ab ipsa acceptatam, absque eo quod interuenerit iuramentum promissionis, nec stupratio virginis, nec fame denigratio. *Vnde fit quinta resol.*

N. 17. *Resolut.* Resolutio quinta. Qui voto solemnī Religionis emissio matrimonium contrahere tentauerit, etiam si carnali copula consummer, inualidè contrahit, & matrimonium est nullum, & potius est sacrilegus concubinatus, & facinus flagitiosissimum committit, qui tale perpetratur, & tanquam de Fide Catholica suspectus punitur seuerè à Tribunali sanctæ Inquisitionis, cum contemere videatur Ecclesiæ dispositionē, quæ cōstituit incompatibiles status, matrimonium, & Religionē: iste enim essen-

tialiter consistit (vt vidimus in primo præcedenti huius partis tractatu) in votorum essentialiū castitatis, & aliorum obseruatione, &c.

An verò in Ecclesia sit potestas dispensandi, seu tollēdi obligationem votorum castitatis, & paupertatis, & aliorum essentialium, tractât Canonistæ & Theologi, Malder. Lessius, & alij, & tractat optimè noster Sairus lib. 6. suæ clauis Regiæ, c. 11. à n. 22. vbi modum quo Summus Pontifex, ex grauissima causa, & suæ plenitudine potestatis v-tens, & vices Christi gerens, Religiosum iure serui, & mancipij sibi traditi per solemnia vota liberat, & quasi manumittit, id est de Religioso facit non Religiosum.

N. 18. Resolutio sexta. Si præcessit votum simplex Religionis, & quis matrimonium contrahat, & consummet, seu potius non adhuc consummauerit, tenetur nõ consummare matrimonium, sed votum implere. Et probatur, quia tale votum Religionis, etiam si ante matrimonium, vel post fiat, non sufficit impedire, & adhuc matrimonio contracto, potest valide fieri, & obligare, quantum est de se, si aliqua alia differentia non interueniant, vt matrimonium contractum non preferendum, nec exequendum, id est consummandum sit: ergo, &c.

N. 19. **C** Sexta resolutio. Voto simplici Religionis emissio, si quis matrimonium contrahat, & consummet, grauissimum peccatum mortale sacrilegij committit, & matrimonium validum est, & potest licitè debitum petere, & reddere, & idem est de voto simplici Religionis, quod quis stolidè post tale matrimonium emitteret. Et probatur, quia semper in casu nostræ resolutionis, tempore impletionis voti reperitur mutata res, & nouum adest impedimentum, scilicet matrimonij consummati, quia virtute illius iam vir corporis sui potestatem non habet, sed mulier; nec mulier corporis sui, sed vir, vt illud Religioni mancipet, vnde non requiritur talis voti dispensatio, nec irritatio, cum aliter sit impeditum, vt dictum est.

Vbi notandum, quod in plurium opinione, obligatio voti in isto casu non absolute est ablata, & extincta, sed

quasi sopita, & suspensa; unde si mulier moriatur, renouat votum, & tenetur implere, & Religionem intrare. Sic Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. in responsione ad 2. Sotus lib. 7. de iust. q. 2. art. 1. in responsione ad 3. & 4. dist. 38. q. 2. art. 1. conclus. 4. & Sairus vbi supra lib. 6. c. 7. n. 7 & plures alij.

Caiet.
Sotus.

Sairus

N. 21.

Resolutio 7. Si Matrimonio contracto, & consummato emittat aliquis votum simplex Religionis, hoc votum nullum est, nec indiget irrogatione, nec dispensatione, cum sit de re non sua, & sit in prauidicium alterius, nempe coniugis.

N. 22.

Resolutio 8. Si quis similiter post Matrimonium contractum, & consummatum exotam habens uxorem in longinquam recedat regionem, & ibi alius Religionis habitum sumat, & solemniter professionem emittat, votum hoc Religionis nullum est. Et probatur eadem ratione qua procedens resolutio, quia cum statum Matrimonij habeat, non potest diuersum, & incompatibilem statum accipere aut sumere. Probatur deinde ex parte voti simpliciter, & absolute dicti, quod est, ut vidimus, promissio facta Deo, voluntaria de bono maiori, &c. Cuius definitionis partes non habet illud votum Religionis, quod coniugatus emittit. In primis enim non est promissio, cum non sit relicita, nec sit possibilis talis traditio illius hominis Religioni, quia traditus existens coniugi, Deo, & Religioni per votum tradi non potest, & ex alijs particulis, & conditionibus, definitionis promissionis. Neq; etiam potest dici esse de bono maiori, qualis debet esse promissio voti: nam quauis absolute loquendo status Religionis sit maius bonum, non tamen est maius bonum huic homini coniugato durante Matrimonio, etiam si tale votum esset possibile. Secundo probatur ex parte professionis sollemnis, quae cum sit mutua contractus inter profitentem, & Religionem acceptantem, non sufficit quod quis (quamuis hoc esset possibile) se tradat: sed ad mutuum hunc contractum requiritur etiam quod Religio illum acceptet, & incorporet sibi: hoc autem certum est quod non facit Religio, nec hominem in statu Matrimonij constitutum incorporat Reli-

loc. M

N. 23.

gioni: ergo non valide statum Religionis assumit.

Neque obstat quod in re videtur, non ita pugnare obligatione status Matrimonij cum ijs quae sunt propria status Religionis, cum non sit impossibile coniugato, specialiter si vxor voueat obedientiam, paupertatem, & castitatem.

Et de voto castitatis augetur difficultas, nam neque de essentia status Matrimonij est corporum commixtio; nec implicat, aut impedit Matrimonium conseruari eo quod votum castitatis quicumque ex coniugibus ex consensu alterius emittat, imo & hoc saepius contingit, & quod coniugati etiam in coniugio viuentes (Deo gratiam) castitate, & continentiam colant, communi quidem concubitu, rei familiaris administrationi assidentes, & praeterquam in thoro in omnibus vt perfecti quidem, & veri coniugati se gerentes.

Nam responderetur nec esse modum viuendi hunc villo modo, quem per emissionem votorum Ecclesia constituit, neque hanc paupertatem, castitatem, & obedientiam (in quibus essentialiter ratio status Religionis consistit,) petit, nec admittit status Matrimonij, in quo mutua est traditio, voluntatis, usus, & administratio bonorum, possessio, dominium, placere viro aut vxori, cogitare quae sunt mundi, & similia, quae, & plura alia considerans Ecclesia, hos status sic incompatibiles iudicauit, & constituit.

Resolutio 9. de concursu voti Religionis cum sponsalibus, seu promissis de Matrimonio contrahendo, quando voto Religionis simplici emisso, datur quis feminam fidem ducendi in Matrimonium, & fuit promissio iurata, tunc impeditur obligatio voti Religionis, & Matrimonium iuratum debet contrahi. Vide P. Thom. Sanchez lib. 1. de Matrimonio disp. 45. nom. 3. & Ioanem Sanctium disp. 8. n. 13. & 14. vbi sic resoluuntur ex cap. commissum de sponsalibus, & ex mente Pontificis quomodo consulendum sit (vt verbis Pontificis loquamur) tutius tunc esse prius contrahere Matrimonium, & postea (si elegerit) ad Religionem migrare. Et rationem adduximus quare in hoc casu quauis Matrimonium non sit contractum, adhuc impediri debet Religionis votum, &

B

C

D

E

31. M

N. 24.

Thom.
Sanchez
Ioannes
Sanctius

ingressus, si ad fiat sponsalia cum iuramento firmata, quia sanctitas voti implendi, & sanctitas iuramenti concurrunt, & in equilibrio præponderat ratio obligationis iustitiae, seu saltem fidelitatis promissionis feminae factae.

Ex quibus colliguntur duo valde notanda, quae ex mente Papae deducuntur; primum quod si tenori iuramenti satisfiat sufficienter, per solam Matrimonij solemnem contractionem, & celebrationem, eo quod iurans promissionem nil aliud intendit, nec de consummando Matrimonio aliquid cogitavit, nec aliter promissio facta, iurata, & acceptata est; contrahendo Matrimonium, vel illo sic contracto, poterit tutius eligere ex mente Pontificis iuramentum Matrimonij sic implere, & statim sine illius consummatione Religionis votum executioni mandare. Secundo colligitur, quod si quis promissio Matrimonium contrahendum, & consummandum, & taliter acceptata fuerit promissio, & in hoc sensu iurata (quod quidem etiam si ita expressè non dicatur ex modo promittendi, & acceptandi vir prudens coniecit) tunc Matrimonium contrahendum est, & consummandum, & obligatio voti cessat.

N. 26.

Resolutio 10. Si data fide, & promissione facta, & acceptata feminae de Matrimonio cum illa contrahendo, quae simplex promissio sit, id est non iurata, & verbum iurata non sit, aut aliquid honoris, vel famae considerabile ex frequentiori commercio hac occasione Matrimonij contrahendi habito deperdidit, in hoc casu votum simplex Religionis si factum fuerit, non debet impleri; sed femina in matrimonium duci, eo modo quo supra explicuimus, in hac parte tractatu 2. c. 1. q. 3. n. 24.

N. 26.

Vazq.
Basil. de.
Leon.
Ioannes.
Sanctius

Et probatur ex doctrina Vazquez tom. de Eucharistia disp. 209. num. 20. Basilij de Leon lib. 5. de Matrimonio, cap. 20. Caietani, & aliorum, quos refert, & sequitur Doctor Ioannes Sanctius, in suis selectis, disputationibus disp. 8. n. 1. & 5. senserunt auctores, ubi de illo qui voto simplici Religionis emisso, debet tunc ex promissione facta postea femina cuius honor denigraretur, ex iuramento sparsa, & Matrimonio non secuto, sentit iste auctor, quod iste homo, a Ma-

trimonio non debet cessare, imo contrahere Matrimonium ducendo feminam, & citat Gabrielem Vazquez allegato loco, & Thomam Sanchez, qui 1. lib. de Matrim. disp. 45. n. 3. in huiusmodi casu id tenet, & expressè affirmat consuluisse Salmaticæ eximios illius Academiae Doctores, & ex communi consensu declaratum, quod quamvis fide data feminae, sine stupro quidem, nec honoris, aut famae dispendio, votum simplex

Thom.
Sanchez

Religionis debeat ante vel prius factum executioni mandari, & praeferi promissioni factae feminae, & eius commoditati: tamen si lesus honor, vel denigrata fama, aut virgo violata, ex iustitia obligant, cessat obligatio implendi voti, & eius sanctitas (quamvis excellentioris virtutis, nempe Religionis) & absque alia causa, nec quod promissio fuerit iurata (quod in hoc casu non requiritur) neque contra hoc est quod assertur ex cap.

commissum de sponsalibus, ubi dicit Pontifex (ut vidimus) quod tutius est Matrimonium contrahere, & postea si elegerit ad Religionem migrare; nam quantum ad hoc quod est relinquere Matrimonium contractum propter Religionem, intelligendum est si promissio facta feminae non fuerit iurata, nam tunc in Matrimonio deberet (ut intendit) perseverare, & etiam si stupratio, vel infamatio feminae cum solo ingressu in

et. 11

Religionem, absque perseverantia in illa, restauraretur. Et confirmatur, quia ut dicta q. 3. c. 2. tractatus secundi manet probatum, obligatio ex formali iustitia, & propria, qualis est illa quae inter homines reperitur, quamvis sit inferior illa quae, & patri ratione pietatis, & Deo, ratione Religionis reddimus obsequium, & cultum debet, obligat magis quam illa, quae propter rationes ibi dictas non proprie participant rationem iustitiae.

N. 27.

Resolutio 11. Si promissio facta feminae, non quidem iurata, nec integritate, aut fama deperdita, sed perfecta, simplex, & pura promissio, imo, & Matrimonium contractum, prius fiat, & Matrimonium non sit consummatum, & tunc quis voueat Religionem, hoc votum tenetur implere: secus autem si Matrimonium sit consummatum, promissio iurata, vel femina lesa in honore,

N. 28.

aut

que integritate, nam tunc siue votum simplex Religionis præcesserit, relin-
quendum cum gravissimo peccato, ut
supra resolutione 5. num. 20. siue hoc
votum Religionis ijs precedentibus,
sed bona fide ex motu indiscreto devo-
tionis in aliquo periculo, ac per confe-
quens, sine peccato, tale votum Reli-
gionis non debet impieri. Et ratio est,
quia sicut homo per simplicem promif-
sionem, & per sponsalia, & matrimoniū
solum contractum, non ita perfecte pri-
vetur dominio sui corporis, & personæ
vinculo perfecte iustitiæ, quod non re-
maneat dominus suæ personæ, ut illam
Deo non possit tradere, & mancipare
vinculo voti. Sic, si per iustitiam for-
malē, ex honore detractō, aut integri-
tate, sit adlicitus feminae, vel ipsi tra-
ditus per carnalem commixtionē, ma-
net priuatus dominio sui corporis; ita
ut adueniente tēpore adimplendi obli-
gationis voti Religionis mutata est
res, & conditio debitoris voti; & sic
cessat obligatio, quia iam sui corporis
potestatem non habet.

N. 29.

An autem in casu quo votum Reli-
gionis maneat impeditum, sopitum, vel
suspensum, quod quidem prius fuerit
factum, & incuitu matrimonij, quod
debeat, ut dictum est, contrahi, & celum
consummari (quia sic promissum fuit,
& confirmatum iuramento) tunc ad
debitum exigendum, & soluendum, te-
neatur qui Religionem vouerat, petere
prius dispensationem voti à Papa, si
adsit possibilitas, qui non poterit iuste
negare, vel aliter ab Episcopo & supra-
numi 13. in fine.

Respondetur, diuersum modum esse
tollendi obligationem voti, hunc de
quo infra: certum est enim, quod cum
votum solū sit suspensum pro vita con-
ingis, pro castitate petere debet dis-
pensationem, quia eius votum includi-
tur in Religione: diuersum verò in præ-
senti questione agimus, ab ijs quos in
4. cap. & etiam in 3. huius tertij tracta-
tus disputauimus. In presenti enim so-
lum agimus de obligatione implendi
votum impedita, quia quando implen-
da foret reperit materiam mutatam,
& eum qui vouit se tradendum Reli-
gioni irretitum debito contrahēdi ma-
trimonium, & se traditum, vel debitorē

hondri formine, iuramento, vel facti
matrimonij contracti. Sicut enim ne-
cessitas grauissima superueniens patri
illius, qui vouerat tollit, vel suspendit
obligationem voti Religionis, sic debi-
tum ex iustitia feminae de nouo con-
tractum. Vtrumque enim est causa dis-
pensationis.

QVÆSTIO VI.

Utrum seruus possit facere votum
Religionis?

B

Respondetur, & sit resolutio ne-
gatiua. Et probatur, quia nul-
lus firmiter promittere potest
rit ea, in quibus alteri est in-
iectus, & in præiudicium illius: sed ser-
uus subditus est domino in omnibus
suis actionibus: ergo dominus annulla-
re poterit quæcumque vota, quæ in sui
ipsius dominij præiudiciū vouerit, quæ
le est votum Religionis.

N. 30.

C

Et adhuc cū distinctionē est loquun-
dam, nam quamuis cum irritatione di-
recta, adhuc cum potestate dominati-
ua, ad quam pertinet, non possit domi-
nus aliqua vota irritare, eo quod non
habeat potestatem hanc dominatiuam
super voluntatem serui, & eius animæ,
secundum quas à natura constitutus est
liber, nec tale dominium sit introductum
iure gentium. Tamen, ea parte qua hu-
iusmodi vota serui sunt in præiudicium
domini, & suæ dominatiuæ potestatis,
potest illa irritare, irritatione quæ di-
citur indirecta, quia actiones serui sunt
sub potestate domini, & sic illas quas
seruus voueat potest dominus prohibe-
re, & alias pro illo tempore, & loco fa-
ciendas præcipere, & etiam alia specia-
li ratione, quia talia vota, & etiam vo-
tum Religionis, quæ seruus emittat, in-
cludunt hanc conditionem. Si domi-
nus consenserit, vel saltem, si non con-
tradixerit: quare si seruus faciat votum
Religionis absolutum, id est, sine dictis
conditionibus non obligat, præcipue si
votum adstringat ad tempus seruitutis.

D

Sic in cap. si quis seruum 17. q. 4. & idē
est si seruus voueat peregrinationem,
& similia quæ non obligant, nisi secun-
dam prædictā conditionē: secus autē de
illis votis personalibus, quorū execu-
tio

tio

*Vota que
potest ser-
uus emit-
tere.*

Suarez.

N. 31.

rio domino non nocet, vt de castitate seruanda, breui oratione, auditione Missæ in festo, & similibus, vel etiã si hæc vota faciat pro tempore liberratis impleda, vel etiã de bonis illis quæ sibi reseruauit in pacto vëditionis. Vide Suarez 2. tom. de Religione lib. 6. de voto cap. 4. pag. 1148.

Quid vero dicendum sit de voto quod emitat famulus aliàs liber, & solum pro anno v.g. vel determinato tēpore, pro certo stipendio conductus ad exercendum certum opus, seu artem, vel ministerium. An huiusmodi possit vouere Religionem, vel aliquod vôtum emitte- re, quod impediat munus seu occupatio- nem debitam ex pacto. Horum reso- lutio pendet ex ijs, quæ parte secunda tractatu 2. sumimus, & interim sit se- cunda resolutio.

Secunda resolutio est sub distinctio- ne. Pro qua notandum, quod famulus sic conductus, potest esse filius familias sub patria potestate patris constitutus, qui necessitate compulsus intendit conuer- tere in sui sustentationem, & egestatis subleuationem sui filij lucra, & opera, & sic illum conducit, quod Hispanè dicitur *afoldadar, o poner a seruir*. In hoc casu cum herus, aut dominus, vel domus habeat ius domini, quod transtulit pa- ter, quãdo filium locauit, poterit actio- nes sui serui impedire, quæ incompati- biles sint cum executione ministerij ad quod seruam conduxerunt: et si pro tē- pore quo votum Religionis emisit erat impubis, & per consequens irritabile à patre, duplici titulo ab ipso, & à domi- no irritari potest: à patre irritatione di- recta, quia votum ex imperfecto ratio- nis vsu est infirmum, & sub confirmatio- ne patris; & quia præiudicat dominiũ patriæ potestatis, & ius quod habet pa- ter conuertendi in sui sustentationem lucratiuas actiones filij indirecta irrita- tione, vnde si pro determinatio tempore v.g. anni, famulus vouerit etiã Hos- pitalis pauperibus assistere, nullum est.

N. 32.

Respondetur ergo ad dubium pro- positum, quod si tale opus, & pro tali, & eodem tempore, quo filius, & eius ope- ra ex iustitia, mediante conductione, & locatione voueat famulus, vt visitatio- nē infirmorum quotidianam pro priua- tis omnib; illius anni diebus, Missæ au-

ditione, & similes occupationes. Tunc tanquam promissionem quam sic vo- uens facit de re non sua, poterit do- minus, herus, vel dominus domus irri- tare, si aliter non possit rescindere cõ- tractum conductionis, vel locationis famuli cum ipso, aut ipsius patre inito, & de filio aut famulo impube delega- ta potestate patris: nam vota illa quæ talis filius impubes fecerit habent sub- intellectam conditionem (vt diximus) si cõserit pater meus, aut qui eius vi- cem gerat, & eius potestatem habeat qualis est dominus famuli in hoc casu nostro, si autem Religionem vouerit talis famulus, qui sit simul filius pubes, id est plus quatuordecim annorũ, nec dominus, nec pater eius votum irrita- re valebunt, neque executionem impe- dire, pro quocumque die habitũ velit assumere, & pro rata pretium accep- tum pro tempore conductionis non im- pleto dominus famuli potest à patre cõ- ductore repetere: quæ omnia intelli- genda sunt, dummodo pater ad maxi- mam egestatem nõ deuenit, nam in tali casu, si stipendio sui seruitij, vel ali- ter suo labore ope filij sustentetur, non solum potest, sed debet executionem voti Religionis differre, vsquedum pa- ter vel parètes decedant, vel cesset gra- uissima ipsorũ necessitas. Quod cõ- stat, nam etiã professus Religiosus, vt suo loco dicemus, in tali casu ab exe- cutione instituti deberet liberari, ab obligatione essentialium votorũ nulla- tus liber.

Et per hoc fit satis quæstioni pro- priæ huius loci, an per huiusmodi pa- rentum necessitatem filius maneret le- gitime, & sufficienter impeditus a vo- to Religionis implendo, & à sumen- do Religionis habitu, saltem dum ne- cessitas ipsa durat, sed quia grauis quæ- stio est, de ipsa ex professo tractabimus infra.

Vbi notandum pro hoc voto Reli- gionis impedito, hac dicta causa, & ex alijs causis, alijs votis Religionis im- peditis similiter, vt quãdo pro vita fœ- minæ, cui ex iustitia debetur Matrimo- nij contractio, suspenditur simile, aut emissum votum: quod cum nõ sint ex- tinctæ, sed suspensa tantum, non libe- rat à dispensatione.

N. 33.

CA.

CAPVT TERTIVM.

Quenam vota possint Religiosi emittere, quæ teneantur implere, & an illa possit irritare Prælatus.

CONTINET QVÆSTIONES 13.

Questio prima. *Verum Religiosus possit licite aliquod votum emittere.*

Questio 2. *Verum in particulari possit Religiosus aliqua vota facere, & quæ vota non possit.*

Questio 3. *Verum omnia vota Religiosorum possit Prælatus irritare.*

Questio 4. *Verum Prælatus Regularis possit in presenti irritare omnia vota illa, quæ Religiosus fecit cum conditione implendi quando sit superior, v.g. Episcopus, quod sperat.*

Questio 5. *Verum possit Prælatus Religionis irritare vota Religiosi emissa ante Religionis ingressum.*

Questio 6. *Verum Prælatus regularis possit irritare vota Novitiorum.*

Questio 7. *Verum vota Religiosi de licentia Prælati emissa, vel quæ ipse confirmavit, possit ipse vel eius successor irritare.*

Questio 8. *Qui sint superiores regulares quæ habent hanc potestatem irritandi vota subditorum.*

Questio 9. *Verum aliquis extra Re-*

A *ligionem possit irritare regularium vota.*

Questio 10. *Verum Abbatissa, & alia feminarum Prælatæ, possint vota subditorum irritare.*

Questio 11. *Verum requiratur aliqua causa ad irritandum vota subditorum.*

B *Questio 12. Verum peccet Religiosus petendo sine causa à Prælato irritationem alicuius voti.*

Questio 13. *Verum si subditus petat licentiam ad faciendum opus quod vovit, non dicendo se votum de illo emisisse, an in isto casu, si licentia negetur maneat irritatum votum.*

C



Vanis eâ quæ in hoc capite tractantur, ad tractatus, & capita de iam professis pertinere potius videantur: tamen ut absoluta manent ea omnia quæ ad vota in comuni pertinent, hic de crevimus de illis agere, unde sit.

N. 1.

QVÆSTIO I.

Verum Religiosus possit facere licite aliquod votum.

R *Espondetur supponendo, posse aliquem aliquod votum facere licite, aliud*

N. 2.

aliud esse: ab hoc quod est, illud tale vo-
tum licite factum, esse validum, & aliud
esse etiam quod tale votum sit infirmum,
id est quod possit irritari ab aliquo po-
testatem habere: quo supposito sit pri-
ma resolutio.

Potest Religiosus plura vota valida
facere, etiam sine consensu superioris:
sic tenet Suarez 1. tom. de Relig. lib. 4.
de voto cap. 6. Greg. Sairus c. aut Reg.
lib. 6. cap. 5. n. 18. & probatur ex cap.
Monachi. 20. q. 5. vbi dicitur sic si autē
vouerit (id est Monachus) frangen-
dum est (id est votum) vbi notanter di-
citur frangendum est, quasi ipso iure nō
sit factum, aut nullum. Et Iulius II.
in quodā vniuerso oraculo absoluit
moniales a votis, & iuramentis, & ita-
tur de cetero, ut istarum vota aut iu-
ramenta si fiant non obligent ad pecca-
tum mortale. Sic Ioannes de la Cruz
in Epitome de statu Religionis lib.
1. cap. 6. vbi paulo ante aduertit pri-
uilegia deperdita per non usum, aut re-
uocata, esse de nouo per Paulū V. cō-
firmata, & idem concesserat Benedicti-
nis Castiensibus Eugenius III. &
Hispanis, extenderat idem Iulius II.
anno 1505.

Suarez.
Sairus

Ioannē de
la Cruz.

QVÆSTIO II.

Quæ vota in particulari possit Reli-
giosus emittere.

N. 3.
Genera
votorū
quæ pos-
sunt Re-
ligiosi
emittere

Præ explicatione notandū mul-
tiplicem esse actionem Religio-
sorum, quæ sub eorum voto ca-
deret potest. Primi generis sunt
opera quæ per legem diuinam, vel per
Regulam aut suas constitutiones sunt
præcepta. Secundi generis sunt ea, quæ
nec prohibentur, neque præcipiuntur,
etiam si sint optima, & in consilio, nec
in aliquibus Religionibus prohibean-
tur vt non fiant sine licentia Superio-
ris, aut tali vel tali tempore. Tertij
generis sunt ea, quæ sunt supra regulā
v. g. transitus ad arctiorem Religionē.
Quarti generis sunt ea, quæ prohibita
sunt in regula, vel alijs.

Notandum secundo melius esse, &
maioris meriti opus quod fit ex voto,
quam si sine voto fiat: quod ex ratione
constat, quia quo maiore amore alteri

astringimur, eo maiori vinculo ad eius
obsequium volumus ligari: deinde quia
in hoc maiori vinculo stringimur, seu
potius maiorem animi affectum exer-
cemus, immo, & quoties nouum vincu-
lum adiicimus, donum nostrum con-
seruamus, & confirmamus, & quasi con-
tinuatē promissionem, & donum præ-
stamus.

Notandum tertio, quod quantum fa-
cere votum, sit actus Religionis, sicut
& actus ipse soluendi seu implendi vo-
tum emissum, cum vterque, ex hac par-
te sit actus iustitiæ, late dicitur, quia Re-
ligio pars est virtutis generalis iustitiæ
potentialis solum, & non subiectiua:
tamen inter hos actus est maxima dif-
ferentia, nam actus vouendi Religio-
nē, multo minus participat, & accedit
ad rationem verā, & formalis iustitiæ,
quæ nititur in cōtractu, & cōuentione,
nā nil horū reperitur in actu mere vo-
uendi, nec ad actum vouendi præcedit
nec adest aliqua æqualitas; ac vero in
actu implendi votum iam antea emis-
sum, quantum æqualitas aliqua non sit,
(nec creatora aliquo modo possit fa-
cere nec reddere æquale creatori, prop-
ter infinitam distantiam) tamen cum
intercedat in hac solutione voti, & præ-
cedat pactum, & promissio, in imple-
tione voti antea facti, adest ibi ipse
actus implendi votū Deo, qui est actus
Religionis (sicut & vouendi) & supra
hoc est actus fidelitatis, quæ implens
promissum, & etiam est virtus, pars etiā
potentialis, formalis, & propria iusti-
tiæ, & simul habet magis accedere ad
æqualitatem, quæ mediante pacto ali-
qualiter constituitur; quæ in actu vo-
uendi non reperitur, quibus suppo-
sitis responderetur ad quæ sit, & sit.

Prima resolutio, valida sunt, & licita
vota quæ Religiosus faciat rerum pri-
mi generis. Probatur, quia si quis v. g.
non iurare, non mentiri, non furari, re-
citare horas canonicas extra deputa-
ta tempora, non comedere, aut bibere,
non eligere, aut suffragari ad officia Re-
ligionis, nisi quem ipsius constitutio-
nes declarant, & indicant capacem, &
aptum, & similia; nulli dubium esse po-
test quod talia vota licita sint, & vota
quidem perfecta, ac secundum defini-
tionem voti, ac per consequens obliga-
tia

N. 4.

N. 5.

toria in conscientia, dum si Prælato nõ irritantur. Tenent Authores præcedenti quæst. citati, & D. Thom. 2. 2. quæst. 38. art. 3. & art. 12. ad secundum. Probatur deinde, qui ista dicta materia votorũ, de qua diximus, est materia propria quæ possit votari. Et ex alia parte Prælati non potest prohibere observantiam præceptorum: ergo, &c.

N. 6. Nec valet dicere, includi in tali voto conditionem, *Si Prælati placuerit*, & per consequens obligare, donec Prælati consentiat, & non ultra, nec aliter. Hoc, inquam, non obstat, nam conditio ad hæc vota, quæ ad summam admittitur inclusa, solum est, *Dum Prælati non sit contrarius voto, aut illud contradicat*: nam si cõtradicat, certum est irritare sic posse tale votum, illõ autem non contradicente, etiam si ignoret tale votum, validum est. Et ratio est, quia Religiosus non ita caret dominio, seu potestate suæ propriæ voluntatis, ut ad usum licitum, & validum, semper indigeat positivo cõsensu Prælati, quia hoc nullo jure probari potest esse necessarium, præcipue cum in ijs quæ ad Deum sunt, & ut notabiliter, gratiora ipsi, præcipuus Dominus voluntatis, & cui principaliter tradita est per votum, est Deus ipse, ac ideo non credendum est, velle illam existere ligatam, quin ad ipsum magis, ac magis sitientem, pedica, ac compe de consensu expectandi Prælati præpediatur.

N. 7. Resolutio secunda. Vota secundi generis operum, scilicet, quæ nec sunt prohibita, nec præcepta lege communi, nec particulari, v. g. de feciendis quotidie Psalmis septem penitentialibus, vel vacandi orationi mentali, per taxatum tempus omnibus diebus, audiendi, vel celebrandi Missam quotidie, & de similibus operibus studiofis, & supererogationis valida sunt, & statim obligant, quamvis talia vota includant supradictam conditionem, *Nisi*

D. Tho. Prælati prohibuerit. Est D. Thom. ubi sup. art. 8. in corpore, & ad tertium. Et probatur, tum ratione præcedentis resolutionis, tum etiam, quia materia talis voti de se bona est, & non prohibita, ut supponimus, & promissio quam includit votum debeat esse de re licita. Secunda pars, scilicet, quod includat

illam conditionem, *Nisi Prælati prohibuerit.* probat D. Thom. loco citato, quia nullum est tempus in quo Prælati non possit præcipere subdito, & disponere, quid in illa hora agere debeat. Vnde ille Religiosus, qui tale determinatum pensum, pro quolibet die, vel pro omnibus, & singulis diebus assidet, v. g. orationi mentali, sibi imponit per votum, præjudicat potestati Prælati, qui potest iniungere tali suo subdito assidentiam infirmo, vel simile opus per omnes horas totius diei, & per consequens, quod non liceat vacare promissæ orationi mentali quam vult, & si talis dicta conditio inclusa non esset in voto Religiosi, fuisset factum in præjudicium Prælati, & eius patriæ potestatis, & œconomice.

N. 8. Quod si istes, an huiusmodi votum sit validum: si quod vouetur licitum quidem sit, & secundum statuta, vel regulam alicuius Religionis: at vero secundum illam, prohibetur, illud si sine licentia fiat, v. g. actus mortificationis penitentis, & macerationes carnis, & orationis plures, & priuatas horas, & abstinentiis, quæ in Regula sancti Benedicti cap. 49.

Respondetur esse validum tale votum, nihilominus non obligare tale votum ad executionem, nisi expleta conditione licentiæ Prælati, quæ est conditio assidentia ibi inclusa, scilicet, *Si Prælati licentiam dederit.* Nam interim suspenditur obligatio implendi. Ita colligitur ex D. Thom. dict. art. 8. ad 3. & 4. & ibi Caiet. dub. 1. & ibid. Sotus, & alij cum Nauarro. Et probatur, quia si talis conditio ibi non fuisset subintellecta, votum esset de re mala, vel saltem contraria regule, & perfectioni: vnde si etiam ultra aliquis voueret id facere sine licentia Prælati, quod votum adhuc esset iniquius, nullomodo obligaret, quia esset de re, quæ contradicit directè regulam.

N. 9. Sed quæret adhuc, an tale votum inducat obligationem ad petendam licentiam à Superiore, ad faciendum illud opus, quod per regulam præcipitur fieri cum licentia, & non aliter.

Respondetur, & sit tertia resolutio. **N. 10.** Votum rerum tertij generis, scilicet de tran-

2
11112

N. 8.

11112
11112

N.

D. Tho.
Caiet.
Sotus
Nauarro.

11112
11112

N. 9.

N. 10.

transcundo ad arctiorem Religionem, & alia quæ sunt supra regulam, adeo validum est, vt nec Prælatus possit illud irritare. Sic omnes Doctores ex cap. licet de Regularibus, vbi Monachis conceditur libera facultas transcundi ad arctiorem Religionem, petita tamen, licet non obtenta licentia, & ratio dicti capituli est, ne tolleretur alioquin spes transcundi ad arctiorem Religionem, si penes superiorem esset potestas irritandi huiusmodi votum.

N. 11. *Bull. Eugen. 4.* Quod si dubites, an includatur huiusmodi votum in concessione Eugen. III. Bulla 7. num. 12. & 9. num. 6. de dispensando in omnibus votis præter votum Religionis.

Respondetur affirmatiuè. Tum quia prædictum votum non est absolutè, & propriè loquendo votum Religionis. Tum quia vtendo permutatione iniungendo aliquam penalitatem pro laxiori vita illius, quam de nouo eligit Religionis, securius adhuc fiet.

N. 12. Resolutio quarta. Vota quarti generis, scilicet de actibus prohibitis legitime, vel per regulam, præceptum, legem, vel alias, nulla sunt, nec aliquam obligationem inducunt, vt si quis voueret post Completorium, & ad primam noctem visitare quotidie Religiosos sui Conuentus detentos in carcere, in Religionibus sub regula S. Benedicti, per quam id prohibetur, per se, & quia post Completorium præcipitur silentij observatio per speciale mandatum, & in similibus, vel si prohibito aditu talibus horis ad nemus Monasterij, in scio (forte) Religioso faciat votum de visendo ibi sito heremitorio, eo ipso tempore aut horis, quod nullo modo obligaret, nec tenetur Religiosus tali voto facto petere licentiam ad faciendum taliter prohibitam rem, nec dispensationem sui voti, quia in se nullum est, cum non fuerit voluntarium, & ignorantia, vt constat, tollat voluntarium, quare, si tale sciret non voueret. Sic Arag. 2. q. 88. art. 8. conclus. 7. & idem tenet esse dicendum, si voto iam emisso de aliqua simili actione, aut refacienda Abbas, seu Prælatus rem promissam prohibeat in particulari, vel generaliter: tunc enim cessat obligatio voti. Et probatur rursus, quia non cen-

A setur velle se obligare Religiosum voto, stante prohibitione, quia esset de re non licita. Imò & quando vouit, habuit subintellectam conditionem suum votum, scilicet, nisi Prælatus prohibeat. Quod quidem sic debet intelligi, quod persistat idem Prælatus, nam si moriatur, vel deponatur prohibens rem, quæ promissa est voto, illius obligatio non cessat, imò illo prohibente ablato, vel mortuo, resurgit obligatio voti, cum non fuerit absolutè ablatum, vel irritatum.

QVÆSTIO III.

Vtrum omnia vota Religiosorum possit Prælatus irritare?

P Ro intelligentia huius materiae est supponendum in primis dupliciter, posse aliquod votum irritari. Primò per se, & directè, id est ratione ipsius voti, quia, scilicet aliquis habet potestatem super voluntatem vouentis. Secundò indirectè, id est ratione materiae voti, quia scilicet, est impeditiua dominij quod aliquis habet.

Suppono secundo, ex ijs quæ ex professo tractauimus 2. par. tract. 3. Prælatum regularem habere super subditum regularem multiplicem potestatem, dominatiuam scilicet, & gubernatiuam, quæ multiplex est, patris, æconomica, & politica, seu iurisdictionis.

Suppono tertio, quod irritatio directæ, quæ est respectu ipsius voti, & voluntatem ipsam vouentis, pertinet ad potestatem gubernatiuam, cuius est dirigere actus voluntatis: sicut irritatio indirectæ, quæ est respectu materiae ipsius voti, pertinet ad potestatem dominatiuam, quamuis etiam dominium, & dominatiua potestas exerceatur in irritatione directæ, siquidem Prælatus disponit de voluntate sui subditi regularis, sicut dominus de actionibus corporalibus, & exterioribus serui, traditus enim fuit per voluntariam sui venditionem, quando votum obedientiæ emisit; quod quidem conformius est, quam quod huiusmodi venditio, vel traditio fiat per votum paupertatis, quod circa bona externa versatur, & non circa interiores actiones.

F Sup-

N. 15. Suppono quarto, tripliciter contin-
gere aliquem vouere. Primo, si quis fa-
ciat votum de re, quam per se prestare
potest, & est votum personale. Secun-
do, si voueat disponere de aliqua re, &
est votum reale. Tertio, quando votum
est de aliqua actione, que sine expensis
fieri non potest. Exemplum primi voti,
quod personale dicitur, est quando quis
vouet orare, Missam audire, ieiunare,
& similia. Exemplum voti secundi,
quod dicitur reale, est quasi de donan-
do aliquam rem, soluendo, mutuando,
vel dandi eleemosynam. Exemplum
tertij, quod dicitur votum mixtum, est
si voueat quis peregrinationem, actio-
nem, vel obsequium in gratiam alterius
faciendum, aut quid simile quod requi-
rat, & personalem operationem ad
quam necessario sumptus, & expensæ
requirantur. Quibus suppositis.

N. 16. Sit resolutio prima. Possunt Prælati
Religionum irritare vota subditorum
regularium indirectè, seu irritatione
indirecta, quæ versatur, vt diximus cir-
ca materiam voti. Probat, quia rati-
one voti obedientiæ, & eius virtute
pendet à Prælato suo Religiosus in
omnibus actionibus suis, vt ait D. Th.
2. 2. q. 88. art. 8. ad 3. scilicet, quod in
quolibet tempore habet Prælatas po-
testatem occupandi suam subditam in
operibus sibi benè visis regulæ, seu in-
stituto consentaneis. Vnde materiam
voti, quæ impeditiua sit, vel possit esse
potestatis Prælati potest dicta irrita-
tione indirecta annullare, & irritare.

N. 17. Resolutio secunda. Potest Prælatas
Religionis, etiam directa irritatione
irritare vota Religiosorum subdito-
rum, tollendo obligationem voti,
etiam si votum sit de materia quæ nul-
lum illi, vel suæ cuiusque potestati
præiudicium afferat, & materiæ quæ
quidem ab illo non posset alias pro-
hiberi, qualis esset de obseruantia le-
gis communis (& aliis obligatoriæ)
vel regulæ, v.g. si Religiosus faciat vo-
tum de non mentiando, quod quidem
Prælatas non potest impedire, id est
obligationem huius præcepti de non
mentiando, quia non potest præcipere
(imò nec permittere) quod quis men-
tiatur, nec statuere quod dicitur men-
tiari. Et tamen votum factum de non

mentiando, potest Prælatas suo subdi-
to regulari irritare, irritatione inquam
directa. Sic Suar. vbi sup. lib. 6. de voto, *Suar.*
c. 7. n. 3. & Sair. clau. Reg. lib. 6. c. 10.
n. 8. qui citat plures Authores. Et pro-
batur, quia Religiosus, vt infra 2. p. tra-
ctat. 3. per professionem obedientiæ, &
paupertatis, ita subditur suo Prælato,
vt respectu dominij bonorum, & sui ip-
sius, sit tanquam seruus: respectu vero
suarum actionum, & dispositionem suæ
voluntatis, sit tanquam pupillus, sub tu-
tore non habens velle, vel nolle: sed de-
pendeat ex voluntate illius, cuius im-
perio se subdidit, & quem vice Dei su-
pra caput suum constituit, vt dicitur in
cap. si Religiosus, de elect. in 6. Deinde,
quia consuetudo, & vniuersa Religionum
declarauit hanc subordinationem Reli-
giosæ Prælato suo tale esse, vt sine or-
dine ad eius consensum, nullam firmam
faciat obligationem.

N. 18. Est tamen aduertendam resolutio-
nem, & declarationem hanc esse intelli-
gendam de votis illis simplicibus, quæ
in illa Religione debent, & possunt ad-
impleri, vt excipiamus vota essentia-
lia, quæ nullo modo subiiciuntur irri-
tationi Prælatorum, & votum tran-
seundi ad arctiorem Religionem, quæ
quidem vota ex communi Doctorum
consensu à Prælato non pendent, vt pa-
tet ex Caiet. Soto, & alijs vt supra, & *Caiet.*
Nauar. in consilijs, cons. 30. de voto, & *Soto.*
sumitur ex cap. licet, de regular. vbi no-
tandum proijs, & attendis in hac mate-
ria de potestati Prælatorum regula-
rium, ad irritandum vota subditorum,
intelligenda esse subditorum regula-
rium vota, non subditorum secularium,
si illos contingat habere quemadmo-
dum habent in Hispania Abbates plu-
rimorum Monasteriorum, & etiam alij
Prælati regulares, qui tales sint qui in
populis, & incolis laicis, & Ecclesiasti-
cis personis iurisdictionem Ecclesiasti-
cam exercent. Quomodo autem indire-
cta irritatione subditos, & etiam lai-
cos. Episcopi, & alij Prælati possint à
votis liberare, & nullomodo irritatio-
ne directa. Explicat optimè Suar. 2. to. *Suar.*
de Religione, lib. 6. de voto, cap. 2.
& idem ibi de principibus lai-
cis circa vassalorum
vota.

QVÆSTIO III.

Vtrum Prælatus regularis possit irritare omnia vota illa quæ Religiosus fecit, cum intentione imp. endi quando esset sui iuris, verbi gratia. Episcopus, vel aliter exemptus, aut liber ab obedientia.

N. 19.

Explicatur difficultas cum appositione casus, qui esse posset. Si quis sperans se ad Episcopatum assumendum, votum faciat se in Synodo (vel aliter) constituturum, ut talis sancti dies sit festum obseruandum, & tale corpus venerabilis, & laudabilis viri defuncti, & ossa eleuentur; & de illius beatificatione tractaturum. Quo supposito.

Syluest. Sotus.

Greg. de Val. Azor.

Respondetur, & sit resolutio cum Syluest. verbo votum 4. quest. 2. vers. 5. Soto 7. de iustitia, quest. 3. art. 1. in fin. Si in aphorismis, verbo votum, cap. 2. Gregorius de Valentia tom. 5. disp. 6. quest. 6. dub. 5. Azor. 1. part. institutionum spiritualium, lib. 11. cap. 17. dub. 19. votum illud va. id irritari à Prælato posse, cui subest quando votum emittit. Et probatur, quia quamuis tale votum non possit irritari quantum ad materiam, quæ esset irritatio, indirectè tamè, potest irritari propter subiectionem voluntatis, qua fuit emissum; & sic irritatione directà.

QVÆSTIO V.

Vtrum possit Prælatus Religionis irritare votum Religiosi, quod emisit ante ingressum Religionis?

N. 20.

Resolutio est affirmatiua, Posse quidem, si talia vota manerent: sed, ut diximus, per votum solemne omnia vota personalia annullantur, nam per ius commune in illo, & cum illo permutantur, seu commutantur. Sed de hoc latius infra suo proprio loco.

QVÆSTIO VI.

Vtrum Prælatus possit irritare vota Nouitiorum?

N. 21.

Sair.

Respondetur cum Saico vbi supra lib. 6. c. 11. dub. 6. Vota quæ antea emisserat Nouitius, manere suspensa pro

A toto probationis anno, eo quod illo tempore non possunt irritari à Prælato, nec commodè impleri à Nouitio, qui illa vota simplicia emisit. Et pro hac Saici sententia, Sit prima resolutio. Non potest Prælatus Religionis irritatione directà, irritare vota simplicia Nouitiorum. Sic Nauarr. in Manuali, cap. 12. num. 65. & supponit Sylu. verb. votum 4. quest. 7. d. 3. Archidiaconus, & Paludanus, quos referunt moderni. **B** Hac innixi ratione, quod non est in Nouitio obligatio obedientia, cum illam adhuc nõ voverit, in qua fundatur irritatio directà.

Nauarr. Syluest. Archidi.

Resol. secunda. Probabile est, quod vota simplicia Nouitiorum, potest Prælatus indirectè irritare. Probatur, quia si materia votorũ illorum afferat præiudicium gubernationi Monasterij, & illius œconomice administrationi, potestatem habet Prælatus in Nouitium, non prouenientem ex voto, sed ex iurisdictione, & dictis potestatibus gubernatiua, & œconomica, quibus protunc Nouitius subiectus est. Sic Suar. tom. de Religione, lib. 6. cap. 2. & hac dicta probatione vtitur. In d. & addit posse dici, Prælatum posse alia vota simplicia irritare irritatione directà, qui quamuis nondum tradiderit Prælato suam voluntatem permanenter firmiter, & in perpetuum, id est, per totam vitam, nec sit perfectè Religiosus Nouitius ille: tamen negari non potest, quod Prælatus possit, & debeat reformare, & ordinare voluntatem Nouitij pro anno probationis, pro quo se tradidit ipse gubernandum à Prælato, & Religione, & sic Nouitius vocatur à iuristis Religiosus commutabiliter. Sic in cap. Religioso, de sentent. excomm. in 6. & Philip. Francus ibi §. unico, & in nu. 3 vbi refert verba text. Et etiam dicitur persona Ecclesiastica, quamuis aliàs nullum ordinem Ecclesiasticum, nec minorem habeat, vt 12. quest. 1. ac quod gaudet priuilegio Canonis, Si quis suadente diabolo, & quod Nouitius aliàs laicus debeat titulo Religionis, & eius immunitatis conueniri, non coram laico, sed coram Ecclesiastico iudice, est communis Canonistarum sententia. Hostiens. in cap. statum, de Regular. col. 2. Archidiaconus, Dominicus, &

Suar.

D**E**

Philippus Philip. Francus in dict. cap. Religioso,
Fræcus. Ioannes Andreas in cap. Beneficium,
Io. And. Federicus de Senis consil. 32. incipit
Feder. de quæstio talis, Nauarr. consilio 5. num.
Senis. 1. & 2. & consilio 6. num. 4. in titulo de
 foro competenti. Prosper. Farinacius
 de inquisit. quæst. 3. ampliatione 16. &
Tiraq. ampliatione 20. Tiraquellus de vtraq.
 terra & at. glos. 8. §. 1. num. 21. & plures
 alij. Ex quo conitatur, quod Nouitius qui
 commodum protectionis status Reli-
 giosi, & fori ratione habitus accepti
 sentit, debet perferre, sentire, & tolerare
 esse Religioni subiectum, & habere
 pro eodem ipso tempore ita resigna-
 tam, & traditam voluntatem Prælato
 Monasterij, vt de illa absolutè pro ip-
 so tempore possit disponere, & per
 consequens eius vota irritare.

QVÆSTIO VII.

*Vtrum vota Religiosi de licentia Præ-
 lati emissa, possit ipse, vel eius suc-
 cessor irritare?*

N. 22. **R**esponderetur, & sit prima resolutio.
 In Ordinibus sacris Mendican-
 tium, possunt Præuinciales, & Ge-
 neralis Prælati, irritare subditorum
 regularium vota, quæ confirmauerunt
 Prælati inferiores ipsis, vel ad quæ
 emittenda dederunt licentiam, & con-
 sensum. Sic Suar. 2. tom. de Religione,
Suar. lib. 6. de voto, cap. 18. num. 3. cum Ri-
 cardo, in 4. d. 38. q. 3.

N. 23. Resolutio secunda. Prælati æqualis
 potestatis, in officio succedentes, pos-
 sunt reuocare vota subditi confirmata
 à prædecessore. Probat, quia potestas
 eadem est in vtroque. Et non fuit par-
 ticeps (vt ait Suarez, num. 10.) voti sub-
 diti per consensum proprium, vel pro-
 priam confirmationem.

N. 24. Ex quibus sequitur resolutio tertia.
 Prælati inferiores non possunt irritare
 vota, quæ superiores confirmauerunt.
 Et probatur, quia potestas superioris,
 siue dominatiua, siue iurisdictionis,
 non potest dependere ab inferiori. Et
 sicut inferior Prælati non potest re-
 uocare licentiam datam à superiori, sic
 nec reuocare votum confirmatum ab
 illo.

Difficultas hic sese maxima, & spe-

Acialis offert, an idem Prælati numero
 irritare possit votum à se confirma-
 tum. Negant Ricardus vbi supra. Sic
 tamen cum communi.

Resolutio quinta est affirmatiua, te-
 net Suarez vbi supra num. 22. qui pro
 se citat graves Auctores. Sic Gregorius
 Sairus addens, quod cum causa, siue si-
 ne causa irritet talis Prælati votum, va-
 lida erit talis irritatio, & subditus non
 peccabit. Sic Gregorius de Valentia
 tom. 3. disp. 6. dist. 3. Et ratio est, quia
B licet Religiosus de licentia Prælati
 voueat, adhuc tamen manet subiectus
 Prælati sicut antea, non enim per ta-
 lem concessionem transfudit Prælati
 dominium suum, quod habet super vo-
 luntatem subditi, sed solum dedit licen-
 tiam cum tali subordinatione.

Confirmatur ex cap. *voluit*, & ex c.
manifestum 33. q. 5. vbi habetur, quod
 si maritus assentiat voto vxoris, & post
 consensum reuocet, non tenetur vxor
 amplius voto.

Sed dubitatur adhuc, an Prælati
 peccet irritando huiusmodi vota à se
 confirmata, si irritet sine causa rationa-
 bili, responderetur.

Resolutio est sub distinctione, quam-
 uis confirmatio, vel licentia ad vouen-
 dum contineant conditionem, seu li-
 mitationem, scilicet, vt que ad benepla-
 citum concedentis licentiam, aut con-
 firmationem, neque confirmans votum
 contraxit aliquam obligationem, ne-
 que vouit, adhuc si sine aliqua noua, &
 rationabili causa irritans votum ali-
 quis Prælati à se confirmatum, spe-
 cialiter si fuerit confirmatum pro ali-
 quo die, aut tempore determinato, non
 irritabitur sine peccato mortali. Sic
 Gregorius Sairus clauis Reg. lib. 6. c. 5.
 & 10. num. 12. idem Caiet. & Abulens.
 & quantum ad vitiam partem de
 tempore determinato, Suar. vbi supra,
 num. 9. Et ratio istorum Auctorum est,
 quia dicunt huiusmodi Prælatum sine
 causa votum confirmatum irritantem,
 abuti potestate sua in Dei irreueren-
 tiam, & Dei iniuriam; & quia Prælati
 confirmans votum, quasi cooperatur
 cum emittente votum, & suo modo il-
 lud offert Deo, vel saltem materiam
 voti, & sic quasi contemnit votum, qui
 sine rationabile causa irritat, nisi præ-

Ecedas

N 25.

Suarez.

Grego. de
Val.

N. 26.

Sairus.

Caiet.

Abulens.

Suarez.

cedat ignorantia, vel exorta sit noua causa, verbi gr. imbecillitas, aut agri- tudo ad votum personale de re pœnali, poterit quæcumque irritatio honestati; oportet autem causam nunc esse grauiorem, quam illa quæ in principio fuisse sufficiens ad negandam licentiã, & idem censeo, si detur licentia positu- nẽ, vel in perpetuum, vel irrenocabili- ter, quia semper intelligitur esse ire- nocabilem sine legitimã causa, latius tamen erit, si conditio hæc ponatur ex- pressè.

QVÆSTIO VIII.

*Qui sint superiores Regulares, qui ha-
bent dictam potestatem irritandi
Religiosorum vota*

N. 27. **R**espondetur, & sit resolutio prima. Quicumque Prælatus Religionis ab infimo, vsque ad supremam in illa, dum tamen verè Prælatus sit (vt expli- cabimus infra 2. part. tractatu 2. & 3.) habet potestatem irritandi vota subdi- torum Regularium, cum subordinatio- ne tamen inter se, id est, vnus potestate ordinaria, alius delegata, quia voti obedientiæ obligatio ad hæc omnia subditos ordinat, quando ipsi se tradi- derunt renunciantes velle, & nolle. Vnde omnes Prælati adquirent ius, & po- testatem in voluntatem Religiosi ad di- rigendum illam, & moderandum in om- nibus rebus spiritualibus, ex qua radi- ce colligit Suar. loco citato, Prælatum habere talem potestatem. Quare

N. 28. Suppono primò, quod irritatio non petit potestatem Ecclesiasticam, nec ordinariam, aut iurisdictionem, imo nec gubernatiuam in rigore loquendo, sed sufficere potestatem laicam, seu profa- nam, & quod sit tantum patria, vel æco- nomica, dum adsit de minatiua, vnde illi non possunt facere Prælati Monaste- riorum aliquarum Religionum, vel de- legatam, vel ordinariam habentes po- testatem, quamuis aliqui propriè Præ- lati non sint, nec habeant potestatem iurisdictionis quasi Episcopalem: ha- bent tamen tales Prælati, cum Parro- chiali, & æconomica potestate, simul dominatiuam per votum obedientiæ,

A per quod tradidit Religiosus solum vel- le, vel nolle Religioni, & dominium suæ voluntatis. Vnde hoc possunt ad- ministrare isti Prælati, ex potestate eor- um officijs tradita per legitimos su- periores Prælatos, vel leges Religio- nis. Quare autem Parrochi non possunt irritare precianorum vota; possint ta- men Prælati Monasteriorum Mendi- cantium, vt Guardiani, &c. Ratio est, quia quamuis isti Prælati Regulares habeant potestatem solum vt Parrochi, loquendo de gubernatiua, dominati- uam potestatem tamen habent à sua Religione, & legibus, & hanc non ha- bent Parrochi. Et quod dicimus de ijs Prælatis, idem est de Abbatissis, & Priorissis. Sic ergo nostra secunda re- solutio.

B Habent potestatem irritandi vota Abbates ratione officij, qui verè & pro- priè Abbates sunt, vt explicauimus in 2. part. & Generales, ac Provinciales, qui omnes sunt verè, & pleno iure Præ- lati. Et ex suis constitutionibus in Mendicantibus, Religionibus, Prio- res, Guardiani, Rectores, Commenda- tarij, & alij tales Monasteriorum Præ- lati, qui in vnoquoque Conuentu Præ- lati nuncupantur, & habent potestatem spiritualem, quamuis vt probatum ma- net sufficienter ad votorum irritatio- nem, non requiratur gubernatiua, poli- tica, nec Ecclesiastica potestas, sed su- ficiat laica, & æconomica. At verò su- periores coadiutores, quales sunt in Benedictinis Piores maiores, & se- cundi, Magistri Nouitiorum, & apud Predicatores, Supprios, Vicarij apud Minores, & similes, cum non sint absolutè Patres, nec æconomicam, & patriam in Monasterio habeant pote- statem, nullo modo possunt vota irri- tare.

C An autem possit illis huiusmodi po- testas irritandi vota à Monasteriorum capitibus delegari: de actuali in parti- culari, non dubito: secus de habituali, aut permanenti delegatione.

An in absentia Prælati possint vota subditorum Conuentus irritare.

N. 30. Respondetur, & sit tertia resolutio hæc resolutio tertia cum Suar. 2. tom. de Relig. lib. 6. de voto, cap. 8. num. 10.

F 3 hoc

*Parro-
chis con-
uenit re-
gimẽ ani-
marũ, nõ
verò po-
testas su-
per col-
lates.*

*N. 29.
Irritatio
non petit
potestatem
iurisdictionis
nec Eccle-
siasticam.
Prælati
Medicam
Generales,
&
Coadiutores,
pos-
sunt irri-
tare vo-
ta.*

*Prælati
Coadiutores,
Medicam,
pos-
sunt irri-
tare vo-
ta.*

*Ad irri-
tandi vo-
ta, nõ re-
quiritur
potestas
Ecclesi-
astica, nec
iurisdictionis.*

*Suar.
de Relig. lib. 6. de voto, cap. 8. num. 10.*

hoc pendere à consuetudine, & legibus Religionis, si enim ij tales Priores, Superiores, vel Vicarij habent istam potestatem demandatam auctoritate legis, canonis, Principis, constitutionis, cuius virtute ipsorum vicariatus, seu prefectura, pro talibus absentijs Prælatorum supremorū Monasterij acceperit patriam hanc, seu æconomicam potestatem super subditorum voluntates, seu res Monasterij, possent quidem in tali casu irritare huiusmodi vota; aliàs autē ex actuali delegatione. Præsidentes autem in vacanti, qui dicuntur Præsidentes in capite, non est dubium posse, nisi lege caueatur: nec aliter intelligendus est Suarez. Et de Provincialibus Religionum, idem est dicendum (quod quidem aliquis dubitaret) cum alicuius specialis Conuentus, & Religiosorum illius Prælatus, seu Pater immediatus, & specialis non videatur esse, vt infra in 2. p. trac. 1. sed quidem rari habitio, consuetudo, legum seu Pontificū dispositio, & modus Religionum, hoc cauissē credendum est.

Suarez.

N. 31.

Abbatibus qui in congregationibus sancti Benedicti, sunt Prælati Monasteriorum quæ Abbatia sunt, & Filiationes vocantur quia ab alia Abbatia principali in pluribus dependent (iuxta dicenda in tractatu 3. 2. part.) an potestatem habeant irritandi vota, subditorum Regularium? exinde fit.

N. 32.

Resolutio quarta, si ex constitutionibus Religionis, consuetudine, Pontificis auctoritate, vel cōmissione aut delegatione Abbatis principalis, aut aliter admodum per constitutiones præscriptum habeant tales Abbates Filiationum talem potestatem delegatam, & idem dicimus de Prioribus, id est Superioribus Monasteriorū, quæ non habeant titulum Abbatiarum, & in ijs sint supremi, nullū intra habentes Superiorem, an possint irritare vota Religiosorum, ibi residentium cognoscatur, seu coniectabitur, talē habere potestatem huiusmodi Superiores, si sit in more, & vsu receptum. Et ratio est, quia si Prælati Monasteriorum locales & in ipsis supremi, & Abbates filiacionum, & Priores distantium Prioratū (qui Conuentus sint) non haberent po-

102. M

103. 2

104

105

testatem irritandi vota inferiorum, isti existerent peioris conditionis, quam reliqui Ordinis Religiosi, & Religionis institutum: & leges quæ hoc non prouidissent deficerent in necessaria prouidentia.

QVÆSTIO IX.

Vtrum aliquis extra Religionem possit irritare Regularium vota? N. 33.

B

Respondeatur, & sit vnica Resolutio. Pontifex summus habet potestatem ad talem votorū irritationē. Probatur, quia quāuis non habeat in alios fideles talem potestatem, habet illam in regulares, ex vi professionis, & obedientiæ. Sic Suarez vbi supra. Et probatur: nā ipse est qui principaliter obedientiam accipiat, & cui præstatur, & ceteri Prælati ex virtute concessionis, & approbationis illius, vt docet Caiet. 22. q. 88. art. 12. Soto, Nauar. & alij; Episcopis autem hanc potestatem non recognoscimus, neque alijs Prælatis secularibus: nam postquam per derogationem iurium, quorum virtute Religiosi pleno iure erāt subditi Episcopis Diocesanis, vt patet ex cap. Abbates, & ex cap. Monasteria 18. q. 2. vt apud Greg. Sair. tua clauilib. 6. cap. 5. nu. 23. §. dubium olim, & ex Regul. S. P. Benedicti fuerunt exempti ab Episcopis, nec illis subduntur, nec illis obedientia præstatur, non habent potestatem irritandi talia vota.

N. 34.

Suarez.

Caiet. Soto. Nauar.

Irritabant vota Regularium Diocesani ante exemptionem. Sairus Reg: S. Bened.

C

Respondeatur, & sit vnica Resolutio. Pontifex summus habet potestatem ad talem votorū irritationē. Probatur, quia quāuis non habeat in alios fideles talem potestatem, habet illam in regulares, ex vi professionis, & obedientiæ. Sic Suarez vbi supra. Et probatur: nā ipse est qui principaliter obedientiam accipiat, & cui præstatur, & ceteri Prælati ex virtute concessionis, & approbationis illius, vt docet Caiet. 22. q. 88. art. 12. Soto, Nauar. & alij; Episcopis autem hanc potestatem non recognoscimus, neque alijs Prælatis secularibus: nam postquam per derogationem iurium, quorum virtute Religiosi pleno iure erāt subditi Episcopis Diocesanis, vt patet ex cap. Abbates, & ex cap. Monasteria 18. q. 2. vt apud Greg. Sair. tua clauilib. 6. cap. 5. nu. 23. §. dubium olim, & ex Regul. S. P. Benedicti fuerunt exempti ab Episcopis, nec illis subduntur, nec illis obedientia præstatur, non habent potestatem irritandi talia vota.

D

QVÆSTIO X.

Vtrum Abbatissa seu Prelata Monasterium habeant potestatem irritandi vota Mortalium? N. 35.

E

Respondeatur, & sit prima Resolutio. Supponendo in primis cum communi opinione, Abbatissas seu alias fœminarum Prælatas non habere, nec esse capaces habendi iurisdictionem spirituales, & deinde hanc nō esse necessariam, vt diximus iam ad effectum irritandi vota, Quo supposito dico posse

N. 35.

Fœmina quamuis Prælata non sunt capaces iurisdictionis spiritualis.

Ab-

Ad irrit. voti non requiritur potestas iurisdictionis nec Ecclesiastica. Abbatissas, & alias fœminarũ Prælatas, irritare Monialium subditorum vota. Probat Ioannes Azor cum doctrina quam supposuimus, quia scilicet potestas irritandi vota, non est gubernatiua iurisdictionis, nec Ecclesiastica; sed mere profana, & solum dominatiua, sic ait in 1. p. institutionum moralium lib. 1. cap. 17. dub. 3. in fine: sic Suarez, & Sairus citati n. 13. ac per consequens fœminatam posse exercere hanc potestatem: quæ etiam ratione, non possunt tales Abbatissæ, aut Priorissæ vota dispensare aut commutare.

Azor. Suarez. Sairus. Sufficit potest. dominat. & quasi patriana, & profana. Aduerte tamen quod Iulius Papa 2. inter viuz vocis oracula apud Manuel Rodr. & refert Fr. Ioannes de la Cruz de voto obed. lib. 1. cap. 6. dub. 20. absoluit omnes Moniales a votis, & iuramentis, & statuit quod de cætero istarum vota, & iuramenta (si fiant) non valeant, nec obligent ad peccatũ mortale, vt diximus supra.

Manuel Rodrig. F. Ioa. de la Cruz. Prælatæ fœminarum non possunt dispensare, nec commutare vota.

QVÆSTIO XI.

Vtrum requiratur aliqua causa ad irritandum vota?

Monialium particularia vota non valent. **P**ro intelligentia notandũ, quod potestas irritandi inferiorũ vota, potest attendi tripliciter, id est attento triplici modo commoditatis quæ ex ipso sequatur: primo modo, vt si talis potestas irritandi vota alicui tribuatur in bonum seu vtilitatem vouentis, vt data est Prælato Religionis, respectu votorum suorum subditorum: & loquendo de hac potestate Prælati, sic

N. 36.

Resolutio taliter irritans debet attendere, quod sit talis voti irritatio vtilis vel vouenti, vel Religioni, aut quod omnibus pensatis censeatur irritationem cedere in maius Dei obsequiũ, & sic facta irritatio tenebit. Et raro eueniet quod interueniat peccatum mortale, nisi nocumentum graue resulter Religioso, aut adsit praua intentio, vel grauis ignorantia: quod raro quidẽ eueniet seclusa malitia, vt ait Suarez. Secundo modo continget fieri irritationem in comodum, & vtilitatem ip-

Suarez.

Alius irritantis, vt quando dominus, vel creditor irritat vota in præiudicium sui facta, vel quando materia de qua fit votum, est sub dominio irritantis, vel impeditiua materiæ, quæ aliter conuenit, & in huiusmodi irritatione neque aliqua causa est necessaria, nec ex se reperitur peccatum. Sicut neque etiam quando tertio modo contingit irritari vota scilicet in vtriusque commodum, nempe irritantis, & irritati, vt

Azor. Sairus. Suarez.

QVÆSTIO XII.

N. 38.

Vtrum peccet subditus petens à Prælato irritationem voti, quando non est iusta causa?

Respondetur, & sit resolutio negatiua, & probatur: quia Religiosus in petendo irritatio nem sui voti cū causa aut sine causa, vtitur iure suo, & cum sentiat status Religionis onera, potest desiderare frui comodis, & Priuilegijs illius, nec ei sufficienter potest constare de conuenientia seu disconuenientia, rum quia in hac irritatione nec violatur votum, nec aliquod præceptũ.

QVÆSTIO XIII.

N. 39.

Vtrum si subditus petat licentiam ad faciendum opus quod vouit, non dicendo se vouisse, in hoc casu, si licentia negetur, maneat irritum votum?

Respondetur, & sit resolutio negatiua, cum Suarez 2. tom. de Relig. lib. 6. de voto cap. 7. n. 14. vtum autem in tali casu teneatur sæpius petere licentiam, Caiet. 2. q. 88. art. 8. & in summa verbo votum cap. 3 & Suar. vbi 5. n. 15. dicunt teneri iterum atque iterum congruis temporibus petere licentiam, prout prudentia distauerit, quia obligatio voti est diuturna, non autem erit irritum votum, quamuis in aliquo casu possit manere suspensum, nisi Prælati cognoscat, & irritet.

Caiet. Suarez.

CAPVT QVARTVM.

De dispensatione votorum Religiosorum,
& eorum commutatione.

CONTINET QVÆSTIONES 8.

Quæstio prima. An Prælati Religio-
num exemptarum habeant po-
testatem dispensandi vota sub-
ditorum Regularium, & an hæc
sit ordinaria.

Quæstio 2. Verum habeant isti Præ-
lati hanc potestatem dispensan-
di omnia vota subditorum, etiã
transcendi ad aliam Religio-
nem.

Quæstio 3. Verum Prælati Reli-
gionum possint dispensare vota
Novitiorum.

Quæstio 4. Quenam sit hæc potestas
in Religionibus ad dispensan-
dum vota secularium.

Quæstio 5. Quæ causa requiratur ad
legitimè in votis dispensan-
dum.

Quæstio 6. Verum liceat illi, qui po-
test commutare, & dispensare,
voti absoluta dispensatione, si
commutato sufficiat ad subue-
niendum necessitati quæ urget.

Quæstio 7. Verum ad commutan-
dum vota, ultra potestatem
quæ necessaria est, requiratur ad-
huc iusta causa.

Quæstio 8. An quod dicitur de com-
mutatione votorum, intelliga-
tur etiam si vota sint iurata.



Um sanctitas voti,
meritum, & difficul-
tas sint laudabile
quod, & opus maxi-
me Deo gratum ne-
cessarium fuit quod
eius obligatio pie

contra & a semel ex aliquibus causis, &
modis tolli possit, ne ex hac parte, & ex
timore indissolubilitatis vinculi, homi-
nes a vouendo retraherentur. Imo, &
quod aditus patens exhiberetur ad se
obligandum cum merito, & se liberan-
dum ex necessitate.

Vnde multis modis voti obligatio
collitur. Primo, si executio voti impe-
diatur, ablato aut mutato statu rerum
ad tempus vel in perpetuum, v.g. vt si
quando votum Religionis foret implē-
dum, vel ieiunij aut similis, reperiat ho-
minem coniugatum, vel habitualiter,
aut incurabiliter debilem: de quo agit
optime Sairus clauij Reg. lib. 6. de vo-
to cap. 7. n. 1. & sequentibus, quando
(inquam) per impedimenta quæ se of-
ferre possunt, tam ex parte vouentis
quã ex parte totius materiz voti, red-
datur nullum, vbi de executione illius,
quoad materiam non totaliter impe-
ditam, & alijs impedimentis, & alijs
modis, qui ex parte infirmitatis voti
sumuntur, quibus obligatio eius tolli-
tur, vt sūt irritatio, de qua hucusq; egi-
mus; dispensatio, & commutatio, de
quibus in præsentibus vnde.

Suppono primo, quod de dispensa-
tione quam Abbas potest facere in præ-
ceptis Ecclesiæ, Regulæ, & constitu-
tionum cum suis subditis, cum ad ma-
teriam voti non pertineat, ad secundum
tractatum secundæ sequentis partis
remittimus.

Suppono secundo, quod multas assignantur

N. 1.

Modique
bus tolli-
tur obli-
gatio vo-
ti.

Sairus.

N. 2.
dispensa-
tio in præ-
ceptis, &
preceptis
pertinet
ad secun-
dam par-
tem.

*Discrimina inter irritatio-
nem, & dispensationem.*
Quid irri-
tatio.

*Definitio
dispensa-
tionis.*

nant auctores differentias inter irrita-
tionem, dispensationem, & commuta-
tionem, declarationem, seu interpre-
tationem voti: irritatio enim est (vt di-
ximus) annullatio obligationis voti per
potestatem dominatiuam quam aliquis
habet, vel patriam potestatem supra vo-
luntatem vouentis, seu voti materiam,
vel aliam quam impediatur voti obliga-
tio. Dispensatio est, & definitur sic. Est
relaxatio iuris ab habente potestatem
legitime facta, id est ex causa cognita.

Ex qua definitione constat. Primo
quod Prelatus, denegans dispensatio-
nem petitam ex causa iusta super Re-
gulæ præceptum, vel super votum, agit
iniuste: & ex dictis definitionibus re-
sultat prima differentia inter irrita-
tionem, & dispensationem.

Secunda differentia inter irritatio-
nem, & dispensationem voti, est quod
dispensatio cadit in votum vt pendet,
& habet vinculum ex acceptatione
Dei, etiamsi alias sit omnino firmiter
irritatio autem respicit votum, vt est
aliunde infirmum, & conditionatum
ex parte materiae, vel voluntatis vouen-
tis; vnde cum dispensatio voti semper
proveniat ab speciali potestate Dei;
semper requirit iustam causam: nõ au-
tem irritatio, sed aliquando; vt dixi su-
pra. Tertia differentia est, quod irri-
tatio potest fieri inuito vouente, dis-
pensatio vero minime, cum sit bene-
ficium, quod non confertur inuito, quia
dispensatio confertur in leuamen, &
commodum dispensati, & non debet
confertur in grauamen, & molestiam il-
lius; iuxta illam Regulam iuris 61. &
69. in sexto, quæ idem continent, ne-
pe. *Beneficium non confertur inuito.*

Quarta differentia inter dispensa-
tionem, & irritationem: quod ista ten-
dit ad votum (vt est quasi radix obli-
gationis) sciendam, & eradicandum;
dispensatio autem tendit non ad ra-
dicem, seu stipitem, sed ad ramos, id
est singulares executiones excusandas,
vnde quando votum irritatur, non re-
stat quid obliget, nec remanent singu-
lares obligationes: at quando fit dis-
pensatio permanet radix obligationis,
nempe votum, & excusantur actus, &
actiones, ac excusationes quæ forent
suo congruo tempore faciendæ solum.

Restat discrimen quod est inter dis-
pensationem, & commutationem voti.
Pro quo notandum, quod commutatio
voti definitur, quod sit *commutatio materiae
voti in aliam materiam*, & macer-
et carni redemptio voti. Ex quo resultat
differentia secunda inter commutationem,
& dispensationem, scilicet quod per
dispensationem maneat ablata penitus
voti executio; at per commutationem,
obligatio impletionis, seu executionis
manet (mutata solum materia) obliga-
tionis. Differentia secundo, seu tertio, quod
dispensatio semper debet fieri autori-
tate publica, seu potestate ordinaria
Ecclesiastica: commutatio autem ali-
quando contingit posse fieri autori-
tate priuata, quando scilicet votum, &
eius materia commutantur in aliquid
evidenter melius, Deo gratius, & ad
consequendum finem voti aptius; vt si
quis eo sine vt carnem maceret, voueat
silicium, & commutet in ieiunia quæ
de se aptiora sunt ad hunc finem, quo-
rum excessus seu convenientia pruden-
tis Confessarij iudicio, aut docti patris
spiritualis consilio est remittenda: se-
cus autem, si in aliud quod non sit eui-
denter melius, quam voti materia, in-
tendatur fieri voti commutatio, vt si
ad macerationem carnis votum factum
de disciplina suscipienda, aut ieiunio,
authoritate propria, aut imprudenti, &
temerario Confessarij ignati consilio
commutet in elemosinam.

Maiores autem difficultates est in assignando
differentiam inter dispensationem,
& interpretationem voti. Nam
dispensatio supponit vinculum actus obli-
gans, & tollit illud, seu obligationem:
interpretatio autem non tollit obliga-
tionem, sed tantum declarat in re ipsa
actum non esse: vnde potius supponit vo-
tum non obligare in tali casu, & ideo
potest fieri per authoritatem priuatam
potius, quam per iurisdictionem: dis-
pensatio vero necessario requirit iuri-
dictionem, & supponit: quare illam ha-
bentes, Papa scilicet, & Prelati, sup-
ponunt etiam obligationem.

Qualiter autem fiat votorum rela-
xatio, explicat optime Suarez 2. tom.
de Relig. lib. 6. de voto cap. 9. n. 15. sic:
quod ex parte inquam Dei remittendo
obligationem ipsi factam, quod fa-

*Discrimi-
na inter
irritatio-
nem, &
dispensa-
tionem.*

*N. 4. 1
Discrimi-
na inter
dispensa-
tionem,
& inter-
pretatio-
nem.*

*Relaxa-
tio voti
quid.*

cit declarando simul esse sibi placitam, quo l votum non impleatur, aut nō feruetur, nec alio modo potest intelligi to l. huiusmodi obligationem, nec arguementis in contrarium satisfieri.

Habere autem Papam, & Prælatos Ecclesiasticos hanc potestatem dispensandi in votis, colligitur ex illo Ioānis 20. & 15. *Paſce oves meas*, & Math. 18. & 20. *quæcumque alligaueritis*, & c. & *quodcumque solueritis*, seu *quæcumque ligaueris super terram, erit ligata* & c. Nam si possunt remittere peccata, quibus homo efficitur maxime debitor Deo, quid mirum, quod possint remittere vota, scilicet debita per promissionem Deo. Quibus suppositis & c.

QVÆSTIO. I.

Verum Prælati Religionum exemptarum habeant potestatem dispensandi, & an hæc sit ordinaria.

N. 5.
Man. Sd

Respondetur notādo prius cū Si & alijs, quod votum reservatum Papæ, si ab ipso commutetur, potest commutatio ab Episcopo dispensari. Sit resolutio unica affirmativa, & probatur: nam convenit huiusmodi Prælati ratione muneris, & officij, in quo consistit potestas ordinaria late dicta, ut suo loco videbimus. Est communis, & non intelligitur de omnibus ijs Prælati de quibus diximus supra precedenti c. 3. quæst. 8. posse irritare subditorum vota (præter etiam Abbatias: quia ad hoc requiritur iurisdictio spiritualis, quæ feminis non potest competere saltem iure ordinario) quia attinet illis ibi annueratis Prælati; participant enim potestatem Ecclesiasticam, seu spirituales, quia illis cum officio committitur cura spiritualis subditorum, ideoque sub nomine Prælatorum, quantum ad irritationem comprehenduntur, ut tradunt Summi verbo Prælati, cū glossa in clem. p. un. de electionibus; intelligitur etiam resolutio nostra de Prælati non Sacerdotes, quia ut bene dixit Sairus in claus. lib. 6. cap. 1. nu. 94. nulla reperitur ratio cur Prælati nō Sacerdos hanc non possit habere potestatem, & iurisditionem spirituales.

F. Man.
Rod.

A Ex ijs sequitur non bene inferre Suarez, ex eo quod Prælati regulares locales possint irritare vota, quod i possint illa dispensare, cum sint diversa potestates.

Suar. 2.
tom. de
Relig. li.
6. de irri
tat. c. 10.
num. 14.

Quare autem Parochis denegentur aliqui irritationem, & dispensationem votorum. Ratio solet reddi, quod neque a lege, neque a veris Prælati, neque multominus a iure, illorum ministerio conceditur potestas iurisditionis ordinariæ quasi Episcopalis, quæ requiritur ad dispensandum, neque habere tales Parochos potestas dominatim super voluntates parochianorum, ad irritationem directam, sicut Prælati regulares super subditos regulares: nec super materiam votorum.

Ad dispē
sandū in
votis, no
sufficit
quod sit
regimen
spiritua
le, sed po
litica iu
risdictio,
& quasi
Episcop.

QVÆSTIO II.

Verum Prælati Regulares possint dispensare in votis omnibus subditorum etiam transeundi ad aliam Religionem.

C

Resolutio est affirmativa, & est communis: tenet Suarez, & Sairus ubi supra n. 9. v. & ratio est, quia talis quicumque Prælati habet iurisditionem spirituales quasi Episcopalem in suos subditos, qualis requiritur: & Episcopum in suos subditos, octū est talem potestatem habere, quamvis enim talis Prælati non possit impedire subditum ad meliorem frangem transmigrare volentem; tamen si subditus velit sub eius obedientia manere, potest ex causa in eius voto dispensare, & hæc est differentia assignata inter alias, inter dispensationem, & irritationem, quod cū *beneficium non conferatur invito*, irritatio non requirat voluntatem irritati,

N. 7.
Suarez.
Sairus.

D

E

secus autem dispensatio: contingere enim potest quod votum aliquod subditi possit Prælati dispensare, quando scilicet ipse vult, & subest causa v. g. transeundi ad arctiorem Religionem, imo & votum a se confirmatum; quod supra ex opinione Ricardi, & alijs diximus, quamvis illorum sententiam non amplectentes, quod vel non possit, vel quod materialiter peccet talis Prælati, si sine causa talem faciat

Ricard.

irri-

irritationem, possit Prælatis ipse dispensare, imò, & vota à superiore Prælato confirmata potest inferior dispensare, non vero irritare, vt ibi diximus, & constat, quia tale votum non est reseruatum, & alias est dispensabile. Ex quibus constat hanc potestatem dispensandi vota, non esse in Ecclesia superflua, sed maxime necessariam.

QVÆSTIO III.

Verum Prælati Religionum possint dispensare vota Nouitiorum?

N. 8.

Respondetur, & sit resolutio: vere, & proprie dispensatio in votis Nouitiorum pertinet ad Episcopum diocesanum. Probat, quia quamuis pro tempore Nouitiatu plene iure videatur esse subditus, vt Prælatus eum gubernet, & probeat, an utilis status Religionis sit, & probeat ipse si sibi status expediat, & ad id Nouitij index sit Prælatus Religionis, quæcunque faciendæ Nouitij præcipiat, actu facit (potius) iurisdictionis, & potestatis gubernatiuæ, vi quæ æconomica, & patriæ: ac per consequens non dispensando, quod requiritur iurisdictionem, quæ Episcopo, & non particulari Prælato, præcipue diximus conuenire super Nouitium, supra præcedenti capite ex Suarez, 2. tom. de Religione lib. 6. de voto cap. 7. num. 12.

Suarez.

N. 9.

Resolutio secunda: probabile est Prælatum Religionis posse dispensare vota Nouitiorum. Probat ex doctrinis, & iuribus aductis supra præcedenti c. 3. quæst. 6. num. 21. qualiter scilicet Nouitius dicatur, & sit persona Religiosa subdita seculari Prælato, & gaudens priuilegio Ecclesiastica personæ, & immunitate canonis, si quis, &c. Et confirmatur, quia saltim quo ad Nouitios Congregationum S. Benedicti, & ipsarum Prælatos, & similiter quo ad omnes eorum priuilegijs gaudentes Nouitius etiam, vt secularis persona subditur, quantum ad ipsius votorum dispensationem Religionis per priuilegia de quibus quæst. seq.

QVÆSTIO III.

Quanam sit hæc potestas in Religionibus, ad dispensandum secularium vota.

Hanc quæstionem in terminis ponit Gregorius Sairus citatus cap. 11. dub. 17. n. 95. & ibi refert Pôtifices, & Bullas circa hoc concessas, Benedictinis congregationis sancti Benedicti Hispanæ, Abbatibus, & confessoribus ab illis deputatis item cõgregationi mortis Casini, per Eugenium III. & per Iulium II. in hæc verba Monachi S. Benedicti oppidi Vallisoletani: vt in votis quorumcunque fidelium vtriusque sexus, etiam Episcopo reseruatæ dispensare valeant, & ea commutare in alia pietatis opera toties quoties expedire videbitur. Et Pius II. extendit ad reliqua Monasteria huic annexa: & idem Pontifex concedit idem Monasterio Domina nostra de Montferrate eiusdem Benedictinæ Hispanæ Congregationis, & alibi apud dictum authorem, & Pius V. in Bulla quæ incipit ex supernæ dispositionis 17. Kalendas sept. anni 1567. Confessoribus ordinu Medicantiu, & quibus illorum priuilegijs vtuntur (vt sũt inter alios Benedictini) vt possint dispensare in omnibus votis in quibus Episcopi excepto peregrinationis ultra duas dietas. Notadũ tamen maxime quod nunquam in ijs Bullis reperitur solum verbum *dispensare*, sed additur semper *commutare*, vt ex ipsis constat, vnde crederem nõ posse dictos Confessores, absolute hæc votorum dispensationem facere etiã causa existente sine aliqua commutatione, id est, iniungendo aliqua pia opera.

N. 10.
Sairus.Eug.
P. P. 4.
Iul. P. P.
2.

Pius. 2.

N. 11.

N. 12.
Votũ continentie
etiã perpetua. &
exalleri
coniugis
licentia,
absoluti
non dicitur
perpetuum, neque ab
Ordinario
indispen-
sabile.

B Congregationis sancti Benedicti Hispanæ, Abbatibus, & confessoribus ab illis deputatis item cõgregationi mortis Casini, per Eugenium III. & per Iulium II. in hæc verba Monachi S. Benedicti oppidi Vallisoletani: vt in votis quorumcunque fidelium vtriusque sexus, etiam Episcopo reseruatæ dispensare valeant, & ea commutare in alia pietatis opera toties quoties expedire videbitur. Et Pius II. extendit ad reliqua Monasteria huic annexa: & idem Pontifex concedit idem Monasterio Domina nostra de Montferrate eiusdem Benedictinæ Hispanæ Congregationis, & alibi apud dictum authorem, & Pius V. in Bulla quæ incipit ex supernæ dispositionis 17. Kalendas sept. anni 1567. Confessoribus ordinu Medicantiu, & quibus illorum priuilegijs vtuntur (vt sũt inter alios Benedictini) vt possint dispensare in omnibus votis in quibus Episcopi excepto peregrinationis ultra duas dietas. Notadũ tamen maxime quod nunquam in ijs Bullis reperitur solum verbum *dispensare*, sed additur semper *commutare*, vt ex ipsis constat, vnde crederem nõ posse dictos Confessores, absolute hæc votorum dispensationem facere etiã causa existente sine aliqua commutatione, id est, iniungendo aliqua pia opera.

C

D

E

De voto continentie perpetuæ quo alterum iugum ex licentia alterius faciat probabilius in plurimum est opinione posse Episcopum, & supradictos Confessores dispensare, tum quia perfecte perpetuum non est, cum non perfecte seruet continentiam qui tenetur, & soluit debitum coniugale, tum quia quamuis detur esse ex reseruatæ Papæ ex epicheia, in ferè omnibus casibus videtur posse, idem Episcopum, & qui illius alias potestatem habet.

QVÆ-

QVÆSTIO V.

Qua causa requiratur ad legitime dispensandum.

N. 13.
Causa ad
dispensan-
dum.

CVM ratio huius resolutionis in facto consistat, difficiliter regula certa assignari potest, in communi autem loquendo aliqua solent assignari: prima est indirectus, & imperfectus vouendi modus: secunda causa, materia ipsius voti, quæ sit causa maioris damni, & nocuentis, siue materia talis includat tale damnum, & periculum considerata secundum se, vt siquis voueat nunquam peccare mortaliter, siue ex circumstantiis, vt votum de nõ petendo debitum in coniugatis, de quo supra numero præcedenti: tertia causa est, si votum impediatur maius bonum spirituale vouentis, quia *votum debet esse de maiori bono*, & hæc est sufficiens causa non solum in casu certo, sed in casu dubio, nam etiam illud dubium tollit excessum necessarium materię voti: quarta causa esse potest ex mutatione materię, interdum enim est tanta in magnitudine difficultatis, vel incommoditatis humanæ, vt sufficiat etiam ad interpretandum non fuisse voluntatem vouentis extensam ad tale casum, quãdo vero res est dubia, & vero similis, attendita humana conditione, erit iusta causa dispensationis: quinta causa sumi potest ex necessitate, & magna utilitate pertinente ad publicum, & commune bonum, quia *hoc est diuinius*, & præferendum priuato, cum etiam ipse vouens maius bonum spirituale faciat subueniendo bono communi, vnde etiam hæc regula habet locum in graui necessitate domus, vel familie, maxime cū pietas ipsa posset propter Deum exerceri: sexta causa, seu regula ad cognoscendum causarum singularum sufficientiam, est quod illa sufficiat, quæ arbitrio prudentis, & docti viri sit sufficiens, nec aliquam aliam posse causam assignari, nã illæ quas assignauimus solum deseruiunt ad instruendum animam dispensantis, de quo late Sairus clauis lib. 6. c. 12. dub. 5. & 10.

N. 14.
Suarez.
Sairus.

Aduertendum tamen cum Suarez, vbi supra, non semper singulas causas sufficere ad tollendum omnino votum:

A sed sæpe requiri plures, & notandum simul grauius votum requirere grauiores causas; item quod votum quod quidem sufficientem deliberationem, & libertatem contineat licet sit cum temeritate factum: si tamen non nocet, sed vtile potius inuenitur, non erit illa causa sufficiens ad illius dispensationem.

QVÆSTIO VI.

B *Vtrum licet ei qui potest commutare, & dispensare, vt absolute dispensatione, si commutatio sufficiat ad subueniendum necessitati vouentis?*

RESOLUTIO est affirmatiua, & probatur, nam cum non sit ociosa aut superflua potestas dispensandi vota, quæ est in Ecclesia distincta à potestate commutandi, sequitur quod aliquando suum possit producere effectum, & exercere suum actum licite, & validè, etiã in casu quo haberet locum commutatio, & aliqua causa possunt ad hoc inueniri. Prima si vouens habeat tot vota vt expediat aliqua illorum tollere omnino, addito alio onere: secunda causa, si vouens sit pauper, & vota sint realia vel aliàs persona ita alligata alijs obligationibus, vt non expediat alia opera personalia illi imponere, maxime quando talis persona elegit a principio potius votum reale quam personale, quia non se sentiebat aptum, vel dispositum ad personalem obligationem: tertia causa dispensandi sine commutatione, est quando timetur periculum lapsus ex quacunque obligatione relicta voti in quacunque materia, & creditur fore utilius si per modum tantum consilij relinquatur, & proponatur pro voto aliqua satisfactio seu redemptio, non quidem coacta, semper tamen est, tenendum quod quando adest causa ad commutandum, non vero ad dispensandum absolute, tunc non est licitum absolute dispensare, etiam illi qui habet vtramque potestatem: sed tantum commutare, & hoc videtur ordinari contingere: vide Caiet. 2. 2. quæst. 88. art. 12. Nauarr. in summ. cap. 12. num. 63. & probatur quia ad fidelitatem administratoris pertinet

N. 15.

Caiet.
Nauarr.

*In fide-
ter admi-
nistrat
boni sui
dñi, qui
eius debi-
ta cū pos-
sit sine cō-
pensatio-
ne remit-
tit.*

Suar. tiam, non remittere liberaliter debita domini, quando recompensationem aliquam potest suauiter, & rationabiliter exigere à debitoribus, & hoc confirmat vltus receptus Ecclesie. Ex quo colligitur talem absolutam in tali casu dispensationem esse nullam, quia vt ait Suarez vbi supra, in hoc casu illicitum, & nullum conuertuntur, & quidem illicita foret talis dispensatio: subditus tamen, cui non euidenter de insufficientia cause dispensationis constat, potest licite vti illa, quia debet presumere pro Prælato. Si autem constet de insufficienti causa ad dispensationem, & sufficiente ad commutationem, potest talis subditus, sic dispensatus, vti dispensatione, & prudentis consilio, & arbitrio facere commutationem etiam in minus, quia saltem ad hunc effectum, potest esse valida illa dispensatio Prælati, quem sic voluisse (si aduertisset) credendum est. Quomodo autem Prælati debeat vti suo arbitrio, declarat Suar.

Suarez.

QVÆSTIO VII.

Vtrum ad commutandum votum, sit necessaria causa in habente potestatem?

N. 16.

Pro resolutione est supponendum, commutationem voti posse fieri in melius, in æquale, in minus. Quo supposito.

Sit resolutio prima. Ad commutandum votum in id, quod est euidenter Deo gratius, & accommodatius votenti, ad consequendum finem intentum, sufficit priuata, seu propria auctoritas. Est communis, tenet Ioann. Azor p. r. institution. moral. lib. 11. c. 18. dub. 1. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 12. & in summa. verbo votum, §. vlt. Man. Rodr. in summa. Man. Si in aforismis, verbo votum 2. Barthol. Medina lib. 1. instruct. conf. c. 14. §. 14. Ioan. Bachon. in 4. dist. 4. q. 5. art. 6. versic. Ego vero, lib. 6. Nauarr. in man. c. 12. n. 71. Couarr. in c. *quambis pascam*, p. 1. §. 3. n. 4. Gregor. de Valent. tom. 3. disp. 6. q. 6. puncto 7. Alfonso Vuald. in additionibus ad candelabrum aureum, c. 4. n. 14. Tolet. lib. 4. summa, c. 18. Ioan. Bened. in summa de peccatis, lib. 1. c. 9. ante finem, & plures alij.

S. Greg. Magn.

Et probatur ex cap. peruenit 2. de iure iurando, ex verbis S. Greg. Magai, quæ

ibi adducuntur, qui ait, *Non propositum, aut promissionem infringit, qui in melius illud commutat.* Et facit cap. *sanctæ* de Regular. vbi Canonice Regularis permittitur fieri Monachus, quia est arctior professio. Et rationem nostræ resolutionis, seu potius D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 2. præbet ipse docens ad eam necessariam esse Superioris auctoritatem ad votorum commutationem, vt eius ministerium sit definire, & determinare, quod sit magis placitum Deo materia voti, aut id in quo commutatur, vnde tale conficio argumentum.

D. Tho.

Quando res est manifestè gratior Deo, materia in quam commutatur votum, superflua est consultatio Prælati, & eius determinatio (cum dubitatio nulla sit) ergo sine illius facultate, & propria, ac priuata auctoritate, potest commutationem facere ipse vouens, cum confiteatur ipsi sic offerre se Deo gratius sacrificium. Dixi notanter talem commutationem debere fieri in rem Deo gratiorem, & fini votentis magis consentaneam, nam qui promisit ieiunium, aut aliam carnis macerationem ad sedandas venerèas passiones; aut elemosynæ largitionem ad auaritiam curandam, non potest hoc votum in orationem, sicut nec ieiunium in aliud commutare, quamuis videatur orationem esse quid perfectius, actus (nempe) excellentioris virtutis, id est, charitatis, elemosynæ, & oratio, Religionis. Nam ad consequendum finem votentis, non sunt isti actus Religionis, & charitatis, proximi euidenter meliores; imò nec tam expedientes, scilicet oratio, & elemosyna. Deinde erit euidenter melius, quando votum quod quis emisit, sua priuata auctoritate commutat in aliquid aliud, quod continet materiam sui voti, & aliquid amplius, vt totum continet partes, & genus speciem, v. g. si quis promiserit Ecclesie alicui pauperi, calicem, aut Ecclesiastica ornamenta valoris, v. g. centum aureorum, de quibus rebus non eger Ecclesia considerabiliter, & adificare disponat Sacrificium, seu Sactarium, quibus Ecclesia indecentissimè caret, & in hoc centum viginti aureos insumat, imò & quando in valore, & sumptis non excedat conuenientia, est euidenter maior.

C

D

E

G Con-

- N.17.** Contrariam nihilominus sententiam videtur tenere D. Bonavent. in 4. dist. 38. art. 2. q. 2. asserit enim hoc esse singulare in voto Religionis, quod propter sui dignitatem, ex licentia iurium potest esse in quo omnia alia vota, privata autoritate possunt commutari. Idem Ricard. in ead. dist. art. 8. q. 1. asserens, quod votum temporale potest commutari in votum Religiosum, & perpetuum observantiam, & votum de speciali Religione, in aliud de strietiori. Idem tenet Syluester. verbo votum 4. q. 7. verfic. secundum. vbi id probat ex cap. 1. de voto, vbi dicitur: *Ex arbitrio eius, qui praesidet pendet animaduertere, & considerare diligentius, qualitatem personae, & causam commutationis: ergo non ipsius privatae personae.* Et l. 2. ff. si certum, quibus modis tollitur obligatio, dicitur, *Quod non absoluitur ad obligatione, qui creditori rem meliorem soluit, nisi soluat rem debitam, & promissam.*
- N.18.** Nihilominus nostra resolutio est certior, & fortioribus rationibus fulcitur, & ad rationes pro hac D. Bonaventurę. Respondetur, quod in illo cap. 1. de voto, determinatur tantummodo, quid regulariter fieri debeat, si dubium aliquod sit, quod non excludimus. Et ad illud ex leg. 2. ff. si certum petatur. Respondetur, quod quamuis homini res promissa forsitan magis expediat, quam illa quae absolute sit melior, & sic illa quae in specie debetur, & non alia debet solui, Deus tamen semper acceptat satisfactionem, quam constat esse maiorem.
- N.19.** Resolutio secunda. Ad commutationem voti, in equali omnino, & a fortiori, si sit dubium de aequalitate, necessaria est autoritas Praelati, & causa iusta licet exigua. Est communis, citat Sair. pro illa plures Auth. quos sequitur, vbi sup. c. 12. dub. 9. & 19. n. 3. & n. 8. Probatur, quia eo ipso quod id in quo sit commutatio non est excellentius in materia, ipso voto, & ipsius materia magis decet excellentiae diuinę, & fidelitati debita solvere in propria specie id quod fuit promissum.
- N.20.** Resolutio tertia. Qui solum habet potestatem ad commutandum, siue ex virtute Iubilei Cruciatę, seu aliter, non potest commutare, nisi in aequale, & ex

causa, id enim sonat verbum commutatio, ex Arist. 5. Ethic. ita Caiet. & Suar. vbi sup. n. 7. licet pro opinione contraria citet Medin. Ludou. Lop. Henric. Corduba. Et probatur tamen nostra resolutio, haec privilegia quamuis favorabilia sint, non sunt extendenda ultra verborum proprietatem. Commutatio autem (vt diximus ex Philosopho) significat aequalitatem, cum potius dispensatio, quam commutatio dici debeat illa quae fit in minus; ergo, &c.

B Vbi notandum, quod si commutatio fit in paulo minus, & tendendo ad aequalitatem, sine dubio valet, & sic videtur concessum in Iubileis, & Bullis: morales enim facultates hanc postulant latitudinem, nec humano modo aliter possunt exerceri. Ex quibus sequitur, requiri ad commutationem, etiam in aequale causam, quantumvis levis sufficiat, & aliquando (secundum Caiet.) erit sufficiens causa condescensio cum fragilitate vouentis, vt cum gaudio offerat suum sacrificium, id est actum quem vouit, vel in quem est commutatum. Imo quia Iubileum, & Bulla Cruciatę conceduntur ex generali causa, boni (inquam) communis, & ideo cum aliquo onere, videtur sufficere causa ad commutandum (vt ait Suar.) sine aliqua alia causa speciali.

D Quando vero simpliciter delegatur haec potestas in gratiam delegari, vt fit per privilegium, vel privilegia Religionum, vel in fauorem privatae personae, vel in remedium alicuius particularis oneris, tunc necessaria est specialis causa, si facultas sit solum ad commutandum, & non talis qualem habent Benedictini per Bullas Eugenij IIII. & aliorum ad commutandum, & ad dispensandum.

E Resolutio quarta. Ad commutandum votum in minus requiritur autoritas Superioris, vel quod delegatus habeat potestatem ad dispensandum. Patet, quia commutatio in minus, est aequalis dispensatio, vt diximus, vnde manent aliqui, vt Petrus de Arag. 2. 2. q. 88. art. 12. & Sair. vbi sup. n. 9. quod quando petitur commutatio, petatur dispensatio, vt sic certior commutatio, quia vtramque miscendo potestatem, in minus potest commutari.

Aristot.
Caiet.
Suarez.
Medina.

Suarz.

Bul. Eugen.
gen. 4.

N. 21.

Arag.
Sairus.

QVÆSTIO VIII.

*Verum hæc doctrina de dispensatione,
& commutatione votorum intelligatur,
etiam si vota iurata
fuerint?*

N. 22.

Resolutio prima. Potestas dispensandi in votis extenditur, ad dispensandum in iuramentis pijs circa eandem materiam, quando per se stant, suamque solum obligationem inducunt. Est communis resolutio, & ait Suar. vbi supra cap. 14. posse in praxi rura conscientia poni. Et probatur, quia secundum communem estimationem iuramenta, hæc tanquam vota reputantur, & maxime in ordine ad finem intentum ab eo qui hanc concedit facultatem. Et idem dicendum est, etiam si votum ipsius firmatum sit iuramento, nam votum quamuis iuramento firmetur, non desinit esse votum, & sic non obstante iuramento poterit dispensari in voto, & illo ablato, iuramentum per se cadit, & desinit esse: quod constat, quia qui iurat votum, vel promissionem vt sic, non iurat rem promissam: sed fidelitatem promissionis. Idem etiam dicendum, etiam si votum super eandem materiam immediatè cadat, & vnumquodque per se obliget ad Dei honorem, scilicet quod per potestatem absolutam dispensandi in votis auferri poterit vtrumque, & etiam vnum, vel aliud. Et est eadem ratio, quia semper manet verè votum, & non reseruatim: iuramentum autem illud est promissorium, quod diximus esse quasi votum.

Iuramentum promissorium est quasi votum.

QVÆSTIO IX.

A Virum in commutatione facienda seruanda sit etiam similitudo, et correspondeat materia in qua commutatur materia voti commutati?

N. 23.

Sit resol. negar. Vide Suar. 2. tom. de Relig. lib. 6. c. 19. n. 11. & seqq. & alios. An verò ad dispensandum in voto solemnii castitatis,

vel paupertatis, sit in Ecclesia potestas,

B tractant Authores, & nos in tract. 2. &

3. 2. p. ex professo, & interim vide Suar.

& Sair. in sua clasi, lib. 6. c. 11. à n. 22.

vbi ait, quod potest Summus Pontifex

ex plenitudine potestatis, & vt vices

gerens Dei Religiosum liberare à seruitute

ingenua, cui est mancipatus per

vota, & quasi manumittere, quod est

quasi mancipium liberum constituere,

quod facit sic faciens in primis de Religioso

non Religioso, id est, de seruo non seruum,

C manente enim in illo statu Religioso,

implicat dispensatio, liberatio, vel absolutio à dictis votis, quæ

cum essentialia sint, implicat illis ablati

manerè essentialia status in dispensato,

& sic procedit Pontifex, & hoc facit

ex grauissimis causis: & adhuc explicatur

sic, nam Summus Pontifex, qui dominium

habet, vt Christi Vicarius super Religiosum

virtute voluntariæ traditionis sui ipsius per

emissionem votorum, hoc dominium transfert in

D Religiosum ipsum, qui illud vouendo illà

tradiderat. Nec mirum hoc, nam potestate


humana transfertur dominium rei ab vno in

alterum dominum, & ipsi qui sui dominium

alteri vendiderat, vel tradiderat, potest iterum sibi

dominium reddi, & relaxari.





TRACTATUS

QUARTVS.

De admittendis in Religione, & quas
debeant habere conditiones
Nouitij.

HABET TRIA CAPITA.

Caput Primum. De commendatione status Religionis.

Caput Secundum. De impeditis ad statum Religionis assumen-
dum.

Caput Tertium. De Religioso ad Episcopatum assumpto.

S. Ansel.



Rationaliter ad doctrinam huius capitis disputare volui ex P. N. Anselmo, tom. 3 suorum operum, lib. de similitudinibus, ubi Monachus comparat Angelo, & arbori, & peccantem Monachum, cum peccante seculari. An pia opera facta ex iniuncto obedientia, & inde quasi ex debito, vi, seu quasi coactione virtute voti sint maioris meriti, quam opera ipsa ex supererogatione, ex omnino libera voluntate. Sed sufficienter ex istius sancti, & eximij Doctoris doctrina docta, & aurea comparatione conuincitur, pro operibus ex voto factis, cum secularis pius pia opera, verbi gratia, penitentia, deuotionis, seu Religionis exercens, & offerens, fructum suae arboris, id est, voluntatis offert Deo: Monachus vero arborem ipsam, nempe propriam voluntatem. Et commendationem vitae Religiosae, pro Deo plura aspera ex instituto perferentis ex comparatione cum Angelo, qui etsi gratus Deo existit, quia non peccat. Sic Monachus quia patitur, & peccata deplorat.

CAPVT PRIMVM.

De commendatione status Religionis
aflumendi.

CONTINET VNICAM QVÆSTIONEM.

*Questio vnica. Vtrum liceat inducere aliquem ad statum Religionis?*N.1.
D. Tho.Hier. ad
Paulin.
Chri. soff.
Aug. st.
Anselm.
Bernar.

Supponimus primò cum D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 10. cum Hieron. epist. 11. ad Paulin. cum Chri. soff. hom. 75. ad Populum. Aug. 8. con. fesc. 5. & 6. Anselmo epist. 11. Bernardo super, ecce nos reliquimus omnia. Statum Religionis ita esse perfectum, vt sine consilio, & dubitatione, vt sanctorum verbis vtamur possit arripi. Nec timēdam virium imbecillitatem, cum non proprijs viribus, sed à Deo certè sperandis, & accipiendis sit fidendum: illi solum dubitare, & consulere permittitur, qui certis, & cognitis habitualibus infirmitatibus, & quidem grauibus oppressus existit, vel cui sunt aliqua impedimenta ex statim dicendis ad habitum suscipiendam, quæ cognoscit habere.

N.2.

Supponendum secundò, quod ex iure communi possunt esse Neuitij, omnes illi, qui legitime possunt Religionem vouere, dummodo habeant conditiones statim assignandas.

QVÆSTIO VNICA.

*Vtrum liceat inducere aliquem ad statum Religionis?*N.3.
D. Tho.
Io. Mai.

Responderetur. Resolutio est affirmatiua cum D. Thom. vbi sup. Maiore in 4. d. 38. q. 16. §. dubitatur. Probat, quia hoc est inducere aliquem ad aliquid, quod est saluti animæ vtillissimum. Addit ta-

men D. Thom. in hac re dupliciter inueniri posse defectum, & peccatum. Primò, si minis, metu, ac terrore cogetur aliquis (vt solent facere parentes cum filiabus, aut filijs) quod quidem prohibetur in decreto 20. q. 3. Secundò contingit, quando aliquis per simoniam trahit aliquem ad Religionem, muneribus inquam collatis, quod in eodem decreto prohibetur, & eadem causa, q. 2. cap. *quam piè*. Nec tamen ad hoc pertinet, ait D. Thom. si aliquis alicui pauperi subministraret necessaria in seculo, nutriens eum ad Religionem, vel si sine pacto manuscula aliqua tribuat ad familiaritatem captandam, quod notandum est maximè. Tertio etiam potest reperiri peccatum in huiusmodi inductione ad Religionem. Si quis aliquem ad illam alliciat mendacis, imminet enim sic inducto periculum, ne cum se despectum inuenerit retrocedat, & fiat deterior.

Vbi notandum, quod Tridentin. sess. 25. c. 18. de regul. excomm. cuiuscumque status personas, quæ quomodo-cumque cogunt aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quancumque mulierem, præterquam in casibus à iure expressis, ad habitum Religionis suscipiendum, vel emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi Monasterium, habitum sumere, professionem emitte quoquo modo eidem actui, vel presentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Et eandem ponit Concilium ibi censuram impediendi susceptionem habitus, vel veli, sine iusta causa. Circa quod decretum notandum est primò, loqui tantum de mulieribus sic coactis.

N. 5. Notandum secundò, hanc censuram non aliquem contra facientem ligare, nisi sequatur effectus, id est, non manere excommunicatum, huiusmodi cogentem, seu inducentem, si mulier maneat in seculo, non obstante coactione, suaso, &c. aut vi, quacumque via impediatur habitus, & Religionis ingressus.

Nauarr. Sic Nauarr. in Man. cap. 27. & committer.

Notandum tertio, hic renouare Trident. id quod decretum erat, in *c. puella* 20. q. 2. & *c. vit.* 32. q. 1. quæ decreta loquuntur, quando impedimentum, vel violentia fuisset sine iusta causa, qualis esset defectus dotis, & mulierem laborare infirmitatibus magnis, vel similia quæ declarat *D. Tho.* 2. 2. q. 101. art. 4.

D. Tho. & Concilium addit hæc verba, quæ manifestè declarant, hoc intendere, præter

Bul. Eugen. 4. in casibus iure expressis, & Benedictini habent Bullam Eugen. III. qui sub excommunicatione sibi referuata, & Sedi, procedit contra illum, qui impedit verberibus, vel quibuscumque molestiis volentem intrare illam Religionem si capax sit, & etiam contra eum qui molestauerit Monasterium, iniuria vel affecerit illud, eo quod illum recepit, vel receperit.

N. 6. Notandum quarto, ex eodem Trident. *c. 17.* eiusdem *ses. 25.* loquendo in speciali de fœminis prohibetur admitti Nouitiam ad professionem in quocumque Monasterio, vsque dum Episcopus, vel eius Vicarius, in casu occupationis eiusdem Episcopi, vel alia persona ab ipsis deputata exploret an spontaneè, vel coactè velit profiteri, & sciat quid agat, &c. vide ibi, & modum hunc explorationis, apud Hieron. Leiuæ, Archiep. Nunt. Reg. in suo examine Episcoporum.

Leiuæ Archiep. Nunt. Reg.

Vbi aduertendum in illis Concilij verbis de quantis rebus possit, & debeat ordinarius index captare notitiam, vt licentiam, & approbationem sibi à Concilio delegatam debeat concedere, & si Monasterium sit idoneum, id est reformatum, & de alijs debet inquirere. Ad quam quidem explorationem tenetur Prælata certiore facere Episcopum, ante mensam præcedentem professionem, sub pœna suspensionis Abbatissæ, pro tempore benè viso

Episcopo, seu Prælato Ecclesiastico ordinario districtus, qui ab Episcopo non dependeat, non tamen pro defectu horum annullatur professio sequuta. Liborum tamen erit Abbatissa, si contingat duos Prælatos in eodem illo territorio æqualem, & independentem omnino habentes plenam, & perfectam iurisdictionem ordinariam, accumulatiuè exercendam, ad quem elegerit ex ipsis concurrere, & de instante professione, certiore facere. Vnde si vtrumque negligat adire, & mensis profecti Nouitiam elaboratur, absque exploratione dicta, & sic emittatur professio, à quolibet ex ijs Prælatis, Episcopo, aut Abbate, vel quocumque titulo nuncupetur, potest præueniri punitio Abbatissæ, cuius exemplum reperitur in Hispaniæ Regnis, specialiter in Galicia, & villa Montfortè dicta, in qua Abbas Monasterij sancti Vincentij, habet ibi suam sedem ordinariam, sicut Episcopus Lucentis, in sua Lucenti ciuitate, & vterque Prælatus in villa ipsa, habet totalem in omnibus casibus plenam iurisdictionem per præuentionem. Neque obstat, quod in hoc cap. & alijs, videatur loqui Concilium præcisè de persona, & dignitate Episcoporum.

Nam responderetur, quod quando id quod committitur, vel iubetur exequendum, annexum est dignitati Episcopali, secundum potestatem Ordinis, non alteri Prælato, quam Episcopo conuenit: sed hoc quod exercetur hic est gubernatiua, ordinaria, & Ecclesiastica potestatis munus, scilicet voluntatis Nouitiæ explorandæ, quod sic est in praxi. Si quidem etiam capitulum Cathedralis, & Collegialis Ecclesiæ, & iudex ab eo nominatus exercet hunc, & similes actus iurisdictionis Ecclesiasticæ.

E Ijs prænotatis, nota vltimo, quod ex iure communi octo sunt impedimenta, vt aliquis repellatur, vel impediatur à Religionis ingressu. Primum, si sit mancipium: secundum, si habet vxorem: tertium, quod non sit Episcopus: quartum, quod non fuerit coactus, aut violentatus: quintum, si sit mente captus, aut minoris, vel insufficientis ætatis: sextum, si sit obligatus ratiocinijs reddendis: septimum, si debeat ultra id quod

N. 7.

N. 8. Ad Religionis statum impediti, & 8. imped.

quod soluere potest: octauum, si habeat parentes nimia egestate laborantes. Hæc sunt impedimenta ad statum Religionis, quæ ex iuribus colliguntur, & libuit hic pro calce huius capituli primi tractatus 4. & illius vnice quæstionis ponere, quia sunt potiora impedi-

ta; quibus stantibus, cessat ratio nostræ resolutionis, quia non solum non erit expediens sic impedito status Religionis assumptio, sed neque licita, quare iniquè ager, qui huiusmodi ad Religionem iaducat, & de singulis in sequenti cap.

CAPVT SECVNDVM.

De impeditis ad statum Religionis assumendum.

CONTINET QVÆSTIONES 6.

Quæstio prima. Vtrum possit admitti in Religione aliqua mancipium, aut seruus?

A dum in Religione, habere prout tunc parentes nimia egestate laborantes.

Quæstio 2. Vtrum possit in Religione admitti ille qui se obligauit alteri ad faciendum aliquid incompatible cum statu Religionis?

QVÆSTIO I.

Vtrum possit in Religione admitti mancipium, aut seruus.

Quæstio 3. Vtrum possit eua conscientia habitum, & statum Religionis assumere, ille qui aeterno ita est oppressus, ut datis suis omnibus facultatibus, non potest suis debitis sufficienter satisfacere.

B Hæc quæstio cum sequentibus, de coniuge, de Episcopo, de constituto in dignitate Ecclesiastica, de filio sub potestate, & de habente parentes in nimia egestate constitutos, & similiter impeditis plura diximus, circa validitatem quam haberet, vel infirmitatem, tale votum ab ijs factum in Superioribus. Aliud est enim posse aliquem vouere piè, & licitè Religionem, vel ad hoc esse impeditum, aut infirmum, & irritabile votum faciat, quæ sunt difficultates quas absoluiimus: & aliud est, quod excurio, & impletio impediatur, & Religio sibi consulens tale mancipium, vel aliter impeditum admittat, vel repellat. Quo supposito.

N. 1.

Quæstio 4. Vtrum coniux post matrimonium, possit ingredi Religionem, vel statum Religionis assumere.

Quæstio 5. Vtrum Episcopi, & aliæ persone in Ecclesiastica dignitate constitutæ, possint in Religione admitti, & ipsam ingredi.

Quæstio 6. Vtrum sit sufficiens impedimentum ad non ingredien-

Ad quæstionem responderetur, & sit N. 2. resolutio negatiua. Non posse inquam admitti in Religione mancipium, aut ser-

ser-

feruum. Probat, quia hoc est contra ius domini illius, ex cap. *si quis incognitus* 17. q. 2. Si autem de facto receptus esset, dominus autem intra triennium illud non peteret, non esset restituendum, nisi ita distaret loco, ut in illo tempore non posset inueniri, ut notat Ioan. Azor lib. 12. institut. moral. c. 1. & sic declaratum est in fauorem Religionis, dicto cap. *si quis incognitus*. Si autem intra triennium dominus perat, tenetur Religio reddere, etiam si profissionem emisserit, & tunc manebit ille cum voto simplici castitatis.

Contrarium nihilominus est probabile. Sicut solet dici de marito profissionem emittente, in scia vxore, ex cap. *quidam*, de conuersione coniug. addunt etiam aliqui, & notant in nostro casu debere fieri ex parte Religionis aliquam compensationem domino serui. Triennium etiam debet computari a die primo probationis, id est, a primo die anni Nouitatus, postquam habitum sumpsit. Quamuis Syluester sentiat, hoc triennium esse computandum a die qua id cognouit dominus.

Aduertendum etiam eodem cap. *si quis incognitus*, cauere ne admittatur ad habitum intra triennium incognitus; quod si in illo triennio sciatur illum esse seruum, non admittatur, sed reddatur domino cum omnibus suis: accepta tamen cautione, quod propter hoc non puniatur.

Aduerte etiam hoc cap. loqui de seruis simul, & de agricolis, qui ad modum seruorum tenentur alienos agros colere.

De irritatione autem, quam potest facere dominus de voto serui, diximus supra. Triennium ergo, quod ius assignat ut votum Religionis solemniter a seruo emissum, maneat quasi ratum; ideo videtur praefixum, quia si non sit adeo maxima distantia, praesumitur habitam fuisse notitiam a domino, & per huiusmodi tolerantiam tacite prebere consensum, nec velle irritare votum: quare si intra dictum terminum, seu triennium, non existens verè impeditus dominus, non compareat, vel seruum accipiat, vel compensationem, praecipue si seruus sit Religioni utilis, dicitur hoc velle dominum, non tamen

cogi poterit, si seruum petat in termino.

QVÆSTIO II.

Virum qui alteri se obligavit ad faciendum aliquid incompatible cum voto, uti Religione possit admitti in Monasterio?

Respondetur, & fit resolutio affirmatiua. Si id ad quod faciendum manet obligatus, possit ministerio alterius adimplere, & adhuc etiam si iuramento sit firmatum, v.g. si quis iure iurando se adstrinxerit super alia vincula, ad seruendum hospitali pro tota vita, vel per triennium educare pupillum, vel simile, potest tamen non obstante huiusmodi obligatione etiam iurata, ingredi Religionem, nec per hoc esse periturum. Et probatur, quia nemo violat iusiurandum, quando commutat in melius quo iurauerat. Sic ex cap. *peruenit* de iur. iur. Sic Gotfred. Hostiens. & Abbas, quos citat & sequitur Sair. ubi sup.

QVÆSTIO III.

Virum ille qui ere alieno ita est oppressus, ut non possit sufficienter soluere dantis suis omnibus facultatibus, possit tuta conscientia habitum Religionis accipere?

Resol. est affirmatiua. Si ille cedat omnibus suis bonis, & iuribus, quibuscumque ad id quod forte habiturus est. Est D. Thom. 2. 2. q. 189. art. 6. ad tertium. Et ratio est, quia persona libera non est obligata creditori per se, sed tantum in bonis, & rebus. Alij tamen Authores tenent oppositum, sed quod non possit debitor statum Religionis accipere, quamuis si profissionem emittat valida foret. Et fundamentum horum Authorum est, quia obligatio soluendi debitum, est de iure, & lege naturæ; status autem Religionis est opus consilij, quod praeferi non debet. Aliter dicendum, quando interuenit professio, & per consequens obligatio facta Deo, & etiam ratione contractus cum Monasterio, qui celebratur in professione solemniter.

In

N. 4.

Gotfred.
Hostien.
Abbas.
Sairus.

N. 5.

D. Tho.

Azor.

Syluester

N. 3.

N. 6. In hac re Ioan. Azor tom. 2. inst. lib. 12. c. 1. q. 5. media procedit via dicens, eum qui totum quod habet dat, & iura ad habendum, & aliàs non habet spem probabilem se habiturum, id quod illi deficit ad perfectè soluendum, posse, aut se videat ineptum, aut sine aliquo modo, vel arte lucratiua. Secus autem si tali arte, aut officio pollbeat. Vnde ad aliud tempus lucrari possit, vt soluat. Et probatur, quia *impossibile nullum est obligatio*, ex leg. nam is, de dolo malo, vbi dicitur sic, is nullam actionem videtur habere, cui propter inopiam aduersarij actio est inanis. Et idem dicendum, si iuramento se adstrinxerit intra certum tempus se ingressurum Religionem, potest enim differre, vt soluat debita, si sit, vt diximus, spes probabilis possibilitatis ad soluendam.

N. 7. *Obiectio.* Sed quæres adhuc, si talis debitor de facto promissionem, aut votum solemne emittat, idest professionem (quod ex parte infirmuimus) teneatur in Monasterio laborare, vt debitum soluat. Ad quod respondent aliqui negando, & affirmando alij; sed iuxta dicta media via procedendum est. Si enim ille, qui in Religione receptus est callebat arte, aut officio, quo posset se sustentare, & soluere debita, tenetur laborare in Monasterio, & debita soluere. Sibi quæ imputet Prælati, quod oppressum are alieno in suo Monasterio receperit. Si autem in seculo manens, non posset sic soluere, nec in Religione tenetur, quia non debet esse peioris conditionis in Monasterio.

N. 8. Sed adhuc cum maiori præcisione materia hæc discutienda est. Nam in prima opinione dicentium liberè posse debitorem intrare Religionem. Si omnia sua bona tradiderit, & cesserit quibuscumque iuribus, ad quodcumque quomodolibet habendum. In resolutione hæc videtur distinguendum. In primis si huiusmodi impedimentum teneat se ex parte Religionis, ita vt Religio teneatur huiusmodi debitorem repellere, vel admittere: vel si impedimentum teneat se ex parte intendenti intrare Religionem, ita vt illi incumbat attendere huiusmodi impedimenti vim, & si se ligaturæ debitis inueniat,

se reputet ineptum, & incapacem ad Religionis statum. Et rursus, si talis debitor Religionem adiens, sit voto simplici Religionis ligatus, vel non.

Ijs præmissis circa primam opinionem, & iuxta explicata, videtur dicendum tum, hoc impedimentum veramque amplecti partem. Religionem, scilicet, Religionem inquam admissuram, & ipsum admittendum, cum status Religionis in vtroque perficiatur per professionem, in qua est contractus partis vtriusque. Tum etiam, quia ratio D. Thom. seu pro illa procedit de illo, qui non præexistit ligatus ciuilitate ratione alicuius contractus, nam persona istius debitoris (quamuis à natura sit libera, iure tamen gentium, & ciuili quod procedit, & derivatur à naturali, & illud modificat, & non destruit, imo est iustitutum à gentibus in subsidium illius, (vt videbimus tract. 2. secundæ partis) non est persona libera, sed ciuilitate ligata ratione debiti; quare aliunde liberanda est, vt statum Religionis assumere valeat, vt videbimus statim.

Circa secundam etiam opinionem, quod scilicet huiusmodi debitor Religionem non possit ingredi, quia status Religionis est in consilio, soluere verò debita ad præceptum pertinet, circa hoc inquam est.

Notandum, quod quamuis loquendo de eo, qui non præcedente voto simplici Religionis vult ex feruore deuotionis, solum Religionis statum sumere, hoc fiat ex consilio Euangelico, & non ex præcepto: tamen si supponamus huiusmodi votum prius emississe simplex Religionis; illo supposito, ingressus Religionis non est opus consilij, sed præcepti, & naturalis, & non cuiuscumque naturalis (vt est de soluendo debito homini ex virtute formalis iustitiæ) sed est ex virtute nobilioris iustitiæ, & virtutis, quæ est Religionis, & secundum naturale illud præceptum, & dimittimus, *Si quis dedit Domino, redde illi*. Neque hoc pugnat cum eo, quod supra tract. 2. c. 1. q. 3. n. 24. per totum, vbi de libero actu consilij, assumendi Religionem, absque alia præcedente obligatione, quam exercendo actum virtutis Religionis aliquem, habitum sumit, disputauimus, & cuius virtutis actus

N. 9.

Ius gentium non destruit naturale nec vtrūque ius ciuile.

N. 10.

actus praefertur debeat, etiam quando cum obligatione implendi votum Religionis factum, concurrat obligatio de nono contracta foemina, per matrimonium interim contractum, & consummatam flagitiose, quod resolvimus tract. 3. c. 2. q. 5.

N. 11. Et ad nostrum proprium huius loci intendendum est, & suadendum illi, ut pro viribus soluat, & quamvis iuribus quibuscumque ad habendum bona in posterum cedat, nec officio, aut arte polleat ad sperandam solutionem faciendam lucris; non se iudicet liberum, ut de sua persona possit liberè disponere, quæ quamvis nudo iure naturæ attento sit libera, non est libera civiliter, quando ligatur contractu debito: at tamen, ut diximus, si ingrediatur Religionem, & profiteatur, valida erit professio, & si officium, aut artem compatibilem cum statu, nec indecens habeat, Prælati debet disponere, ut ex lucris solvantur debita.

N. 12. Et saltem, quod debitor debeat differre ingressum Religionis, vsque dum debita solvat, videtur esse manifestum; non solum si habeat artem lucrativam, sed et si suis omnibus traditis bonis, renuntiationem faciat, & iuribus omnibus cedat ad quodcumque habendum, & careat arte, aut officio lucrativæ ad satisfaciendum. Probatur, nam ius civile disponit, quod qui debet non solum habeat bona omnia obnoxia; creditori, & debitis, sed & personam, ut constat ex praxi contractuum. Nam in hoc assimilatur debitor seruo, seu mancipio, sicut enim istud, si habeat votum simplex Religionis emissum, non potest illam ingredi, tum quia dominus irritavit, tum propter doctrinam adductam supra tract. 3. c. 2. q. 6. in princ. ita debitor.

Respondetur, quod diversa maximè ratio est inter seruum, & debitorem impotentem solvere, iste enim dominus est suarum actionum, & quamvis carcere possit constringi, non tamen tenetur subijci iure servitutis in obsequium creditoris, cum non contraxerit debitum cum hoc strictissimo vinculo, & conditione gravissima. Si enim talis intervenisset conditio, ille contractus

fuisse venditionis, de quo non loquimur, nec hoc ius in more est, quod inquam, ob debita tradatur debitor creditori, sed quod ex bonis, seu actionibus lucrativis fieri satis intendatur creditori, qui ablata ipse recuperandi debitum, impie ageret, si adhuc Religionis ingressum debitori impotentis & impossibilitato sine spe solvendi impediret.

QUESTIO III.

Vtrum coniux post matrimonium possit Religionem ingredi?

Ista questio, quamvis conveniat N. 13. maximè cum q. 5. c. 2. præced. tract. 3. tamen est magis in factis consistens: unde supponendo, quæ ibi tractavimus, & quod vovere Religionem aliquando compatitur cum matrimonio etiam contracto, & quomodo tandem se habeant, & qualiter concurrant matrimonium cum Religionem. In præsentibus præcipuè, de ijs quæ in ingressu Religionis contingunt coniugatis agimus, & propter connectionem cum voto Religionis ipsorum, aliqua attingere non excusabimus. Quo supposito,

Ad questionem respondetur, & sit resolutio prima. Coniux ante matrimonium consummatum, bene tamen contractum, & etiam revente coniuge potest ingredi Religionem. Probatur ex cap. verum, & ex cap. si ex publico. de conversione conjugatorum.

Resolutio secunda. Potest similiter Religionem ingredi coniux matrimonio, non solum contracto, sed & consummato, si ex sententia iudicis factum fuerit divorcium, ex causa adulterij ab vno ex coniugibus commisso. Sic ex cap. Agatosa 2. q. 2. & sumitur argument. ex cap. quam perniciosum 7. q. 1. ubi advertendum, quod non sufficit quod interuenerit adulterium, sed etiam debet reperiri sententia iudicis.

Resolutio tertia. Professio cuiuscumque ex coniugibus aliter facta, quam per præcedentes duas resolutiones est assignata, vel sine consensu coniugis aliàs est nulla. Probatur ex cap. porro

Ioan. And. porro de diuortijs, & ibi *Ioann. Andr.*
Hofstien. Hofstienf. & Abbas.

Abbas. Resolutio quarta. Ex consensu mutuo coniugum, possunt ambo coniuges Religionem intrare. Probatur ex cap. *cum sis*, & ex cap. *uxoratus*, & ex cap. *ad Apostolicam*, de conuers. coniugat. Imo & vnus ex coniugibus potest ex consensu alterius, ingredi Religionem. Si tamen alter ex illis faciat votum continentiae, & tam pronectæ sit ætatis, vt nulla possit esse rationabilis suspitio adulterij, quod tamen debet fieri ex licentia Episcopi, vel Ordinarij, sic expressè determinatum est, in cap. *cum sit præditus*, de conuers. coniug. & in dicto c. *Agatosa* 2. q. 2. & sic communiter.

N. 18. Resolutio quinta. Si autem fiat professio sine dictis conditionibus erit nulla, vel saltem irritabilis ab altero coniuge, qui aliter non videtur permittere, nec cedere iuri suo, ex dict. c. *cum sis*, & cap. *præterea*, & cap. *quidam*, de conuers. coniug. & cap. *placuit*, sic enim dicitur in cap. *quidam*, loquens de quodam, qui intrauit Monasterium inuita vxore, ijs verbis. Consultationi tuae taliter respondemus, quod votum non renuit, & idem est si alter metu, aut dolo concessit, vel promisit, ex cap. *accedens*, & ex cap. *ueniens*, de conuers. coniugat.

N. 19. Aduerte tamen, quod in omnibus ijs casibus qui fecit promissionem, remanet cum voto castitatis in plurium Authorum opinione, quia hoc saltem videtur facere voluisse, & ideo quamuis potest reddere debitum, non potest petere; Religiosus vero nõ manebit, quia professio fuit nulla, & ideo si celebret secundas nuptias, verum & validum erit matrimonium, quamuis peccet mortaliter contra votum castitatis in professione emissum. Sic Abbas, & alij, in cap. *quidam* de conuers. coniug. vbi sic dicitur: *Vtius verò, non poterit uxorem accipere, promisit enim non exigere debitum, quod in eius potestate erat.*

Abbas.

Contraria tamen sententia multum probabilis est. Nam qui taliter coniugatus profiteatur, intendit, aut validam emittit professionem: aut ad nihil manere obligatum; vnde cum professio fuerit (vt dictum est) cum nulla

manet obligatione. Sic *Miranda* in manuali, tom. 1. q. 12. art. 2. conclus. 5. hac enim ratione, vt dicemus infra, qui fecit professionem ante decimum sextum annum, & per consequens; nullam ex decreto Concilij Trident. ad nil manet obligatus, & potest contrahere matrimonium, & hoc non solum in Religionibus, in quibus professionis forma non exprimit votum castitatis, vt apud Benedictinos: sed etiam vbi expressè castitas professione voueatur; propter rationem *Mirandæ* dictam, & idem de illo qui voto simplici Religionis emissio celebrauit matrimonium, & consummauit, peccabit enim, sed à voto Religionis, & continentia essentialiter inclusa liberatur.

N. 20. Sed quæres quid dicendum sit, si alter coniugum sciuit, & dissimulauit solum ingressum Religionis alterius coniugis; an postquam professionem emisit, possit petere maritum. Sic tamen quinta resolutio.

C Responderetur affirmatiuè ex cap. *consultuit*, de conuers. coniugat. Si tamen moriatur coniug qui mansit in seculo, tenetur qui professionem emiserae perseuerare, nam vt ait *Azor*, vbi supra c. 1. q. 6. professio quidem illa valida fuit, quamuis subiecta irritationi per alterum coniugem, sed cum morte præuentius hanc irritationem non fecerit, valida manet professio. Sic *Cald. Abb. Syluest. Rosela, & Tabiena*, vbi supra.

N. 21. Sed quæres adhuc quid faciendum sit, si maritus (v.g.) professionem emisit, annuente vxore: ipsa tamen, nec Religionem ingrediarur, nec votum continentiae emittat. Abbas *Antiquus*, cap. *quidam*, citato tenent, posse suum maritum repetere (si quidem ipsa iuuenilis sit ætatis) & ipsam à Religione extrahere; quod tenent etiam *Tabiena, Syluest. Angel. & Rosela*, vbi supra. Et probatur ex cap. *cum sis*, de conuers. coniugat. vbi sic dicitur: *Cum sis præditus scientia literarum, ignorare non debes sanctorum Patrum constitutioni esse contrarium, v. vir vxore sua; aut vxor viro suo, non assumente Religionis habitum, debeat ad Religionem transferre, inde est, quod auctoritate Apostolica prohibemus, ne in Episcopatu tuo visum, aut uxorem, nisi vterque ad Religio-*

Mirand.

N. 20.

Azor.

Cald.

N. 21.

Abb. Antiq.

Tabiena. Angelus. Rosela.

gio.

gionem migraverit, transire permittas: verum si ita vxor senex est, & sterilis, quod sine suspitione possit esse in seculo, dissimulare poteris, ut ea in seculo remanente, & castitatem promittente, ad Religionem transeat vir eiusdem.

N. 22. Sed adhuc de professione illa, quam ex consensu vnus ex coniugibus remanentis in seculo, & aetatis iuuenilis, emittit alter coniux in Religione. Est aliquorum opinio, quod non possit professum coniugem petere, & extrahere de Monasterio. Sic Calderinus, Panormitanus, & alij. Et ratio illorum est, quia per consensum, quem ad vouendum, praeiuit vxor marito, verbi grat. vel e contra, renuntiauit iuri suo, & cum votum ex tali consensu emissum, ex se validum sit (vt diximus, nuper in opinione Ricardi, in 4. dist. 38. art. 4. q. 3. vt vidimus in praeced. tract. 3. c. 3. q. 7. circa princip.) de voto Religiosi, quod Praelatus permittit fieri, & ex hoc non possit irritare postea. Et hinc videtur dicendum; quod coniux qui consensit voto solemniter coniugis, non possit post professionem extrahere, & ad verba relata, ex cap. cum sis dicunt, quod prohibetur quidem, ne coniux permittatur in seculo manere, professionem emittente altero coniuge. Ne tamen tamen (si fiat) declaratur nullum ibi; & irritum, imo nec irritabile.

Calder.
Panorm.

Ricard.

N. 23. Coniux relictus in seculo, ex incuria Praelati, quatenus consenserit voto Relig. coniugis sollemniter, potest si velit illam etiam professum a Relig. extrahere.

N. 24.
N. 25. Coniux professus

Sit resolutio nostra. Nihilominus posse talem sic professum extrahi, ab illo qui remansit in seculo, & eius votum sollemniter irritari, sicut de Praelato probatum relinquimus supra, & in num. praecedenti, ex q. 7. tract. 3. c. 3. §. difficultas vero.

Quod aduertant maximè Praelati seculares, & Regulares, vt diligenter curent, quando quis prouentus aetatis habitum petit, vt de statu, & an sit vxoratus inquirat, & hoc comperto, de altero coniuge, vt dictum est faciant disponi.

Aduerte tamen, quod cum in dicto casu, vt dictum est, semper professio de se valida existat. Maritus, mortua vxore, tenetur ad Religionem tendere, & nullo modo ad secundas nuptias transire, nam essent nullae, nempe ex vno ex contrahentibus praesente, & impedito voto solemniter Religionis emissio; eo quod prius habuit vxorem, quae ante-

rius ius habuit irritandi; & mortua illa, non est a qua irritetur. Si tamen ad matrimonium aspiraret, dispensatione utendum est, quam solus Papa ex iure potest facere, cum sit votum perpetuum. Ad utendum vero matrimonio, tam in exigendo, quam in soluendo debitum, dum matrimonium ad quod ab vxore extractus fuerat, duravit viuente vxore, non indiget aliqua dispensatione, quia obligatio status Religionis, & continentiae illius, quae essentialis pars illius est, extincta penitus fuit, vel totaliter sopita pro toto tempore, quo licet, & validè à Monasterio fuit extractus per vxorem.

Et idem dicendum de illo, qui voto simplici Religionis facto celebrat, & consummet, peccaminosè scilicet, matrimonium: poterit enim exinde, sine speciali dispensatione soluere, & exigere, quia voti vis, cum continentia illa (quam solum videtur vouisse, quatenus essentialiter, & inseparabiliter inclusam in Religionis voto, penitus pro duratione matrimonij sit penitus abolita, emortua, vel sopita, vide supra n. 19. in fine. Sed quidem praesens pro tempore illo, quo existit maritata.

Ex dictis resultat, quod de facto dicendum, & quomodo procedendum, quando vxore annuente maritus emittit professionem ipsa in seculo remanente, cum voto simplici emissio perpetuae continentiae. Dicendum enim ex iuris praesumptione, & morali, quod si vxor sexaginta, vel plurium annorum maneat in seculo, vt dicitur in dicto c. cum sis, cum non sit adulterij periculum, cap. vxoratus, cap. ad Apostolicam de conuersi coniug. sin vero iuuenilis fuerit aetatis, & periculum sit adulterij, recludenda est in Monasterio, non tamen obliganda est ad profitendum, neque ad receptionem habitus, quia hoc non petit eius votum, vt constat, & licet Hostiens. dist. 32. q. 1. teneat obligandam fore, vt Religionem assumat: tamen melius Calderinus distinguit, dicens, quod si vouit Religionem, obliganda est ad profitendum: si autem solum vouit continentiam, ignorans quod ius disponit, nec tenebatur scire, non obligandam ad Religionis ingressum: secus autem si sciuit, vt patet ex

E

in Relig. ex coniu-
gis consen-
su ad ip-
si. postea
instantia
extracto
mortua
vxore,
vel viro,
& tenetur
ad Mona-
ster. red-
dire.

N. 26.

Qui voto
simpl. Re-
lig. ligat
conhibet,
& consu-
mat ma-
trim. pec-
cat m. &
liberatur
a contin-
tia. & Re-
lig. pro
vna vxo-
ris; non
ultra.

N. 27.

Hostiens.

Calder.

e. qui uxorem.

Abbas.

cap. qui uxorem, 33. q. 1. ex Conc. Rhemeni: sic enim dicitur ibi; *Qui uxorem suam votare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.* Idem tenet Abbas. Et hoc idem dicendum est si vxor habitum sumpsit, & vir in seculo mansit: & omnia dicta locum habent, si vterque coniux ex mutuo consensu habitum Religionis sumpsit, & postea alter illorum ante emissionem professionis solennis habitum, & Religionem dimisit.

N. 28.

Ex quibus omnibus hic dictis & etiam suprâ quest. 5. cap. 5. huius tractatus, manet resoluta difficultas tractata ibi, & huius loci magis propria. An post sponsalia possit quis licite Religionem ingredi. Oppositum enim est certum, scilicet, quod non liceat Religionem ingredi, nec profiteri, speciali: ter si sponsalia, quæ præcesserunt erant iurata, vel tenuina perdidit corporis integritatem vel formam; in primo casu interueniente sanctitate iuramenti; in secundo iustitia formali & obligatione facta fœminæ ex iustitia. In vtroque enim siue talia sponsalia præcesserint votum simplex Religionis, siue votum illud Religionis præcesserit, & prius fuerit factum, tempore profitendi non obligat, vel quia sanctitati voti opponitur sanctitas iuramenti, vel in primo casu (quando scilicet sponsalia fuerunt iurata) vel quia in secundo casu, scilicet dispendij fœminæ, opponitur obligationi voti altera obligatio, ex formali iustitia quæ obligat magis; & etiam quia in isto casu quando aduenit occasio implendi promissionem voti simplicis Religionis per emissionem professionis solennis, reperit mutuatam rem, & hominem adstrictum ex iustitia formali fœminæ (ut diximus) & etiam quia (inter alias) hæc versatur differentia inter votum simplex Religionis, & votum solenne: quod primum habet vim promissionis; secundum autem vim contractus ad executionem & traditionem redacti, per quem cum effectu transfertur dominium rei, ut videmus in professione solenni, in qua voluntatis libertas, dominium & ius rerum facultatem ad fruendum bonis, transfert qui proficitur in Religionem, & deinde quia per votum solenne

N. 29.

Speciale discriminè inter votum simplex, & solenne, quod hoc est traditio rei promissa, illud promissioni rei postea tradenda.

cap. qui uxorem, 33. q. 1. ex Conc. Rhemeni: sic enim dicitur ibi; *Qui uxorem suam votare permiserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.* Idem tenet Abbas. Et hoc idem dicendum est si vxor habitum sumpsit, & vir in seculo mansit: & omnia dicta locum habent, si vterque coniux ex mutuo consensu habitum Religionis sumpsit, & postea alter illorum ante emissionem professionis solennis habitum, & Religionem dimisit.

Ane contrahit homo seu celebrat contractum, non solum cum Deo, cui iure speciali seruitutis se tradit, sed etiam contractum celebrat homo in professione solenni cum creaturis, cum hominibus, cum Monasterio, in quo interuenit æqualitas iustitiæ convenientibus partibus, & se se mutuo obligantibus; Religionem ad sustentandum, gubernandum, & protegendum profitentem, ipso vero Religioni se obligante ut ipsi laboret, & lucretur: ex quibus relinquitur discrimin aliud quod in voto solenni interuenit formalis iustitia. At vero in simplici, solum virtus Religionis, & fortè fidelitatis, dixi fortè, & non absolute, quia implerio seu executio voti simplicis (quod essentialiter est promissio) respectu Dei non potest esse actus fidelitatis per quam implentur promissiones inter homines, & nituntur in liberalitate, quam erga Deum non potest homo exercere.

Et quod per solenne transfertur dominium: non autem per simplex. In voto solenni adstringitur homo Deo & hominibus in simplici autem solum Deo. Speciali discriminè inter votum solenne, & simplex Religionis

QVÆSTIO V.

Verum Episcopus & alie persone in Ecclesiastica dignitate constitute impediuntur ab ingressu Religionis?

Primo hic disputandum est, an hoc impedimentum teneat se ex parte Religionis admittentis, vel personæ quæ intendit ingredi, & recipi.

N. 30.

Pro quo supponendum quod suprâ in tractatu de voto, & de ijs qui possunt Religionem vouere. Id licitum esse Episcopis, & quod non obstat quod status Religionis non sit æque perfectus statui Episcoporum, qui consistit in perfectione charitatis: quibus addendum, ideo posse adhuc vouere Religionem Episcopos, & dici esse illis tale votum de maiori bono, quia institutum & modus viuendi perfectior est in Religiosis, quam in Episcopis; illorum enim, & non istorum modus viuendi includit aptiora media ad consequendam charitatem perfectam, nempe consilia Evangelica, & votorum essentialium, obedientiæ & paupertatis actus, quæ non includit nec petit de se institutum, nec modus viuendi Episcoporum. Et

Aliud est querere, an Episcopus possit Religionem vouere, aliud posse vel debere admitti in Religionem.

H etiam

Status Episcopi excedit in perfectione statum Religionis. Oppositum dicendum de modis. & institutis vivendi utriusque.

N. 31. Cap cum pridem de renuntiatione. & communis opinio.

etiam quia quamvis status Episcoporum sit status perfectionis, non tamen eo ipso quo quis eligitur Episcopus infunditur illi perfectio, ita ut eo ipso perfectus sit, & ideo Religionem vouere potest, & illud institutum vivendi; non vero potest Religionem ingredi, nec profiteri sine licentia Papæ, quia est sponsus Ecclesiæ, & illam dimittere, sine Principis Episcoporum & Ecclesiæ consensu non potest; illi enim ut supremo totius Ecclesiæ Pastori, & patri incumbit singularium Ecclesiarum, & in speciali cuiuscumque curæ & bono providere.

De alijs autem dignitatibus & personis in ipsis constitutis diximus posse & vouere liberè Religionem, & ingredi, licentia ab Episcopo petita, quamvis non accepta. Et omnium horum Episcoporum (inquam) & personarum in dignitate Ecclesiastica, quantum ad impedimentum ex parte ipsorum hæc sufficiant. Quantum verò attinet ad Monasterium, nihil speciale restat aduertendum, quia per professionem ab omnibus seculi impedimentis expediuntur cum Religionem mancipantur.

QVÆSTIO VI.

An sit speciale & sufficiens impedimentum ad votum Religionis implendum, habere pro tempore quo habitum sumere intendit parentes in maxima, vel extrema egestate constitutos.

N. 32. Subuenire maxima, vel extrema patris & matris necessitati est de iure diuino & naturali. Eandem obligationem habent parentes pro fratribus non vero

SENSUS Quæstionis est, an tanta conscientia possit Religionem ingredi ille qui actualiter habet parentes ingenti inopia laborantes? Ad quod respondet D. Th. 2. 2. quæst. 189. art. 6. cum ferè omnibus Doctoribus, negativè, quia de iure nature & diuino est. Et idem dicendum de Parentibus respectu filiorum, non tamen hæc obligatio ligat fratrem respectu fratris, aut aliorum consanguineorum, licet si sit frater, & imminet periculum fratribus, & sororibus, obligat tunc charitas ad differendum habitus susceptionem, si non sit cui competenter, & decenter possit commen-

A dari, & prius obligamur patri quam pro fratribus. Et semper debet saluari quod non imminet damnum spirituale ipsius intendentis Religionem.

B Materia huius quæstionis exactè discutienda est, cum sit frequens impedimentum status Religionis, & sæpius concurrat obligatio quarti præcepti cum pio affectu Religionis, & impletionem voti. Undè supponendo ea quæ superius diximus agentes de promissione, ubi disputauimus, §. colligitur ultimum. An propter solvendum debitum Deo ex virtute Religionis, prætermittendum sit debitum quod ex formalis iustitia debetur homini, vel ex pietate Parentibus.

Ijs restat addendum, quod aliud est loqui de eo, qui votum Religionis iam emissum vult implere; aliud, an liceat tale votum facere, vel si ne illo de facto Religionem ingredi, nam ad suspendendum Religionis ingressum, illi homini, qui non est ligatus præcedente voto Religionis minor causa sufficit, quam illi, qui voti emissi obligatione stimularus Religionis ingressum intendit.

C Secundò est supponendum, obligationem quarti præcepti decalogi de honorandis parentibus, in qua fundatur scandalum quod dicunt aliquando parentes patri ob absentiam filiorum, qui ad Religionem confugiant, obligare non solum filios ad liberationem parentum, sed etiam parentes ut consulant utilitati, & bono filiorum, bono (inquam) corporali & spiritali) & potius (quidem) de spiritali, qua ratione mater peccaret graviter, & similiter pater non nutriendo, & non alendo filios, omittendo curam de providenda nutrice in infantia, si mater ipsa nutrire non possit, id est, lactare, & mater ipsa peccaret graviter si possit, & tradat lactandum filios conductæ nutrici, quia cum debeat mater providere de maiori bono filio, priuat filium hoc maiori bono cum ipsum alieno lactat lacte, & non proprio, quod quidem non sic expediens, & utile filio est, utpote quidem minus naturæ cõforme, quæ docet, & demonstrat in

N. 33.

Ad suspensum dendum Religionis ingressum, non instante voto minor causa sufficit.

N. 34.

Ex eodè 4. præcepto tenentur Parentes cõsulere bono filiorum.

om.

omnibus animantibus, quod parentes proprii prouideant de alimento filijs, & matres lactent, quia hoc tam naturale est matribus, sicut concipere & parturire; hoc enim animantia omnia docet ipsa natura; & quasi ius habet filij quod à matre à qua concipiuntur & eduntur, lactentur & foueantur, quare matres peccant, si sine causa prolem conceptam hoc iure priuant, quia æquè benè per aliud lac non prastant, cum secundum Medicos Auicenam, & Galenum, citatos à venerabili Beda, c. 1. in Lucâ Sanguis menstruus, & lac ex eodè fonte manent. Et ideo mater tenetur filium lactare, & si id non valeat, curare de bona nutrice filio, quia experientia docet quod cum lacte bibuat sæpè infantes inclinationes prauas, & mores viles, & malæ indolis nutriticis; vndè hæc cura de nutrice honesta, & proba vsque ad triennium imminet parentibus; & deinde de per se, vel pædagogos illos instruendi in fidei Rudimentis, & curandi vt bonos imbibant mores. De illis postea ad studia immittendis, & de filiabus dotandis, incumbit cura sub peccato graui, magis vel minus ex circumstantijs, cum ad maius ipsorum bonum debeant intèdere. Vndè colligunt auctores, circa hoc quartum præceptum peccare parentes grauiter, si sine sufficiente causa, vel absque magna egestate exponant suos filios nutriendos in Ecclesijs, & Monasterijs, vel curandos in ægrotantibus immittant hospitalibus, & xenodochijs, vbi cum minori cura, & benignitate curentur, quàm in ædibus paternis. Et idem dicendum suo modo de famulis ex stipendio pro omni seruitio, & obsequio ab eis præstando, & omnimoda sustentatione, & subsidio ipsis impendendo, quod non sine causa, sunt ad xenodochia in infirmitate immittendi. Et nec de filiorum spiritali profectu negligendum est parentibus. Quare peccabunt parentes si pia vota filiorum, vt de aliquibus orationibus recitandis, pœnitentijs moderatis exercendis sine causa irritent, vel ab statu Religionis quem intendunt auocent, & abducant. Vbi præter excommunicationem latam in Tridentino contra impediens Religionis ingressum, peccant grauiter (vt dictum

Ius naturale habent filij quod à propria matre lactentur. Auicena. Galenus. Beda.

De educatione instrutione sustentatione & curatione grauis imminet curantibus pro filijs, imò & de domesticis.

Pia vota filiorum impie sine causa irritant parentes.

A est non fouendo; nec curando profectum, & utilitatem filiorum, & sic de similibus.

Suppono tertio, pro terrore seu timore quem incutere conantur parentes aliquando filijs, vt illos à Religionis ingressu reducant, & castigantes nimium illis inferre merorem, & tristitiam salutem, quæ mortem sine dubio fit illis alacritate, si aspectibus & presentia ipsius filij careant; vnde scandalum magnum (dicunt) illis futurum filij Monachatum. Quare de natura scandali & varietate ex doctrina D. Thom. & Doctorum.

N. 35.

D. Tho.

C Oportet notare scandalum in primis duplicem esse, actiunum scilicet, quod contingit quando quis dat proximo occasionem peccandi exemplo mali, & peccaminosi actus coram illo perpetrati; & passiuum scandalum, quia non fit nec datur, sed accipitur ab ipso scandalizato, ex opere quidem coram illo facto bono, quod de se non offert occasionem offendendi, vel peccandi, sed ideo dicitur passiuum, seu acceptum, quia ex parte accipientis scandalum, id est, scandalizate personæ, & non aliunde prouenit scandalizari; & hoc scandalum passiuum rursus est duplex, quia dupliciter cõtingit, aliquem scandalizari, & duplici ex causa, aut radice prouenire; primo ex malicia illius qui scandalizatur, quod dicitur scandalum Pharisæicum, seu Pharisæicorum; quia isti ex malicia sua scandalizabantur ex diuinis, & perfectissimis operibus Christi Domini; secundo oriri solet hoc scandalum passiuum non ex malicia, sed ex ignorantia, infirmitate, aut pusillanimitate videntium opera, & solet vocari scandalum pusillorum communi vocabulo, & erat scandalum illud, quod rudis ille populus Israeliticus patiebatur quando scandalizabatur sæpè ex operibus Christi Domini, ex ignorantia quidem, quia non capiebat illorum operum excellentiam, perfectionem, & altissimos fines; & ex pusillanimitate, quia non audebant imitari, nec desinere vitare vitam immaculatam, quam iniquè, & iniuste calumniabantur Iudæi, & Christi virtutes, in quibus tribus scandalorum generibus, hæc ad nostrum intentum est singularis & maxime

Quod & quotu plex scādalum.

Scand. passiuum.

Scandalum actuum semper vitandum.

notanda differentia, quod scandalum actuum semper debemus vitare, passivum autem primi generis nunquam vitare tenemur; qua ratione dixit Christus discipulis monentibus de scandalo ex malitia accepto à Phariseis; vides: *Quia Pharisei audito hoc verbo scandalizantur respondit: sinite illos, cæci sunt, & duces caecorum, de quibus alibi, dicit, si cæcus caecum ducat ambo in foveam cadent:* passivum vero scandalum ex ignorantia, vel pusillanimitate, quamvis non debeamus curare nec vitare quando se offert opus præcepti, quia ex charitate prius tenemur consulere proprio bono, & non peccare, ut si quis suadeat men lacium, periurium, vel testimonium falsum, ne pusillus vel ignorans scandalizetur; at vero quando ex opere consilij, v.g. quod aliquis statum Religionis vult assumere ex ignorantia, aut infirmitate alius scandalizetur, sic scandalo huic consulendum est, ut opus bonum consilij differatur, dum non graue damnum spirituale proprie personæ prudenter timeatur, ut si transacta occasione postea non redeat, vel periculum desistendi, vel aliud, ut si quis caueat se à meretricibus, vel notis sibi mulierculis prouocandū ad relinquendum propositum.

N. 23.

Suppono 3. ferè nunquam parentes sufficiens scandalum pati ex ingressu filij in Religionem; tum quia cum tale scandalum esset passivum (ut constat) cum procedat & occasionem accipiat ex bono opere & laudabili, ex sua natura plus petit edificare quam scandalizare & sic si est in tali casu scandalum non datur, sed accipitur, vnde ut ait Ioannes Maior citatus à Suiro lib. 7. cap. 6. num. 15. § *Ioannes Maior*, rari sunt aut ferè nunquam contingit parentes mori, licet dicant se morituros ob defectum & absentiam filij ingredientis in Religionem; imò in plurimum accidit, quod sedato animo, transeunte passioe & tristitia, merorem in gaudium verti, iustum & rationale de se securum arripiente iter, & statum absolutè omnibus Ecclesiæ statibus perfectiorem.

N. 24.

Suppono 4. egestatem vel necessitatem parentum dupliciter posse considerari, alia enim erit extrema, quam

A paterentur parentes orbari filio, carentes necessaria & præcisa sustentatione, ex qua carentia inevitabiliter morerentur, nuditate vel fame consumpti, siue quia etiam sint in debilitate, vel infirmitate, vel in carcere constituti; & nullus alius ex charitate pietate, aut obligatione curat leuare. Alia necessitas parentum dicitur non (quidem) extrema, sed valde grauis, seu grauisima, licet tales parentes sine subsidio filij vivere possint, sed hoc esset cum maxima diminutione status & conditionis, ita ut etiam si antea nobilissimi & ditissimi fuissent, in talem devenerunt inopiam ut mendicare cogantur ut sustententur, vel deservire, & non quomodocumque, sed viliter, & in infimis & abiectissimis ministerijs maximè indecentibus suæ ingenuitati & conditioni, & hæc est necessitas grauisima respectu nobilissimorum, quæ non dicitur talis respectu alterius honesti (quidem) sed plebani civis, vnde quod faber aut alius artificex Republicæ inopia oppressus mendicare cogatur, ut sustentetur non dicitur (quantum ad præsens) necessitas grauisima, & quia in humili & plebeio homine couertuntur necessitates grauisima & extrema, & vtraque contigeret siue in nobili, siue in plebeio, si de facto nec valentes seruire, aut mendicare, vel quia in carcere, vel infirmitate iacentes alimento quo vivere & sustentari possent non haberent, nec ab alio quam à filio possent expectare, & non esset quidem in plebeio homine talis necessitas, quæ mendicando vel quomodolibet seruiendo foueretur, & sicut nec esset extrema, sic nec grauisima diceretur. Etenim in huiusmodi plebano necessitas grauisima sicut nec etiam in alio viro opulentissimo, & ditissimo quondam, & nobilissimo, si remanserint facultates exiguæ (quidem) sed sufficientes ut sustentetur, non coactus medicare, vel seruire, vitam compellatur ducere non ita amplè & honorabiliter, ut prius, & qualem ducunt alij eiusdem conditionis, & ingenuitatis conciuies, talis fortuna non erit in nobilissimo grauisima, sed grauis necessitas. Sicut & in plebeio, illa quæ seruiendo reparatur.

Multi-plex parentum egestas, et necessitatum gradus.

Quæ sit necessitatis grauis, & grauisissima, in Nobili, & in plebeio.

Rur-

N. 25.

Rursus ista parentum egestas, potest diuersimode, etiam ex parte temporis considerari, nam aut adest, quando filius perfectæ vitæ modum cupiens uouere, Religionem simplici voto intendit, aut hæc necessitas adest, quando iam filius hoc votum simplex Religionis validè emisit; aut quando iam eum effectum habitum Religionis accepit, & habet præcedente voto simplici Religionis, vel sine illo, cum intentu quidem emittendi professionem solemnem. Aut tandem quando habitum Religionis accepit, & peracto nouitiatus, & probationis anno, professionem solemnem iam emisit.

N. 26.

Suppono quinto, plurima debere concurrere, & maximè consideranda, ut hæc parentum necessitas sit impedimentum sufficiens ex hac parte, ne aliquis accipiat Religionis statum. Primum est considerandum, si de præsentis, & actuali necessitate, potest parentes leuare filius eodem tempore, quo Religionem ingredi cupit, vel si non de præsentis necessitate, & præsentis tempore, in futuro tamen expectetur à filio parentes iuuandos, spem illius ingenium, & foelicia principia in studijs litterarum promittentibus, quod in posterum illis senectutem bonam, leuamen, & sustentationem inde sint parentes habituri, etiam si per hæreditatem, aut maioratum.

Secundo est considerandum, si filius ingrediatur in Religionem, in qua bene potest egestati parentum subuenire; cum in Religionibus, aliqua præcipue, & pinguiore eleemosyæ distribuuntur pauperibus honestis, & quolibet titulo ad Religionem, vel Religiosos pertinentibus, vel aliquod leuamen ex Monasterio licitè, & prudenter expectetur, quod sit maius, quam sint lucra, quæ de filio à Religione (desiderata) amoto, & remanente in seculo, nec artifice (quidem) nec docto, nec ex cuius industria possit considerabile, nec tam copiosum leuamen expectari.

Tertiò considerandum est, etiam si ingrediente hoc filio (secundum seum propositum) in Religionem, remaneat in seculo alius, qui hanc curam sustentandi parentes assumat, & commodius possit id præstare: quo sensu videtur

A Christum vocasse aliquos, scilicet filios Zebedei, ut ait Nicolaus de Lyra, sup. illud Matth. 8. scilicet pertransiens, inde videlicet alios *Duos fratres Iacobum, & Ioannem, filios Zebedei. & vocauit eos qui statim relictis retibus, & patre, secuti sunt eum*, ubi dicit Lyra: *Ideo ipsos reliquisse parentes, quia alij erant, qui parentibus subuenirēt. Quod dicit manifestè iste Author in illa causali, quia, scilicet, quod hac de causa (nimirum) quia alij remanebant, qui patris Zebedei, & uxoris necessitati subuenirent, relictis sunt à Zebedeo sequi Christum, & Christus vocauit, & sequi se (relicto parente) permisit, & quid simile est de iuvene illo, qui iam in Collegio Christi, exigente ab ipso facultatem ad eundem, & sepeliendum patrem, quod secundum Cirillum super hoc cap. 9. Luca: *Non hoc continent verba, patrem, scilicet, esse mortuum, & velle ire, ut corpus mandaret terra, sed fuit dicere, se velle ire, & in seculo manere extra Christi Domini Scholam, donec veniret iam propinqua mors patris in etate longæua, & finitis ijs curis, & egestate, ac necessitate patris cessante, redire ad Collegium, & Scholam Christi.* Sic eius mentem explicat Cirillus, ad quod dixit Christus: *Sinite mortuos sepelire mortuos suos, id est, alios fratres habes, qui de hoc pietatis officio fouendi senectutem tui patris, vsque ad eius mortem, & sepulturam curent, tu sequere vestigia mea.**

Etiam est considerandum, ut cognoscatur, si prudenter timeatur periculum, filio remanendo in seculo, damni in spirituali salute; hanc conditionem fore attendendam, maximè ponit D. Thom. 2. 2. quæst. 1. art. 4. ad primum, & quodlib. 3. quæst. 6. art. 16. & quodlib. 10. quæst. 9. Alexander Alensis, part. 3. quæst. 33. membro 4. art. 2. Antoninus part. 3. puncto 16. cap. 12. in principio. Angelus verbo Religiosus, num. 1. Syluester verbo Religio 2. quæst. 7. & alij. Quorum ratio est, quia vnusquisque ex charitate ordinata, tenetur magis diligere suam propriam salutem spiritualem, quam corporalem salutem parentum, quibus præiactis fundamentis, sit.

Matt. 8.

Lyra.

Lucæ 9.
Ciril. Alex. Ep.

N. 27.

D. Tho.

Alensis.
Antoni.Angel.
Syluester

N.28. Prima resolutio. Ex egestate, & inopia parentum multipliciter potest parari impedimentum, ne filij statum Religionis, quem intendunt, possint assumere. Hæc resolutio respondet directè & questionibus hinc, & probatur latè per sequentes resolutiones, & ipsarum probationes.

N.29. Secunda resolutio, non solum intentum, & propositum intrandi in Religionem, & vocatio ipsa ad hunc perfectionis statum cognita, quod sit à Deo, ex signis quibusdam, sed & perseverantia illius filij qui intrauit, habitum accepit, & in Nouitiatu, aut probatione est, in statu incepto Religionis, impeditur per egestatem parentum, si talis necessitas, & circumstantiæ, ut explicatæ manent, concurrant. Probatio huius, sicut & præcedentis resolutionis, partim ex annotatis, & partim ex sequentibus resolutionibus liquet. Et hæc sufficit pro omnibus, quia ex quarto decalogi præcepto tenentur filij, & ex virtute pietatis, quæ est pars potentialis iustitiæ generice sumptæ, consulere bono parentum, & de necessarijs providere egestes, quia obligatio, & præceptum (cum affirmatiuum sit) non obligat, pro semper, sed tantum adueniente occasione, sed præsentè illa obligat, ex suo genere filijs, sub peccati grauis pœna, quamuis ex circumstantijs possit esse veniale, ut explicauimus: assumere autem Religionem, dum non præcessit votum, est opus consilij, & supererogationis.

N.30. Tertia resolutio. Ex eodem quarto præcepto Decalogi, quo tenentur filij honorare, id est, subuenire parentibus, tenentur ipsi parentes bonum filiorum, spirituale in primis, & secundo loco temporale procurare. Vnde si sine causa impediunt eorum maximum, & spirituale bonum, Religionis inquam ingressum, quem intendunt, vel quid simile, committunt peccatum ex suo genere mortale (quod est præter excommunicationem Tridentini) contra naturale, & diuinum hoc præceptum. Probatur hæc resolutio ex suppositione secunda, in principio huius questionis, ubi de obligatione parentum naturali virtute huius diuini, & naturalis præcepti quarti decalogi diximus: si enim bonam corporis educationem, nutri-

tionem, & statum, vel modum viuendi potio-rem in seculo, & temporale bonum curare sub peccato tenentur, quanto magis de spiritali bono, & augmento, quale est assumptio perfectioris status, qui est Religio, curare debent, quod peccatum committitur irritando, sine causa votum Religionis filiorum.

B Resolutio quarta. Necessitas graui-
C uissima parentum, quæ actu urget, & qualis explicata manet, quam actualiter filius leuare potest eo tempore, quo Religionis ingressum curat, qui est primus status, in quo consideratur, nec æque bene intrando in Religionem per eleemosynas, seu alia bona, quæ in Monasterio distribuuntur subuentioni parentum consulatur, nec aliquis alius in seculo remanens, necessitatem talem poterit leuare, & ipse filius industrius arte, seu labore id potest præstare, impedit omnino: si sit perpetua necessitas, & si temporalis differt ingressum Religionis filij, sine voto intendentis, & scandalum erit actiuum, quod ex ingressu Religionis parabit, dum contra quartum decalogi præceptum operatur, & dummodo non ex dilatione ingressus in Religionem sequatur illi damnum in spiritalibus; hæc est communiter recepta. Tenent Tolertus lib. 9. c. 1. Corduba in summa, q. 14. Ioseph. Angl. in floribus, in 4. de voto, art. 2. dis. 13. conclus. 4. Syluester verbo Relig. 2. q. Gregor. de Valentia lib. 3. disp. 7. q. 1. puncto 2. Angel. verbo Religio, n. 11. Et probatur, quia non existente voto ingressus in Religionem, est opus consilio supererogationis, & non obligationis. Subuenire vero parentibus, est de præcepto diuino, & naturali, quod cum sit affirmatiuum obligat, quando se se offert occasio, & ideo quando adest necessitas, qualis explicatur in conclusione.

E Quinta resolutio. Adueniente necessitate extrema parentum, vel grauissima in (alioqui) nobilissimo, & diuissimo patre, quæ pro extrema etiam in talibus nobilibus indicatur, cum quasi mors illis sit, imo & mortem aliqui eligerent, ne mendicare cogerentur, aut in vilissimum statum, & dedecus (ubi honor penitus auferatur) deuenirent, quando

N.31.

Toletus.
Corduba
Angl.
Syluester
Valent.
Angel.

N.32.

quando filius iam ingressus est Religionem, & cum habitu in Monasterio existit (qui est secundus status) in quo potest considerari adhuc sine voto simplici Religionis; tenetur si arte, industria, modo, viribus polleat, dum alius non extet, qui ex charitate, aut obligatione, id cum effectu præstet, vel Monasterium velit facere, exire de Monasterio, habitum relinquere (si id sine rationabili periculo damni spiritualis possit) & parentes in extrema necessitate consistant; ita vt nec mendicare possint, & per oppidum, & calles, quia pedibus impediti, aut morbo, vel in carcere non possint, vel mendicando sustentationem sufficientem ad viuendum captare, nec suo sustentari labore, & diligentia: & idem si necessitas sit quasi extrema, id est, non physica, & realis, qualis explicata manet, scilicet, quod actualiter sine illo fragmento panis, v.g. vel obsonij quotidie ministrato per filium morerentur; sed & de necessitate grauissima, quæ dicitur extrema, non physice, sed moraliter loquendo, vel quasi extrema, id est, illa quæ nobilissimam olim, atque ditissimum compelleret mendicare, aut viliter seruire, quæ etiam sub mortali, contra quartum decalogi præceptum obligaret filium, vt dictum est, egredi: est communis sententia, & expressa Authorum, quos in præcedenti resolutione citauimus.

Obiectio.

Sed specialem continet difficultatem, quod huiusmodi filium quasi mancipatum, & operi Dei adscriptum, & vt talem habitu Religionis insignitum reperimus. Cum probatio, seu anceps permanentia, & illud tempus Nouitatus probationis, & experientie, non assignatur à iure in gratiam parentum, vt necessitate adueniente, vel non adueniente, profiteatur solemniter, vel non; sed vt Religio experietur si tale subiectum est communitati conueniens, & statui aptum, vel non, & ipse experietur, etiam si vires sufficiant, & in tali instituto, & modo viuendi reperit suæ deuotionis, & affectus executionem.

Respondetur, non ex vi probationis manere liberum, & licere filio egredi de Monasterio, sed prouenire hanc obligationem exeundi de Monasterio, ex anteriori, nobiliori, & strictiori titulo,

A nempe diuino, & naturali vinculo, & præcepto succurrendi parentibus.

Sexta resolutio. Filij propositum assumendi Religionis statum, non existente voto simplici, si necessitas parentum non extrema, nec grauissima superueniat, sed tantum grauis non impedit, nec suspendit progressum in Nouitatu, & Religione, si illum in Nouitatu cum habitu reperiat: quod si adhuc ante habitus susceptionem contingat, talis necessitas parentum obligat ex charitate, & vt vitetur scandalum passiuum ex imbecillitate procedens, vt status assumptio suspendatur, & differatur, dum tamen periculum damni proprii spiritualis non timeatur, & nullo modo sub peccato mortali.

B Istæ duæ partes resolutionis in aliquo differunt, & in aliquo conueniunt, & id in quo continentur probatur, id est, quod necessitas grauis parentum, quæ nec extrema, nec grauissima sit, non obligat sub mortali filium, etiam si habitum Religionis non acceperit adhuc, nam vt sæpius diximus contra hanc (quam supponimus) vocationem Dei ad perfectionem per Religionis statum, in casu præsentis solum potest opponi vitatio scandali, si sequeretur, & obligatio quasi præcepti, de honorandis, id est, succurrendis parentibus, sed cum affirmatiuum sit, non obligat cum grauissima poena, nisi quando negligitur, vel omittitur, existente grauissima causa: ergo si causa, id est, necessitas parentum, non sit, nec extrema, nec grauissima, non obligat sub mortali.

C Hæc est doctrina Angelici Doctor. 2. 2. q. 101. art. 4. ad 4. & art. 2. ad 2. in ijs casibus moralibus, & materijs pijsimi, qui assignans causas, vt quis desistat, aut retardetur ab intentu, & executione assumendi statum Religionis, tantum enumerat sustentationem, & transigere vitam (nec aliquid, de conseruando decetius statu) quæ pertinent, & sunt maxima, seu extrema necessitas: at verò solatium parentum, & tristitia de absentia filij vitanda, in nobilissimo, deuenire ad aliquod detrimentum status, & fortunæ, opulentie; & ab ijs deficere, dum non obligetur mendicare, nec indecentissimè seruire, & non cum minore splendore, quo prius, &

N. 33.

D. Tho.

alij

alij æquales, alias vitam transigere, non est causa sufficiens, vt quis debeat Religionis statum ad quem inclinatur, ex vocatione Dei, neque ex alijs similibus causis iuuandi, scilicet, in posterum, & in senectute patrum inopiam, imminentes illius ætatis ægrotudines, curam in statu matrimonij constituendi, aut dotandi in Monasterio sorores, vel alios fratres constituendi in statu, aut studijs, quæ omnia, nisi ad Religionem vocaretur, laudabiliter studiosè, & ex pietate præstaret filius doctus, ingeniosus, artifex, vel industrius ad solarium, augmentum, & conseruationem parentum, familiae, & rei familiaris: cuius doctrinæ sufficiat probatio D. Hieronimi, in epistola ad Eliodorum Monachum, *Percalcatum perge patrem, percalcata perge matrem, ad vexillum crucis euola: summū gen^o pietatis est, in hac re fuisse crudelem.* Quæ verba si expendantur complectuntur nostram doctrinam, *calca patrem, & matrem*, quando illorum (non plus, & secundum Deum) affectus carnalis militiam, & vexillum crucis Christi imougnat, quod non sit, quando in necessitate extrema, aut grauissima fouentur, & non calcantur parentes, quæ enim ex Deo, & charitate sunt, non militant contra charitatem, sed quando imprudenti, & carnali commiseratione vitandi carnalem tristitiam, & incommoditatem corporis causa sacrificium filij impeditur, quæ imprudens compassio crudelis reuera est. Et virilis resolutio sequendi crucis vexillum, quæ à carnalibus crudelitas appellatur, est pietas summa, cum deuotio filij in Religione, sæpè parentibus impetret, quod Deus qui ex abundantia pietatis suæ, & merita supplicum excedat, & vota adijciat, adhuc multiplicare misericordiam, & id etiam quod oratio non præsumit, & quod aliter etiam petit Ecclesia, quod vniuersa nobis aduersantia Deus propitiatus excludat. Tenent hanc doctrinam cum D. Hieron. supra citato. Antonin. p. 3. puncto 16. cap. 2. in princip. Abulens. q. 69. in cap. 8. Nauarr. in manuali c. 14. & plures alij. Secunda etiam pars, scilicet, quod si nec damnum spirituale prudenter timeatur, nec sit emissum, aut pro tunc emittatur votum simplex

Hieron.

Antonin.

Abulens.

Nauarr.

Religionis validum, nec habitus Religionis sic acceptus, si necessitas adsit, vel præcesserit, & adhuc durer, aut infallibiliter sciatur, quod est de proximo aduentura, vt si quis demandatus pro debito exequibili bonorum, teneat vsum pro terminis actionis executiæ, quod excedat bona debitoris omnia, vel si fideiussor euaserit in tali quantitate, & debitore principali in pauperiam redacto suspenditur exactio fideiussoris, dum durat litis, & excursio prius in bonis præcipui debitoris facienda, vel aliter inuitabilis de proximo timeatur necessitas parentum, talis, aut de præsentis sit, vt quod plebanus, & mechanicus artifex mendicare cogatur, vt sustentetur, aut in quolibet ministerio quantumlibet vili ministrare, aut quod nobilissimus adducendam cum parcitate vitam, deseruiendum foeliciori, quamuis non nobiliori, & opulentiori alijs Principi, quod parentes carere timeant diligentia filij ad domus administrationem, præsentia iocunda sibi filij præ ceteris dilecti, ex cuius absentia senectutem lugubrem, & desolatam sibi imminere formidant, prouentibus, & lucris ex filij, vel Parochi, vel Iuriconsulti eximij prouenientibus, ad ampliorem domus, & familiae sustentationem, fratrum, & sororum protectionem priuari, & similibus subsidijs à filio expectatis, in quibus & talibus casibus, qui necessitatem non extremam, nec maximam, aut grauissimam continent, sed grauem & considerabilem (quidem) rationi consonum est, vt filius differat Religionis ingressum, non adhuc factum, nec ex voti simplicis obligatione debitum, vt loco & tempore dato ira, indignationi, seu passioni, aut tristitia, & consolatoribus adhibitis, parentes consolentur, & mitiores reddantur de absentia filij, etiam ipsis parentibus præsentiam, qui sperare possint potius, & efficacius filij Religiosi orationibus iuuandos, ubi constat debere sic Religionem differri, & communi consensu, & vulgari proloquio: *Quod mihi prodest, & tibi non nocet ex duritia contradicis*, scilicet, habitus dilationem. Probatum deinde, quia quamuis scandalum actiuum sit illud quod debemus vitare semper, nempe

pe

pe opus peccaminosum aspectibus proximorum offerre, quod est offendiculum seu exemplum malum; quo facilitate flagitio, casus spiritualis proximo præparatur, & hoc scandalum semper debemus cauere præbere proximis, & non sic teneamur vitare scandalum passiuum, quod quis sibi ex opere studioso, & laudabili meo accipit propter malitiam, & libere vlcera præcordia, nam de hoc scandalo curare non debemus, vt diximus. Tamen ex charitate tenemur quantum in nobis est, vitare illud passiuum scandalum, quod ex nostro opere non ex malitia quidem, sed ex pusillanimitate aut ignorantia in altero generatur.

N.34. Quod si quæras, an vitatio huius scandali passiuæ in aliquo casu possit obligare filium sub mortali differre Religionis ingressum, quando scilicet, ex vehementi amore credi, & coniectari, & alijs signis, & indiçijs potest. Quod absentia filij ad Religionem tendentis allatura sit parentibus mortem, aut grauissimam ægitudinem?

N.35. Responderetur, & sit resolutio 7. quod in casu difficultatis huius iam necessitas quæ ibi describitur non dicitur so-

lum grauis seu notabilis; sed maxima & extrema.

Quod si rursus instes, an necessitas parentum, quæ in suis quidem personis non sit extrema, nec maxima; sed est maxima, & extrema respectu fratrum & sororum, quia vel cõpellantur cû sint nobilissimi mendicare, vt sustententur, vel si plebani fame, & inopia morentur.

N.36.

Responderetur, & sit resolutio 8. quod obligatio quarti præcepti de qua disputamus, an sit impedimentum ad religionem non se extendit ad transuersales consanguineos, nec alterius gradus quam primi; vnde de filijs erga parentes, & de parentibus erga filios est obligatio quantum ad præsens. Ex alia autem lege charitatis, scilicet, & fortiori titulo erga consanguineos in extrema necessitate constitutos teneretur quis sine periculo damni spiritualis proprii suspendere Religionis ingressum, vt subueniret fratrem qualis esset obligatio Sacerdotis ex affectu virtutis Religionis ad celebrandam Missam tendentis, accurrere ad liberandum à morte innocentem inuatum. Imò, etsi hora celebrandi pertransit, in alium diem transferre celebrationem Missæ.

N.37.

CAPVT TERTIVM.

De incompatibilitate Religiosi status cum Episcopali dignitate.

HABET SEX QVÆSTIONES.

Quæstio prima. Vtrum Episcopalis dignitas sit impedimentum ad D admittendum, & retinendum Religionis status?

Quæstio 2. Vtrum Religiosi ad Episcopatum assumpti, teneantur renuntiare, aut resignare prius omnia, quæ habeant in Religione?

Quæstio 3. Vtrum Religiosus qui sit

assumptus in Episcopum & consecratus, possit in ordine officium tenere?

Quæstio 4. Vtrum talis Episcopus si Episcopatum renuntiet, teneatur ad Religionem redire?

Quæstio 5. Vtrum Prælati regularis teneatur redeuntem Episcopum renuntiantem dignitatem Episcopalem recipere?

Quæ-

Quaestio 6 Verum talis Episcopus, qui legitime Episcopatum renuntiavit, & admissus est in Monasterio, possit Religionis officia & Pralaturas acceptare?

QVÆSTIO I.

Vtrum Episcopalis dignitas sit impedimentum ad admittendum, & retinendum Religionis statum.



MATERIAM huius quaestionis, magna ex parte tractabimus in parte secunda vti de dignitate Episcopali disputabimus ex

professo. Et etiam in hoc capite quaestionibus 4. & 5.

Vbi pro intelligentia notandum in c. *statuti*, supponi quod Religiosus eo ipso quod ad dignitatem Episcopalem assumitur, ab oneribus Religiosi status liberatur, hoc enim sonant, verba canonis. *Quem Canonica electio & consecratio de Monacho Episcopum fecit, & a iugo Regula liberavit, &c.* Vnde aliqui absolute respondent affirmatiue quaestioni, asserentes esse incompatibiles status, Episcopi & Religiosi.

D. Tho. Contrariam sententiam tenet *D. Th.* citatus, art. 3. & probat, nam talis Religiosus factus Episcopus vere manet Religiosus, cum votis essentialibus maneat ligatus: quod declarat Angelicus Doctor sic, nam per accidens est, quod Religiosi Episcopi teneantur obedire Pralatis suae Religionis, aut alteri legitimo superiori, vel quod Religiosus merus, quamdiu est Pralatus, non teneatur alicui obedire, nam cessat eodem modo, vtrisque obligatio voti obedientiae, & pro tunc operatur solum, quod si aliquis illis legitime praeficiatur illi obedire teneatur; & iuxta hanc doctrinam intelligenda sunt verba textus relati.

Maior difficultas est, vtrum tales Religiosi Episcopi postquam consecrati sunt teneantur sub peccato ad observantias, & alia statuta vel precepta Re-

ligionis similiter, & ad ceremonias, & similia.

Ad quod responderet *D. Th.* sic: *Discendum quod manet adstrictus observantijs, quae non impediunt, sed potius valeant ad perfectionis custodiam, ut castitas, paupertas, & alia huiusmodi. Ad haec postquam factus est Episcopus, & per consequens postquam accepit habitum, qui est obligationis signum tenetur, non autem observantijs Regularibus, quae impediunt officia Pontificalia, ut est solitudo, silentium, abstinentia, & macerationes maxima quibus vires attenuentur, & ut profecquitur Angelicus Doctor.*

QVÆSTIO II.

Vtrum Religiosi ad Episcopatum assumpti teneantur renuntiare, aut resignare prius omnia quae habebant in Religione?

Respondetur affirmatiue, imò nec posse consecrari donec resignent quae habebant in Ordine, nisi Pralatus ille qui quantum ad hoc habet à Religione delegatam potestatem, usum illorum bonorum concedat, aliàs talis Episcopus existit suspensus ab executione ministerij.

Sed hic non intelliguntur quaterni sermonum, seu studiorum doctrinatum ex Bulla III. Alexand. III. apud Silvest. verb. *Suspensio*.

QVÆSTIO III.

Vtrum Religiosus sic assumptus in Episcopatum, & consecratus, possit in Religione officium tenere.

EST Resolutio negatiua, sic enim constat ex iure, & ex dictis. Difficultas ergo maior est de Religioso, qui ut ingrediatur Religionem, renuntiavit Episcopatum, ad quod in sequentibus.

QVÆSTIO III.

Vtrum talis Episcopus renuntians Episcopatum teneatur ad Religionem redire?

N. 12.
Manuel
Rodrig.
Azor.

Aliqui affirmant. Manuel Rodriguez in 4. tom. suæ summæ affirmat ad Religionem teneri redire, ita Azorius qui ait sic, aliquos quidem sentire teneri talem Episcopum ad Religionem redire, sicque fecisse Celestinum Pontificem, & eodem libro cap. 16. dub. 5. in fin. sic ait: *Ita Religiosus cum ad Pontificium munus, & dignitatem eligitur & promouetur, non plene liberatur à voto, & propterea à eo munere abdicatus, ratione voti cogitur ad Monasterium redire:* sic ferè Emanuel de Saa suo more ait: *Alios affirmare, alios negare, securius tamen esse ad Monasterium redire, Aragon art. 10. loquens de Papa si Papatum relinquat* (ait iste Autor) quod de nouo erit Prælati Religionis subiectus sine nouo voto obedientiæ.

Em. Saa.

Aragon.

Aliqui contrarium tenent: non teneri (inquam) talem Episcopum Episcopatum renuntiantem ad Monasterium redire; sed si ex quadam speciali causa: sic Enriquez lib. 10. cap. 32. num. 4. cuius hæc sunt verba; Regularis Episcopus, si ex dispensatione Papa Episcopatum dimittat, non tenetur ad Religionem redire, aut parere Prælati Regulari, à cuius obedientia iam fuerat omnino exemptus, nisi ex culpa deponatur cum degradatione, per quam priuaretur privilegijs Episcopi.

In hac difficultate non est facilis resolutio; nam iuxta doctrinam D. Tho. & rationem cõmuniter acceptam, partem affirmatiuam (id est reditum ad Religionem ex obligatione) statuere debemus; quia Angelicus Doctor talem Episcopum solum eximit à subiectione, & præceptis Religionis in quantum illa possunt obesse dignitati Episcopali, & impedire eius Pontificalia munera: sed hoc iam cessat si Episcopatum dimittat, cum iam nec Episcopalia munera teneatur exercere, nec iurisdictionem habeat Episcopalem.

Ex alia autem parte videtur etiam probabilis contraria quod cum Epis-

A copalis dignitas, & status sit omnino distinctus, & superior statui Religionis, videtur manere talem Episcopum exemptum omnino à priori præcedente Religionis statu, intrinsecè quidem, eo solum quod consecratus est. Quamuis eminenter habeat in se, & quasi in formastatus superioris statum inferiorem, nempe Religionis, quod solum videtur probare ratio Diui Thomæ asserentis, Religionem esse dispositionem ad perfectionem, non enim est physica dispositio, & ideo non requiritur, vt formaliter maneat, & potest confirmari, & declarari doctrina D. Tho. hoc exemplo: vota particularia recitandi Horas Canonicas, ieiunandi, & similia habent se, vt dispositiones ad perfectionem; imò ad Religionis votum solemne, & tamen in opinione D. Thom. & communi, omnia vota particularia cessant in professione, quia illud votum imbibit in se omnia alia, & ideo manent ibi quasi eminenter: pari modo licet Religio sit dispositio ad perfectionem

D. Tho.

B quam de se habet, vel requirit status Episcopalis, sufficit vt maneat illa vota quasi eminenter. Contra hoc tamen video stare quod tam D. Thom. quam communis opinio tenet, manere talem Religiosum Episcopum formaliter Religiosum, & manere in illo illa tria vota formaliter, in tantum vt asserat Enriquez vbi supra cap. 33. in fin. quod si vestem regularem Episcopatus dimitteret, Monachus factus Episcopus apostata esset, & non debere indui Rochete super vestem Monachalem, quod tamen solum debet intelligi de iure communi; nam paucis abhinc annis diuulgata est Bulla Apostolica præcipiēs, quod omnes Episcopi induantur veste Episcopali in figura & materia, seruato

C tamen colore habitus suæ Religionis. Sed non fuit generaliter recepta.

D. Tho.

Henriq.

8. Synodo
Generali, act.
8. c. 27. et
e. clericis
de vita et
Bul. Pau.
V.

E

QVÆSTIO V.

Vtrum Prælati Regularis teneatur hunc Episcopum Religiosum, qui Episcopatum renuntiauit, volentem iterum ad suum Monasterium regredi, recipere?

Hic quæstioni respondetur, quod in opinione Prælati Regularis illius qui

N. 13.

qui ad præcedentem quæstionem teneat Episcopum Religiosum teneri renuntiato Episcopatu, ad Monasterium redire; necessario & consequenter Prælatus regularis talis, debet talem Episcopum admittere in suo Monasterio: aliàs frustranea esset obligatio assignata ex parte Episcopi ipsius: In opinioe autem illorum, qui Episcopum talem ab obligatione redeundi ad Monasterium liberant; non teneretur Prælatus Regularis ille; & liberum illi esset admittere, vel non admittere talem Episcopum, præcipuè si habeat forsandè depravatos mores. Ita Navarrus cap. nullam, num. 46. & Rodriguez to. 4. summr.

Novar.
Rodrig.

N 14.

Quod autem dicendum de modo se habendi in Monasterio, quantum obtemperandum Prælato illius, & conformandum se cum ordinationibus ordinis, & privatis ordinationibus illius Monasterij, v.g. de redeundo ad Conventum tantum hora, non ex eundem diebus; quod in officijs Monasterij nullus ingrediatur, siue cum præcepto, siue per modum directionis ordinatur, silentium ita dem competentibus horis, Comensuales mortificat ones, assistentia celebrationi conuictæ Officij Divini.

Caictan.
Soto.
Valentis.

Respondetur conformiter ad doctrinam Caictan. libel. 21. quæstionum, quæ 9. Soto & Greg. de Valencia nuper citatis num. 7. quod ad eiusmodi ordinationes, & dispositiones Monasterij, mandata Regulæ constitutionum etiam confirmatarum à Sede Apostolica observanda à Religiosis, & multominus ad præcepta sub obedientia lata sub forma illa, qua ad mortale reliquos Religiosos obligarent, tenetur Religiosus ille ad Monasterium reuersus renuntiato Episcopatu, ex quadam decencia & æquitate, & vi directiva; non autem coactiva, quia secundum Canonem Statutum citatum hæc iam per consecrationem, & canonicam electionem, extractus & exemptus fuit, à iugo Regulæ, & statu Religiosi à statu Episcopi, quod intelligendum est quantum ad hoc. Undè constat quomodo subdatur Monasterij Prælato, & eius ordinationibus, non minus quam existeret ligatus, ordinationibus domesticis, quas

Can. stat.
t. 11111.

A pro bonæ rei domesticæ administratione pater familias æconomica potestate, intra suam domum statueret, qui omninò alias exemptus nõ solum ab æconomica potestate; sed & à politica iurisdictionis, & quasi Episcopali (si contingeret Prælatum illius Monasterij habere) v.g. si esset Abbas Benedictinus, aut Cisterciensis.

QVÆSTIO VI.

B *Utrum talis Episcopus Religiosus, qui Episcopatum legitime renuntiavit, & admissus est in Monasterio possit Religionis officia, & Prælaturas acceptare?*

ISTA Quæstio diuersa est, & aliam & distinctam difficultatem continet, ab ea quam nu. 9. in hoc cap. resolimus, ex Bullæ 4. Pauli III dispositione; quod scilicet Episcopus electus postquam consecratus est non potest in suo ordine officium tenere; in præsentem vero de illo Episcopo Religioso, qui Episcopatum renuntiavit, & ad suum Monasterium redactus, & à Prælato admissus dubitamus: an capax sit ad administrandam Prælaturam, vel aliud tale officium, dignitatem, seu personatum Religionis, ut si D. ffinitor Consultarius deputaret, aut quid simile: nam difficultas in hoc videtur maximè consistere, quod Prælatura & officia Religionum, quæ tempore illo quo claustrales, & laxioris obseruantiæ prius existerant, personis secularibus, distribuebantur per electionem, præsentationem, seu nominationem Regum, seu Principum; Patronorum, à Sede Apostolica. Post reformationem, nominantur & eliguntur ex gremio Religiosorum, qui sub eodem iugo Religiosis militant, & ab obseruatione Regulæ & obseruantiarum exempti non sunt. Et confirmatur ratio, hæc nam omnimodam subiectionem legibus, & ordinationibus alicuius Reipublicæ debet in primis habere, qui Reipublicæ gubernat, cum iudex sit, & iudicium teneatur facere, quod est applicatio legum ad personas, cum vi coactiva, quod quidem segniter (imò) & cum contemptu exequetur, qui legibus talibus, & eo-

N. 15.

Bul. Pauli III.

Quod sit iudicium.

sum

rum vi coactiuz, & coerciuz non subditur. Et confirmatur rursus: nam secundum bonam praxim, & omnis Reipublicæ gubernationem absurdum iudicatur, quod iudici, etiam à Rege ipso, aut supremo Principe nominato, permittatur gubernationem Reip. assumere, nec insigniam Prætorij Magistratus, aut talis similis muneris, nisi prius cautionem iuratoriam præstet, & fideiussores adhibeat, quod statuta, ordinationes, iura, leges, immunitates Reip. seruet, & in cuiuscumque violatione pœnis illarum se subijciet.

N. 16.

Nihilominus est nostra resolutio; posse talem Episcopum ad Monasterium redactum acceptare dignitatem Prælaturam, & electionem de se factam in officio Religionis, quod indecorum, seu indecens non sit prudentum iudicio, & vsu Religionis, dignitati, & consecrationi suæ: quod dico, nam (vt supra notauimus) si in delictorum pœnam degradatus fuisset, nec in hoc; neque in alio, priuilegio aliquo, & auctoritate Episcopali gauderet. Et probatur nostra resolutio; quia talis Episcopus ad Monasterium redactus sine coactiua quidem vi, sed directiua, saltem infringitur dictis Monasterij obseruantijs, & sic æquum est, vt commoda similiter valeat experiri: nam si Episcopus antea secularis, habitum Religionis summat, est capax in omnium opinione cuiuscumque dignitatis illius Ordinis, quem ingreditur; ergo hoc iniquè Episcopo Religioso negaretur. Sed certè diuersa est ratio, vnde nec istud argumentum concludit, sed superiora sufficiunt.

N. 17.

Ad rationes in contrarium est facilis responsio: quod Episcopus iste iam in Monasterio admissus, quanuis in aliquo eius persona, propter consecrationem, à iugo, & subiectione coactiua regulæ sit libera, tamen absolutè loquendo, Religiosus verus est; & cum non fuerit per degradationem priuatus dignitate suprema Episcopatus, dignus debet iudicari, vt absque suspitione de iniqua administratione, quod sine coactione, & solùm ex vi directiua, præsumatur idoneus ad regiminis administrationem; neque iudicetur, quod alia cautio, aut iuramentum requiratur, propter ratio-

nem, & præsumptionem dictam. Sicut nec probatissimis, & nobilissimis viris (si forsan Magistratus, & Prætores nominentur in æqualibus, & minoribus Rebuspubl.) extorquerentur semper talia iuramenta, & cautiones, nec cum rigore aliquo exigentur fideiussores: quod valde consonum rationi est; nam tales personas vis ipsa rationis, & æquitatis, cui tanquam legi, & regulæ subduntur, compellit, & vrget magis quam alios vis, & potestas coactiua.

Ultimò, vide adnotatà ad calcem præcedentis capituli, de impedimento ex egestate parentum, quomodo essentialiam Religiosi status iam consummatam per professionem solemnem non impedit; nec suspendit necessitas parentum; impedit autem modum, seu institutum viuendi, cap. Episcopatus.

Pro exacta huius capituli materia possent hic tractari plura, quæ Episcopali dignitati sunt propria, & Episcopo Religioso; scilicet, munus proprium Episcopi, quod est prædicare, & legere Euangelium, secundum Iuris Canonici, cap. Episcop. 18. & ex Trident. sess. 5. cap. 2. in principio, vbi loquendo de prædicatione Euangelij, ait, *Et hoc est præcipuum Episcoporum munus*; & sess. 24. cap. 4. quod his verbis incipitur, *Prædicationis munus, quod Episcoporum præcipuum est*: quod etiam constat ex vsu laudabili Ecclesiæ; tum secundum antiquum morem, quem ponderant, & adnotat Ricardus quodlibeto 4. & Siluester verbo Episcopus, vbi in ipsa consecratione requirebatur Episcopus; an sciret vtrumque Testamentum, & sic disponebatur in antiquo Pontificali; tum quia secundum nouum, & vsitatum præsentem ritum, inreprogantur Episcopi, si se accommodare velint sensibus receptis sacre Scripturæ.

Ex quibus constaret, quod si cetera essent paria, dignior deberet ad Episcopalem dignitatem Theologiæ Professus iudicari, quam Iuris etiam Canonici, præcipuè in regionibus illis, vbi non sufficienter sint hæreses extirpatæ, vbi Prælati deberent gladio doctrinæ contra hæresarchas, & hæreses pro gregebis commissis dimicare, quod Theologus præstare, & non Canonista potest:

I

tamen

c. Episcop.
pas.Ricard.
Siluest.

Act. 20. tamen quia quamuis non pro præcipuo munere, sed pro minus principali (proprio tamen, & obligatorio) habeant Episcopi Ecclesiæ gubernationem, secundum illud Act. 20. *Attendite vobis, & uniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Et hoc constat ex potestate sibi diuino iure concessa (vt Apostolorum successoribus) ligandi, atque soluendi, quod per potestatem gubernatiuam, politicam, spiritualem, seu Ecclesiasticam iurisdictionis exercetur: quod minus est faciendi, etiam inter subditorum partes iudicium, scilicet, applicare leges ad personas cum vi coactiua, & hoc requirat iurium cognitionem: hinc est, quod iuris peritia conueniat personæ Episcopi, quæ Prælati est, & quod dignus saltem ad Episcopatum debeat iudicari, in iure peritus, & per consequens quod tuta conscientia, possit ad Episcopalem dignitatem eligi, & præsentari à Rege, seu alio supremo Principe laico, qui in secura opinione dignum & idoneum: (non tamen digniorem) teneatur elicere, cum æquum videatur, ampliorem, magis liberam, & minus strictam ad personas promouendas, electionem concedi Patronis laicis, qui semper talem obtinent titulum, & ius, propter foundationem, id est, fundationem, & loci ad Ecclesiæ ædificationem, erectionem, dotationem, aut eximiam dotationem, defensionem, & similes. Imò & ex alia parte, cum prædicationem Episcopus Iuris doctus, possit alteri committere, vt suadet & iubet Trident. locis citatis, præcipue Ses. 24. Et si prudentia, bonitate, & alijs necessarijs ad præsidendum Ecclesiæ præfulgeat, & excedat, & vincat, Theologiæ professorem, dignior absolute videtur iudicandus: & hoc insinuamus in illis verbis, in principio huius numeri appositis, scilicet, *(sic cetera sint paria.* Sed cum idem prorsus videatur posse dici de Episcopo Theologo, quod scilicet possit committere suo Prouisorii officiali administrationem iustitiæ, vt de facto omnes Episcopi faciunt, & Theologi, & Iuristi, manet vtraque opinio, probabilis.

Ex quibus omnibus constat ad nostrum propositum, Religionum protellum legi-

timè ad Episcopatum assumptum, posse laudabiliter acceptare. Primò, quia (vt dictum est) non per hoc impediatur Religionis status, sed maneat adhuc verè Religiosus. Secundò, quia si cetera sint paria, id est, si prudètia, experiètia, charitate, & necessarijs virtutibus ad prælaturam non sit inferior in Iure Doctore, facultas, seu scientia qua pollet, scilicet Theologia, quam & non aliam, Religiosi talibus expositi profitentur, aptiorem, & digniorem illum constituit, ad id quod asserit Trident. esse præcipuum munus Episcoporum; nempe, prædicationem Euangelij. Tertio, quia status Religionis consistit in hoc quod sit via ad perfectionem, quam dicit, & petit status Episcoporum, & sic est perfectio huius status Religiosi, status Episcopi, sicut terminus dicitur perfectio viæ, seu tendentiæ ad ipsum, vbi recolantur superius, adnotata q. 1. quod aliud est loqui de statu Episcopi, & statu Religiosi: aliud autem de instituto, modo viuendi Episcopi, & Religiosi, & simul recolendum, & notandum, quod aliud est habere aliquos statum, qui hoc petit, & dicit de se perfectionem, v.g. status Episcopalis (qui dicit de se, & petit perfectionem charitatis) & aliud est habere ipsam charitatis perfectionem. Primum, id est statum consistentem, & exigentem de se perfectionem charitatis, habet eo ipso quod consecratur quicumque Episcopus, non tamen ex hoc habet secundum, scilicet, perfectionem charitatis: nam eo ipso esset quilibet Episcopus sanctus & perfectus, & esset in manu Regum, & Principum, nominantium, & presentantium, & Pontificum eligentium, & instituentium facere homines sanctos, quod solius Dei est, & idem est in omnibus statibus Ecclesiæ, quod paucissimi adipiscuntur perfectionem sui status, nam per ipsam facile peruenirent (non ad statum perfectionis, quem habet quicumque Episcopus) sed ad perfectionem ipsam charitatis: illam scilicet, quam non habet quicumque Episcopus. Vbi notetur differentia inter Religiosum, & Episcopum: quod status Episcopi petit de se perfectionem, Religiosi autem viam solum ad illam: vnde Episcopus

Religiosus
Theologi.

Quomodo dignitas, & status Episcopalis, sit perfectio charitatis status.

non

non peruenit ad perfectionem, quam eius status petit, si non habet; & adeptus est perfectam charitatem. Religiosus uero potest esse perfectus Religiosus, & dici, quod peruenit ad sui status perfectionem, absque eo quod ad perfectam charitatem peruenierit. Quare cum ex vna parte Religiosus ad Episcopatum assumptus, habeat ratione sui status (qui est tendentia ad perfectionem) plura, & conuenientia media, quæ continent suus modus, & institutum viuendi, quæ (vt diximus) obseruare tenetur ex regula, & vi directiua, in quantum non impediunt Pontificalia munera, & ex alia parte ad perfectionem status Episcopi teneantur tendere, id est, ad perfectionem, laudabiliter possunt Episcopalem dignitatem oblatam acceptare.

Specialis ratio quare Religiosi alij digni, possunt laudabiliter Episcopatum acceptare.

Nec obstat exempla, quæ offert imitanda Ecclesia eximiorum Principum Religiosi status, qui aliàs doctissimi, & Ecclesie gubernationi, & defensionem idonei, & strenui, vt magus Bernardus Abbas Claræ Vallis, Angelicus Doctor D. Thom. Aquinas, quorum alter Mediolanensem, & Genouensem; alter Neapolitanum à Pontifice Clemente Papa III. oblatos, Episcopatus recusarunt, statui Religioso adherentes, & ab illo assumi ad institutum, & ad modum viuendi Episcoporum non aspirantes: quod etiam plerique alij deuoti, docti, & pij Religiosi in omnibus temporibus Ecclesie, & varijs mundi partibus effecerunt: imò & seculares Episcopi, olim de nouo Episcopali dignitate deposita ad monasteria conuolarunt, & habitum assumpserunt Religionis, & aliqui etiam non solum utcumque Episcopus, sed supremus Ecclesie Pastor id præstitit, vt nuper diximus de valido & licito voto simplici Religionis, emisso ab Episcopo. Hæc inquam non obstant, tamen, quia ad centrum ex omnino diuersis circumferentiæ partibus proficiscuntur lineæ, & ad eundem finem vicinum conducunt diuersa media, & in quolibet statu Ecclesie fuerunt ab illius initio viri perfecti, celibes, & coniugati; humiles & nobiles, docti & ignari, domini & serui, Ecclesiastici & laici, Religiosi & seculares,

A Prælati & subditi; vbi singuli Prælati & subditi, seculares & regulares, tendunt vnusquisque per media illa, quæ singulorum statui sunt propria ad atsequendam perfectionem illam charitatis, (quam singulorum status non requirit de se, sicut Episcopalis status) & aliquando ad illam peruenierunt, quamplures Episcopi, quorum statui de se conuenit, & sic aliqui sanctissimi viri statum Episcopalem solum appetierunt, quantum ad perfectionem illam charitatis, quam status Episcopi petit, non uero quantum ad institutum, & modum viuendi Episcoporum: quia sine illo Episcopali statu (per illa media quæ institutum, & status Religionis habet) perfectionem quaesierunt, & acquisierunt: tamen etiam, quia non desuere in Ecclesia nobilissimi illius alumni, & gregis Dei vigilantissimi Pastores, & Episcopi, qui Religionis, claustra, solitudinem, & silentium, reliquasque obseruantias Religiosas, cum occupatione Episcopalis muneris incompatibiles reliquerunt. Et cum contradictione aliqui, (vt sanctus Gregorius magnus) & alij, sine contradictione: aut exculatione (quam sciamus) Episcopatum acceptarunt, vt Ecclesie lumen, & Doctor S. Augustinus, Sæc. Martinus Turonensis Episcopus, vterque Episcopus, Fulgentius Ruspenis in Africa, & in Hispania, Astigitanus, Isidorus, & Leander eius fratres, & deuotissimus Doctor Illefosus, nobilissimi, eximijque Monasticæ vitæ professores: obsequium scientes se præstare Deo dilectam solitudinem, orationis sacra otia, dulcis Rachelis, id est, suauissima cõtemplationis amplexus, Apostolico animarum zelo reliquerunt, & suæ doctrinæ, & vitæ lucernam super candelabrum Ecclesie poni non recusarunt.

Sub qua ratione, & quo finis sanctissimi viri Episcopatus appetierunt.

Sine remittentia sanctissimi viri, Episcopatus admiserunt omnibus Ecclesie temporibus.

D **E** recusarunt.

Neque contra prædicta vrgent multum, quæ Medina in sua Summa lib. 1. cap. 16. §. 1. ait, circa periculum in accipiendo Episcopatum, quod sæpius est conforme, & consonum humani cordis desiderio; vbi fortè solū intelligenda est doctrina huius Authoris afferentis etiã loco citato, esse peccatum mortale, procurare Episcopatum propter

Medina

bonum pro primo, id est, pro egestate, & penuria sua, vel suorum. Nam contraria opinio est communis (scilicet: *Quod quamvis propter dictum finem, & etiam adhibitis humanis favoribus, & medijs honestis, & licitis*) secundum doctrinam Soci, libr. 10. de iustitia & iure, q. 2. art. 2. vers. *Autem*. Caiet. 22. q. 185. art. 1. conclus. 4. non committitur ex hac parte peccatum mortale; quamvis ex horum, & aliorum sententia; aliquod peccatum committatur, nam quamvis ex illius electione non appareat damnum quod Ecclesie possit accresci, si specialiter sit doctus, probatus, & moribus maturis, & aliis dignus, tunc ex hoc modo pretendendi, sine notoria sua personae necessitate, redditur indignus, vt ait D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 3. vbi idem Caiet. cum interuenit semper aliquid vitiosi, & proprii amoris, & satisfactionis proprii, & ambitionis; praecipue, si hoc ex proprio consilio, & non alicuius saltem docti, & pij, vel patris spiritualis procurat. Quod si hae adsint, & Ecclesia deficientibus taliter doctis, expertis, aut aptis ministris (quod aliquando ex circumstantijs patebit,) & eo sine, vt Ecclesia Dei ministret quis verbo, & exemplo, pauperes aliat, Religionem, seu cultum, & disciplinam Ecclesiasticam, morum probitatem, Cleri


*Quando & quali-
ter licitum,
& aliqua
do lauda-
bile deside-
rii, & ac-
ceptatio
Episcopa-
ri, & ex
sine (non
principa-
li) suble-
uandi sua
& suorum
inopia, et
etiam adhi-
bitis hu-
manis, sed
licitis me-
dijs: resol-
uitur ex
Auctori-
bus, & ra-
tionibus.
In noto-
ria neces-
sitate sua
persona,
moribus,
literatu-
ra, matu-
ritate, &*

A (labentem forsam) celo domū Dei reparare, & conseruare intendat; quamuis (fortè) se se illi offerat; leuamen (quod suae personae aliter sic impossibile:) & inter alios pauperes suae familiae egenos sustentare: praecipue, si hae non primo loco intendatur, sed principaliter ministerium, & opus Dei, & cultus ipsius exaltatio; tunc certè laudabile maximè foret tale desiderium; cū bonum commune spirituale, imò etiam & temporale intendat, ex opinione D. Thom. vbi supr. Adeo vt peccatum in tali casu committeret Religiosus, vel secularis, qui electus recusaret pro qualitate necessitatis, quae existeret suae personae. Vnde sequitur etiam, quod ascensio ad locupletiorè, & ampliozem Ecclesiam, posset similiter in casu dicto desiderari. Tam si praedicta urgerent, tūm si zelus erogandi plures & copiosiores elemosynas, vel quod pararetur melius ibi praedicationis, doctrinae, & exempli copiosior fructus, esset moriuum ad intendendam promotionem; vt si ille Episcopatus pinguior (ad quem promoueri curat) sua praedicatione, & doctrina indigeat, & manifestè videat quod, se excluso, aut non sollicitante, sollicitantibus, & praetensoribus alijs conferetur, qui vel indigni sunt, vel saltem notabiliter minus digni, & apti ad talem Episcopatum.

*experien-
tia prae-
dica-
tis adhibi-
to consilio
propter a-
moris pro-
prij suspi-
cionè: nec
reditur in
dignis, si
praetendit,
nec pec-
cat.
Soto.
D. Tho.
Caietan.
Fine pro-
ficiendi Ec-
clesiae, licitè
appetit
dignus E-
piscopatu
& promo-
tionem ad
alium.
Nō accep-
tās, & nō
praetendēs
Episcopa-
tū, licitis
quidē me-
dijs, ali-
quādo pec-
cabit gra-
uiter.*



TRACTA-



TRACTATUS QVINTVS.

De egressis, dimissis, & abductis à Reli-
gionis ingressu; de deponentibus
habitum, incapacibus, &
seductis.

HABET QVINQVE CAPITA.


Caput primum. De fugitiuis, apostatis, & eiectis.

Caput secundum. De deponentibus suæ Religionis habitum.

Caput tertium. De eiectis à Religione.

Caput quartum. De impedimentis ad statum Religionis, ex Bulla
Sixti Papæ V.

Caput quintum. De prohibentibus, & impediens ingressum
Religionis.



Ad hunc tractatum de impedimentis ad Religionis sta-
tum reduximus (ne plures tractatus multiplicaremus)
omne genus impedimenti, quo iuste, vel iniuste, licite
vel illicitè aliquis impeditur ad Religionem procu-
randam, & ingrediendam, ad hoc ut in Religione ad-
mittatur, aut reijciatur, ingredi cupiens; & iam admis-
sus ipse, licite (ut ad Episcopatum euocatus, vel neces-
sitate parentum compulsus) à progressu status Religionis impeditur, & auo-
catur; illicitè, ut si delictis, & deprauatis moribus expulsionem sui à Reli-
gione operetur, vel ipse fugitiuus, aut apostata, extra Religionem vitam
secularem instituat, quod genus etiam impedimenti est, illiciti quidem, &
violenti, & etiam illius diuisionis in principio tract. cap. 2. quest. 2. posita;

id est, in facto; quo durante modus viuendi, & institutum status Religionis cessat. De impedimento ex egestate parentum, & ex incompatibilitate cum alio prius assumpto statu, & quomodo status Episcopalis licite Religionis statum impediatur, diximus precedentibus duobus capitibus: de fugitiuis, apostatis, eiectis à Religione, temere relinquentibus habitum, in sequenti, seu primo huius tractatus capite dicemus.

[N.2.]

Et primò de fugitiuis, ubi primò dicendum est, & annotandum, quid nomine fugitiui, quid nomine Apostata, quid eiecti à Religione intelligatur, & qua inter hac sit differentia. Fugitiuus enim (quod nomen precipue seruus, & mancipijs attribuitur) diuersimode definitur à Iuriconsultis. Fugitiuus (ait Offilius) est qui exera domini domum fuga causa, qua se à domino celaret, mansit. Celius dicit, illum esse fugitiuum, qui ea mente discedit, ne ad domini domum redeat, quamuis postea animo mutato ad domini domum reuertatur; nemo enim (inquit iste Auctor) desinit esse nocens tali fuga facta, per penitentiam factam postea. Denique omnes conueniunt, fugitiuum ab affectu animi esse intelligendum, non à fuga materialiter sumpta.

Offilius.
Celius.

Proclus.

Proclus dicendum esse de eo, qui domi latitauit, ad hoc scilicet, ut habita occasione fugam faciat. Ex quibus colligitur, Monachum illum dici fugitiuum, qui abijciens obedientie iugum se subtrahit Prelato suo, & à Monasterio recedit hoc sine; siue hoc faciat cum habitu, vel sine habitu: ex l. quis sit fugitiuus, ff. de delictis, addit, & etiam erit fugitiuus qui se abscondit in Monasterio, animo fugiendi, iuxta dicta.

Apostata est desertor Religionis susceptæ, animo, & voluntate extra Monasterium manendi, & viuendi. Differt à fugitiuo per voluntatem permanenti; vel ut melius dicitur, in contumaci perseverandi voluntate in apostasia.

Eiectus Religiosus dicitur, & est ille, qui ob culpam suam eijcitur à Monasterio.

Quid nomine fugitiui, quid apostata, quid eiecti à Religione intelligatur.

In quo differat apostata à fugitiuo.

CAPVT PRIMVM.

De Fugitiuis, Apostatis, & Eiectis.

CONTINET QVÆSTIONES 5.

Quaestio 1. Virum Religiosi fugitiui inquirendi sint, & compellendi, ut ad Religionem redeant, secundum iura.

Quaestio 2. An de iure speciali Religionum requirendi sint fugitiui, & quas pœnas incurrant.

Quaestio

Quæstio 3. Quis sit, & quis dicatur Apostata in iuribus, & quas pœnas incurrat.

Quæstio 4. Vtrum Apostata verus, iam receptus, & absolutus ab excommunicatione, & emendatus possit in illa Religione eligi in Abbatem, aut Prælatum.

Quæstio 5. Quibus expensis debeant inquiri, teneri, capi, & sustentari huiusmodi Fugitiui, & Apostatae.

QVÆSTIO I.

Vtrum Religiosi fugitiui requirendi sint & compellendi sint, ut ad Monasterium redeant, secundum iura?

Greg. IX



Respondetur affirmatiue, ex cap. Religiosi, de regul. vbi Gregorius IX. sic ait. Statuimus, ut Præsidentes Capitulis celebrandis, secundum statutum Concilij generalis, Abbates, seu Priores, fugitiuos, & eiectos de Ordine suo requirant sollicitè annuatim; qui si in Monasterijs suis recipi possunt, secundum ordinem regularem, Abbates, seu Priores eorum, monitione præuia, per Ecclesiasticas censuras compellantur ad eorum receptionem, salua Ordinis disciplina. Quòd si hoc ordo Religionis non patitur, auctoritate nostra prouideant, ut apud eadem Monasteria in locis competentibus (si absque graui scandalo fieri poterit) alioqui in alijs Religiosis domibus eiusdem Ordinis, ad agenda ibi pœnitentiam, talibus vitæ necessaria ministrentur. Si verò huiusmodi fugitiuos, & eiectos inobedientes innenerint, eos excommunicent, & tandiu faciant ab Ecclesiarum Prælatibus publicè denunciari excommunicatos, donec ad mandatum ipsorum humiliter reuertantur. Hæc ibi. Circa quod statutum inquit Nauarrus, an æqualiter

Nauarr.

A hæc verba sint intelligenda, tam circa eiectos, quàm circa fugitiuos. Et respondet commento 2. de Regular. qu. 7. num. 36. quòd quantum attinet ad fugitiuos, hoc absolutè præstandum est; eiectos verò esse reducendos, & recipiendos, si reuerti voluerint; secùs verò si recusauerint redire. Et certè Panormitanus, Cardinalis Antonius de Butrio non eodem modo loquuntur de fugitiuis, & eiectis: dicunt enim, fugitiuos quotannis inquirendos, & reuocandos, etiam inuitos; eiectos verò non, nisi ipsi redire velint: vt diximus etiam ex Nauarro. Quòd secundum ipsum intelligendum est, si eiecti sint iniuste, & iuris ordine non seruato: nam de ijs solum dicit loqui Pontificem; cuius decretum si aliter intelligatur, est derogatum per contrarium receptum vsus; nam eiecti licitè non debeat inquiri, nec admitti.

Panorm.
Cardin.
Ant. de
Butr.

QVÆSTIO II.

An de iure speciali Religionum inquirendi sint fugitiui, & quas pœnas incurrant?

R Respondetur, & sit resolutio affirmatiua. Et probatur prima pars: nam saltem in Benedictinorum Hispana Congregatione, in nouis legibus, & cap. 36. num. 7. hæc habentur. *El Abad està obligado a dar cuenta al Reuerendissimo General, de tal ausencia, y las causas que della se supieren, &c. y hazer las diligencias moralmente posibles por prenderle.* Et postea num. 10. super hoc, idem ponit præceptum, sub mortali obligans Abbatem vt id exequatur, & vt venientem sua sponte, vel inuitam, seu captum accipiat. Circa secundum quæsitum de pœnis fugitiuorum, non noui tales fugitiuos in iure pœnis distinctis feriri, ab ijs, quæ contra Apostatas, & contra habitum Religionis temerè relinquenter sunt impositæ. De dicta Benedictinorum Hispana Congregatione est certum, specialem habere assignatam pœnam, vt constat ex dicto citato cap. & num. 7. vbi ante relata verba hæc habentur. *Declaramos que qualquier Religioso que se ausentare del Monasterio,*

N. 4.

Constit.
Benedict.

con animo de no boluer a el, aunque se ausente con habito, incurre en la excomunion del Canon, puesta contra los Regulares que dexan el habito temerariamente; y para mayor abundancia le ponemos, siendo menester, la dicha excomunion. Hæc ibi: vbi alia etiam pœnæ corporales assignantur. Sed cum eadem pœnæ fugitiuis in iure communi, & particulari videantur assignari ac de apostatis, & habitum temerè relinquentibus, horum pœnæ videndæ sunt. Et inde fit

QVÆSTIO III.

Quis sit, & dicatur Apostata, & quas pœnas in iure incurrat?

N.5.
Resolut.
e. anobis.

e. vt periculosa.

A hoc vltimo incipiendo, fit prima resolutio. In cap. à nobis, de apostatis præcipitur, vt in carcerem detrudantur, si nolint habitum resumere, minis, vel blanditijs, & ibi durè affligantur, ita vt solum vita miserabilis conseruetur, donec à suo respiciant crimine: & in cap. vt periculosa, in 6. ne Clerici, vel Monachi, feriantur excommunicatione Religiosi professi, in Scholis, vel alibi suæ Religionis habitum temerè dimittentes. Quid autem sit esse apostatam, partim diximus in principio huius tractatus, esse scilicet Religiosum illum, qui vltra id, quod est esse fugitiuum, addit contumacem perseverantiam in sui instituti desertione, sine habitu, vel etiã cum illo. Nam sic habent communiter Doctores, Quod etiam cum habitu existens, verè apostata sit, & per hoc à dimittente temere habitum distinguitur, imò & quod in iure contra apostatas, nulla expressè excommunicatio fertur, sed solum contra habitum temerè relinquentes; vnde fugitiui, & adhuc in fuga, & Religionis desertione cum perseveranti intentu contumaces, dum non relinquât habitum, quamuis verè apostatæ sint, nõ feriantur aliqua iuris expressa excommunicatione. Verum est tamen à pluribus excommunicatos dici, vt Caietanus, Sylu. & Innocentius, & Azor, quia id licet nõ exprimat ius, videtur supponere in C. Consult. de apostatis, vbi statuitur contrahere irre-

Caiet.
Syluest.
Innocent.
Azor.

Angularitatem apostatam sui instituti desertorem, si sacris ordinibus initieturã vnde resolutio nostra est. Talem apostatam etiam habitu retento esse excommunicatum.

An verò apostata dici possit, quæ sine licentia, nec petita adhuc, & per consequens contra ius ad alium ordinem transit, & an excommunicationem incurrat, & apostatarum pœnas?

Respondetur negatiuè, cum Glossa communiter recepta. Quia ille talis nõ deserit Religiosam vitam, sed talem Religionem.

Aliqui contrarium tenent. Si tamen iste ad alium ordinem transiens modo dicto contra ius, id est, sine legitima licentia, quamuis apostata nõ sit, nec tales pœnas incurrat, si tunc sacris initietur? Respondetur cum C. ex parte de tempore ordin. vbi rogatus Pontifex de quodã Monacho, qui ad Monachos alios transierat, & ad sacerdotij ordinem ascenderat. Respondet hæc verba: Nisi aliud iuris impedimentum obstat, ipsum Monachum liberè sacerdotis officium exequi permittatis. Ex quibus verbis Pontificis, aliqui colligunt talem transeuntem ad aliam Religionem nõ esse apostatam, sed fugitiuum se suo Abbati celantem; & per consequens, non incurrere pœnas apostatæ, & relinquentis temere habitum, sed vt ea quæ ad apostatas pertinent simul dicta, semel remaneant. Sit quarta pro hoc cap. questio.

N.6.

QVÆSTIO IIII.

Virum, apostata verus iam receptus, & absolutus ab excommunicatione, & emendatus, possit in illa Religione eligi in Prælatum, vel Abbatem?

Respondent aliqui negatiuè cum Archidiacono, & hoc esse ex iure communi, & quidem ex iure particulari, & peculiaribus constitutionibus aliquarum Religionum, est certum caueri, ne huiusmodi apostatæ quantumuis emendati, in Prælatos eligantur, iuxta sensum apostoli, & eius doctrinam, inter inhabiles ad Episcopatum, & Eccle-

N.7.
Archidiaconus.

elefiz regimen, numerans Neophitos, & nouiter conuersos. Pro contraria parte sit nostra resolutio.

N. 8.

Resolutio est affirmatiua, posse (inquam) & non esse inhabiles ad Prælaturas tales apostatas, admissos, absolutos, & emendatos, quia hoc nullo communi iure prohibetur. Si autem aliqua specialis Religionis regula, aut constitutione prohibeatur, id illi obseruandum erit.

Quæstio quinta. Quibus expensis inquire debeant, & comprehensi sustentari huiusmodi fugitiui, & apostata? Respondetur cum Hostiensi, & communi. Monasterijs à quibus aut fugiunt, aut in defectu à Generalibus prouidendum, sed vbi per leges speciales hoc est dispositum, vt in Congregatione Hispaniæ Benedictinorum, id est seruandum.

CAPVT SECVNDVM.

De deponentibus suæ Religionis habitum.

HABET SEX QVÆSTIONES.

Quæstio 1. Quid sit relinquere habitum temere, & an sit idem quod illicitè dimittere?

Quæstio 2. Vtrum dormiens sine habitu, incurrat semper iuris excommunicationem, aut qui in cubiculo magna parte diei pro calore, aut causa nudatur.

Quæstio 3. Vtrum sic sine habitu persistens, quamuis excommunicationem non incurrat, peccet mortaliter.

Quæstio 4. Vtrum, qui sui Religionis habitum retinens illud occultat, alio habitu super imposto, ita vt exterius non appareat proprius habitus, incurrat excommunicationem. textus:

Quæstio 5. Vtrum qui sine debita licentia habitum alterius Religionis assumit, & per consequens contra ius, incurrat hanc censuram deponentium habitum suæ Religionis.

Quæstio 6. Vtrum sit aliqua pœna imposita contra Religiosos ad studia se conferentes sine debita licentia, & qualis hac licentia debeat esse.



Via diximus apostata pœnas, & excommunicationem esse easdem, ac de deponentibus temerè suæ Religionis habitum, huius notitiam,

& quis sit: qui habitum dimisit temerè, & quas à iure pœnas habeat, conuenienter explicare. In quo supponendum est primo, in capite vt periculosa, ne Clerici, vel Monachi in sexto, latam esse excommunicationem ipso iure, contra dimittentes temerè habitum suæ Religionis, vbi difficultas consistit in explicando, quis dicatur habitum suæ Religionis temerè deponere. Pro quo fit.

QVÆ

QVÆSTIO I.

*Quid sit habitum Religionis, temerè relin-
quere, & an sit idem quod illi-
cité dimittere.*

N. 1.

Pro intelligentia dicendorum notandum iura præcipere, vt Monachus semper suæ Religio- nis habitum gerat, ita vt sine eo etiam in lecto non iaceat, etiam ad dormiendum. Sic habetur in cap. *vidua*, 20. q. 1. & in cap. *Sancti Monialis*, distinc- tio. 25. verba dicti capituli *vidua*, quæ sumpta sunt ex Concilio Toleta- no 10. cap. 4. *Hæc sunt apta Religionis professioni; veste siue in lectulo quiescens, siue in quocumque loco consistens con- stanter ea utatur, nec diuersi coloris aut diuersæ partis eadem sit notabilis ves- tis, &c.* Quo supposito, videtur quod ille qui illicitè habitum dimittit, qui est omnis ille qui habitum quocumque modo ex dictis, etiam vt dormiat, di- mittit (quippe qui contra ius facit) temerè dicatur dimittere, & per conse- quens incurrere in pœnas, & censuras.

N. 2.

Notandum secundò, non dimissio- nem quamcumque habitus suæ Religio- nis esse illicitam, nec peccaminosam: nam si (vt ait Glossa à pluribus recep- ta) quis deponat habitum metu mortis, periculi grauis, captiuitatis, carceris, ignominie, aut similitum, vt si Mona- cho sit obligatorium ex obedientia, aut voto (legitimè factò) peregrinare per terras Turcarum, hæreticorum, vel ini- micorum nominis Christi, vel ratione & causa morbi, lanandi, vel mutandi vestes, non peccaret.

N. 3.

Dicunt ergo ijs suppositis aliqui Authores, quod quicumque habitum, vt cumque dimittit, exceptis ijs (in præcedenti notabili dictis) euentibus, etiam vt dormiat: dimittere non solum illicitè, sed etiam temerè, & in- currere præfatas censuras. Ita videtur sentire Rosella, verbo, *excommunicatio*, excommunicat. 16. vbi ait, opposi- tum esse periculosum: & hæc videtur probabilis sententia Suarez 5. tom. in 3. part. D. Thom. disp. 23. scilicet. 4. num. 21. cuius hæc sunt verba: *At verò si à principio quis intendit dimittere habi- tum ad breuissimum tempus, v. g. per*

*Rosella.
Suarez.
D. Tho.*

Ahoram, vt liber & occultus incedat, vel cuiusdam leuitatis, & recreationis causa, vel etiam vt eat ad committen- dam aliquod peccatum mortale, licet hæc videatur, leuis dimissio, in suo ge- nere, vel ordine, nihilominus in hoc casu, etiam est probabilis sententia, nõ vitari censuram, sed in ipso puncto di- missionis contrahi, quia ipsa sola habi- tus dimissio est res grauis, sufficiens ad peccatum mortale, & huic legi contra- ria: & addit Suarez idem sentire Silue- strum, & Nauarrum, locis citatis. Ni- hilominus alij, quos sequitur Azor to- mo 1. lib. 12. vbi supr. dub. 9. afferunt, non quamcumque habitus dimissionem illicitam, dici temerariam, in eo capi- te vt *periculosa*, nec per consequens excommunicationi subiaccere, v. g. si Monachus intra monasterij claustra, quadam animi leuitate ad modicum tempus dimittat habitum, vt somnum capret commodius, vel vt saltet, aut currat, vel ludat pilæ, aut vt se balneo, vel flumine lauet: sic tenet Patruanus, Antoninus, Ioânes Andreas, Syluester, & rationem reddit Azor vbi supr. nam ista habitus dimissio ob leuitatem fa- cta, quamuis propter malum finem fiat, scilicet, vt si quis habitum accepturus statim dimittat, vt cum femina rem habeat, quæ in ipsa dimissione habitus peccet, non tamen habitum dicitur dimittere, cum non dimittat vt vagetur liberius, nec vt assumat aliũ habitum, sed certè dimittit suum cum animo resumendi.

D

Pro cuius intelligentia notanda est quædam doctrina ipsius Suarez in 5. tomo citato, disput. 23. sect. 4. num. 27. aliud esse dimittere habitum, aliud ve- rò spoliare se habitu, vt quando quis exiit vestimentis, vt dormiat, vel vt incedat, aut saltet magis expeditus. Propria autem habitus dimissio est, quando fit mutatio in alium habitum ad occultandum se, & incedendum illo modo, vt ignotus reddatur ijs, qui il- lum per habitum cognoscerent, quis esset, aut ex quo statu, aut Religio- nis esset, si enim Benedictinus Religiosus habitum secularis clerici assumat, aut alterius Religionis, incognitus mane- bit, & liberè vagari poterit, & sine fa- cile remedio, dum alterius habitus,

*Siluester.
Nauar.
Azor.*

*Palud.
Antoni.
Ioâ. A. d.
Syluest.
Azor.*

N. 4.
Suar.

clu-

eludet inquirentes fugitium; vel vatum talis Ordinis, quod inconueniens cauere cupit Iuris dispositio; num. 2. quod cum ponatur vis huius prohibitionis dimittendi habitum in hoc textu, debet cum tota proprietate summi illud verbum in textu inclusum, scilicet, *temerè*. Sic enim dicitur in illo textu citato; ex cap. *vt periculosa*, ne Clerici, vel Monachi, vbi expressè excommunicantur Clerici, vel Monachi, dimittentes temerè suæ Religionis habitum. Aduertendum, quid sit cum proprietate habitum dimittere. D. enim Thom. 2. 2. q. 13. art. 3. ad primum, eam dicit solum temerariam habitus dimissionem, quæ sit sine rationabili causa, & cum contemptu regulæ, seu legis, quod vocat D. Thom. ibi: *Refugere subesse regulâ*, quæ duo requiruntur simul ad temerariam dimissionem habitus, scilicet; vt fiat sine causa rationabili, & cum contemptu, id est, refugiendo subijci: vnde quamuis causa ad dimittendum habitum non sit rationabilis, non ex hoc erit dimissio temeraria, si in dimissione nõ adfuit contemptus, sed fortè ignorantia aliqua culpabilis quidem, leuitas, vel apparens excusatio, neque etiam si existente contempta adfit causa rationabilis, aliqua ex dictis infirmitas, v.g. metus, &c.

QVÆSTIO II.

Vtrum dormiens sine habitu semper incurrat dictam excommunicationem, vel qui in tempore aestiuo, propter calorem nimium, vel aliam causam, manet sine habitu inter suum monasterium magnam partem diei?

N. 5.

Respondetur, omnes citatos Authores solum excusare habitus dimissionem, quæ sit ad modicum tempus, alicuius leuitatis causa, seu casus præcedenti dubio assignatos. Ratio tamen Suarez nuper adducta, eos excusat ab excommunicatione, quia illud non fuit dimittere habitum, sed illud excusare: de qua prohibitionem habent Benedictini priuilegium, de quo statim.

QVÆSTIO III.

A

Vtrum, taliter habitum dimittentes, vt dictum est, saltem mortaliter peccent, quamuis excommunicationem non incurrant?

N. 6.

Respondetur, quod Iura strictè in hac materia loquuntur, & etiam plures Authores (vt videbimus) nam in illo cap. *vidua*, in dub. 2. citato, absolute dicitur, quod siue *in lectulo quiescens, siue in quocumque loco existens, constanter Monachus eo vsatur habitu suæ Religionis apto*, quæ verba cum in re graui sint, vim præcepti videntur habere, & ideo doctis, & timorata conscientia viris semper scrupulosum visum maxime fuit, & per dictas habitus dimissiones contraueniri huic Iuri, & huic Doctorum doctrinæ. Videatur Ioannes Azor 1. tomo, lib. 12. loco citato, videatur doctissimus Grassis nimium in Iure versatus, asserens, quod dormire etiam cum scapulario breui, si non habeat caputium Hispanè dictum Capilla, sit graue peccatum. Pro quo notandum.

Azor.
Grassis.

C

Quod quamuis præter dictos textus Iuris regula sanctissimi Patris Benedicti præcipiat absolute Monachis, vt vestiti dormiant, habent tamen Benedictini inter alias concessiones, & dispensationes, quosdam viux vocis oraculo concessas, Eugenij III. per Ludouicum Episcopum Taruis, anno 1439. in comperdio priuilegiorum Congregationis Benedictinæ Hispaniarum P. 48. num. 3. cuius hæc sunt verba: *Petitionis ex parte Monachorum, quibus iste Episcopus legatus ad hoc à Papa dixit, Placet, quod quando contingat Religiosis, siue Monachis extra monasteria, in casibus eis concessis, aut concedendis exire, absque scrupulo possint, cum minore tunica, siue istaminea, & scapulari dormire, etiam si sint tales in monasterio debiles, infirmi, aut qui non possint dormire specialiter tempore aestiuo, aut alio tempore.* Hæc ibi, vbi aduerte limitationes quæ apponuntur, non enim est concessio generalis, & absoluta dimittendi habitum, sed in casibus solum dictis. Quo non obstantem vsus iam obrinuit, vt omnes siue intra,

tra, sine extra claustra, siue debiles, siue robusti, siue tēpore æstiuo, siue quocūq; alio, dormiant cū staminea, & scapulari.

N. 7.

Hic se offert difficultas, an ista, & omnes quindecim ibi contentæ moderationes, & concessiones, solum sint extra rigorem, & vim regulæ; & regulæ ipsius præcisè sint tantūmodo explanationes, & nō iuris, & in ipso iure Monachis præceptæ? vt vidimus supr. nu. 10.

Respondetur, vt ex ipso indulto, & viuz vocis oráculo, & ex fine ipsius, & alibi constat, quod quamuis ea de quibus fit explicatio, & moderatio, dicatur fieri circa regulam in titulo indulti, non ex hoc colligitur, quod de ijs in quibus vrget regulæ mandatum, dispensatur solum, seu moderatur; sed quod conceditur illud quod petitur in regula, (fortè prohibitum, aut obscurum) & cum sit etiā authoritas, & potestas concedentis vniuersalior, & super omne ius positiuum commune, quidquid diæis moderationibus contrarium reperitur in iure, per dictam concessionem dispensatur, moderatur, & tollitur: id enim valet illud, non obstantibus quibuscumque constitutionibus ceterisque contrarijs quibuscumque: & etiā, quia non solum vocatur hoc indultum moderatio, & explicatio, sed etiā concessio: vnde prohibitio nudandi habitum ex quocumque iure, & sub quavis pœna cum præsentī gratia, & indulto, & eius conditione seruata, quassata, & ablata manet, seu declarata, nec aliquo modo opponitur rigori præcepti, ex textu in capit. *periculosa*, cū nudatio habitus prolixioris ex causa infirmitatis, aut similis, in alium habitum, expeditiorem quidem, sed ipsi Religioni conformem, non dicitur temeraria habitus dimissio, nec in capit. *vidua*, ista leuis mutatio habitus prolixioris in breuiora, non reputatur notabilis, nec aliquam assignat pœnā, quæ si debeat intelligi assignata arbitraria, per hanc moderationem, & concessionem Eugenij, seu eius Legati, videtur ablata.

N. 8.

Sed non est leuis difficultas, an tale scapulare, ad dormiendum debeat esse cum caputio?

Turrecremat.

Ad quod respondetur cum Cardinali Turrecremata, in explanatione re-

gulæ sanctissimi P. N. Benedicti, cap. 134. vbi sic ait: Circa scapularia no-

tandum, quod scapulare deriuatur à scapulis, eo quod scapulas tegit, quod apud omnes Religiones quæ scapulari vtuntur, dicitur habitus capuriatus, scapulis ex vtraque parte pendens: Hæc Turrecremata. Cū igitur dispensatio absolute dicat, vt dormiant cum staminea, & scapulare: hoc scapulare intelligi debet cum caputio, sine caputio enim non dicitur scapulare, vt ait iste

B

Author. Præterea, cū regula dicat, vtendum esse scapulari, propter opera, & labores manuum, quia cum illo expeditiores remanent: attendendum est, quo scapulari per traditionem à diebus ipsis sancti P. Benedicti, vsi fuerint Monachi, & videbimus tam ex picturis antiquissimis, quàm ex vsu quotidiano, & frequenti, deriuato sensim & successiuè, semper in vsu Benedictinorum fuisse scapulare cum caputio. Cū

C

aurem supplicatio facta Papæ contineret, vt tales Benedictini Monachi possent cum dicto scapulari dormire, certum est, quod loquebatur petitio de scapulari in dicta communi, & vsitata acceptione. Adde his, quod Patres antiqui etiā his temporibus id inuolabile seruauerunt, quod tepidus feruor subuertere intendit, & durum iudicat: & hac ratione (vt credo) conuictus Graffis, dicit peccare mortaliter

D

Monachum dormientem sine scapulari capuriato, quamuis scapulare habeat, si illud capuriatum non sit. Sit tamen in hoc nostra resolutio, scrupulosum esse, sine hoc tali scapulari dormire; sed sub mortali non afferendam credo: tūm quia, & si omnino sine aliquo scapulari dormire, adhuc ex pura, & sola commoditate, & expeditiori quiete, & somno, & cum simili causa,

E

dum pro illo tempore fiat, non esset peccatum mortale, sine aliquo scapulari etiā non capuriato dormire (vt statim videbimus:) ergo multo minus si scapulare saltē habeat quod careat caputio; tūm quia cum tali rigore habitum inseparabiliter habere, nullo iure habetur sub pœna. Notandum vltimo, hæc omnia quæ diximus, intelligenda esse ex iure communi: nam si ex particulari, & priuato iure, lege, vel vsu

De scapulari ad dormiendum, an debeat habere caputium.

Resolutio.

inuio.

inuolabili aliquis Religionis sit cum præcepto cautum, vt omnes Religiosi cum omni habitu quotidiano dormiāt, sub mortali sine dubio obligabit.

N. 9.

Sed dubitabis, an scapulare breue, quō vtimur Benedictini ad dormiendum, sit sufficiens ad implendum quod in textu præcipitur; an necesse sit scapulare illud magnum, quo per diem vtimur: nam hoc secundum videtur colligi ex illis verbis textus, in c. vidua; scilicet, *Nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadem sit notabilis differentia*: scapulare enim, quo ad dormiendum vtimur, multum differt ab eo, quod per diem portamus.

N. 10.

Respondetur enim affirmatiuè, sed negando esse maximam differentiam, & notabilem: non enim refert vnum esse longius alto, quotidianum scilicet, ac nocturnum, & hoc declarabit vsus frequens, quem seruauere antiqui reformatissimi, & docti Patres harum Congregationum, Hispanæ, & S. Iustinae, vt dicit Pontifex.

Sed adhuc de ijs Religiosis potest dubitari, qui lineis vtuntur tunicis, & sindonibus, infirmitatis actualis, vel habitualis causa, quanuis adsint licentiæ legitimi Superioris, ex Medicorū consilio; an gaudeant dispensatione à Papa facta, cum non fuerit absoluta; sed sub tali conditione habitus dimissio conceditur ad dormiendum, vel iacendum in lecto, tempore infirmitatis: vt tamen remaneat, & adsit tale indumentum, saltem loco reliqui habitus, taliter dimissi; scilicet tunica, id est, ex tali panno, & tali materia, nempe lanea, & non lineæ, qualis est illa interior, & immediata corpori, tunica, seu camisia, quam vocant vulgariter Religiosi, præcipuè Benedictini, stamineam.

N. 11.

Et augetur difficultas: nam in pluribus Religionibus, inter alias corporis afflictationes, cum tota obedientiæ vi, & vt materia maximè conducens ad finem specialem in ea intentum, & suum specialem modum, & institutum viuendi, per quem ab alijs Religionibus distinguuntur, solet præcipi sub mortali, vt neque in infirmitate etiā lethali dispensetur in hac asperitate, & rigore; ita vt mors vestitum quotidianis, & consuetis habitibus inueniat Religiosum.

A Cognoscentes quidem Ordinum Inritutores, quod quanuis admitteretur, quod in illo tramite nudatio habitus esset non solum leuamen, sed & ad valetudinem magnum remedium, & vita securius tueretur, hac lege illius Religionis alumnos statuerunt fore ligandos, vt non consuluerint conseruationi, nec dilationi vitæ; cum illius obseruationis violatione: quare non videtur esse nimium stringere Monachalem, seu Religiosum statum, quod iura illum piū rigorem dictum, nunquam (etiā in lethali morbo) exuendi vtitatum habitum simul asperissimum, & intractabilem dispensauerint, cum hoc leui ore, & conditione, quod loco habitus totius, ex dictis causis exuti; adhibeatur (si non intus habetur, & circa cutem ab vtente lineo) dicta tunica lanea, dicta staminea; quæ super lineam posset poni, ad modum, quem prædecessores nostri, obseruantia, & monastica primitiui rigoris zelatores eximij, tunicas laneas ex panno vili albo, molestiores multo stamineis nostri temporis confectas, habuerunt; quibus ad iacendum in lecto, & dormiendum nocte inducebantur, quando in suis cubiculis hora solita cubandi habitibus exuebantur.

C Respondetur, supponendo hunc expeditum dormiendi modum, & facilitatem nudandi Religionis habitum, nec curandi multum ex minima, vel nulla occasione, quod quando exiit, & iacetur in lecto, si lineam camisiam ex dispensatione quis habeat, adhibeatur alia lanea ex panno, vel staminia, antiquos arbitratos fuisse esse scrupulosum.

E Sed eorum veterando timorem, & monendo simul, quod hoc tam leue grauiamen Benedictinis Monachis in præfenti tempore relictum, & olim à Pontificibus, Concilijs, & Iuribus de huius gremij Monastici profectu sollicitis, tanto maiori rigore iniunctum non subterfugere cupiant. Forte posset ad argumentum responderi, notando in primis, quod vt suo loco, & tractatu de obedientia dicturi sumus, quod nihil in regula sanctissimi P. Benedicti obligat sub mortali, præter id, quod ad vota essentialia, vel solemnia pertinet:

K

vnde

*Licitè quis vo-
uet Reli-
gionem,
qua indi-
spensabi-
les habet
obseruan-
tias, ali-
quando
conserua-
tioni vi-
tæ. & cor-
porali sa-
luti sem-
per con-
trarias.*

N. 12.

vnde illud quod capit. 22. regulæ mandat diuinus Patriarcha, disponendo: *Quo modo dormiant Monachi*, qui est titulus illius capituli, his expressis verbis: *Vestiti dormiant, & cincti cingulis*, sit nostra resolutio. Licet non interuenisset dispensatio Pontificis alata, si sine contemptu frangeretur, & quis nudus omnino, id est, sine aliquo scapulario dormiret, & per consequens contra sanctam regulam ageret, non peccaret mortaliter. Patet ex dictis.

N. 13. Notandum secundo, quod intentum ex dictis huius mandati, & regulæ (vt ex illo constat) illud est, quod Monachi sint præparati, & præcincti, vt ad opus Dei, officium, & cultum diuinum signo facto reperiantur prompti, & expediti, vt in festino concursu ad laudes Deo soluendas in Choro, seu Oratorio appareat deuotionis feruor: hoc insinuat verbis expressis sequentibus, vt parati sint Monachi semper, & facto signo absque morâ surgentes, festinent se peruenire ad opus Dei.

N. 14. Notandum tertio, quod ex regula huius sanctissimi P. non est expressa hæc Benedictinorum postea introducta observatio, induendi laneis tunicis, & non lineis, siue camisis: ex quibus sequitur in primis.

N. 15. Et sit resolutio quarta, quantum est ex parte regulæ dormire sine habitu, nudum, vel vestitum, dum dimissio ista habitus, vel nudatio, non fieret ex contemptu, non esset peccatum mortale. Patet ex dictis.

N. 16. Sequitur secundo, & sit quinta resolutio, licet regula in suis mandatis, vel præceptis haberet, quod sub mortali obligaret præsens mandatum, per egnome, seu epicheia, deberet intelligi, non obligare sub mortali. Constat, quia supposito quod quando infirmitatis causa aliquis, aut alioqui legitimè excusatus ab illa assistentia, & tendentia ad officium diuinum in Choro, vel propter vtiliorem occupationem abesset, non ligaretur. Ergo non debet intelligi ex mente legislatoris ligari ad illud mandatum de dormiendo cum habitu, vel staminea, & scapulare in lecto, loco reliqui torius habitus: ita quod etsi causa adesset ad relinquendum etiam

scapulare, & tunicam stamineam, (lineam tempore ætliuo, & infirmitatis) hoc intenderet prohibere: quomodo enim credi potest, quod pijsissimus, & prudentissimus legislator, qui in ipsa assistentia officij diuini, (quod vocat opus Dei) ob urgentes, & legitimas causas infirmitatis, itineris, & alias dispensat, & non vult manere talè obligationem ipsius officij in Choro; vellet cum maiori vinculo, & obligatione ligari Religiosos, ad id quod huius finis causa mandatur, scilicet, dormire vestitos. Et tunc sic, si Pontifex in mandato, & obseruatione huius regulæ dispensans, seu commutans obligationem regulæ de dormitione cū habitu, transfert in hoc in quo commutat: non dicendum est velle augere vinculum obligationis, sed cum eodem in aliud mitius commutare mandatum regulæ, aliàs non fuisset gratia & fauor, imò & ipse Legatus Pontificis in dispensatione, recognoscit illam dispensationem, seu commutationem dimittendi habitum, esse conformem menti & discretioni sanctæ regulæ perfectè intellectæ, & plenè in praxi positæ in Congregatione Benedictinorum sanctæ Iustinae, seu Montis Casini, in ipso viuæ vocis oraculo, circa hanc obseruationem permutandi modum regulæ dormiendi cum habitu, & vestibus in sola staminea, seu vltima interiori, & immediatiore tunica, & scapulare.

D Sexta resolutio, obligatio retinendi habitum, & non deponendi, etiam ex vi decreti ex textu in capit. *vidua*, vbi expressè de quiescente, & dormiente in lecto (vt diximus supra in fine num. 10. loquendo) prohibetur nudatio, & mutatio partis, etiam & coloris habitus consueti, non est, nec ligat sub mortali quantum est de se. Probat, quia id ex nullo iure constat, nec grauis talis pœna ibi ponitur: vnde, qui sine contemptu ob commodiorem solum, & expeditiorem solum dormiendi modum, se habitu consueto suæ Religionis, iterum assumendo ex intentu exueret, non peccaret mortaliter, ex vi huius iuris communis. Deinde, quia diuersum finem, & diuersum modum præcipiendi hanc habitus regularis perpetuam gesta-

N. 17.

*In c. in-
ris, vbi
stricte de
omnimo-
da, & in
omnibus
locis, &
temporib,
inviolabi-
li habitu
gestatio-
ne agitur
nō poni-
tur pœna*

sionem, & pœnam, continet textus ille, ex cap. *periculosa*, iam citato, quod est primum fundamentum huius prohibitionis, seu præcepti, quod habet pro fine (vt diximus) ne quis occultus incedat, & expeditū se reperiat ex habitus dimissione, aut mutatione ad flagitium perpetrandum, seu vagandū liberè: vnde cū iste sit finis etiam pro paruo spatio tēporis habitus dimissio, etiam cum intentione iterū induendi, damnatur. Habet etiā hic textus, seu fundamentum speciale præcipiendi, seu inhibendi modū, nempè, assignando quod dimissio habitus quæ prohibetur, est illa quæ fit temerè, id est, sine causa, & cū cōtemptu, quorum quodlibet si deficiat, nō est illa quæ hic prohibetur habitus dimissio, quæ hic limitatur, illa in n. 10. assignata: & casus in illa contēti eludendi persecutorē, & alij: imò & quicumque casus etiā leuitatis, commodioris somni captationis, & (quod maius est) etiam si in relinquēte habitum ad mœchandū, si id fiat intētu præciso rem habendi cum maiori libidine, & expeditiori delectatione, non autem cauendo per habitum suæ Religionis (si deprehenderetur) se cognoscendum; non comprehenditur iste in casu textus dicti, qui illum solum includit, id est, ex causa, aut sine se occultandi ad liberè vagandum, aut peccandū, siue cum effectu peccet, siue nō. Habet tertio & vltimo, hic textus capitis *periculosa*, diuersam, taxatam, & assignatam pœnam, nempè excommunicationem. Quorum neutrū habet prohibitio relinquēdi habitum, ex text. in cap. *vidua*, finis enim illius prohibitionis est, quod ipsa inuiolabilis gestatio habitus immutabilitatem, & consistentem statum continuationē, & permanentiam præ se ferat. Quantum ad modum præcipiendi, est etiam diuersum, quanto enim latius extenditur prohibitio, & est magis vniversalis circa plures relinquendi habitum modos, non solum prohibens temerarium, id est, ex contemptu, & sine causa, sed & modos licitos aliās, vt ad iacendum in lecto ad itinerandum, ita à pœna graui imponenda abstinet, nec vllam assignauit, vt arbitraria puniretur grauiori, vel leuiori, ad arbi-

A trium Prælati indicantis ex circumstantijs grauitatem culpæ, in indiuiduo, & pœnam inflingendam competentem. Ex quo constat ad tertium & vltimum, in quo differunt huiusmodi habitus Religiosi dimittēdi prohibitiones, nam pœna imposita relictis iuxta prohibitionem, ex cap. *periculosa*, est maxima pœna, nempè, excommunicatio quæ de maiori intelligitur: prohibitio verò, ex textu in cap. *vidua*, nullam assignat pœnam: quamuis certum est, quod textus iste supponit, quod aliqua pœna debeat transgressoribus, cū in tali transgressione incuratur culpa, nisi causa ex dictis, vel alia similis, & rationalis excuset.

Septima resolutio, qui sine tunica staminea, sed tunica linea dormiret, dicta camisia, & aliās habitu Religionis ad hunc præcisè effectum exuto, ex hac parte nō peccaret mortaliter, licet adhuc sine licentia ordinaria vtēdi lineis non gauderet. Probat, quia ex nullo ex citatis, & adductis textibus in n. 10. constat, quia talis habitus dimissio (vt supponimus) non est temeraria habitus dimissio, vnde nec est subiecta excommunicationi, nec pœnæ peccati mortalis, quod præsupponit excommunicatio textus vt *periculosa*, nec ex cap. *vidua*, quod talem non continet pœnam, neq; ex cap. *sanctimonialis*, eadem ratione. Et confirmatur, quia vt suprā diximus nu. 16. declaratio, seu moderatio quæ autoritate Apostolica facta est in illis quindecim articulis, circa regulam sanctissimi P. N. Benedicti, fuit etiam concessio & dispensatio circa illas materias in regula specialiter cōtētas pro maiori parte, sed cum contingeret aliquam illarum, nempè præsens mandatum de non dimittendo habitu, neque etiam ad dormiendū, quod obligat omnes Monachos, non solum vinculo regulæ, sed ex textu iuris, in cap. *vidua*, eadem autoritate Apostolica, inquā, abstulit vtrumque legatus Papæ. Et confirmatur; tū quia id in quo permutat obligationem dormiendi cum habitu Religionis, non debet cum maiori vinculo, & rigore obligare, quā illud quod dispensari petitur, sed obligatio dormiēdi cū toto habitu (vt diximus) nō obligat

N. 18.

sub mortali: ergo nec illud, in quo permutatur.

N. 19. Confirmatur rursus: nam ex aliqua opinione permutatio Legati Papæ denudationis habitus in staminea, & scapulare, non debet intelligi, quòd illa tunica, quæ præcipitur remanere, habeat determinatam materiam, scilicet laneam (ista enim observatio in pluribus Religionibus introducta, induendi (asperitatis causa) iuxta carnem, & cutem, hoc mitigato, id est, breviori habitu, & quasi loco illius, non est generalis omnibus) plures enim Religiones Apostolica autoritate approbatæ in Ecclesia lineis vestibus interioribus, & iuxta carnem, & in lectis utuntur; & aliquæ ex instituto, speciali consideratione, & motivo.

Vnde Religiosi illi, qui hoc indulto, concessione, & moderatione Eugenij III. dictis gaudent, si nudent habitum ad dormiendum, dummodò super tunicam corpori immediatam induant dictum breue scapulare, non peccabunt, mortaliter saltem.

Si rursus dubites, an saltem venialiter peccaret, qui sine causa ex dictis sufficienter excusantibus, & legitime positis supra, dormiret, vel domi incederet tempore æstiuo, alleviationis causa: quod non facile potest resolui, cum ex vna parte modicum tempus, paruitas materiæ, necessitas aliqualis excuset, ut materia scilicet moralis. Ex alia parte verba legis, in c. vidua, sint expressa prohibitio.

N. 20. Dicimus tamen, quòd dormire sine habitu quotidiano, dum adhibeatur super tunicam interiorem, & immediatam, siue stamineam, aut laneam, siue lineam scapulare breue, illi qui dicta concessione, & gratia Papæ gauderet, nullum (neque veniale) peccatum imputaretur; secus verò illi, qui dicta concessione, vel simili non gaudeat ex dictis: & similiter peccaret ille, qui pura leuitatis causa, & alleviationis non maximè necessariæ, sine scandalo adhuc, & paruo tempore, sine habitu regulari in domo existeret. Constat quoad veramque partem ex dictis, & ex verbis concessionis, quæ disunctivè loquuntur de minori tunica, vel staminea, quasi quòd minor tunica possit

esse non staminea.

A Secundò dico, dormire sine scapulari breui illos, qui dicta moderatione gaudent, leuitatis causa, vel ex excusabili, & non necessaria, ad dormiendum, qualem solent habere senes, debiles, infirmi, aut alij, difficiles in somno captando, ut studiosi, quibus quæcumque iacendi incommoditas somnum tollit, & fugat: in illis, qui tales causas non habent, esset peccatum saltem veniale; non autem in illis, qui dictas excusationis causas habent: constat ex notatis.

B Sed adhuc dices, quòd videtur illos, qui ex concessione Legati Papæ, loco habitus Religionis dimissi, ad dormiendum induere debere scapulare breue, & tunicam dictam stamineam, quòd nec legem iurium impleant, nec eius conditionem, seu permutationem, si tunica sit lineæ, id est camisia, & non staminea, quanuis aliàs ad utendum lineis habeant facultatem.

C Respondetur, quòd ut supra notauimus, cum hoc quod est uti lineis, vel laneis vestibus non sit de iure communi, & vniuersali, nec regulæ (quod intendebat Legatus Papæ moderari) non videtur ibi fixisse pedem; sed quòd super interiorem tunicam ex vsu, lege, vel permissione, quam Monachus gesserit, adhiberetur scapulare.

QVÆSTIO IIII.

D *Vtrum qui sue Religionis habitum retinens, illum occultat alio habitu superimposito, ita ut exterius non appareat proprius habitus, incurrat excommunicationem textus in cap. periculosa?*

E **P**Artem affirmatiuam tenent Siluest. Rosell. Nauarr. & Glossa in clemenc. Quoniam de vita, & honestate Cleric. & alij: & quidem si taliter sit habitus occultatus, ut nō cognoscatur esse Monachum, saltem domesticis, & familiaribus; tenet Azor tom. 1. lib. 12. dub. 10. Sed contrariam Suarez 5. tom. in 3. partem, disp. 23. sect. 4. num. 34. tenet cum Panormitano, in cap. Deus qui, de vita, & honestate Clericorum, num. 4. asserens, quòd si ex habitu Religionis nihil dimittatur, licet alius super

N. 21.

Syluest.
Rosell.
Nauarr.
Glossa.

Azor.
Suarez.

Panorm.

superinduat, quo talis persona cognosci nequeat esse suæ Religionis alumnus, non subiaceret excommunicationi textus in cap. *periculosa*, cuius ratio est. Quia cum hæc lex pœnalis sit, & non loquatur de occultatione habitus, sed de dimissione, & demutatione habitus suæ Religionis, quæ prohibitiones, seu præcepta, inter se differunt, non debet extendi in materia odiosa in simile, scilicet, à paritate rationis.

N. 22. Vnde sit nostra resolutio, quamvis probabile sit in tali habitus operatione Religionis, qualem assignant Auctores primæ sententiæ, cum Azor loco citato occultationem, incurri excommunicationem iuris dictam, probabilius est non incurri, dummodo habitus non dimittatur. Probatur, quia de occultatione habitus non est lex cum tali pœna in iure, nec alibi, ergo, &c. Et confirmatur, quia quamvis intentum, & finis huiusmodi legis imponentis talem pœnam transgressoribus, & sub illa præcipiendi constantem sui habitus gestationem, & hoc etiam videatur expressum in Tridentin. sessione 25. & cap. 19. de regularibus, & alijs locis, quod intentum præcepti de constanter, & continuè gestando, & vtendo suæ Religionis habitu est, quod auferatur occasio, seu non præsterur occasio vagandi liberè, quodlibet perpetrandum, seu delictum committendum: tamen hoc intentum non præcepit lex, nec ita prohibuit omnem occasionem vagandi, & liberè, viuendi quæ quoquomodo posset contingere, sed illam occasionem solum prohibuit cum effectu, quæ sit per habitus dimissionem: si enim Monachus alijs modis occultè incedat, v.g. intra currum, aut sellam cortinis clausam, noctu, aut facie cooperta, ita vt nullo modo cognosci possit, & inde occasione vaganti capter, certum est non incurre dictam excommunicationem.

Suarez. Ex quibus infero cum eodem Suarez loco citato, quod si quis partem notabilem habitus suæ Religionis dimittat, & tuac aliam vestem superinduat, & talis appareat, vt à familiaribus suis cognosci non queat, probabile esse maxime incurere dictam cœsuram. Quod

A quidem multum consonat rationi: nam si itineretur Monachus, & tempore sereno, nec excessiuus imbribus, niuibus, vel caloribus, agitato animo vagandi, & captandi occasiones liberè viuendi tota die, secularem superinducat habitum, sublato illo, seu parte notabili, qui sui instituti, & Religionis est, non liberabitur à censura. Aliter enim esset iudicandum, si aspero & rigoro tempore hiemis ex frigidibus, & imbribus, aut æstus caloribus excessiuus, quis habitu retento superindueret illum, qui defensionis vrgentis necessitatis præferret causam, nec aliquis quamtumvis modestus, & circumspectus ex hoc iudicaretur à prudente viro velle occultare personam, nec quod incognitus intenderet apparere. Quod maxime notandum est pro Monachis, si omnibus diebus longi itineris sine causa sufficiente, (vt explicata manet) incedant omnino occultato suæ Religionis habitu, ita vt nec caputium consuetum intus maneat complicatum, nec foris emineat, & appareat. Sed quidem, si proprius habitus non dimittatur, probabilius pœnam dictam non incurere, vt diximus.

B Vbi notandum est in Congregatione Benedictinorum Hispaniæ, approbatas ex legibus quasdam, & vni, & permissione plures formas habituum, & etiam in materia distinctas.

C Et quantum ad primum, non erit alienus habitus ille, qui pallium vocatur, & est quem laici non ad talos, (vt Monachi) sed ad tibias vsque pendens deferunt: & Clerici prolixum, sicut Monachi similiter. Hoc enim ex lege, & constitutione admittitur, & vsus admisit pro temporis asperitate, etiam alia forma, imò & materia confecto pallio, quod fietro, aut albornaz vocant, dum color niger seruetur, & quod præcipuum est, vt caputium appareat, quod in exiguitate, & coaptationi capiti ipsi distinctum est, & distinctionem sufficientem ab alijs, & statibus, & Religionibus constituit: quæ omnia prudenti viro, & conscientie timoratz considerata relinquuntur.

Ex dictis ultimo, colligitur contra **N. 24.**

Angelus. Angelum afferentem illam censuram, non incurrere Monachum, qui habitum dimittit temerè, non extra, sed intra monasterij claustra. Quod videtur colligere ex verbis text. in cap. *periculosa*, vbi non procedit per dictam excommunicationem contra habitum temerè relinquentes vbiicumque, sed dimittentes habitum in scholis, vel alibi; quod videtur de dimissione habitus in illo externo loco scholarum, scilicet, vel aliquo externo simili: quod colligit ex verbo, seu aduerbio, *alibi*.

Azor.
Navarr.
Syluest.

Contraria verior, & communior sententia est Azor, loco citato, Navarr. & Syluestri, quod inquam si textus solum excommunicaret dimittentem habitum in scholis: Angelus haberet intentum, sed quia addidit textus, in scholis, vel alibi, quod indefinitè dicit, quasumque alias partes, quæ scholæ non sint, quod est aliud membrum dis-iunctiuae propositæ, & insinuatæ per illâ dis-iunctiuâ, *vel*, intelligi, & includi debet claustrum monasterij, intra quod si temerè dimittat, sine dubio incurreret: & specialiter, si habitu exuto secularium obturibus se offerat.

QVÆSTIO V.

Vtrum, qui suæ debita licentia habitum alterius Religionis assumpsit, & per consequens contra ius operatus est, incurrat hanc censuram dependentium suæ Religionis, habitum?

N. 35.

H Vius quæstionis materiam, necessario attingemus tractatu de transitu vnus Religionis ad aliam, sed breuiter dicimus esse controuersam quæstionem.

Caiet.

Caietanus negat, eo quod qui habitum Religionis induit, habitum Religionis nõ dimittit, & saltem quantum ad hoc temerè non videtur dimittere, cum non iniquo fine, & causa, occultè scilicet incedendi, ad vagandum liberè, quia (vt supponimus) eo fine & intentu relinquit suum, & assumit habitum alterius Religionis, sub prætextu, quod strictior sit.

A Et confirmatur, quia vt apostata forsitan & fugitiuus, potius posset indicari. Nihilominus affirmatiuam sententiam, quod scilicet talis censuram dictam incurrat, cum non sit contra dimittentes habitum temerè, sed contra dimittentes habitum suæ Religionis temerè. Hanc tenet Suarez, & Azor, vbi supra, quia præter hoc, qui sine licentia dimittit suæ Religionis habitum, contra ius facit, & cum faciliè negotium, quale est petere licentiam absque expectatione concessions omittat, nisi ignorantia interueniat contemptum inducat.

Suarez.
Azor.

N. 36.

B Sed difficultas est maxima, circa illum qui bono fine prædicandi, v.g. vel Choro assistendi in solempni festo, officijs in altera Religionis, illius habitum proprio superponeret, & per breue spatium temporis, scilicet horam, aut si grauis necessitas non occurreret, ex dictis num. 10. aut frigus, vel rigor febris, quod foueri intendatur, alioqui se operit habitu alterius Religionis Monachus, vel similis. Nam Azor loco citato, tomo 1. institutionum moralium, libr. 12. dub. 10. ait, incurrere illam censuram. Et si idem sit dicendū de Benedictino, nigro assumente, similiter habitum Cisterciensium, vel è contra: sed remittimus diuersitatem harum Congregationum, vel Religionum, ad suum specialem locum, vbi qualis & quam aliter differant inter se, quam ab alijs.

C Pro resolutione dicendum est, vtramque habitus mutationem, seu occultationem scrupulosam; sed opinionem pro vtraque parte probabilem: dum doctissimus Franciscus Suarez 5. tomo, in 3. part. disput. 3. sect. 4. num. 34. non iudicat subiacere censuræ, qui omnino alieno habitu suum (quem retinet) ex magna parte occultat. Ioannes verò Azorius, ex eadem sacra Religione doctissimus etiam Author, nuper citatus in hoc numer. 36. iuxta id quod sup. num. 31. & 32. indicat, incurrere dictam censuram, quemcumque Religiosum, qui adhuc suæ Religionis integro habitu retento, alium superinduit sic, vt nullo modo appareat suæ Religionis Monachum esse.

Suarez.

Azor.

QVÆSTIO VI.

Virum, sit aliqua pœna imposita contra Religiosos ad studia se conferentes sine debita licentia, & qualis hac debeat esse?

[N. 27.

Respondetur, quod in cap. *ne Clerici*, vel *Monachi*, in 6. prohibetur sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, ne accedant Religiosi ad studia litterarum, sine licentia sui Prælati, cum consilio sui Conuentus, vel maioris partis eius. Pro cuius intelligentia.

[N. 28.

Notandum est primò cum Caietano, & Suarez, 5 tom. in 3. part. disput. 23. sect. 4. num. 35. Quod in illo textu solum agitur, quando eundem est ad studium ad habitandum extra claustra; nam si ibi sit proprius conuentus, & in eo sit habitandum, tunc immediatè non datur licentia eunti ad studium, sed ad alium conuentum, quamuis finis talis missionis sit studium.

[N. 29.

Nota 2. Non requiri assensum conuentus, aut maioris partis eius, quia textus solum petit consilium, vt bene notat ibi Suar. Iura enim cum volunt requiri consensum, illù exprimunt, vt constat ex ijs quæ Nauarrus tractat, & refert commento 3. de regulis, num. 4. vnde liquet, quod si vellet requiri hic talem cõsensum expressisset: nam quid

diuersum est, & inæquale, requiri consilium Conuentus, ac requiri cõsensum, vt constat de se.

Nota tertio cum eodem Suarez, hanc prohibitionem solum esse de iure: nam si aliqua peculiaris est in aliqua Religione, vt sine licentia Generalis, aut Prouincialis id non fiat; illud seruandum est.

N. 40.

Quod si quæras an Generalis, aut Prouincialis, ad quem respectiue pertineat talem facultatem concedere, indigeant in tali casu consilio Conuentus? Respondetur cum communi omnium sententia hunc modù dandi licentiam, hic descriptum, non extendi ad Prælatos superiores; tantum enim loquitur textus de Prælato proximo: si autem Prælati proximi concedat hanc licentiam, contraueniẽdo suæ Religionis statutis, cum consilio sui Conuentus, Prælati talis subijacebit pœnæ in Religione impositæ, vel arbitrariæ imponendæ. Religiosus vero non incurrit censuram, quia seruatur forma huius iuris; & sufficit saltem vt nõ possit dici temeraria huius iuris violatio.

N. 41.

Vltimo nota cum Suarez, quod si ipse Abbas, vel Prælati se conferat ad huiusmodi studia sine consilio sui Conuentus, non incurrit censuram huius textus, qui non loquitur nisi de subditis qui habent Prælatum immediatum & proximum.

N. 42.

CAPVT TERTIVM.

De eiectis à Religione.

HABET VNDECIM QVÆSTIONES.

Questio prima. Utrum Religiones & Monasteria, habent ius eijciendi Religiosum à Religione.

Questio 2. An Monasterium illud à quo Religiosus eijctus, teneatur præbere illi alimenta quibus sustentetur.

D *Questio 3. Propter qua vitia, & morum deprauationem possit Religiosus à Monasterio expelli.*

Questio 4. Utrum ipse eiectus iam emendatus à vitio, pro quo fuerat eiectus, teneatur reuertere ad Religionem, & instaurari.

K 4

re Pralatos ut recipiatur.

Quaestio 5. Utrum iuste eiectus à Religione maneat verè Religiosus in seculo, & extra Monasterium degens.

Quaestio 6. Utrum, eiectus legitime, si aliàs emisisset simplex votum Religionis, non determinando aliquam, teneatur alia, plures intentare, vel maneat securus in seculo virtute eiectionis.

Quaestio 7. Utrum, maneat (absolute loquendo) iuta conscientia in seculo, qui eiectus fuit à Religione.

Quaestio 8. Cui acquirat Religiosus ille, qui à suo Monasterio, aut Religione fuit eiectus.

Quaestio 9. An in casu quo Monasterium nō acquirat bona eiecti, cui talia bona acquirantur, cum eiectus maneat voto paupertatis adstrictus.

Quaestio 10. Utrum, in aliquo conveniant, seu in aliquo differant Religiosi eiecti à Religione, cum apostatis, & fugitiuis.

Quaestio 11. An Religiosi eiecti gaudeant immunitatibus clericorum, ac fori Ecclesiastici.

QVÆSTIO I.

Utrum Religiones, & Monasteria habeant potestatem, & ius eijciendi Religiosum à Monasterio, & statu deputatorum Choro, & Religione, & ad laicorum statū transferendi?

N. 1.

QVanum ad secundam partem quaestionis, vide infra tractatu 10. art. vincto, ad calcem q. 6. & ad primā partē

huius quaestionis sit resolutio affirmatiua in hac re, quidquid dixerit Cardinalis in cap. ne magno, §. quia verò, de statu Monachorum: communis sententia est. D. Thom. quodlibeto 12. q. vltima, tradentis hanc doctrinam: *Quoniā secundum Apostolū, malum est auferendum, ne modicum fermentum totā massam corrumpat. Ideo Monachus si corrigi, & emendari noluerit, cum contumax sit, merito repellitur.* Tenet S. Bonaventura in Opusculo circa determinationibus circa regulam S. Francisci. Turrecremata in explicatione regulæ sanctissimi P. N. Benedicti, tractat. 88. Humbertus in explicatione regulæ S. P. Augustini. Angelus in verb. Abbas, q. 18. Syluester verbo, Religio, 6. q. 7. Tabiena verbo, Religio, q. 45. Arnula verbo, Religio, num. 28. quæ opinio, & iure, & regulis Religionum, & ratione fulciri facile potest. Nam in cap. vltimo de regulis, tanquam certū ponitur, id iure fieri posse, cum ibi statuatur, ut fugitiui, vel eiecti reducantur. Deinde in regula sanctissimi Patris Benedicti, ca. 29. sic habetur. *Monachus qui sepe admonitus non se emendauerit, ferro abscissionis eijciendum, ne vna onis mouida, totam gregem contamine.* Regula etiam S. Augustini, facultatē & ius tribuit Monachum eijciendi. Et ita est in more vbi-que positum, (ait Azor loco citato) ut Religiosi ob certa crimina repellantur. Imò ait D. Augustinus in sua regula, hoc non fieri crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat. Quæ ratio etiam in iure naturali fundatur. Vnde est.

QVÆSTIO II.

E An Monasterium illud, à quo Religiosus eijcitur, ut dictum est, teneatur illi alimenta quibus sustentetur præbere?

Responderetur, non teneri, & est nostra resolutio negatiua; merito enim alimenta denegantur, ut facilius & promptius ad meliorem se vitam reducat; & ideo si possit sibi ipsi de victu prospicere, merito & alimentis, & Monasterio

Cardin.

D. Tho.

Bonau.

Turrecr.

Humbor.

Angelus.

Syluest.

Tabien.

Armila.

Regul. S.

Bened.

Regul. S.

S. Aug.

Azor.

N. 2.

sterio

sterio priuatur. Secus autem esset, si ineptus omnino esset talis eiectus ad inquirendam necessariam sustentationem, nam tunc non excusatur Monasterium saltem lege charitatis, eius extremæ necessitati providere.

QVÆSTIO III.

Propter quæ vitia possit Religiosus expelli

N.3.

Aliqui dixerunt, quòd solum propter irregularitatem possit expelli, sic enim videtur affirmare Authores citati q. 1. & quidem de iure communi certum cenfeo. Vnde talis est nostra prima resolutio huius quæstionis, & addo quod etiam ex iure particulari, & legibus priuatis aliquarum Religionum, possit Monachus expelli ob alia crimina; in aliquibus enim ob hoc solum, quod ad emitteadam professionem, vel habitum assumendum, tacuerit certum vitium, aut occultauerit certum genus morbi contagiosi, aut postea tale genus delicti commiserit, liberè possit quicumque Religiosus à Monasterio, & Religione dimitti: quia in his casibus subest tacita conditio in conuentione, seu contractu professionis, quod nil tale adesset, nec talibus laboraret, qui admittitur in Religione; de qua certum est, quod si sciret, non talem personammitteret, nec contractum professionis celebraret: vnde cum illicitè, & dolosè occultat quod manifestare debuisset, habitum quem accipit, iniquè & cum mala fide possidet. In regula sancti Augustini ob solam contumaciã præscribitur Monachum esse eijciendum: & etiam in sanctissimi P. N. Benedicti regula, ob tertiam fugam, vel post tertiam fugam debet eijci, id est, habitum & redditum denegari. Sic in cap. 24.

Regul. S.
August.
Regul. S.
Benedict.

QVÆSTIO IIII.

Vtrum ipse eiectus iam emendatus à vitio pro quo eiectus fuit, teneatur redire ad Religionem, & petere ut recipiatur?

N.4.
Azor,

Respondetur, & sit nostra resolutio, cum Ioanne Azorio, 1. tomo, lib.

12. vbi supr. q. 6. cum Nauarro consil. 31. de Regularibus, & consil. 3. Monach. & commento 2. de regul. 36. quod talis eiectus legitimè, & maximè, si fuit per sententiam iuridice prolatam à iudice, quia talis sententia perpetua est, & iste pœnam luit sui delicti, per reductionem ad miserabilem statum in quo est constitutus per relegationem à Monasterio, & eiectionem à commercio sociorum Religionis. Item quia, vt aiunt Ioannes Azor, & Martinus Nauarro hic citati, sicut seruus eiectus fit sui iuris, sic Religiosus iste habetur pro derelicto, & si non fit sui iuris, sicut seruus, aliundè prouenit impedimentum; instat enim votum, quod factum fuit Deo, quo ligatus manet, adhuc, Religiosus dimissus & eiectus; seruus autem cum solo vinculo obligationis legalis seruitutis teneatur, & ab hoc dimittatur, manet liber omnino; in aliquo tamen assimilantur huiusmodi liberationes à iugo: Quod sicut seruus derelictus, & eiectus eam, quam habebat continuam, & perpetuam dependentiam à Domino, ita vt & illi teneretur obedire pro quolibet vitæ instanti, & suas omnes saltem lucratiuas operationes in illius obsequium expendere, manumissus, & eiectus. Ita Religiosus sui iuris in hoc dici potest, quod suas operationes non ad nutum Prælati, neque ad actualem directionem dirigere debeat, quamuis non ita absolute iugum seruitutis excusserit, sicut seruus; cum ligatus maneat votis essentialibus continentie, obedientie, & paupertatis. Vnde sit.

Nauar.

Azor.
Nauarr.

In quo differant liberationes serui à iugo seruitutis & Religiosi eiecti, à votis.

QVÆSTIO V.

Vtrum iuste eiectus à Religione sua, maneat verè Religiosus in seculo, & cum oneribus extra Monasterium degens? & specialiter, si ad laicos translatus, & non in sacris constitutus, recitandi horas Canonicas?

AD Primum respondetur conformiter ad ea quæ diximus affirmatiuè, & hæc est nostra prima resolutio quæstionis. Et probatur, quia vt diximus in præcedenti quæstione, quantum ad votum

tum

tum continentia equaliter ligatus manet, ac si eiectus non fuisset. Quantum ad paupertatem, certum est nullum posse habere alicuius rei dominium, nec proprietatem, possessionem, aut usum iuris, sed est ius ad aliquem usum, sed tantum usum simplicem rei, sicut ceteri Religiosi, & sicut antea quam eijceretur, & etiam habet ius querendi ea, quae necessaria sunt ad vitam, & vestitum competentem statui illi, quem haberet si Monachus prius non fuisset, & ad habitationem, seu domum competentem locandum, ut decenter habitet, locandam (inquam) & non emendam sibi, nam sic Monasterio acquireretur, eo modo quo dicemus statim, quando de hoc redibit sermo: & simul de obedientia, qualiter remaneat disputabimus, supponendo omnia ea quae in tractatu 1. cap. 4. quae st. 17. & q. 18. late & accuratè diximus, inquirentes; An eiectus, seu expulsus à Religione, maneat verè Religiosus, quomodo votis, & alijs obligationibus Religionis adstrictus, & quibus; vide ibi: quomodo scilicet, nec ad aequalem paupertatem teneatur, quantum ad usum necessariū rerū quibus indiget, ut dictum est, ad quod usum habendum non indiget Praelati licentia; nec quantum ad obedientiam votum, tenetur praestare illam suae Religionis Praelatis, qui illum iam manumiserunt, & dereliquerunt: solum illis in preparatione animi obediendi illis, si iterum in Religione admittatur, in casibus quibus tenetur id procurare (ut vidimus,) & alia de habitu, & modo viuendi, & de obedientia adhuc debita, cum alijs à quibus manet ligatus, & absolutus. Vide Sotum lib. 2. de iust. & iure, q. 7. art. 1. ubi optima distinctio modi obedientiae, modi quo remanet eiectus, distincti ab eo quem habuit in Monasterio, antequam eijceretur, nā antequam à Religione manumitteretur, seu eijceretur, & à Praelato, existebat sub illius obedientia. Vnde.

Habitus, & modus viuendi in seculo eiecti à Religioni.

Sotus. Martin. Bonacina. de boris can. disp. 1. q. 2. pū. Et 2. n. 1.

Martin. Bonacina. Neq; alio quo iure,

Resp. ad secundum, supponendo cū Bonacina, & alijs, obligationem officij in Beneficiatis esse ratione Beneficij in secularibus Clericis, ratione ordinis sacri in Religiosis Choro deputatis, ex vniuersali consuetudine: quare cum Tamburino dicendum, quod ea

A ratione qua eiectus à Religione (aliàs sine ordine sacro) manet Religiosus ad laicorum statum translatus, liber ab obligatione officij, quia de laicis nunquam fuit consuetudo. Similiter, quod quando dimittitur à Praelato, ab eius obedientia liberatur, & ex vi voti obedientia manet specialiter subditus vniuersali Religiosorum Praelato, qui est summus Pontifex, & cum habitudine, & obedientia ad Praelatum cui obedientiam vouit, & à quo eiectus est, ut si illum iterum admittat, illi obediatur, sine emissione noui voti obedientiae. Episcopo verò Diocesis in qua habitationem instituit, solum illam obedientiam praestare tenetur, quam ceteri Clerici illius loci, & Episcopatus. Ita Azor lib. 12. c. 16. dub. 11. & quod debet incedere habitu clericali, & si ex eleemosynis, aut pirantijs, aut Ecclesiasticis alijs functionibus, si sit in sacris secundum ordinem Ecclesiasticum, quae habeat, nō possit sustentari, mendicando (qua potuerit decentia,) vitam debet transigere. Sic cum Azor loco citato, & Nauarrus, & addit Soto dicto lib. 2. de iust. & iure, q. 7. art. 1. quod manet talis eiectus liber ab obligatione recitandi horas Canonicas, si non sit in sacris constitutus; liber simul existit à ieiunijs regule, silentio, & alijs Regularibus obseruantijs: vnde nec tenetur talis eiectus se Episcopo praesentare, & illi specialem offerre, & praestare obedientiam, ut ait Nauarrus commento praedicto, num. 31. sed ut diximus cum Ioanne Azorio, illi solum subijci, sicut reliqui Ecclesiastici tui Episcopatus.

nec consuetudine obligat diuinū officium Religiosos laicos. Ascarius Tambur. to. 2. disp. 10. q. 14. n. 3. pag. 75.

I. Azor.

Nauarr. Soto.

Nauarr.

Azor.

QUESTIO VI.

Vtrum, ille qui ante professionem emissam in illa Religione ex qua eiectus est, fecerat votum simplex Religionis, non determinando unam, vel aliam, eiectus ab ista teneatur adire alteram, & tota possibili, & diligenti instantia petere admitti? An mediante eiectione ab illa in qua existerat professus, maneat liber, & tutus in conscientia in seculo?

Affirmatiuam partem tenent aliqui, & tenet Soto lib. 2. de iustitia & iure

N. 7.

re.

Azor.

re, quæst. 7. art. 1. quantis contrariam omnino non respuat. Nihilominus nostra resolutio est negatiua, cum Azor dicto tomo 1. lib. 12. vbi supra: quoniam obligatio semel extincta non reuiuiscit; vnde cum per votum solemne extingatur votum simplex Religionis, vt est communis Doctorum sententia, non potest obligatio voti simplicis resurgere, postquam extincta, & plenè impleta est in solemni votorum emissionem. Cæterùm, primam sententiam non ausim repellere; cum votum Religionis, etiam simplex, sit de se perpetuum, & in perpetuum, & per totam vitam obligans, & de re perpetua, vnde semper permanere videtur eius obligatio: vnde quantis in hoc differat inter alia hoc votum simplex Religionis à solemni, quòd hoc constituit statum, (solemne scilicet) non verò simplex votum; tamen constituit hominem, qui simpliciter vouit, in quadam obligatione implendi, & in exercitio ponendi. Nec sufficienter fit satis, dicendo, quòd sicut à perpetua obligatione promissi liberatur per vnam rei promissæ factam semel exhibitionem; & sic per vnam heroicam solutionem voti, seu promissionis simplicis, quæ fit per solemnem professionem, videtur impleri perfectè obligationem simplicis voti Religionis, ita vt nulla obligatio vltra remaneat. Hoc non obstat: quia votum simplex Religionis vniuersalius est, & continet vt genus alia, quæ in specifica Religionis talis specie non continentur; vnde qui Religionem absolutè vouit, vna impossibili inuenta, & ab vna omnino procurata repulsus est, non excusatur aliam, & alias adire suæ prouinciæ, & eam diligētiam facere, quam explicuimus debere eum, qui Religionem in communi vouit, vt sup. tract. 1. c. de modo implēdi votum Religionis.

QVÆSTIO VII.

Virum tuta conscientia in seculo maneat eiectus à Religione?

N. 8.

Respondetur, & est nostra resolutio, cum Soto lib. 7. de Iustitia, & Iure, quæst. 1. art. 1. quòd quandiu per ipsum re-

Aterit quominus recipiatur, non est tutus in conscientia, sed tenetur sese emendare, & in viam redire. Et ratio est: nam cum culpa propria fuerit expulsus, sua malitia dedit causam, & conseruat ipsum in tam misero statu esse, & perseuerare; vnde per ipsum stat, quòd statum perfecti instituti non possideat: si autem emendatus ad claustra Monasterij redeat (vtrumque enim agere debet, & se emendare, & redire, vt diximus) & diligentia debita facta, qualem explicuimus, non admittatur, manet securus in conscientia, vitam degens in seculo.

QVÆSTIO VIII.

Cui acquirat Religiosus à Monasterio eiectus?

Respondetur cum distinctione. Si enim iniuste fuit à suo Prælatore eiectus, & contra ius; in hoc casu quidquid acquirit, Monasterio acquirit: secus autem, si iuridicè, & iuste eiectus fuerit. Probat prima pars: quia contra ius eiectus à Religione, non solum manet Religiosus quantum ad obligationem communem status, id est, ad essentialia vota; sed & propriè, & specialiter Religiosus, & membrum legitimum illius Religionis, à qua iniquè expulsus fuit: vnde Monasterij sunt illa bona, quæ acquirit; nec Monasterium hoc ius debet perdere, ex culpabili eiectione, quæ fecit Abbas, secundum illud c. Si Episcopi, & ex c. delictum, de regulis iuris, vbi sic habetur, *Abbatis delictum nequaquam Monasterio nocere potest. vnde Monasterium iure cogitur repetere acquisita, & etiam iniuste eiectum.* At quando verè eiectus fuit per sententiam iustam, tunc non acquirit Monasterio, à quo eiectus iuste fuit; quia cum deserit esse membrum illius, & pro derelicto habeatur, velut seruus derelictus, non amplius acquirit domino; seu Monasterio (quæ quantum ad hoc idem sunt, dominus videlicet, & Monasterium.) Ita Nauarrus commento 2. in c. citatum, ex Abbate in capite primo de infantibus; & ibi Panorm. & Glossa, & Azor, vbi supra.

N. 9.

c. Si Episcopi.
c. Delictum.

Nauar. Abbas.
Panorm. Glossa.

Et

N. 10. *Gotfred.* Et est nostra resolutio. Quannis Gotfredus, à Panormitano citatus capite 1. de infantibus languidis, & expositis, & Siluester, verbo Apostata, dicant contrarium, scilicet Monasterium acquirere talem eiectum. Sed in particulari est.

QVÆSTIO IX.

An in casu, quòd Monasterium non acquirat, v. g. si sit ex Ordine, ubi nec in communi habentur bona, supposito quòd talis eiectus manet adhuc paupertati adstrictus, cui acquirantur?

N. 11.
Azor.

Responderetur, cum Azor lib. 12. cap. 16. talia bona ad Rempublicam, seu Principem pertinere, secundum iura, vel ius aduersum per immemorabilem possessionem, vel aliter, id est, bona eiecti sunt sub dominio Ecclesie, cui forte sit adscriptus, vel Pape, vel eodem modo (vt ait idem Ioannes Azor) pertinebunt ad Episcopum loci, secundum iura acquisita cuicumque ex dictis, sicut & reliqua omnia vacantia, quæ *mostrencos* vulgariter appellantur. Et probatur ratione: nam quæcumque bona debent habere dominum, vel administratorem iuridicum; sed hoc non est, nec potest esse Religiosus eiectus, mediante paupertatis voto, quo adhuc ligatus existit; nec Monasterium, quia (vt supponimus) vel non est capax bonorum etiam in communi, vel iuste, & iuridice, tanquam membrum putre, Religiosum eiecit, & tanquam seruum manumisit, derelinquendo, & renuntiando iuri, quod ad res illius habuisset: ergo, &c. Contrarium tamen, scilicet ad Monasterium pertinere, tenet Nauarrus, ex Abbate: sed in tractatu de Paupertate latius.

Nauar.

QVÆSTIO X.

In quo differant, seu vtrum in aliquo conueniant Religiosi eiecti de Religione, cum Apostatis, & fugitiuis?

N. 12.]

Pro resolutione supponendum, quòd quantum ad æqualem assistentiam

in Religione, & exercenda Religionis munia, & obseruantias officij, & cultus diuini, studium, orationis frequentiam, mortificationes, & opera manuum, pauperum, & indigentium subleuationem, & alia exercenda, secundum singularum Religionum specialia instituta, vt mentalem orationem, prædicationem, animarum regimen in confessione, & aliter æquale impedimentum reperitur in Religioso, alias huius corporis Monasterij, seu Religionis membro, siue ab hoc retrahatur, vel cum effectu deficit: quia ex actuali culpa in Apostasia perseverat, aut fuga persistit, siue quia iam culpa cessante, sine culpa actuali, virtute illius quæ præcessit solum, deiectus iuridice à Monasterio, & irreuocabiliter adhuc (per ipsum instantia debita facta) in sæculo, extra claustra Monasterij degit: omnes enim, quantum de se est, ijs causis, fugæ, Apostasie, & eiectionis Religionis, cursum, statum, & exercitia impediunt. Quo supposito.

C

Resolutio nostra est. Eiecti differunt à fugitiuis, & Apostatis, quòd isti sunt in statu damnationis, eo ipso quòd tales sunt; secus autem Religiosi eiecti. Probatur: quia apostatate, & fugere, eo modo quo explicatum est, est culpa actualis, vitium, & in ipso persistere: vnde necessario dicendum est esse malum ipsorum, malum culpa: malum autem eiecti (quanuis aliquando, vt explicatum est, contingat quòd ex culpa sua, contumacia scilicet, vel negligentia culpabili, quia per ipsos stat ne recipiantur) est pœnz; in quo casu non solum eiecti, sed & Apostata dici aliquo modo possunt. Et ideò, quando reuera eiecti sunt, nec per ipsos stat iterum recipi, possunt cum conscientia quietam vitam suam honestè, & studiosè in sæculo transigere in statu illo, qui aliquibus forsitan præparabit saluationis, & salutis portum, securius quàm Monasterium, vbi Pseudo-Religiosi damnarentur ex specialibus hominum ingenijs, quibus scandalum, & plura, quæ in communitate Fratrum sunt frequentia, parerent.

N. 13.

D

E

(c).

QVÆSTIO XI.

Virum Religiosi eiekti, & in seculo manentes, gaudent immunitate

N. 14.

Respondetur, & sit nostra resolutio. Remittendo lectorem ad ea quæ tractatu de voto obedientie, & cap. de ijs in quibus Religiosi subduntur (non obstante exemptione) potestatibus secularibus, Ecclesiasticis, & profanis, & qui Religiosi sunt, qui eximantur, vel subduntur. Religiosi eiekti pleno iure, subduntur secularibus potestatibus. Probat, quia potestas publica, & politica, sub sua cura habet administrationem omnium familiarium, & personarum quæ alieni fori non sunt. Vnde cū specialem constituat familiam in sua speciali domo, vt reliqui vicini Religiosus eiektus, tanquam vnus è populo conueniri in iudicio potest. Confirmatur, quia talis eiektus ad Prælatum regularem non pertinet (cū illum à suo gremio & familia Religiosa dimiserit:) ergo ad secularem Prælatum, vel iudicem. Et confirmatur rursus, nam exemptio Religiosorum à seculari potestate Ecclesiastica, vel profana, ideo inducta fuit per Iura, Concilia, & Pontifices summos, quia cum diuersam Rempublicam statueret in locis, & Prouincijs status Religiosus, ne daretur frequens confusio inter vtrumque statutum, (secularem scilicet, & regularem) necessa-

Arium fuit cuiusque ex illis assignare terminum, & taxare subditos, & inferiores; quare cum in nostro casu, iste talis eiektus, & expulsus, sit & omnino diuisus à statu, Republica, & potestate Religionis, & Prælatorum illius, naturali, & ciuili iure, redditur ad subiectionem secularem.

N. 15.

B Probat, quia potestas publica, & politica, sub sua cura habet administrationem omnium familiarium, & personarum quæ alieni fori non sunt. Vnde cū specialem constituat familiam in sua speciali domo, vt reliqui vicini Religiosus eiektus, tanquam vnus è populo conueniri in iudicio potest. Confirmatur, quia talis eiektus ad Prælatum regularem non pertinet (cū illum à suo gremio & familia Religiosa dimiserit:) ergo ad secularem Prælatum, vel iudicem. Et confirmatur rursus, nam exemptio Religiosorum à seculari potestate Ecclesiastica, vel profana, ideo inducta fuit per Iura, Concilia, & Pontifices summos, quia cum diuersam Rempublicam statueret in locis, & Prouincijs status Religiosus, ne daretur frequens confusio inter vtrumque statutum, (secularem scilicet, & regularem) necessa-

C Dices huiusmodi eiektum manere adhuc votis essentialibus adstrictum, & verè Religiosum, (vt diximus sæpè) ergo iniuste excluditur ab immunitate Religionis. Respondetur, non sequi hoc priuilegium essentialiam Religionis, quæ in votis essentialibus consistit, sed modum & institutum viuendi Religionis, per quod adscribitur, quis huic; vel illi familiæ, quæ suos alumnos hinc distinguit, & insignit per occupationem, ministerium, habitum, & institutum.

N. 16.

CAPVT QVARTVM.

De impedimentis ad Religionem, ex Bulla Sixti PP. V.

QVÆSTIO VNICA.

Quæ impedimenta assignantur à Pontifice ad hoc, vt aliquis in Monasterijs, & Religione possit admitti?

N. 1.

Hæc questio diuersa est ab ea quam sup. q. 1. de his qui possunt Reli-

gionem vouere: nam ibi de voto simplici Religionis agebamus, & quis quantum est de se haberet sufficientem rationis, & libertatis vsum. In præfenti autem agimus de his, qui habitu accepto, iam de professione futura tractantes præpediti reperiuntur.

L

Vnde

N. 2.

Vnde dico, quod Sixtus Papa Quintus in Bulla expedita anno 1547. quæ incipit: *Cum de omnibus Ecclesiasticis*. quædam statuuntur. Primum est, nullum filium incestuosum habitum inter consanguineos intra tertium gradum; nullum etiam filium sacrilegum, id est, à patre, vel matre, votum castitatis habente, posse admitti in Religione: etiã postquam legitimati fuissent quacumque authoritate Apostolica, vel seculari. Ita quod si post intimationem huius decreti, aliquis professionem emitteret, nulla esset talis professio, & à Monasterio deberet eijci talis professus: & quod Prælatus admittens, excommunicationi Papæ reservatæ obnoxius remaneret, solum permittebat posse illos laicorum habitum, in Religione suscipere, dum tamen nullo modo ordines, aut officia haberent. Secundò præcipiebat de omnibus illis illegitimis, etiam legitimatis, non posse recipi nisi præcedente informatione de moribus, & vita, & ultra conditiones in alijs qui legitimati sunt requisitas, & virtutem cognitam, & bonos mores, constaret fore in commuam utilitatem, & bonum Religionis, illum suscipere: & quod inhabilis remaneret ad honores, & dignitates, & officia, quæ honoris vocant in Religione, sine Papæ dispensatione; & si aliter fieret, professio esset nulla, & recipiens excommunicatus maneret. Tertiò, addit Pontifex pro validitate, hæc verba dicta constitutione: *Authoritate Apostolica, aut tenore presentium, perpetuo statuimus, & ordinamus*, iuvenes autem, viros adultos, maiores sedecim annis, non aliter in aliqua Religione recipi posse, nec debere, nisi prius de eorum parentibus, & patria, deque ante dicta, de vita & moribus inquiretur diligenter, & ex accurata informatione, & fidedigna relatione compertum, & exploratum sit eos, nec aliquorum criminum (qualia sunt, homicidia, furta, latrocinia, vel alia similia, aut grauiora) reos, vel suspectos existerè, aut propterea, damnati sint, aut ne damnentur formi-

dent, neque ingenti ære alieno supra vires facultatum suarum grauatæ, vel reddendis ratiocinijs, ita obnoxij, vt ex huiusmodi causa, lis, vel molestia eis illata iam, vel timendum sit, quod inferatur, nisi denique constet ipsos non humana aliqua ratione, sed tantum deuotionis, & pietatis seruore vitam Religiosam, sponte & ex animo elegisse, deque ijs omnibus in Generali, vel Prouinciali Capitulo, plena & indubitata fide facta, tam Superioris, Generalis, quàm Prouincialis, seu Definitorum, consensu approbati, & ad habitum Regularem admissi fuerint: omnes autem, & quoscumque (vt dictum est) criminosos, vel suspectos, aut ære alieno (vt diximus) vel ratiocinijs reddendis obligatos ad Religionem perpetuo inhabiles declaramus. Et postea annullat talem professionem, & eos admittentes, scilicet, quoscumque Religiosos eorum Superiores, voce actiua, & passiva; necnon officijs, gradibus, honoribus, & dignitatibus quibuscumque per eos obtentis, eo ipso in perpetuum priuat, & reddit inhabiles ad quacumque alia obtinenda. Attuli verba ipsa Pontificis, vt videatur illis stantibus, nullo modo posse dispensare recipientes ad habitum, in aliquo eorum quæ ex informatione constiterint.

Nota tamen in alia constitutione eiusdem Sixti Papæ V. declarantis, sic haberi; quod quantum ad irritationem professionis eorum qui talibus sunt obnoxij criminibus: & etiam quantum ad hoc, vt iudices seculares possint cognoscere post professionem, id solum locum habeat, cum ex actis publicis constiterit ipsos iudices, & Curiam secularem, ante susceptionem habitus, de ipso crimine aduersus eos accusationem suscepisse, vel inquisitionem legitime instituisse, id est, præcedente (loco accusationis, vel delationis) publica infamia, aut clamorosa insinuatione, qualis explicatur infra parte secunda, tractatu tertio. Hæc constitutio sic explicata, & declarata, est omnino conformis iuri communi

& rationi, vt optimè tradit Couarruias libro practicarum quæstionum, quæstione 32. num. 4. & quæst. 33. num. 2. tomo 2. & Syluester, verbo, iudex, 1. q. 6.

Sixt. Pa
pa V.

In hoc eodem Breui expedito post primum, de quo diximus, & quod incipit: *Ad Rem. spectat.* plura declarat quæ continebantur in primo. In primis dicit, non debere intelligi quæ dicta sunt de illegitimis; de illis illegitimis, quorum Patres quando illos habuerunt poterant contrahere matrimonium, & postea cum effectu illud contraxerunt, & sic talem legitimaerunt filium. Secundò declarat, expoliandos esse illegitimos illos de quibus loquebatur in primo Breui, dignitatibus, etiam si illas obtinissent ante Breuis expeditionem, sine expressa Papæ dispensatione. Tertiò declarat, quòd spoliarentur dignitatibus perpetuis, si illas haberent: si verò solum essent temporaneæ, & limitato tempore illas obtinerent, vsque ad illud præfinitum tempus præcisè: dum tamen postea ad alias obtinendas inhabiles permanerent. Quartò, quod nomine dignitatis honoris intelligere quascunque superioritates, non tamen officia laboris, vt sunt Lectoris, Magistri, Confessoris, Contionatoris, &c. Et quod possent ordines, accipere, & vocem habere actiuam, dum tamen non essent illegitimi ex sacrilegio, vel incestu.

Quid nomine dignitatis intellig.

N. 4.
Greg. Pa
pa XIII

Post Sixtum Papam Quintum, Gregorius Papa, huius nominis Quartus, decimus abrogauit has prædictas Sixti Bullas, in aliquibus rebus, in quadam Bulla, quæ incipit: *Circumspecta Romani*, &c. vbi ad ius commune reducit omnes dispensationes illegitimatorum, & inuoluit, quodcumque indultum, & gratiam, quæ valebat ante reuocationem Sixti Quinti. Solum præcipit, quod quando tales illegitimi admittendi sint ad habitum, diligens fiat informatio de vita & moribus illorum, & constet velle habitum Religionis suscipere solum ex deuotione, & intuitu Religionis, & quod talis susceptio esset in vtilitatem Religionis, & cum hac exceptione, vt nullus illorum admittatur in ea Religione, in qua

A Pater eius professus fuerit antea, vel postquam illum generauit.

Vbi notandum, probabile esse in ijs Breuibus, non comprehendi militares Ordines, saltem quoad Equites, qui præcipue militiam profitentur, quorum deuotio minus attenditur in susceptione habitus ipsorum.

N 5

Post Sixtum, & etiam post Bullam dictam Gregorij XIII. Clemens Papa VIII. anno 1602. in quadam Bulla, quæ incipit: *In suprema Ecclesia Apostolica*, reducit ad ius commune annullationem professionum, quam ponebat Sixtus V. Dicit enim Clemens VIII. *Constitutiones prædictas, prædecessoris nostri, quoad eam partem per quam eorum qui formam in eisdem constitutionibus præscriptam, de cetero non seruauerint, & quoad alios etiam casus ibi expressos, in quibus receptorum in quibuscunque etiam mendicantibus*

N. 6.
Clemens
PP. VIII

C Ordinibus, professio nulla declaratur, ad terminos iuris, & Sacrorum Canonum perinde, ac si prædictæ constitutiones in illa parte editæ non fuissent, auctoritate Apostolica, & tenore præsentium reducimus, dicit Papa; ceterum poenas contra superiores quorumcunque Ordinum, etiam mendicantium huiusmodi, qui in admittendis Regularibus ad habitum, & professionem earundem constitutionum, formam non seruauerint, aut aliter quouis modo contra fecerint, in illis constitutionibus infligatas, saluas esse volumus, & contulimus. Inuenies has constitutiones, apud Ludouicum Miranda, tom. 1. q. 12. art. 3. fol. 120.

Circa modum etiam quo dictæ informationes, & à quibus debeant approbari, sunt aliæ moderationes. Prima Gregorij XIII. expedita anno 1590.

F. Ludouici de Miranda.

E quæ incipit: *Circumspecta Romani Pont.* vbi facta mentione præcedenti Bullarum, hæc dicit: *Ceterum cum accipimus nonnullarum Religionum, & Ordinum præsertim Monachalium Monasteria, ita instituta esse, vt in eis perpetua quidem filiatio constituantur, ideoque receptio nouitiorum in quoquoque Monasterio ad Superiorem, Prælatum, & Capitulum Monasterij tantum perinet, quæ etiam monasteria*

Greg. Pa
pa XIII

ria, ut plurimam inter se multum distant, nec Generalia, Prouincialia, aut intermedia Capitula, nisi raro celebrari soleant. Ideo statuimus, ut superiores illorum Monasteriorum, de consensu sui Capituli prehabito, cum ijs de quibus in vnaquaque Religione, aut Monasterio, iuxta eius constitutiones recipiendus, interrogari solet aliqua informatione, super his que in dictis constitutionibus continentur ad recipiendum huiusmodi procedere valeant. Dummodo tamen, antequam ad professionem admittantur plenaria, & eo modo (prout in dictis constitutionibus continentur) inquisitio fiat, que postea in his a quibus examinari solent, diligenter examinentur & approbentur: & demum, omnibus dicto capitulo coram superioribus referantur: volentes quod superiores predicti, cum eorum Capitulo, aut ubi mos non fuerit celebrandi Capitula, cum tribus vel quatuor, ad id in generali Congregatione, per vota secreta deputatis, seruatis eorum Regularibus institutis, ac supradictis omnibus, eandem in recipiendis nouitijs habeant auctoritatem, que per dictas constitutiones Prouincialibus Capitulis est attributa. Et additur post discernentes irritum quoque, & inane, quidquid secus super ijs a quoquam, quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus, &c. hac Bulla non posse vti Ordines mendicantes, tenet Fr. Luduicus de Miranda, nuper citatus primo tomo sui Directorij, quest. 21. artic. 1. conclusione tertia, circa illa verba: Aliquam informationem esse, illam quam communiter vocamus summariam, ad quam vnus tantum testis sufficit, si plenè deponat de facto, iuxta Bartholum in l. 2. §. si verò, capit. ubi in rem, & Iasonem in lege admonendis, non contingit in plenaria informatione, que necessario requirit duos vel tres testes.) Et nota, non requiri, vt dictæ informationes fiant cum citatione partium, & cum strepitu & figura iudicij; sed sufficere vt fiant secretè, simpliciter, & de plano, sola

veritate inspecta, iuxta omnium Religionum priuilegia.

In hac Bulla fundatur constitutio Congregationis sancti Benedicti Hispaniarum assignans modum receptionis nouitiorum, tam ad habitum, quam ad professionem, vt scilicet presentatus nouitius Abbati, & Patribus Consiliarijs, & examinatus, committatur vni Monacho informatio, vel summaria, (quoad habitum) vel plenaria ad professionem, qua visa, & approbata ab Abbate, & Consiliarijs, per vota secreta referatur toti communitati, quomodo talis approbatus est, & sufficiens repertus a Patribus Consiliarijs, & quomodo diligentè requisitæ sunt factæ; & solum restat, quod præcipuum est, scilicet, quod a conuentu admittatur; & sic proponitur illi, vt quicumque aliquid nouerit, quo receptio impediat, & non assentiatur dictæ receptioni publicè, & coram omnibus dicat, vt si sufficiens & iustificata fuerit contradictio, vel plurium communitatis dimittatur, qui proponitur, vel suspendatur receptio, vsquedum si aliquid est dubium clarescat, & enoderur.

Denique, in hac re est alia Bulla Clement. VIII. post prædictas, concessa Conuentui sancti Stephani Salmanticensis Ordinis Prædicatorum, que incipit: *In his que ad Religionem*, anno 1597. que concedit illis, vt quicumque iuuenes etiam decimum sextum annum ætatis excedentes, ad habitum, in eo Conuentu admitti petens, recepto ab eis iuramento, quod criminosi ratiocinijs (vt præfertur) obligati, furto, latrocinio, aut homicidio notati, aut alijs impedimentis in dicta Bulla Sixti Quinti contentis detenti non sint, recipere; ac postea per aliquem eius Conuentus Religiosam ad hæc deputatum ad investigationem ante actæ vitæ illorum, ac morum, ac reliquorum præmissorum, absque strepitu iudiciario, sed per scrutinium secretum procedi facere, qui ad hoc deputatus processum, & informationem acceptam, seu factam dicto Priori, seu Præsidenti, ac superiori, & Magistro nouitiorum, & studentium, a quibus pro-

N. 7.
Clemen.
PP.

Miranda.

Bartol.
Informa
tionè esse
summaria,
in quo cõ
sistat.
Iason.

probari possit, referre fideliter debeat, liberè & licitè valeant, auctoritate Apostolica.

N. 8. Leo PP. X. *Medicã. titi priuilegia participant Cistercienses, & qui horum habet participatio nem.*
 Hac Bulla possunt vti omnes Ordines mendicantes, & omnes quæ gaudent eorum priuilegijs, per Bullam quandam Leonis decimi, qui extendit omnia priuilegia, gratias, &c. concessa, & concedenda cuicumque Conuentui Ordinum mendicantium, alijs Conuentibus, & Ordinibus mendicantibus. Cùm autem Congregatio Benedictina Hispaniæ gaudeat priuilegijs mendicantium, propter communicationem priuilegiorum Cisterciensium (qui illis gaudent) potest hoc priuilegio vti. Ita positum fuit in nouis legibus, seu constitutionibus eiusdem Congregationis, ordinatis ex decreto Capituli generalis, apud Regale Monasterium S. Benedicti de Saagun, anno 1613. vide Fr. Manuel Rodriguez tomo 3. quæstionũ regularium, vbi Bulla integrè habentur.

N. 9. Fr. Manuel Rodrig.
 Est etiam maximè aduertendum, quod quamuis professio valida sit, non obstantibus ijs defectibus, in quibuscunque ex ijs casibus, tamen pœnæ, & censuræ contra approbantes, seu facientes dictas informationes, & admittentes nouitios, cõtra tenorem dictarum constitutionum integræ manent, vt diximus paulo ante, ex Bulla Gregorij XIII. qui limitauit Bullas Sixti V. & hoc vltra censuras, quas vnaquæq; Religio solet habere, & habet dicta Benedictina Hispaniarum Congregatio, circa particulares informationes, & speciale interrogatorium, quo debent testes examinari, scilicet. Vtrum habitum, vel professionem prætendens, descendat ex progenitoribus Iudæis, Mauris, aut Sarracenis, aut ex condemnatis, aut punitis per sanctum Inquisitionis Tribunal, aut pœna in-

A famiæ per alios quoscunque iudices Ecclesiasticos, seu laicos. Sic habetur in dictis constitutionibus, capit. nouitios, per hæc verba: *A qualquiera que el Consejo nombrare para baxer la dicha informacion, mandamos en virtud de santa obediencia, y so pena de excomunion mayor, Canoa lata sententia, y de las en que incurren los falsarios, que baga la informacion, & informaciones que se le cometieren, con toda legalidad, y fidelidad, por la instrucion, y interrogatorio de preguntas que en esta nuestra constitucion se le ordena.*

Constit. Benedicti. Fin.

B Nota vltimò, quòd si admittendus ad Nouitiarum, vel Religionem, est alienigena ex terris ab hæreticis occupatis (licet possibilis) informatio debeat fieri, non tamen tam exacta, sicut alia quæ de his Regnis: informatio ergo ex supradictis ijs Bullis, ijs quinque debet consistere interrogationibus. Prima, si sit legitimus. Secunda, si commisit homicidium, furtum, aut alia similia, vel grauiora crimina, aut si sit sufficiens suspicio talia commisisse, aut si pro ijs delictis condemnatus sit ab aliquo iudice, aut timetur condemnandum, eo quod ante habitum captionem iam fuerit accusatus, aut formata lis. Tertia, si ita oppressus est a re alieno, vt non sufficiant eius facultates, & bona, pro debitorum solutione. Quarta, si ratio-cinijs est obligatus, de quibus est lis, vel timetur fore. Quinta, si suscipit, & procurat habitum humano respectu, ex ijs interrogationibus, & impedimentis, quæ ex ipsis resultant, in prima solum (scilicet illegimitate) potest esse dispensatio.

N. 10. *Quinquæ interrogationes pro informationibus nouitiorum.*

CAPVT QVINTVM.

De impediētibz intendentēz ingredi Religionem.

HABET DVAS QVÆSTIONES.

Quæstio prima, Quod crimen committat, & ad quid teneatur qui aliquem reuocauit ab ingressu Religionis, vel ingressum iam, inducit ad dimittendum habi-

tum, & non profitendum? Quæstio 2. An ad restitutionem aliquam faciendam teneatur ille, qui reuocat aliquem ab ingressu Religionis?



VT Omnis impedimenti genus, quod statum Religionis in specie etiā, & individualiter potest, & solet auferre, vel impedire, sub hoc tractatu quinto comprehendimus, de illo, quod quibuscunque personis Religionem cupientibus solet contingere, scilicet, a causa extrinseca, scilicet, ab homine alio disuadente, retardante, imō & violentia, minis, aut metu detinente, & auertente assumptionem habitus, & status Religiosi.

N. i.

In qua re cum non solum inferat damnum personæ, quæ a perfecto statu Religionis auellitur, & priuatur, sed Religioni ipsi, qui nouitium, vel retrahit ab ingressu, vel iam ingressum, a perseverantia, & professione; de utroque nocamento Religioni, & Religioso, illato culpa, & etiam quibus obnoxius maneat pœnis, tractabimus in hoc capite. Supponendo in primis pro Religione ipsa, quæ talem patitur ablationem illius subiecti, quod cum sæpè in hoc soleat interuenire Religionum, vel illius quæ intenditur vituperatio, & conculcatio, secundum illud, quod de Religione ipsa Catholica, dixit

Sim. Metaphrast. apud Metaphrastem, & Lipomanum;

Bon te pudet nobili genere natam vilem Christianorum vitam agere? Quod præter alias pœnas, quas incurrunt de-honorantes, & infamantes Religionem; quod ille qui specialiter Religionem Prædicatorum, seu Minorum infamaret, incurreret excommunicationem maiorem, ipsi Papæ reservatam ex Bulla Alexandri IIII. quæ incipit: *Non sine multa*, & qui statum Religionis in communi infamaret, quamuis id solum faceret eo fine, vt aliquem a proposito assumendi hunc statum auerteret, crimen hæresis incurreret, & vt talis puniretur, nec aliter liberaretur, nisi quia iocundus, vel scurra cognosceretur, & fidem aliquam non facere, ipse seipsum, & ab alijs cognosceretur, imō etiā quod & sicut qui non solum exprobraret agminibus Dei, id est, communitati, & Religioni ipsi; sed & aliquem particularem Religiosum infamaret de aliquo crimine falso, vel verò, & occulto, teneretur damnum & nocumentum honoris restituere, non ipsi Religioso, sed Religioni cui interest; & quæ infamiam patitur, vt ait Petrus de Nauarra lib. i. de restit. dub. 16. Sair. claus. 11. capit. 6.

(?)

Bul. Ale. IIII.

Ab exco. contra infamantes Religionem incur- sa, solus scurra, excusatur.

Vt suspectus de heresi damnatur ab inquisitoribus quibus statum Religionis vituperat, licet sciatant mo retrahendi aliquid ab eo statu.

QVÆSTIO I.

Quod crimen committat, & ad quid teneatur, qui aliquem reuocat à proposito ingrediendi Religionem, vel cum habitu accepto ad relinquendum induit, vel professum iam, ad apostatandum, aut exeuendum?

N. 2.

Pro resolutione huius quæstionis suppono, licitum esse inducere aliquem ad Religionis ingressum, imò & laudabile, si propter bonum finem, & ex bona intentione, dummodo absit fraus, vis, & dolus, nec in hoc contraueniri iuribus, nec Concilio Tridentino, vt supra prima parte explicuimus.

D. Tho.

Suppono secundo, ex doctrina D. Thom. Opusculi lib. 17. per 16. capita illius Opusculi, satisfieri quatuor fundamentis, quibus aliqui disuadent ne quis aggrediatur iter perfectum Religionis; ubi talem præfigit titulum, & inscriptionem Opusculi: *Contra pestiferam retrahentium homines à Religionis statu. & ingressu doctrinam.*

N. 3.

Fundamēta disuadētū Religionis statū, & ingressū.

Primum fundamentum, seu ratio, disuadendi, vel differendi statum Religionis est; quod non debent homines viam arctam Religionis arripere, nec hunc perfectum statum, nisi prius existant in actibus virtutum exercitati, maximè in obseruantia mandatorum: ex illo Matth. 18. vbi ille iuuenis, qui perfectionis desiderium ostentans, Saluatorem adiit, & viam vitæ æternæ petiuit doceri, vbi non prius de consecutione viæ perfectionis quid illi Christus proposuit, nec de vendendi, & erogandis temporalibus bonis, donec institueret de obseruatione mandatorū. Sed & hæc illi commendaret, dicendo: Serua mandata. Hoc fundamentum, seu ratio, refellitur, quia non conuincit casus. Ille enim iuuenis Euangelij, in mendacitè comprehensus fuit in casu præfenti. Dicit enim seruare mandata; & præceptum charitatis non impleuit, dum haberet simul horrea plena frumēto, & viscera vacua pietatis, & sic in præcepto quod est charitatis, deficiebat: tum etiam fallit ratio ista, seu fundamentum, quia si solum exercitati ad

A statum Religionis & perfectionis vocarentur, excluderentur ad hac vocatione de nouo conuersi, vt Paulus, Matthæus, & Pueri: tum vltimo, quia licet bonum fuisset seruasse mandata ante vocationem: sed quando vocatio venit mediante statu Religionis, & eius exercitijs, perfectius & facilius seruantur mandata, & suppleantur defectus de non impleuisse præcedenti tempore.

B Secundum fundamentum, seu ratio, disuadendi ingressum Religionis, est, quia non debet sine lenta, diuturna, & matura consideratione assumi tam arduus & perfectus status.

Illud impedimentum, ratio, fundamentum, seu malignū obstaculum, rejicitur exēpio Petri, Matthæi, & aliorum Apostolorum, qui mox vt vocem Domini prædicantis audierunt, relictis retibus a stitue viuendi, secuti sunt viam perfectam, & Christi Magisterium, & scholam, quæ fuit basis, fundamentum, & exemplar Religiosi status.

C Tertia ratio, seu fundamentum disuadentium Religionem, est, quod non videtur conueniens, quod se obliget quis sub voto, sed melius esse sine illo operari ea, quæ perfectiora sunt. Hoc fundamentum est infirmum, & ratio fallax, quia eo actus est gravior Deo, quo maior in illo est propensio deliberatæ, & firmæ voluntatis, & tales sunt actus Religionis, qui quidem ex voto fiunt.

D

E Quartum fundamentum, seu ratio est, quia videtur inconueniens homines relinquere facultates, & possessiones, quibus necessario vita conseruatur, & Beatus Benedictus habuit, & in sua regula habere statuit. Ad quod fundamentum respondet D. Thom. *Quod habere in communi possessiones, non tollit perfectionem*, quæ sunt propter debilitatem infirmitates, & sic Christus habuit oculos, & à Fidelibus oblata conseruans, suorum necessitatibus, alijsque indigentibus tribuens, vt ait venerabilis Beda, & vt ait etiam ipse D. Thom. S. Benedictus habuit sic possessiones. Tum etiam, quia si attendatur rectè, sanctus Benedictus inuit, habere (etiam in communi) has temporales possessiones, & bona, non esse maioris perfectionis, saltem quam non habere, cum dicat

D. Tho.

Beda.

dicat in sua regula, se aliquid omif-
se rigoris, quem sancti Patres Monasti-
cæ disciplinæ institutores docuissent:
quæ est ratio D. Thom. Sed certè, nec
modesta humilitas (in qua virtute Ma-
gister, & Doctor in Ecclesia cognosci-
tur S. Benedictus) in relatis verbis hoc
intendit, quòd permissio facultatum
in communi, in Religione quam insti-
tuebat, & in alijs Monachalibus, habe-
re bona in communi, esse posset mate-
ria præcepti, vt quidem de re necessa-
ria, cum Monachalis vitæ professori-
bus iubeat intra Monasterium habere
omnia necessaria, & reddens rationem,
ait vt eos necessitas non sinat vagari,
quia omnino non expedit animabus
eorum: quæ sunt ipsius verba.

Vnde ad fundamentum rationem
(inquam) qua nituntur, posset respon-
deri retorquendo eorum argumentum,
quia nõ ex illis sequitur inconueniens,
quod intendunt contra conuenientiam
in assumendo Religionis statum, cum
ex vna parte non tollat statum Reli-
gionis, quod Monasteria habeant in
communi possessiones, & bona, ad sub-
ministrandum singulis Religionis ne-
cessaria ad vitam: & ex alia parte, quòd
quasi extrinsecum sit statui Religionis,
quod qualibet Religiosa familia, &
eius monasteria, habeant in communi
possessiones, cum non habeant maius
ius ad vtendum bonis communitalis,
quam alijs: sic vtique vt committat
furtum Religiosus vsurpans vsum re-
rum, quarum non habet licentiam: hinc
fit, non esse contra essentialè votum pau-
pertatis.

N. 4.
*Eug. Pa-
pa III.*
Suppono quintò, ex privilegio Eu-
genij Papæ III. dato Florentiæ, anno
1434. num. 10. fol. in compendio Be-
nedictinorum Hispaniæ 26. excommu-
nicari ipso facto, illum qui quibuslibet
violentijs, aut minis audeat impedire,
vel prohibere illum, qui intendit, & pe-
tit Benedictinorum Religionis ingres-
sum (si aliàs capax sit.) His supposi-
tis fit pro hac questione nõstra.

N. 5.
D. Tho.
Resolutio prima: lethaliter peccat,
qui à sæculo fugientes, & Religionis in-
gressum (ad quem nullo alio præpe-
diuntur impedimento) remouet. Pro-
batur ex sententiâ D. Tho. in hoc Opu-
culo 17. citato, ex rationibus illis, per

omnia decem & sex capita: & confir-
matur ex pœna excommunicationis
quæ imponitur, quæ semper supponit
peccatum mortale: & hoc privilegio
Eugenij III. gaudent plures Religio-
nes, quarum damnium hac excommuni-
catione cauetur.

QUESTIO II.

*An ad restitutionem aliquam facien-
dam tentatur, qui remouet aliquem
à Religione, quam intendit
ingressus?*

PRo intelligentia notandum est
primò, quòd ille qui extrahit
aliquem à Religione, duplicem
facit iniuriam, & pluribus se ad-
stringit debitis. Et primo, Religioni, &
Monasterio. Secundo, ipsi qui ab ingres-
su Religionis abducitur, vel iam in-
gressus extrahitur, & reuocatur. Sed
pro maiori claritate in hac questione
præfenti, de damnis Religioni ipsi illa-
tis, in primis agemus, & de debito sa-
tisfaciendi: & secundo loco de damno
ex hoc illato Religioso ipsi auulso, di-
uiso, vel auocato à statu Religionis.
Vnde.

Notandum secundo, triplex esse
genus bonorum, in quibus Religio, seu
Monasterium, nocumentum pati potest
(vt infra num. 10.) Primum, bonum
Religionis est illud magnum apparatus
quod in illo reperitur statu, vt homines
illum collentes facilius, ac præptius
per viam quæ ad perfectionem tendit,
incedant, si enim feruore intentionista-
lis habitum intendenti gaudeat (vt
supponimus) certum est, quod eximio
virtutum exercitio efficax resularer in
illo Monasterio exemplum, vt Religio-
forum animi exardescerent, & motiuo
exemplaris propositi, ad eximia pœni-
tentia, obedientia, & obseruantia ope-
ra properarent, vt contingit in Congre-
gatione Benedictina, Cisterciens, di-
cta sancti Bernardi: Religio inquam, in
ipso institutionis, seu erectionis princi-
pio, ipsius insignis Monachi eximij,
postea Abbatis, & Doctoris, ingressus,
profectum spiritualem in ipsa Religio-
ne plurauit, & auxit. Et idem fre-
quentius experiuntur Monasteria, non
se.

N. 6.

N. 7.

solum ipsius Benedicti instituti, quam illustrissimæ & obseruantissimæ Religione familiæ mendicantium, non mendicantium, & Monachalium, & aliarum Ecclesiæ, quæ ex ingredientium feruore, & spiritui conseruantur, & augentur in pia institutorum obseruantia. Quo bono necessario, priuarentur ablato, & seducto ab ipsarum ingressu, illo qui, vt supponimus, cum hac dispositione, proposito, & determinatione Religionis statum intendit.

Imò, & quod in hoc spiritali bono posset Religio nocumentum pati, si Religio Monachalis sit, contemplationi, & solitudini dedita, (ac per consequens habens in communi bona) si scilicet contingat, quòd Religiosus qui abducitur, vel extrahitur, posset facultatibus temporalibus fouere, & augere Religionem illam (cuius institutum, cum secesso & abstractione, à seculariū communicatione consistat) facultatibus in communi habitis sustentantur: & consistit, quod vt constat ex D. Tho. Opusculo 17. non tollit perfectionem; quod non est dicere esse perfectiorem modum viuendi cum possessionibus, quàm sine illis: quod notauit esse hæresim Vigilantij ipse D. Tho. dicto Opusculo, cap. 15. Imò nec opponitur nostra doctrina doctrinæ ipsius, quæ summo opere veneramur, Angelici Doctoris, dicto Opusculo 17. cap. eodem, qui ait: *Mentiuntur in doctrina Fidei, dicentes minoris esse perfectionis eos, qui communibus possessionibus carent. Solum cum ipso Angelico Doctore dicimus, habere Religionem possessiones in communi, nō tollere perfectionem.* Quo supposito, si possessionibus ijs in communi licitè habitis, & sine detrimento perfectionis, alijs, quibus speciale, & sanctissimum institutum Religionis alicuius conseruatur, & sustentatur, priuaretur per subtractionem nouitij, tales facultates habentes, & quas iure hæreditario acquirit Religio, quæ secundum ius ciuile, filium representat illius qui profitetur in ea. Damnum spirituale pateretur; ex hac etiam parte in suis, scilicet, spiritalibus bonis; nempè, in conseruatione Regularis instituti: quibus consonat illud ipsius melliflui Doctoris, & Abbatis Bernar-

D. Tho.

Bernar,

di, de sua Religionis instituto dicentis: *Viget obseruantia, ubi & abundantia:* & illud ex sanctissimo Patriarcha Benedicto, cap. 15. suæ sanctæ regulæ præcipientis: *Quod intra Monasteria habeant Monachi omnia ad victum necessaria: & rationem reddens sui mandati, ait, vt non sit necessitas Monachis vagandi foras, quia omnino non expedit animabus eorum;* sed quia hoc bonum magis pertinet ad bonum temporale, de hoc dicimus.

Regul. S. Benedi.

Secundum bonorum Religionum genus, in quo per oblationem ingredientis potest Religioni nocumentum parari, est bonorum temporalium, ad quæ acquirat ius per receptionem, & incorporationem Religiosi vtilis, aut diuitis, quia loquendo de Religione, vel Monasterio; vt est quoddam corpus (methaphoricè) nouitius hoc modo, est membrum huius corporis mystici, seu communitatis Monasterij, & sic ille qui communitati incorporari illum impedit, quamuis ante professionem verè & realiter non sit incorporatus, nec membrum, ius habet tamen ad huiusmodi incorporationem Monasterium quod elegit ad profitendum: unde ad plures actiones suæ conseruationi necessarias habet ius hoc mysticum corpus, vt hoc membro vtatur; sicut naturale ad actiones, seu artes suæ sustentationi vtilis exercendas per suum membrum, pedem, aut manum, quo si mutilaretur, vel priuaretur, graue pateretur damnum, sicut & communitas, aut Religio, si forte tali Religioso, aut nouitio, membro præcipuo, aut ad nobilia munera & actiones apto, vtputa, si doctissimus Magister, Prædicator egregius auocaretur, nouitius prætendens Religionem auocaretur ab ea, vel etiam professus.

N. 8.

In bonis etiam alijs, quæ dicuntur externa, ad corpus pertinentia, cum proprietate quidem in naturali corpore, & metaphorice, seu mystice, in mystico Religionis, qualia sunt, honor, fama, dignitas, & etiam diuitia, in hoc genere tertio bonorum, sub diuersa ratione conuenientia Religioni. In ijs non est dubium, quin Religio possit detrimentum pati, per nouitij ablationem, cum possit contingere esse insignem, nobilitate,

N. 9.

rate, doctrina, dignitate, & alijs, quibus inter omnes in magno haberetur honore, ex cuius ingressu, & electione huius, potius quam alterius, Religioni illi maximus honor, fama, æstimatio, & affectus accresceret, ut puta, si hanc, vel illam, præ cæteris Religionibus, Episcopus eximius, secularis Princeps, magnis muneribus, & præfecturis functus, nobilissimus, & ditissimus, doctissimus, & discretissimus Magister, aut Concionator, ex quorum (inexcusabiliter) noto Religionis ingressu, certum est, quod mundo innotesceret, & commendaretur maximè illa Religio, & fama eius apud exterarum nationes diffunderetur, & ipsa, & eius alumni in magno ubique apud omnes haberetur honore, ut experientia temporibus præteritis, & præsentibus, docuit, & docet. Nec minus, quod Religio sic nobilitata apud Pontifices, & Reges commendatur, ut maximis gratijs, privilegijs, & immunitatibus decoretur, & etiam quod ijs omnibus plures alliciat, & ad illam præ omnibus eligendam, quicumque ingenuus inclinatur, & certatim veneretur, nobilitetur, & ditetur. Quare qui ab ijs bonis (quæ ad hæc tria genera reduci possunt) priuat Religionem, certum videtur restitutioni obnoxium manere. Sed antequam quæstionem de hoc instituamus: de bonis, quibus in speciali priuaretur is, qui à Religione euellitur, vel seducitur, breuiter dicimus, non inde sequi ipsum, qui aliam à Religione aliqua seduxit, teneri in illa pro alio intrare. Vide Sairum.

Sairus.

N. 10.
Quadruplex genus
honorum.
Aristot.

Tertiò notandum, quòd hæc bona hominis illius qui statuebat ingredi Religionem, sicut & aliorum hominum, sunt in triplici differentia, ex Aristot. lib. 7. Ethicorum, cap. 1. seu potius in quadruplici. Alia enim bona sunt spiritualia, quæ ad animam pertinent, & spiritum, quia animam perficiunt, seu spiritum. Et hæc sunt in duplici differentia, quædam enim sunt spiritualia supernaturalia, perficientia animam in ordine ad finem, & actiones supernaturales, & ad tales operationes, quæ supra naturam sunt, quæ potentem & habilem constituunt animam, ut est gratia, & virtutes infusa, & media quibus homo ad salutem spiritualem disponitur, de quibus

nil cogitauit Philosophus: alia sunt bona spiritualia naturalia, quæ ad operationes interiores naturaliter animam disponunt, quales sunt, animæ potentia, & (melius) virtutes acquisite, appetitiua, & intellectuales, & habitus quibus animæ potentia perficiuntur, ut scientia, artes, &c. Alia bona hominis sunt, quæ corporalia dicuntur, quæ ad corpus pertinent, ut sunt, membra corporis, sanitas, dispositio, integritas, valetudo, virginitas, & similes. Alia bona externa habet homo, inferiora quidem tribus relatis, ut sunt fama, honor, seu cultus alicui debitus propter dignitatem, vel sanguinis, aut generis ingenuitatem, dignitates temporales, munerum diuitia, quæ dicuntur bona fortuna. De ijs omnibus bonis tractauimus in principio huius operis, agendo de essentia, & natura status Religiosi, in hac prima parte, tractat. 1. præcedenti quæstione 2. quantum ad ibi intentum, & quomodo ijs bonis renuntietur, sufficienter per vota essentialia Religionis paupertatem, continentiam, & obedientiam. De damnis ergo in his bonis illatis Religioni, explicare contendimus quale damnum in huiusmodi bonis Religioni, & Religioso ipsi, ex auulsione, & retractione à Religione sequatur, & qualis restitutio debeat: nec extra Chorum, (ut aiunt) perperam detinemur, cum necessarium videatur, (loquendo de impedimentis ad Religionis statum assumendum) non solum impedimenta ipsa referre, & assignare, qualia sint verè & realiter impedimenta, & quasi impossibile reddant alicui Religionis statum, quia cum altero quæ habent, est impossibile, sed etiã de impediente, seu prohibente ad oppositum, quod aliquis Religionis statum assumat, prauis medijs, & intentione. Quod quidem, quam iniustum & iniquum sit, & quibus se peccatis irretiat, & obligationibus satisfaciendi damnis ex hoc, partibus ipsis, Religioso scilicet, & Religioni illatis adstringat, huic attinet quæstioni.

Quæ bona spiritualia hominis cogitauerit Aristot.

Pro quo notandum quartò, quòd duplici intentione, & modo potest contingere, quòd aliquis ab Religionis ingressu, vel professione amoueat. Primò, intentione sana & bona, quia scilicet

N...

cc

est cognoscit, quòd status Religionis illi non conuenit, vel quia ineptus cognoscitur ad opera Religionis, vt stolidus, mētis inops, factus, aut amens, aut morbo, & infirmitate tali laborans, vt Religionem sic grauet, vt nullo modo in illa, aut diu viuere, aut tolerari posse credatur: vel si sit incapax ad Religionem ex defectu naturalium, aut partium illarum, quæ secundum Religionem, (vel alicuius quæ intenditur) constitutiones requiruntur, & debeat admitti, vel tolerari. Quibus, & similibus casibus ex tali recta intentione, & in bonum ipsius, qui imprudenter Religionis statum desiderat, non erit vitiosum, nec iniuriosum, dissuadere, diuertere, & impedire tali personæ Religionis statum; specialiter si medijs licitis illud faciat.

Diuerſa etiam intentione potest, & contingit sapius Religionem impediri, vel ex malo animo, & intentione, & prauis adhibitis medijs: quæ praua media in duplici sunt differentia, quædam sunt dura, vt si metu, vi, aut dolo, aut alijs molestijs, aut vexationibus quis à Religione arceatur: alia verò praua media sunt (licet minus dura) magis efficacia aliquando, vt sunt donaria, munera, blanditiæ, & improbæ preces.

N. 12.

Nota quinto, quod in huiusmodi à Religionis statu reuocatione, adhuc alia grauior ipsi seducto, seu auocato iniuria potest, & solet reperiri, vt si media illa quibus à Religione seduci intenditur, sint contra spirituale bonum, seu potius inducentia in graue, & notū peccatum, qualia fuerunt illa quæ cum D. Bernardo, & Angelico Doctore, fratres ipsorum exercuerunt, vt vnum à Benedictina familia, alium à Dominicana reuocarent; recludendo in singulis castellis, seu carceribus, sanctos & castos iuuenes, tirones, Monachos, & ibi immisis petulantibus, & lasciuis fœminis, quæ illos ad peccandum in continenter inducerent (quamuis aliter euenit) & per hæc teterrima media à Religionis proposito arcerent. Alia similia, & iniuriosa media, licet minus cruenta solent esse, non (quidem) directè ad peccatum inducendo, sed Religionis statum, quem frænum, medica-

mentum, & remedium cognoscunt, vnicum moribus, prauis, & effrænatiss, & peccatis, seu animæ infirmitatibus, mendendis, dissuadendo, & auocando voluntatem.

Nota sexto, quòd de homine qui à Religione abducitur possumus tripliciter loqui. Et primò potest considerari, vt in seculo adhuc manens cum voto simplici Religionis, aut sine illo, cum proposito firmo Religiosi status, & illum actualiter petens, & procurans. Secundò, iam in nouitatu cum habitu. Tertio, vt iam Religionis solemnibus votis emissis.

N. 13.

Nota septimò & ultimo, quòd ex ijs modis retrahendo aliquem à proposito Religionis malo animo & intentione, suadendo solum, & retrahendo, iniustus modis, & iniuriam inferendo, aut dolo, & fraude vtendo; primum, est contra charitatem facere, secundum, contra iustitiam: quia contra ius quod quis habet ad hoc, vt libere operetur, fit: & hinc resultat esse iniuriam, & iniustitiã. Quibus suppositis, & pro claritate de damno Religioni, aut Monasterio illato per substitutionem nouitij, dicemus in primis; & postea de illo quod patitur, qui à Religione euocatur: distursumus, vnde fit.

N. 14.

Prima resolutio, qui bono animo & intentione illum qui cupit Religionem, retrahit à Religionis ingressu, id est, ob iustas causas, vt si Religionis status non sit illi licitus, aut expedias, non damnum aliquod facit Religioni, quod exigit restitutionem, nec peccatum aliquod committit. Si autem malo animo, & sine iustis causis, vel malo animo, aut in odium Religionis, peccabit contra charitatem, non tamen tenetur ad restitutionem aliquam. Sic constat ex ijs, quæ in capitibus præcedentibus huius tractatus diximus, de impedimentis quæ tollunt, & impediunt Religionis statum: vnde si aliqua causa ex ijs, quæ annumerauimus, adsit, vt si prætendens sit ad Religionem, & eius actus, ineptus, aut incapax, vnde Religioni sit inuitilis, grauis, aut molestus, hoc attentò, & hac de causa licet dissuaderetur, nec qui tale ageret, peccaret, nec incurreret excommunicacionem latam in Concilio Trident. sessio-

N. 15.

ne 25. de Regularibus, cap. 18. vbi excommunicantur qui sanctarum virginum, vel aliarum mulierum, voluntate, vel accipiendi, vel voti emittendi quoquo modo, sine iusta causa expedierint: quia in presenti casu, vt supponimus, adest ista causa. Confirmatur, quia vbi nullum ius aufertur iniuste, aut retinetur invito domino, non habet locum restitutionis obligatio, sed cum in casu presenti, quando cum effectu aliquis Religionem non est ingressus, nullum ius ad illum habet Religio, imò neque si adhuc sit nouitius, cum in voluntate eius sit exire, & sine iniuria aliqua Religionis possit habitum dimittere. Hinc constat, quod nec peccatum committat taliter dissuadens, nam si aliquod deberet esse contra iustitiam: sed hoc nõ (vt diximus,) ergo nullum.

N. 16.

Secunda resolutio, qui malo animo & intentione, aut odio Religionis, vel suæ propriæ utilitatis intuitu, sine fraude, vi, aut dolo, aliquem à professione auocaret, suasionibus improbis, & importunis, sine mendacio, (tamen) dolo, aut fraude, committeret peccatum, quod ex suo genere esset mortale, non tamen ad restitutionem aliquam Religionis faciendam teneretur. Hanc tenent Authores citati pro prima resolutione, locis ibi citatis, cum Martino de Ledesma 22. q. 18. artic. 2. dub. 1. pag. 239. colum. 4. Et probatur, quia cum excommunicatio Trid. (sicut & quælibet alia) supponant peccatum mortale, constat, quod peccatum iudicetur eius dissuasio: quod non teneatur ad faciendam aliquam restitutionem Religionis, probat ratio pro secunda parte resolutionis primæ; & probatur ratione speciali, ex Gregorio Sairo, libro 11. clauis, cap. 1. num. 29. §. nec Religionis, quia si aliquis dissuaderet cuiusdam determinatæ Religionis ingressum, & iam paranti, & in proximo diuerteret illum ad aliam in qua habitum sumeret, non debet facere satisfactionem aliquam priori Religionis quæ relicta fuit, cuius nulla ratio alia assignari potest, nisi quòd nullum ius ad eam cum habitu, & in nouitiatu existentem habet Religio, donec mediante contractu professionis solemnis, traditur Religionis aliquis, sicut

Ledesma.

Sairus.

contingit in alijs votis realibus, & promissionibus. Ita Sairus.

Sairus.
N. 17.

Et confirmatur, quia adhuc cum dicta intentione praua, dum vis, & dolus, aut fraus, non intercedat, auerteret voluntatem testatoris à faciendo legatum quod capit, seu ad dandam elemosynam, v. g. Petro, non tenetur ad aliquam restitutionem faciendam legatario, aut Petro qui ius ad rem, id est, legatum, vel elemosynam per testamentum morte confirmatum, tantummodo acquirunt, quando verò adhuc, præter huiusmodi intentionem malam, id est, vis, dolus, aut fraus, tunc adest iniustitia, quia fit contra ius quod quicumque habet, vt per violentiam damnum non recipiat: vnde hoc est contra iustitiam, illud verò contra charitatem solum, quare tunc dicitur, quod aliquis extrahit iniuriosè, & iniuste aliquem à Religionis, quando per vim, fraudem, aut dolum extrahit; nocens enim alteri cum iniuria, tenetur damnum illatum rescire: quod contingit, quando per vim, dolum, aut fraudem fit tale damnum; non autem quando sine iniuria, id est, fallendo, aut violentando, sed solum medijs licitis, suauibus, blandis, & allicientibus, vel munusculis, voluntas trahitur, quamuis in re non sit causa ad persuasionem, sed solum finis, & intentio suadentis mala, id est, vt ille inquam non eligat Religionis statum sibi expedientem, quod si fiat sine dolo, fraude, & vi, voluntas suasi nullo modo dicitur violentari, sed libera absolutè manere; nullam enim vim illi infert, intentio suadentis, dum suasio non fiat cum rationibus fraudulentis, dolosis, aut mendacibus: si enim quis à Religionis, quæ ille quidem expediens esset auocet, dissuadendo illam, molli, & delicijs dedito, representando veras difficultates, duritiam, & asperitatem status, securitatem, seu spem saluationis, seruando in sæculo mandata Dei, & hoc faciat intentione non sana, sed sibi prospiciens; quia v. g. ex ingressu illius in Religionem, priuatur vitæ subsidij, quæ cessarent benefactore in Religionem ingresso, aut praua (vt diximus) intentione contra Religionem, quam priuare vellet tali persona, & bonis quæ cum illa esset habitura.

Qui sine dolo, aut vi, remouet testatorem à legato, in gratiam alicuius, nõ debet huic restituere aliquid, & quare.

Ter-

N. 18.

Tertia resolutio, qui nouitium iam cum habitu, & intentione perseverandi utilem quidem, arte, scientia, vel hereditate, per vim, dolum, aut fraudem, extraheret, & à professione emittenda auocaret, peccaret mortaliter, & teneretur Religioni facere restitutionem damni, computando lucra, non ut in re, sed ut in spe: considerando varijs contingentijs subesse. Prima pars patet. Secunda probatur, quia qui messem ferè maturam comburit; ubi non solum valor sementis, sed potentia, & fructus proximus debet computari, hoc prudenter arbitrio debet restituui: quod contingit in nouitio, qui semper habet in sua libera voluntate reuocare, & mutare propositum; quare donec firmet illud per contractum, id est, professionem solemnem non dedit Monasterio aliquod ius ad se, sicut nec legatarius, nec Petrus egenus, habent ius aliquod ad legatum, seu elemosinam; eo quod testator, seu diues, habent firmum propositum: quare nec ad restitutionem aliquam illis faciendam, teneretur ille qui animum distraxit, & auocauit quacunque intentione testatoris, vel diuitis à tali legato, vel elemosyna: quod constat clarè, quia voluntas testatoris (quæ mutari potest) non auferit alicui ius, nec Petrus, aut talis pauper, per consequens spoliantur aliqua re sua per mutationem voluntatis, quam habuit testator, & quæ legatum reuocauit, vel (determinatus antea) mutauit propositum per alterius suasionem, nec malus animus & intentio, taliter suadentis, vel dissuadentis, aliquod nouum ius tribuit Petro legatario, nec obligationem aliquam sualèri restituendi induxit; dum tamen (ut diximus) non interueniat iniustitia, aut iniuria, quod fit (non solum ex mala intentione) sed cum vi, aut fraude, quæ cum libertate cogant (ut vidimus) non relinquunt illam liberam in damnum legatarij, qui hac ratione iniuste pateretur, & iniuriosè damnatum, quod deberet per restitutionem resarciri.

N. 19.

Resolutio quarta ad restitutionem Religionis faciendam obligatus maneret, qui per vim, fraudem, seu dolum, auocaret aliquem à Religione, Monachum, seu Religiosum professum, aut nouitium æqualiter utilem ad Monasterium, quando per talem extra-

Ationem priuatur Monasterium, vel Religio aliqua considerabili utilitate temporali, quam necessario deberet habere quandiu in Monasterio assistere debuisset (& non aliter) talis Religiosus, siue acquiram eius industria & arte, ut si esset eximius Magister, aut Artifex, siue pertinentem illi iure hereditario, mediante persona sui Religiosi. Secus autem; si ille qui extrahitur à Religione, tantum fuisse prætendens ingressum, vel in nouitiatu cum habitu ante professionem existeret, nullo modo utilis Monasterio.

Fundamentum huius resolutionis, quoad dictam primam partem desumendum præcipue est, ex his quæ ex professo tractaturi sumus in secunda parte, agendo specialiter de varijs potestatibus, quas habent Religionum Prælati super Regulares subditos, & specialiter de dominativa potestate: sed cum non

Cira exactè lucra, seu operæ Religiosi pertineant ad Religionem, & Monasterium, sicut lucra seruorum dominis, quibus subduntur, & in quorum utilitatem lucra mancipij, seu serui ordinantur. Ibi dictis addendum est ex Petro de Nauarra, lib. 1. de restitutione, cap. 2. num. 23. Ledesma in 22. q. 18. pag. 240. Soto lib. 4. de iustit. & in quest. 6. in responsione ad secundum argument. conclusionem 2. Salon 22. q. 62. art. 2. controu. 3. conclus. 2. diuersam esse rationem inter subiectionem,

D seu habitudinem serui ad dominum, ac Religiosi ad Prælatum, seu Religionem. Monachus enim, seu Religiosus additus est Religioni, ut filius patri, potius quam ut seruus domino, qui quidem dominum habet in seruum, ut equum, vel hereditatem, seu fundum: & hoc ex iustitia, tanquam in rem quidem sibi utilem; hoc verò modo, Prælatus, seu Religio non habent dominium in Religiosum, nec Religiosus dicitur aliquid

E Religionis, nec in utilitatem Religionis, sed potius Religio est in utilitatem Religiosi: qua ratione, Religionis seruitus dicitur esse plena libertate, & à nobis in hoc opere vocatur ingenua servitus, siue nobilis, & libera seruitus, cui consonat quod Augustinus in sua regula ait; Superiori, tanquam Patri obediatur, & præmiserat de Prælato

M Reli-

Ad nouitij intèdētis profiteri bona habet Religio ius, nō in re, sed in spe,

Petr. de Nauar.

S. Augu.

Religionis loquens: *Ille autem qui nobis praeest, non se existimet potestate dominante, sed charitate feruente.* Et Basil. filius in sua idem regula de Praelatis: *Patres se (inquit) agnoscant, non dominos: unde non eadem lege, & rigore, ea omnia quae Religiosus extractus à Religione lucraretur, quādo extractus foris manet, debentur Religioni restitui. Confirmatur, quia Religiosus ipse, qui professus iam exiit de Monasterio, solum tenetur ad illud redire, ratione voti, non ratione iustitiae: unde nec ad obligationem restituendi tenetur: ergo multo minus qui illum extraxit etiam vi, aut dolo.*

N. 20. Ex quibus patet solutio ad illud, ex cap. si seruus, dist. 54. ubi disponitur, quod si Episcopus, seruum, aut mancipium alienius ordinet, teneatur non solum aequales, sed duplum domino restituere. Unde sumeretur argumentum, quod si ea ratione quod ex impediendo per ordinem collationem exercitium seruitutis in utilitatem domini, obnoxius maneat Episcopus in duplici quantitate, illi qui ex seruo sibi addicto hoc licite, & ex iustitia percipiebat: sic similiter Religio ex lucris similiter impeditis illicite, per extrahentem Religiosum qui seruus est: ad quod constat solutio, ex differentia assignata inter Religiosum, & seruum.

Sequitur deinde solutio ad rigorosam, strictam, & duram sententiam eorum, qui apud Gregorium Sairum lococitato, intendebant obligare taliter per vim extrahentem aliquem à Religione, (cui quidem honoris, & utilitatis multum afferret) ut ipse si utilitatem aliquam ex honore, non excedentem nimium, illam ingrederetur Religionem eius, qui extractus fuit. Et hoc confirmant exemplum Magistri Raimundi, qui satisfaciendi Religioni Prædicatorum causa pro quodam sui officio, & opera extracto à Religione Prædicatorum, ipsam Religionem ingressus est: hoc inquam exemplum non probat talem esse obligationem, nec quod hocius, aut Ecclesia introduxerit, nec constat hoc motiuo, & sine Religionem fuisse ingressum dictum Magistrum Raimundum, nec taliter est credendum, cum alios fines, sine dubio meliores, potuisset habere, scilicet

animae incolumitatem, vitae emendationem, & perfectionis tendentiam. Vide quae supr. tractatu primo de ignorantia finis, quae impedit libertatem voti, & validitatem voti; nullum illi enim tale grauumen potest imponi, nec seruituti etiam huic nobili, & ingenuae, qualis est Religio: potest quis addici ob damnum quodcumque Religioni illatum resarciendum, cum libertas auro pretiosior sit, & quamuis illam spontaneè relinquenti, & per liberam votorum emissionem eligetem, sit tollerabilis, imò & dulcis ista Religionis seruitus; esset durissima ijs, qui coacti ad illam addicerentur: vnde quamuis per modum poenae, & supplicij pro grauibus delictis iuridicè, & per sententiam aliqui in Monasterijs recludantur, tamen ad assumendum statum Religionis, nullatenus compelluntur. Nec intelligi posset, quod Religioni ista adaequate esset expediens recompensatio; praecipue, quia (ut supponimus) longè superans partibus naturalibus, & acquisitis extracto per se à Religione aliquo, non teneatur se pro illo tradere.

Explicata obligatione restituendi, damna Religionis ipsi illata, & secuta ex Religiosi euocatione à Monasterio, & obligatione debita restituendi illa ipsi Religioni: restat de dāno ipsi Religioso & restitutione illi facienda agere.

Unde supponendo bona, in quibus diximus existere singularem aliquam personam esse, aut spiritalia, corporalia, & externa, de his quae minus difficultatis habent (scilicet externis) primò dicemus: Nam de corporalibus, id est, de membris, seu partibus integratibus corporis, nil notare oportet cum in his parum, aut nil dāni appareat, quod possit recipere aliquis directè per extractionem, seu auocationem à Religione, de damno in bonis externis, bonis fortunae nuncupatis, ut cum, diuitiis, honor, fama.

Sit nostra resolutio quinta, qui Religiosum professum iniuste, id est, per vim, fraudem, aut dolum extraheret à Religione, peccaret mortaliter contra iustitiam, & teneretur facere illi restitutionem damni. Probat, quia si contingat Religiosum qui aliàs bono fine, & intentione tradēdi se Deo statum

N. 21.

N. 22.

N. 23.

Ratum Religionis assumpsit, deperdit interim, aut nūquam habitis possessionibus à Religione iniuste, per vim, aut dolum extrahi, in qua quidem sustentationem, & ad vitam necessaria haberet: ita vt regressus ad Religionem ex hac iniusta extrahione redditus maneat impossibilis, teneretur sine dubio, hoc damnum illi resarcire, & facere competentem restitutionem, assignando illi ex proprijs bonis, sufficientem sustentationem, & statui competentem, siue ex proprijs bonis quæ habeat, aut aliter, hoc præstans meliori modo quo possit. Sed de damno in bonis spiritualibus, est potior difficultas. Vnde fit.

N. 24.

Resolutio sexta, qui malo animo & intentione, sine dolo, fraude, mendotio, aut vi, aliquem Religionis statum procurantem, suasionibus, & similibus, non violentis quidem medijs, auocet à sancto, & expediente sibi proposito intrandi in Religionem, non tenetur ad aliquam illi faciendam restitutionem. Peccauit tamen mortalitèr contra charitatem, & ex lege charitatis, teneretur scandalum, seu offendiculum oblatum in probis, precibus, aut allestiujs medijs alijs tollere, adhibendo cōtrariam suasionem, hortando pro posse, & animo, vt ad Religionem, seu propositum redeat. Prima pars patet ex dictis, quia cum non inferatur vis aliqua voluntati, non adest iniuria, nec iniustitia, quæ per restitutionem resarciri debeat, cū voluntas suasionibus quibuscunq; adhibitis libera adhuc maneat, & libere eligat desistere à Religione. Secunda pars constat, quia nō solum peccatum committat talis dissuadens Religionem, sine causa iusta, sed & excommunicationem latam à Tridēno incurrit, vt vidimus in hac quæst. num. 15. & 16.

N. 25.

Septima, qui iniuriosè & iniuste, id est, per dolum, fraudem, aut vim, seducit, & auocat aliquem à Religionis ingressu, seu professione, peccat mortalitèr, & tenetur illi facere satisfactionem, restituendo illi libertatem deceptam iniuste, quod tenetur facere remouendo, & tollendo vim, (si quam adhibuit) de regendo fraudem, & dolum, & aperiendo illi veritatem, & suadendo, & alio possibili modo, procurando vt iterum

animum Religiosum concipiat, si tamen remota vi, detecto, dolo, & fraude, veritate reuelata, & in sua plena libertate constitutus, ac antequam à proposito profrendi, aut permanendi auocaretur existeret: si tūc spontaneè renuat regressum ad Religionis statum, ad nullam aliam satisfactionem tenebitur, qui prius illum à Religione, vel proposito extraxerat.

Sed de illo qui media inductione ad peccandum, aliquem à statu Religionis abducit, est difficultas adhuc maior, eo modo quo supra in hac eadem quæst. nu. 12. notabili 5. diximus de Beatis Bernardo Claravallensi Abbate, & Thoma Aquinate Angelico Doctore, qui à Religionis perseverantia abducebantur oblata occasione peccandi, in qua difficultate disputanda, tangitur quæstio illa celebris in materia restitutionis, si damna illata in bonis spiritualibus debeant, vel possint restitui, scilicet an qui aliquem in peccatū induxit pro hoc damno, teneatur satisfactionem, & restitutionem facere, & quia in huiusmodi debito adest. Primò, difficultas cum nihil remaneat apud inferentem damnum, iniuste illatum, aliqua breuiter hic notare oportet. Vnde.

*Addam-
na inin-
riose illa
ta, in spi-
ritualib.
possint.
& debeat
restitui.*

Notandum primò, quod cū restitutionis obligatio non oriatur solū à retentione rei alienæ, inuito domino, sed etiā ab iniusta acceptione, quæ contingere solet, non remanente apud furem, v. g. vel damnificantē re ablata, vel quid aliud resultans ex nocumēto illato, quia vel vendidit, aut perdidit rem, seu quia sibi, non fuit utilis, quamuis carētia illius domino præiudicet. Ex quo resultat inæqualitas talis, quæ per restitutionem possit, & debeat reparari.

Notandum secundò, quod restitutionis obligatio, vt diximus, habet locum, quādo alicui fit iniuria, id est, quādo fit aliquid contra alicuius ius, & ideo quādo aliquod damnū fit inuito, iniuria illi infertur, quia quicumque habet ius vt nil tale patiatur: & si fiat cum animo nocendi, adest restitutionis obligatio, & habet locum iniustitia commutatiua, quæ constituat æqualitatem. Quod dico, nam si satisfactio prius intendat punitionem delinquentis, & nocentis, erit actus iustitiæ punitiue, & punitio, non

M 2

verò

verò restitutio, quæ primario intendit æqualitatem violatam resarcire inter homines. Dixi etiam notanter, quod ut nocumentum sit iniustum, & restitutioni obnoxium, debet fieri ex malâ intentione, & animo nocendi, quia si sine tali animo, & intentione fiat, erit quasi à causa naturali procedens, ut si quis pereat fulminibus tactus, vel à corrüente pariete, aut à fera inuasus. Vnde fit.

N. 26.

Octava resolutio, qui malo animo, & intentione nocendi adhibita fraude, aut dolo, seu violentia aliqua illata, ut in exemplis propositis, inducit aliquem ad peccatum, per hoc medium præcedens illum à Religionis statu auocare, duplicem illi infert iniuriam, cum obligatione restituendi vtramque. Probat, quia in primis nocet illi in nobilioribus bonis, nempe, in spiritualibus primi generis, quæ sunt illa quæ animâ perficiunt in ordine ad excellentissimam bonam, nempe æterna, inducendo illum ad committendum peccatum mortale, quo necessario deperditur gratia, & virtutes; quæ illam comitantur: & secundò, iniuriosè, & iniustè tollit statum Religionis tali personæ, ut supra

A ponimus maximè conueniens ad vitam emendandam, studiosè transigendam: vbi recolendum quod supra in hac prima parte, præcedenti tractatu primo, capit. 3. quæst. 5. num. 9. metu tollente libertatem, ad valide vouendum. Diximus de sufficiente libertate ad constituendum actum moraliter liberum ad peccandum, & merendum, & quomodo non quæcunque violentia extrinseca, vel metus ab extrinseco

B proneniens, excusat à ratione peccati illum actum ad quem directe voluntas tendit; & etiam quando restitutio in bonis spiritualibus debeat, & qualiter fit facienda: vnde qui inducendo aliquem ad peccatum, hoc iniquo medio à Religione seducit, & amouet, restitueri hoc damnus tenetur. In primis, quia quamuis peccanti remanserit, sufficiens alioqui libertas in voluntate ad peccandum, cum in effectu ex

C sufficienti deliberatione peccauerit, fuit illi inique, & iniuste ab extrinseco facta vis. (3.)



E do aliquid damnum inuito, iniuria illi inferre, quia dicitur habet inus ut nihil tale patitur: & si fiat cum animo nocendi, adeo restitutio obligatio, & habet locum in istis communitatis, que constituit reuerentiam. Quod dicitur, nam si factus sit prius incendiar furtio, & delinquentis, & nocentis, & agens iniuria, & iniuria, & iniuria

Septima, qui iniuria, & iniuria, id est, per dolam, fraudem, aut vim, sedu- cit, & auocat aliquid à Religionis in- ter, & tenetur illi facere satisfactione, restituendo illi libertatem deperitam iniuste, quod tenetur facere tenendus, & tollendo vim, (si quæ adhibita) de-

TRACTA



TRACTATUS

SEXTVS.

De anno probationis, & de pertinenti-
bus ad nouitios, & etiam aliquo
modo ad professos.

HABET SEX CAPITA.

Caput primum, De computatione anni probationis, eius conti-
nuatione, seu continuitate.

Cap. 2. De ijs quibus gaudent nouitij, & in quibus subduntur Præ-
latia.

Cap. 3. De bonorum temporalium nouitij donatione, & dispo-
sitione.

Cap. 4. De hærede bonorum ingredientis Religionem.

Cap. 5. Cui acquirat Religiosus professus.

Cap. 6. De alimentis profitentium.

CAPVT PRIMVM.

De computatione anni nouitiatus, & eius
continuatione, seu continuitate.

HABET SEX QVÆSTIONES.

*Questio prima. Vtrum nouitiatus,
seu probationis annus, debet ef-
se vnus, & continuus?*

Quest. 2. Vtrum, iste annus pro-

*bationis, debeat esse à quintode-
cimo ætatis nouitij anno, vsque
ad decimum sextum?*

Quest. 3. Vtrum, nouitius habens

completos annos ætatis decem & sex, postquam implevit annum probationis, debeat statim admitti ad professionem, aut eijci à Monasterio?

Quæst. 4. *Utrum, si aliquis expleto probationis anno habitum ex sua voluntate dimittat, vel eo priuet illum Religio; vel Prelatus, si alius Prælati ingrediens de nouo: vel ipse qui dimisit, remelius considerata, seu ex specia- libus, vel nouiter cognitis ratio- nibus, uellet illo auuente illum iterum recipere, possitne virtu- te anni probationis transacti, ad- mittere illum ad professionem?*

Quæst. 5. *Utrum, Religiosus pro- fessus iam in vna Religione, possit sine nouo probationis anno, in alia quam eligit profiteri?*

Quæst. 6. *Utrum, in aliquo casu possit quis, non obstante disposi- tione Trident. ante annum pro- bationis completum, professionem emittere?*

QVÆSTIO I.

Utrum nouitiatus, seu probationis an- nus, debeat esse vnus, & continuus.

N. I.
S. Bene-
dicti. pri-
mus insti-
tutor an-
ni noui-
tatus.

Primus (vt creditur) qui hunc an- num probationis introduxit in Religionibus, fuit sanctissimus Patriarcha Benedictus, in ca- pit. 58. suæ regulæ, quod habet pro titulo: *De disciplina suscipiendorum fratrum*, ubi disponitur, quod venienti ad Religionem (quam conuer- sionem nominat) non facilis tribua- tur ingressus, sed quod probetur spiri- tus si ex Deo sit: ex quo id ipsum vni- uersa sumit Ecclesia statuens id, in ca-

pit. Gundifalvus 17. q. 2. & in capit. ad **A** Apost. de regulis: & ultimo, in Triden- tina Synodo, §. 25. de Regularibus cõ- cel. cuius hæc sunt verba: *In quacun- que Religione tam virorum, quam mu- lierum, professio non fiat ante decimum sextum annum ætatis expletum, nec qui minori tempore quam per annum post susceptum habitum in probatione stete- rit, ad professionem admittatur: pro- fessio autem aliter facta, sit nulla.* Cir- ca quam constitutionem, hæc veniunt **B** notanda.

Primò, non posse Religionem, aut nouitium iure suo cedere in hoc. Secundo notandum, annum istum incipe- re à die quo suscepit habitum, secundum consuetudinem illius Religionis: sine habitu enim non datur probationis an- nus. Hoc enim dicunt expressè illa verba, *post susceptum habitum*: & ratio conuincit, quia annus iste, est ad experiendum labores, & pœnalitates Reli- gionis; vna autem illarum est reliquisse splendidum, seu profanum habitum, & portare habitum Religionis, quam pœnalitatem non experiretur, si in suo seculare, & assueti habitu assisteret in nouiatu. Sic tenent Syluest. verbo, Re- ligio, §. q. 5. & communiter omnes.

Notandum tertio, quod hic annus debet esse continuus, secundum ius cõ- mune, quod ait Nauarrus lib. 3. consti- tutionum, titul. de Regulis, constit. 3. fuisse definitum in sacra Pœnitentiaria, & tenent graues Authores, allegati à

D Manuel Rodriguez, tom. 3. quæstionum Regularium, q. 15. artic. 8. Et ratio est, quia si iste annus est ad captandam experi- entiam laborum, & pœnalitatum Ordinis, vt diximus, vna etiam ex gra- uibus, est ista continuatio in obseruan- tijs, & hoc credo esse certum, non ob- stante privilegio Iulij II. concessò mi- noribus, (vt scilicet) Superiores pos- sent dispensare in tali continuatione anni, seu continuitate: quia vt bene ait

E Miranda in suo Directorio, tom. 1. q. 22. artic. 4. hoc privilegium reuocatum est per Concilium Tridentinum, loco citato, quia dicit, continuitatem anni probationis statuere, non obstantibus quibuscunque. Et est de hoc expressa decisio Cardinalium, quæ est 102. per hæc verba: *Congregatio Concilij cen- suit, annum probationis ad emittendam*

cap. Guu
disalvus.
cap ad A
possolicã
Tri. cõc.

N. 2.

Nauarr.

Man. Ro-
drig.

Bul. Iul.
II.

Mirand.

Declar.
Card.

profes-

professionem debere esse continuum, non interpolatum. Item decisione 24. *Congregatio Concilij censuit etiam milites Hierosolymitanos, hodie debere antea quã professionẽ emittãt, per annũ in probatione manere,* postquam eorũ constitutiones quoad hoc ad Concilij Tridentini decreta sunt redactæ, & à Sede Apostolica confirmatæ. Item decisione 199. sic habetur. *Congregatio Concilij censuit Moniales, nullo pacto ad professionem admittẽdas, nisi per annum post susceptum habitum in probatione steterint,* secundum sessionem 25. Concilij, decreto 15. item decis. 121. *Congregatio Concilij censuit, eum qui emisit professionem intra annum, nec deinde emisit tacitam professionem, non manere obligatum ad Religionem, neque in specie, neq; in genere.* Hæc vltimæ decisiones solum loquuntur de integritate anni.

N. 3. Vnde pro ijs sit primã resolutio, post Concilium Trident. necessarium est absolutè, quod præcedat annus integer in nouitiatu Religionis transactus. Est communis, & iuxta Tridentini decreta, & decisiones citatas.

N. 4. Resolutio secunda, annus probationis debet esse continuus, & non interpolatus. Probatur, quia si contingat aliquem dimittere habitum per tempus considerabile, cum animo relinquẽdi illum, sicut si professus dimitteret, esset apostata, & sui instituti desertor iudicaretur: ita si nouitius dimittat, iudicabitur desertor status nouitij, quem habet. Confirmatur ex doctrina superioris nuper adducta; nam cũ annus probationis in Ecclesia institutus sit, vt nouitius vtatur iure suo eligendi statũ perfectum, & perpetuum Religionis, vel dimittendi. Quod adeo est verum, vt etiam quando adimplendo votum simplex Religionis, quod emisit quis si in nouitiatu ex captata experientia, cognoscens statum Religionis non sibi expedire, & suas vires corporales excedere habitum relinquat, nec professionem emittat, voto simplici Religionis satisfecit, & liber manet in seculo, & hæc consistit in necessaria & præcisa probatione, & experientia, quam iudicauit Concilium necessariam: vnde quæcumque detractio temporis aspe-

ritatum, & continuationis, & perseuerantia in anno probationis, defraudat Ecclesiam iocentum, imperfectã, & inefficacem facit probationem: qua ratione dicimus, esse necessarium talem annum, etiam si à Tridentino professio aliter facta non annullaretur.

Difficultas hic potior est, quando & qualiter annus probationis dicatur discontinuari, pro quo sit.

Tertia resolutio, nouitius qui per integrum annum portat habitum in illa Religione dispositum pro nouitij, frequenter intra Monasterium absistit, sub obedientia Prælati Monasterij, & cum subordinatione Magistris, & Præpositis ab illo ei deputatis persistit: quãuis curationis gratia, vel alia causa graui per aliquod tempus illius anni à Monasterio exeat, non dicitur illum annũ probationis discontinuare. Prima pars patet ex dictis, secundam tenet Abbas Junior, dictus Panormitanus, in capit. ex rescripto, de iure iurando; & Abbas antiquus, qui hoc solum nomine appellatur à Iuristis, & intelligitur, quando absolutè dicitur, Abbas, ait similiter, quod vbiicumque fuerit Monachus, modo sit sub obedientia Abbatis, semper intelligitur esse in claustro. Et Nauarrus consil. 7. de Regul. & consil. 42. Miranda 1. tomo directorij, q. 22. artic. 5. & alij asserentes in primis, nullo iure id prohiberi: & quod ille nouitius (vt supponimus) toto nouitiatus anno obedientia Prælati subiectus vbiq; est, & cum degat etiam quando extra Monasterium, & eius clausuram, sub iussu, & manu Prælati, censetur in Monasterio residere, & commorari. Et addit Nauarrus, sic declarasse Congregationem Cardinalium, de quodam Canonico Regulari, qui sex menses præsens in Monasterio, & reliquos sex anni probationis menses in negotijs Monasterij, extra Monasterij claustra consumpserrat: & pluribus rationibus id probat Fr. Ludouicus de Miranda, loco citato: ita tenet Suar. 3. tomo de Religione, lib. 5. cap. 14. & Vincentius de Franch. apud Barbosa, remis. Concilij, impressione Lugd. 1621.

Neque obstat dicere, illum nouitium non habere perfectam experientiam laborum, & asperitatum. Quia res-

N. 5.

Abb. Iun.

Abb. an-
tiq.Na ua.
Mirard.

Suarez.

respondetur, quod quamuis verum sit, quod ad hoc multum conducere talis continua assistentia intra Monasterij claustra, tamen absolute necessarium non est. Et ratione constat: nā nouitius ille qui maiorem animi partem nouitatus, vel probationis, infirmitate grauatus iacet in lecto, vbi nil experitur onerum Religionis, sed exhibitionem charitatis in cibo, & tractatione, quamuis fuerit intra Monasterij claustra, vel in hospitali extra, in domo quam curandorum infirmorum causa habeat, intra Monasteriū aliquod extra mœnia consistens, in quibus casibus in omnium opinione potest professionem emittere, quamuis (vt diximus) dura Religionis non gustauerit, eo ipso quod annum non interpollatum aliās impleuerit. Et experientia hoc frequens docet, & sæpè in nostra Benedictina vidi, & in omnibus sciri obseruari: & videtur esse mens expressa Congregationis Concilij. Magister enim Fr. Petrus Vincentius Marcilla Magister generalis in Congregatione sancti Benedicti Hispaniarum, Primarius Theologiæ Professor in Academia Compostellana, quandiu vixit, pius, & apud omnes ætatis huius graues & illustres viros, vniuersalissimus & eximius Doctor in scholastica, expositiua, morali, & mistica Theologia, de quibus omnibus monumenta pretiosa, (minus cognita, & iactata) reliquit, in libro quem de decretorum sancti Triden. Concilij, edidit in lib. 1. de statu Regularium, titul. 11. cap. 16. sic ait: *Hoc anno probationis durante, si nouitia curanda valetudinis causa, de licentia Superiorum de Monasterio exierit, & postea reseruetur, eodem tempore professionem emittere, ac si nunquam egressa fuisset.* Et quamuis ibi non dicatur ita fuisse decisum, tamen in Prologo illius operis dicit iste Author, se nil afferre ibi, nisi solas decisiones Cardinalium, quantum attinet ad declarationem Concilij. Quamuis Fr. Emanuel Rodriguez tom. 3. questionū Regularium, q. 15. art. 4. dicat, hoc non poni in praxi respectu Monialium. Ratio enim eius non conuincit, quia fundatur in ipsarum clausura, nec probari potest professionem esse nullam.

N. 7.

Quæritur secundò, Vtrum hic an-

nus taliter debeat computari vt Ratim, ac impletus sit, possit nouitius professionem emittere, vt si accepit hoc anno primo die mensis Iunij habitum, eodẽ primo die mensis Iunij anni intrantis possit professionem emittere, absque eo quod expectetur, quod annus, & dies compleantur?

A Respondetur, & sit nostra resolutio: sufficit impleri annum, vt eo ipso die anni sequentis possit quis professionem emittere, absque eo quod annus & dies expectetur. Probatum, quia quamuis in odiosis requiratur annus & dies, tamen in favorabilibus, quale est professionis emissio, annus solus sufficit quod impleatur: hæc est communis opinio. Tenet expressè Miranda in suo Directorio, quæst. 22. art. 3. conclus. 2. Enriquez 2. tomo summa, lib. 13. cap. 14. num. 2. Palacios in 4. dist. 28. q. 1. Emanuel Rodriguez tomo 3. questionum Regularium, q. 15. art. 4.

B Sed quæres vtrum, in anno bisextili duo dies illi pro vno numerari debeant. Respondetur affirmatiuè, & sit resolutio secunda; & ratio est, quia annus iste qui exigitur, politicus est, & computari debet secundum computationem publicam Ecclesiasticam: vnde qui hoc anno die secundo mensis Iunij, sumeret habitum, non iudicaretur compleuisse annum die Iunij primo anni sequentis, quamuis iste annus fuisset bisextilis, & habuisset illum diem additum in mense Februarij, qui anno illo habuisset 29. dies.

QUESTIO II.

Vtrum iste annus probationis debeat esse à quinto decimo ætatis nouitij anno, vsque ad decimum sextum.

C Respondetur, & sit nostra resolutio negando, hoc præcisè requiri, quia neque Conciliū Trident. hoc exigit, neque ius aliud id disponit. solum ad actum professionis sollemnis petit, quod non fiat vsquedum annus decimus sextus impleatur: & sic qui ab anno ætatis suæ tertriodecimo, vel quartodecimo, vsque ad expletionem anni expertus, est labores, & asperitates Religionis, cum

habi-

N. 8.

Mirand.

Palat.
Man. Rodrig.
drig.F. Petr.
Marcill.

Cde. Tr.

N. 9.

habitu, & sub obedientia, (vt dictum est) quamuis postea extra Monasteriū, sit dum tamen non dimisso habitu, & cum licentia, poterit adimpleto decimo sexto ætatis anno, professionem emittere.

Sed dicez hinc sequi, quòd ille qui anno nouitiatus, seu probationis peracto, ex consensu tacito, vel expresso, in vno ex pluribus illis annis, (quos contingit sæpè esse in nobitiatu, nobiles fœminæ, & etiam viri) v. g. assignando pro anno requisito ad probationem, illum qui est ætatis nouitij à duodecimo, ad tertium decimum, quod pos sit pro spatio triū horum annorum, qui mediant inter tredecim & decem & sex habitu dimisso (cum intentione tamen resumendi) & in seculo manere, & adueniente decimo sexto ætatis anno reuerti. Et quod sequitur constat, quia quamuis Concilium statuatur continuationem partium anni nouitiatus inter se, tamen nil dicit de continuatione anni illius, qui est quasi vltima dispositio ad profectendum (scilicet, nouitiatus cū professione.) Hæc difficultas de se maxima est.

Responderetur tamen, quod notabilis discontinuatio probationis, cum professione (quælis esset, si expleto anno assignato ex pacto cum Monasterio, v. g. ille annus qui esset à duodecimo ætatis, vsque ad tertium decimum, habitum, & Monasterium per tres annos dimitteret,) deberet credi, quòd mutasset voluntatem; & licet professio, & annus probationis nullo iure habeant, nec debeant habere, quasi, contiguitatem, debent habere contiguitatem vt conferuent habitudinem illam, quæ reperiri debeat inter dispositionem, & formam, & nullo modo esset dispositio ad habitum, & statum Religionis assumendum, nec subiectum redderet dispositum proximè, vt requiritur ad amplectendos Religionis labores, illa interrupta per multum tempus, & obliuata experientia, sumpta in annis tanto antè præteritis.

QVÆSTIO III.

A Virum, nouitius habens completos annos ætatis decem & sex, postquam impleuit annum probationis, debeat statim admitti ad professionem, aut eijci à Monasterio?

N. 10.

R Espondetur, supponendo Concilium Trident. dicta sessione 25. decreto de Regularibus, cap. 16. circa principium, sic dicere: *Finito tempore nouitiatus, Superiores nouitios, quos habiles inuenerint ad professionem admittant, aut à Monasterio eos eijciant.* Sed hæc verba Concilij non loquuntur de ijs qui non sunt sufficienter instructi, vel sunt infirmi, & ex hac parte sunt inhabiles, quia de ijs alibi disponitur, quòd *ad huc expleto nouitiatus anno in probatione detineantur, vsquedum instruantur in rebus Religionis necessarijs, vel conualescant:* sed loquitur de ijs qui aliàs sunt habiles, qui debent vel admitti ad professionem, vel dimitti: quod innuit Congregatio in decisione facta 29. Julij, anni 1570. sic: *Congregatio censuit, quòd tempus nouitiatus est arbitrarium:* quòd intelligendum est, quòd ad tempus illud quòd sequitur post annum integrum præscriptum probationi. Item decisione 196. *Congregatio Concilij censuit, tempus anni ad emittendam professionem à Concilio præfixum posse arbitrio Superioris prorogari.* Vnde sit nostra resolutio.

N. 11.

Resolutio vnica: causa infirmitatis, & expectatæ idoneitatis potest anno expleto probationis, & decimo sexto ætatis nouitij, eius professio pro congruenti spatio differri, patet ex dictis, & sic tenent omnes, & est in praxi apud fere omnes sacras Religiones. Et probatur, quia si ex probationis tempore, & experientia in illo sumpta resulter, vel Religionem illam in specie, vel in genere, nullam aliam expedientem essetali personæ, quæ in nouitiatu experta est modum talem, & institutum viuendi in communitate, & occupationes, & pœnalitates Religiosorum, suæ inclinationi, & viribus naturalibus non esse compatibles: & è conuerso, si Religio ipsa, Monasterium, & illius Prælati, inep-

ineptum omnino, & incapacem ad disciplinas, & obseruationes Regulares, per annum probationis, nouitium repererint, frustra, & inaniter in Monasterio detinerent, anno nouitiatus expleto. Quando autem ex causa cognita, nempe, infirmitatis, vel quia grauissimis, & maximè expedientibus (Monasterio, vel ipsi) occupationibus præpeditus, ut si eximius Doctor in consultationibus per Conuentum (vel in illius honorem) ab aliquo Principe, vel Tribunali ipsius doctrinæ comissis, parum temporis in studio regulæ, & cœremoniarum, studio mentalis, & vocalis orationis consumpsisset: vnde in ijs, tempore profitendi (vt moris est examinatus) minus instructus reperiretur, tunc certum est, quod professio deberet nõ negari, sed differri pro tempore, ad arbitrium Prælati, & seniorum necessario: nec aliud intendit Trident. citato cap. 16. sessionis 25. imò & hoc constat ex decisionibus, seu explanationibus citatis.

QVÆSTIO III.

Vtrum si aliquis expleto probationis anno, habitum ex sua voluntate dimittat, vel prius illum eo Religio, vel Prælatus, si alius Prælatus ingrediens de nouo, vel ipse qui dimisit, re melius considerata, seu ex specialibus, vel nouiter cognitis rationibus, vellet illo annuente illum iterum recipere, possit ne virtute anni probationis transacti, admittere illum ad professionem?

N. 12.

Respondetur, & sit nostra resolutio, siue sua voluntate, nouitiatus anno dimittat habitum, siue eiiciatur à Superiore, titulo, seu colore deprauatorum morum, vel habitualis, seu caducæ infirmitatis, si parum temporis sine habitu, & extra Monasterium steterit (puta viginti dies, vel mensem) sine noua probatione potest ad professionem admitti: secus dicendum, si interuallum sit multum, v.g. annus. Est communis, & nulli Iuri contraria resolutio, & quoad vtramque partem constat ex dictis, mo-

A Sed maior adhuc est difficultas, si in præfati casu reuertentibus relatis illius Monasterij, nouam receptionem iuste, vel iniuste recurrat ad generalem Prælatum, nouitius qui fuit eiectus, & petat iustitiam sibi ministrari, & Prælatum alicuius alterius compelli, vt (honor, & voluntati pie consulens) illum sine nouo approbationis anno, iterum admittat?

B Respondetur, hoc posse fieri, præcipue compulso Prælato, & Diputatis Monasterij (à quo fuit eiectus) & Secretario Concilij, vt domui, seu Monasterij, vbi tractatur admitti, transferant testimoniam verum scrutiny suffragiorum, & relationis iurata, quam (ex more) fert coram Patribus Concilij, Magister nouitiorum, de convenientia nouitij; informationem de moribus, & natalibus, & si habuerunt reiicientes causam iustam ad illum expellendam. Quorum omnium data copia Generali, & ab ipso transmissa Prælato, & Monasterio quod de nouo eligit, & licentia final, vt (si in suo Concilio, secundum constitutiones) approbetur, dum non resultet defectus inducens nullitatem, poterit sine noua probatione ad professionem admitti.

QVÆSTIO V.

Vtrum Religiosus professus iam in vna Religione possit sine nouo probationis anno, in alia quam eligit, profiteri?

D Respondetur, & est nostra resolutio negatiua, cum non minus indigeat experientia, & gustatione asperitatum, & laborum illius Religionis ad quam transit ille qui in alia diuersa professus est, quam ille qui de nouo intrat in aliam: & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & sic nouum probationis annum debet ducere, non obstante Leonis X. Bulla, quæ non est in vsu, nec fuit recepta.

N. 13.

QVÆSTIO

QVÆSTIO VI.

Vtrum in aliquo casu possit quis, non obstante dispositione Trident. ante annum probationis completum, professionem emittere?

N. 14.

*Bulla
Pij V. &
Gre. 13.*

Miranda

Respondetur, & sit resolutio nostra, posse in articulo mortis, si habeat completum decimum sextum, quãuis annum probationis non expleuerit nouitius, si sit hoc in Religione illa, quæ gaudet priuilegijs mendicantium, & quantum ad forum conscientie sic enim concessit Pius V. Monialibus Dominicanis, vbi duo veniunt notanda, Primum, quod Gregorius Tertius decimus, successor Pij V. abrogauit hoc priuilegium Pij V. & reduxit ad terminos iuris, hæc & omnia in illo contenta, præcipuè ea quæ opponuntur decretis Trid. Concilij.

Notandum secundò, cum P. Fr. Ludouico Miranda Franciscano, nuper citato, tom. 1. quæst. 22. esse probabile solum derogationã hanc factam fuisse,

A non quantum ad forum conscientie, & interius, sed quantum ad exterius forum. Vnde sequitur. Primò, esse saltem probabile dictum priuilegium Pij V. operari in casu mortis nouitij, ante completum probationis annum, quod consequatur, & lucretur indulgentias proficientibus concessas. Sequitur secundò, cum eodem Miranda, & alijs, nullo modo prodesse talem professionem in periculo mortis factam sic, quantum ad forum exterius. Ita scilicet, vt virtute illius præiudicetur heredi, qui legitimus existit ab intestato: nec vt Monasterio adquiratur hereditas, nec renuntiatio aliqua valeat, facta in fauorem Monasterij, vel alterius, nisi ratione testamenti, & hoc secuta morte nouitij testatoris. Si enim superuixerit tempore disposito per idem Concilium, debet facere renuntiationem: & hoc ita intelligendum est, quia Pontificum indulta, gratie, & concessiones, non fiunt in præiudicium, & damnum tertij.

(.?)

CAPVT SECVNDVM.

De computatione anni probationis, eius continuatione, & continuitate.

HABET SEX QVÆSTIONES.

Questio 1. Vtrum nouitius in Religione approbata, in aliquo Ecclesiastico Ordine non constitutus, nec tonsura, gaudeat immunitate fori.

Quest. 2. Vtrum nouitius subiaceat seculari potestati Ecclesiastica, & laica.

Quest. 3. Vtrum nouitius teneatur seruari constitutiones, & statuta,

& precepta regula illius Religionis.

D *Quest. 4. An Prælatus Religionis possit punire nouitios profectibus, ex excessibus in nouitiatu commissis.*

Quest. 5. Vtrum nouitius possit Ecclesiasticos ordines suscipere.

Q. 6. Vtrum nouitius assumi possit ad Prælatum, & dignitatem.

QVÆ

QVÆSTIO I.

Vtrum nouitius Religionis per Sedem Apostolicam approbatus, nec in aliquo Ordine constitutus, nec etiam in prima tonsura, gaudeat immunitate persona Ecclesiastica?

N. 1.

Respondetur, & sit nostra resolutio vnica, gaudere priuilegio fori Ecclesiastici, & fauore Canonis, *Si quis suadente diabolo*, 17. q. 4. & ideo excommunicatus manebit, qui manus violentas in illum iniiceret, licet careat omnibus Ordinibus, & tonsura. Sic in cap. Religioso, de sententia excommunicationis, in 6. non obstante (quod maxime norandum est) quod in hoc citato cap. Religioso, talis nouitius non censetur Religiosus, cuius hæc sunt uerba: *Is qui Religionem ingreditur, Religiosus censeri cum effectu non potest, & potest exire.* & sic asserunt Doctores in dicto cap. Religioso.

QVÆSTIO II.

Vtrum nouitius subiaceat seculari potestati laica, vel Ecclesiastica?

N. 2.

Respondetur, & sit nostra resolutio, quantum attinet ad causas civiles, præcipue si inceptæ fuissent ante habitus susceptionem, probabilius est debere nominare procuratorem, cū facultate assistendi in iudicio, & alijs dependentibus, de quo infra. Quantum uero ad criminales causas, & delicta commissa ante habitus susceptionem, si grauias, & scandalosas sint, & prius iudex secularis Ecclesiasticus cognitionem præuenierit, illum poterit extrahere à nouitiatu puniendum, nisi de hoc sit in aliqua Religione speciale priuilegium. De delictis autem illis, etiam grauibus, quæ nouitius in Religione comiteat, exemptus est à seculari, & à nullo alio quam à Regulari Prælato potest puniri. Sic Ioannes Azorius tom. 1. institutionum moralium, lib. 12. capit. 2.

Azor.

Nauar.

q. 11. Nauarrius conclus. 2. nu. 36.
Dubitari hic potest, an Ordinarius loci possit nouitios excommunicare? Sed respondetur, & sit nostra resolutio

A affirmatiua: Quia ex initio non se extendit ad aliquid amplius, quàm ad procedendum contra eos in contentioso iudicio, ubi hoc intenderunt Pontifices, ut contentiones, & controuersie inter Prælatos seculares & Regulares obuiarentur, dum sese intromittere intendens Episcopus in causis, quæ in inferioribus partibus Monasterij nouitios delinquentes inquirendi, & capiendi causa Monasticus grex perturbaretur, at uero in ijs quæ sine strepitu disponi possunt, & nouitij obedire, quale est in obediendo censuris, siue in generali, siue in particulari impositis nouitij, eo ipso quod ad eorum notitiam competentem adueniat, obtemperare debent.

Intetum Pontificum, eximendi nouitios à Diocessanis.

QVÆSTIO III.

Vtrum nouitius teneatur seruare constitutiones, statuta, & præcepta Regula?

C

Respondetur, & sit nostra resolutio negatiua. Probat, quia legibus Religionis non tenetur nouitius usque dum ad illarum obseruationem per professionem adstringatur, quamuis ratione æconomica gubernationis possit Prælati Monasterij, pro defectibus quæ cognouerit, eum punire nouitium, ut uidebimus statim, nec mirum quod gaudens nouitius fauoribus & gratijs Religionis, subdatur statutis, quia ut uidimus capite præcedenti, hoc est odiosum, fauorabile illud: & fauores sunt, ampliandi, odia restringenda. Tenent communiter Doctores, cum Azor citato in fine præcedentis questionis, num. 10.

N. 3.

Azor.

QVÆSTIO IIII.

An Prælati Religionis possint nouitios pro defectibus, & excessibus in nouitiatu commissis, castigare?

E

Difficultas consistit in hoc, quod uideatur requiri ad legitimam supplicij inflictionem, quod puniens habeat legitimam potestatem gubernationis super illum qui punitur. Potestas autem gubernatiua Prælatorum Regularium

N. 4.

siue,

rium, sicut etiam dominatiua super Regulares subditos, est quam vocant accessoriam, & qua alicui Prælati Regulari accedit, eo quod aliquis voluit per vota essentialia Religionis, se subdere homini illi, scilicet, Prælati talis Ordinis, vel Monasterij, vt suo loco tractabimus, agentes de origine ingenue feruitatis Religiosi, & varia Prælatorum Regularium potestate, in secunda huius operis parte: & cum nouitius non emiserit talem solemnem professionem essentialium vtorum, paupertatis, continentie, & obedientie, non videtur quod Prælati super illam habet competentem, & necessariam potestatem: nihilominus.

Respondetur, & sit nostra resolutio prima. Potest æconomica, & patris potestate vtens Prælati Regularis, punire excessus, & defectus leues suorum nouitiorum, & defectus, aut delicta grauia, politica potestate, & iurisdictione horum terminorum; intelligentiam trademus suo loco ex professo. Interim probatur nostra resolutio, & quoad primam partem ex ijs quæ diximus, qualiter nouitius qui habitum petit, & ingressum in Monasterio, non solum virtualiter, & implicite, sed explicitè, & formaliter amplectitur subijci Monasterij Prælati, & Magistris, & ipsorum Pedagogio, & gubernationi. Talis enim subiecto proponitur acceptanda tempore admissionis, & receptionis ad habitum, & intrandum in nouitiatu, & probatione. Quoad secundam probatur, quia cum hoc sit inexcusabile, nec possit talis homo in nouitiatu Religionis constitutus, carere aliquo legitimo iudice, cuius vindictam debeat formidare, & cauere; & in Religionibus approbatis per ipsarum mutuum priuilegiorum communicationem cognitio delictorum quorumcunque, quæ nouitius committat, exempta, & interdita est quibuscumque iudicibus secularibus, profanis, seu Ecclesiasticis, & hoc non latet nouitios; certum est, quod pacto, saltem implicite, conueniunt cum Monasterio, & Prælati illius, quod volunt subijci in omnigenere delicti, seu defectus quod contin-

gat committere, correctioni, & punitioni congruenti.

Difficultas maior est, An possit Prælati Regularis censuris Ecclesiasticis nouitios ligare. Respondetur, & sit secunda resolutio negatiua, & constat. Quia ad pœnam subiiciendam corporalem, sufficit quod voluntariè quis se tradit, ex illo 1. Petri 2. *Tradebat autem iudicanti se iniuste*, id est, sine causa, & legitima potestate: vnde oritur præcipua iniusticia ad pœnam subiiciendam spirituales, qualis est excommunicatio, requiritur legitima potestas dignitatis, seu officij, cuius virtute quis excommunicetur, ad quod non potest ipse excommunicatus tribuere iudicio suo, voluntate, & electione, facultatem,

N. 5.

1. epist. Petri 2.

QVÆSTIO V.

Verum nouitius possit Ordines Ecclesiasticos suscipere.

Respondetur negatiuè, & ratio est manifesta. Quia secundum dispositionem iurium, & rationem, nullus Ecclesiasticæ militie, imò nec profane, adscribi potest, qui statum, & ratione vitæ cognitum in Republica non habeat: quare cum non habeat nouitius rationem secularis, nec domicilium, aut viciniam in Republica, nec comprehendatur in collectis tributorum, distributionibus, aut publicis oneribus, nec seculari potestati, vt vidimus subiaceat, non secularis persona iudicatur. Et ex alia parte, cum nec Religiosus in iuribus allatis in hoc cap. quæst. 1. ex cap. Religioso, de sententia excommunicationis, censeatur absolutè, & permanentè, sed tantum commutabiliter, vt dicunt super hunc textum Autho. es: vnde nouitius dum talis est, non potest Ecclesiasticos Ordines accipere. Nobiscum tenet Syluester, verbo, Religio, 5. quæst. 10. quam probat per caput Monast. 19. quæst. 3. & auctoritate Raymundi, & aliorum multorum.

N. 6.

Syluest.

QVÆSTIO VI.

Virum nouitius possit ad dignitates, & Prelaturas assummi.

N.7.

Responderetur, & sit nostra resolutio cum distinctione: negando de dignitatibus, & officijs Religionis. Et de Episcopatu, & alia seculari dignitate, concedendo. Et melius, quod sicut ad Episcopatum, & nouitij, & professis, imo & quibuscunque secularibus personis, requiruntur Bullæ summi Pontificis instituentis, suppletes defectus, & habilitantes sibi præsentatas personas: (si quomodolibet inhabiles existant) ita ad dignitatem secularem, Episcopatum, vel aliam, Bullæ Pontificis deberent expediri, & illis mediantibus, nouitius & habilitaretur, & institueretur: & idem esset si ad dignitatem Regularem nouitius eligeretur: Quod quidem, quamuis haberet prohibitionem Trident. ses. 25. de Regul. cap. summus Pontifex dispensaret, & forsitan non esse contentos nouitios alicuius Religionis in illa inhabilitate, & cū aliquo modo sint Religiosi illius (vt explicauimus) non esset absolutè contra Concilium disponens, quod regantur per Religiosos eiusdem Ordinis Monasteria: cū aliquo modo nouitius talis sit (vt diximus) sed securius esset exigere declarationem Congregationis Card. aut dispensationem Pontificis, si ita expediens esset persona nouitij, vt regimen Monasterij assumeret, vt vel in eo anni probationis integritas breuiaretur, aut aliàs decretum dictum non obstarret. Et quia casus metaphysicus videtur, quod tanta sit necessitas in com-

Trident.

Amunitione (quæ vt supponitur, & videtur dum habet numerum Religiosorum sufficientem, vt nouitij recipiantur) quod nullus ex professis sufficiens reperiarur ad suscipiendum Monasterij gubernaculum, nec excusetur absintia, & consiliū nouitij (vt supponimus) doctissimi, expertissimi, vt Monasterium gubernetur, dicta sufficiunt.

N.8.

BEt resolutio nostra probatur, quoad secundam partem de dignitatibus secularibus Episcopatus, & similia, de se patet. Et quoad primam, de dignitatibus Religionis, constat ex cap. nullus, de electionibus, in 6. vbi irritatur talis electio. Vbi notandum, quod ad omnia officia, & munera Monasterij, quæ potius exercitium habent, seu in ministrando consistunt, habiles sunt nouitij: vnde Confessores possunt nominari, Cantores, Præceptores Grammaticæ & economi, & celerarij, & in similibus constitui possunt.

Difficultas non minima hinc oritur, si habens Beneficium Ecclesiasticum, cui annexum est ius eligendi, si hoc potest præstare nouitius. Sed de hoc infra.

De habitu quo incidere debent nouitij, hic tractari solet, de quo certum est debere vti habitu distincto à seculari habitu: nam in habitu seculari, & dum hoc non exuunt, non habentur nouitij, nec quòd annum probationis inceperint.

N.9.

Qualis autem iste habitus debeat esse, & qua materia, aut panno, forma, & colore, non est aliquid in iure dispositum, nam in hoc attenduntur singularum Religionum leges, & statuta.

(.)

CAPVT TERTIVM.

De bonorum nouitij temporalium, donatione, & dispositione.

HABET 12. QVÆSTIONES.

Questio I. *Verum Ecclesiastica**Concilij Tridentini dispositio*

DES

- nes valeant circa bona, & res profanas, & possint annullare obligationes, & renuntiationes qua fuerint firmata iuramento?
- Quest. 2.** Virum donatio inter vivos iurata, & per ipsam translata res ante ingressum Religionis, vel professionis, valeat?
- Quest. 3.** Circa conditionem Concilij, quod donatio fiat intra duos menses. Dubitatur, an facta ante sub conditione, quod valeat sequuta professione, & non aliter: valeat professione sequuta, id est, impleta conditione?
- Quest. 4.** Utrum si renuntiatio facta ante hos duos menses Concilij, valeat, si novitius ligatus antea existeret voto simplici.
- Quest. 5.** Virum donatio ante duos menses facta & iurata, adhuc valeat anteaquam novitius professionem emitat?
- Quest. 6.** Utrum facta donatione legitime, & rite, valeat si novitius moriatur ante professionem?
- Quest. 7.** Utrum sufficiat ad renuntiationem faciendam, licentia Pralati Regularis illius Monasterij, vel totius Congregationis, aut Ordinis: vel requiratur etiam licentia Ordinarij, aut Vicarij loci?
- Q. 8.** Virum in dictis verbis Concilij, scilicet, nulla quoque renuntiatio, &c. prohibeatur novitio facere testamentum?
- Quest. 9.** Qua solemnitas requiratur in testamento novitij, vel volentis ingredi in Religionem, in casu quo testamentum, & non donationem sit conditurus?
- Quest. 10.** Virum testamentum factum annulletur per professionem antea factam?
- Quest. 11.** An novitius qui ante duos menses anni legalis, sed paulo ante professionem (quam anticipat ob periculum mortis) fecit donationem, vel testamentum, possit si conualeat revocare?
- Quest. 12.** Utrum quando renuntiatione bonorum, legitime, & tempore prescripto facta ab aliquo, mutat propositum, & eligit non profiteri, valeat adhuc donatio, quamvis qui illam fecit maneat orbatus bonis?



Ira hoc tria disponit Trident. ses. 25. de Regularib. cap. 16. Primum, quomodo debeat fieri renuntiatio bonorum. Secundum, ut pro anno pro-

bat'ionis possit Monasterium aliquid accipere de bonis novitij, pro eius victu, & vestitu. Tertium, ut nil amplius de bonis novitij ante professionem detur Monasterio. Verba Concilij, ut ea sepius reperamus, hæc sunt: Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in favorem cuiuscunque cause pie, valeant, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat, intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias

N. 1.

Trident.

intelligatur sortiri effectum suum, nisi secuta professione, aliter vero facta, etiam si eum huius favoris expressa renuntiatione etiam iurata, sit irrita, & nullus effectus. Et statim. Sed nec ante professionem, excepto victu, & vestitu nouitij, vel nouitie, illius temporis quo in probatione est, quocumque prætenu a parentibus, vel propinquis, aut Curatoribus eius, Monasterio, aliquid ex bonis eiusdem tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat quod totam, vel maiorem partem substantie sue Monasterium possideat, nec facile si discesserit, id recuperare possit. Quin potius præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc illo modo fiat, & ut ab iuribus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant, quod ut rectè fiat Episcopus, etiã per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, cõpellat. Hæc omnia statuta Concilij eo tendunt, ne nouitij cõtra propriã voluntatè profiteri cogantur: eo quod egestate oppressi per supra dictã alienationem, vel defectum bonorũ in seculo manere, nõ possint. Hæc Cõcilium, & singula sigillatim declarabimus. Vnde est.

QUESTIO I.

Verum Ecclesiastica Concilij sacri dispositiones valeant, circa bona, & res profanas, & possint annullare obligationes, & renuntiationes quæ sunt firmatæ iuramento?

N. 2. **R**espondetur, & sit prima resolutio circa primam partem. Dispositio rerum, & bonorum profanorum, & laicorum, quæ habent respectum ad spiritualia, potest à potestate Ecclesiastica fieri, & modus in dispositionibus talibus, & ordo seruandus, potest à sancto Concilio describi. Hanc tenent omnes communiter, cum Nauarro in cap. nouit, num. 196. notabili 3. Secus autem esset, si sine ordine ad spiritualia sint. Et consequenter Molina Theologus 2. 2. titul. 2. distin. 139. litter. D. ait, quod Concilium in hoc cap. 16. huius sessionis 25. solum prohibet donationes illas quæ sunt intuitu ingressus Religionis, quia ea ratione quam diximus, possunt bono spirituali nocere, id

*Nauar.
Molina
Theol.*

A est, libertati requisitæ ad assumendum statum Religionis; nam si quis faciat huiusmodi donationes, seu renuntiationes, antequam de ingrediendo in Religionem aliquid cogitaret, illæ renuntiationes essent omnino seculares; & de ijs Concilium non disponit, sed de illis tantum, quæ intuitu Religionis fiunt, & has aliter factas quam disponit, annullat.

B Sed dices, hanc distinctionem poni gratis, nam Concilium nullo modo videtur loqui de renuntiationibus quæ fiunt in seculo, neque de ijs quæ fiunt à volentibus Religionem intrare, quæ de ijs nõ ad illud attineat disponere, vt pote profana merè: quod videtur iudicari rursus: nam solũ videtur loqui de personis, & rebus purè Regularibus, cū dictum cap. 16. ponatur sub rubrica, & titulo de Regularibus, & lex explicatur ex rubrica sub qua collocatur, vt probat in generali Molina libro 1. de primogenijs, cap. 12. nu. 18. cum Glossa, Bald. & Alexand. & deinde, quia dictum Concilium in cap. præcedenti, id est 15. egit de nouitijs ingressis Religionem, & statim consequenter ad illud cap. quod est 15. in hoc cap. de quo agim⁹, quod est 16. incipit sic: *Nulla quoque renuntiatio, &c.* vbi illud verbũ, seu aduerbiũ, quoque, coniunctiua dictio est, referens, & vniens materiam huius capituli cum materia præcedentis.

C Respondetur, nihilominus hic in hoc 16. cap. loqui de renuntiationibus nouitiorum, vt pote de renuntiationibus profanis, sed in ordine ad spiritualia: & hoc constat, nam etiam loquitur de personis ipsis Religionem ingredi volentibus; agitur enim de puellis quæ habitum suscipere volunt, ne ante examen suscipiantur: & hinc constat etiã quod titulus totius huius decreti quod de Regularibus, & de Monialibus est, non solum de ijs qui verè & absolute sunt Religiosi, sed de ijs qui ex intentu ad Religionem pertinent, loquitur.

E Maior difficultas est de secunda parte questionis, quomodo si renuntiatio iurata fuerit, possit à Concilio annullari cū sanctitas iuramenti sit de iure diuino, & talis obligatio adimplendi iuramentum, nihilominus sit.

Secunda resolutio, etiam si sit iurata dona-

N. 3.

*Molina
Iurista.
Baldus.
Alexan.*

donatio, potuit à Concilio annullari. Probatum, quia quamuis ius civile non possit iuramentum annullare, tamen ius Canonicum potest, & potest etiam tollere omnem obligationem contractus, tam civilem, quam naturalem, ex iuramento; vt resoluit Manuel Rodriguez, tom. 2. quæstionum Regul. q. 47. art. 9.

QVÆSTIO II.

*Verum si donatio esset inter vivos, & B
iurata, & eius virtute statim ante in-
gressum Religionis, vel ante professionem,
talit res donaretur, & eius do-
minium transferretur in
alium, valeret?*

N. 5.

Ratio dubij est, nam cum talis donatio non sit renuntiatio, nec obligatio, de quibus solū videtur loqui Concilium, non videtur fuisse prohibita. Sic nihilominus nostra resolutio.

Talis donatio est contra intentionem Concilij, imò & in fraudem ipsius, sicut & alie similes, & sic esse inualidas, tenet Navarra lib. 3. consiliorum de Regul. consil. 82. & alij graues Authores; vt ait Fr. Ludonicus Mirand. 1. tom. q. 23. art. 3. conclus. 1. & probatur: nam *lex poenalis extendi debet ad casum similem, ad quem si non extenderetur, intentio legislatoris omnino frustraretur*, quod abhorrent iura, iuxta textum in cap. si ciuitas, de sententia excommunicationis, lib. 5. & cap. 2. de usuris, eodem lib. iuncta Glossa, verbo, *testamentum facta*. Sed si præfatum decretum Concilij non extenderetur ad casum propositum, ipsius intentio ibi declarata omnino fraudaretur, cum nouitij cogereatur profiteri propter paupertatem: ergo, &c.

N. 6.

Et ad rationem dubitandi, respondetur: Quod quamuis Concilium loquatur solum de obligatione, & renuntiatione solum expressè; implicite tamè, & ex intentu (vt constat) loquitur de omnibus alienationibus bonorum, quæ obstant eius intentioni, vt eumque nominentur, & pallientur. Sic Molina Theologus 2. 2. tractatu 139. & posset dici non esse absolutè odiosam, nec poenalem huiusmodi legem Concilij,

QVÆSTIO III.

A Circa illam conditionem Concilij, quod renuntiatio debeat fieri intra duos menses proximos professionis?

Dubitarum, an renuntiatio facta ante illos duos menses, si fieret sub conditione quod professio sequatur, & non aliter, valeat talis donatio, vel renuntiatio, conditione impleta?

(N. 7)

Respondetur, & sit resolutio prima: taliter facta renuntiatio, valida est. Tenent plurimi Doctores, Manuel Rod. tom. 2. quæstionum Regul. q. 47. art. 10. quamuis sup. art. 8. in fine, asseruerit contrarium, & hanc dicit tenere Moia, Solis, & Pincia Valdes, Doctorem, & professorem eximium, & scilicet in doctrina in illa Pinciana insigni Academia, Senatorem Granatensem, & non minus scilicet in successione, cum genuerit filium similem sibi, dominus donator Antoniù de Valdes, qui hoc anno quo hæc conscribitur 1637. est supremi Concilij Senatus, transactis Galecia, Granate, Vallisoleti, Regalibus Audiencijs, officijs Iudicis eximij, & immediate Iudicis criminalium causarum (dicitur de Casa y Corte.) Illius ergo Pater Doctor Didacus de Valdes, nostram docuit opinionem, cum Couar. in cap. *quamuis pæf.* 1. p. 5. 3. nu. 7. & ita iudicatum fuisse in Prætorijs; & addit Man. Rod. sic declarasse dominos Cardinales, reformatione 2. die Octobris, anni 1563. vt refert Paraselus in suo compendio priuilegiorum. Et probatur, quia cum tali conditione renuntiatio honorum à nouitio facta, & professione secuta, nõ est contra intentionem, imò conformis intentioni Concilij: quod (vt diximus) solum intendit præuidere de libera omnino electione status Religionis, & professionis, & quod nullo modo sit coacta, qualis videtur esse, si traditis per renuntiationem, vel donationem, aut alibi eiusdem effectus transactionem bonis, Monasterio, aut alio propinquo, aut amico, propter paupertatem Religionem intraret, & profiteretur. Quod non sequitur, si talis conditio apponatur, quod solum ueleret renuntiatio, si professio sequeretur, & non aliter. Confirmatur, quia in hoc conueniunt etiam Authores contrariæ sententiæ, &

Manuel Rod.

Moia Solis Valdes

C Antoniù de Valdes, qui hoc anno quo hæc conscribitur 1637. est supremi Concilij Senatus, transactis Galecia, Granate, Vallisoleti, Regalibus Audiencijs, officijs Iudicis eximij, & immediate Iudicis criminalium causarum (dicitur de Casa y Corte.) Illius ergo Pater Doctor Didacus de Valdes, nostram docuit opinionem, cum Couar. in cap. *quamuis pæf.* 1. p. 5. 3. nu. 7. & ita iudicatum fuisse in Prætorijs; & addit Man. Rod. sic declarasse dominos Cardinales, reformatione 2. die Octobris, anni 1563. vt refert Paraselus in suo compendio priuilegiorum. Et probatur, quia cum tali conditione renuntiatio honorum à nouitio facta, & professione secuta, nõ est contra intentionem, imò conformis intentioni Concilij: quod (vt diximus) solum intendit præuidere de libera omnino electione status Religionis, & professionis, & quod nullo modo sit coacta, qualis videtur esse, si traditis per renuntiationem, vel donationem, aut alibi eiusdem effectus transactionem bonis, Monasterio, aut alio propinquo, aut amico, propter paupertatem Religionem intraret, & profiteretur. Quod non sequitur, si talis conditio apponatur, quod solum ueleret renuntiatio, si professio sequeretur, & non aliter. Confirmatur, quia in hoc conueniunt etiam Authores contrariæ sententiæ, &

Couar.

M. Rod.

Parasel.

D sic declarasse dominos Cardinales, reformatione 2. die Octobris, anni 1563. vt refert Paraselus in suo compendio priuilegiorum. Et probatur, quia cum tali conditione renuntiatio honorum à nouitio facta, & professione secuta, nõ est contra intentionem, imò conformis intentioni Concilij: quod (vt diximus) solum intendit præuidere de libera omnino electione status Religionis, & professionis, & quod nullo modo sit coacta, qualis videtur esse, si traditis per renuntiationem, vel donationem, aut alibi eiusdem effectus transactionem bonis, Monasterio, aut alio propinquo, aut amico, propter paupertatem Religionem intraret, & profiteretur. Quod non sequitur, si talis conditio apponatur, quod solum ueleret renuntiatio, si professio sequeretur, & non aliter. Confirmatur, quia in hoc conueniunt etiam Authores contrariæ sententiæ, &

N 3

est

01. M

01. M

Navar.

Mirand.

Text. in e. si ciuit. Regul. ad cognoscendum quãdo constitutio, & lex poenalis, debeat extendi.

Molina Theol.

est communis omnium opinio, quod donatio facta per testamentum, est valida, etiam si fiat ante illos duos menses à Concilio assignatos. Et ratio est, & quam assignant Authores, quia per testamentum non remanet novitius spoliatus bonis sic, ut per hoc cogatur profiteri, nam si eligat non profiteri, cum suis bonis manet, & solum manent transacta, si profiteatur, vel moriatur: quæ ut constat, est mens Concilij, & hoc idem reperitur in donatione, cum dicta conditione facta.

Secunda resolutio, probabile est talem renuntiationem etiam cum dicta conditione factam, esse nullam, tenet Miranda l. tomo. q. 23. art. 3. conclusionem r. Ioannes Gutierrez in cap. quavis part. n. pagina 472. Nauarrus lib. 3. consiliorum, de Regular. consil. 82. & probat iste Doctor sic: Nam iuxta legem, non aliter ff. de legatis 3. & capit. tua de sponsalibus, à propria verborum significatione & legislatoris dispositione non est discedendum sine causa, & sine solido fundamento; sed Concilium annullat expressè omnem renuntiationem aliter factam, id est, sine forma & modo ibi assignatis: ergo, &c. Secundò potest probari ex capite cum dilecta, de rescriptis, ubi disponitur: *Quod non valeat actus factus contra formam substantialem, à lege prescriptam.* Imò verò in capite prudentiam, de officio delegati, statuitur: *quod non valeat actus factus præter formam substantialem.* Tales verò renuntiationes, non solum præter, sed contra formam substantialem, fiunt. Circa hoc tria disponit Tridentinum, ut dictum est supra.

Qui verò primam resolutionem amplectens rationibus Nauarri, & locis Iuris in hac secunda resolutione pro illa adductis velit satisfacere, responderet dicendo, quòd Concilium solum disponit modum renuntiationum, vel donationum quæ valerent, etiam non emissa professione, quia ad ipsius intentum hoc solum requirebatur, scilicet, ne quis spoliatus suis bonis cogereatur inuitis profiteri, propter indigentiam bonorum.

QUESTIO III.

A *Vtrum renuntiatio facta ante illos duos menses prescriptos à Concilio valeat, si ligatus antea existat novitius voto Religionis simplicis?*

R Esponderetur, & sit resolutio unica, talis renuntiatio facta contra dispositionem Concilij, est nulla. Probat ex doctrina Nauarri, lib. 3. consiliorum, & ex cap. tua de sponsalibus, ex l. non aliter, ff. de legatis, & ex cap. cum dilecta, de rescriptis, citatis quæst. præcedenti, pro resolutione secunda, ubi disponitur, quòd non valeat actus factus contra formam substantialem à lege prescriptam, imò & ex cap. prudentiam tuam, de officio delegati; non solum inualidus declaratur actus contra formam legis factus, sed & ille qui propter formam fit.

C Quod si dicas (& est difficultas huius quæstionis) talis donatio, seu renuntiatio non est contra intentionem Concilij, ergo valida erit, quamvis non sit conformis formæ. Antecedens probatur, quia intentum Concilij est, ut non emittat quis professionem solemnem, fame, aut egestate oppressus, eò quòd videat se sua donatione (quam fecit) spoliatum bonis, quæ forsan si sciret non transulisse realiter, non profiteretur; sed ille qui se sentit ligatum voto simplici Religionis, iam hanc liberam facultatem eligendi statum Religionis non habet, cum votum etiam simplex sit perpetuum, & à nullo præter Pontificem summum reuocabile: ergo talis renuntiatio valida est.

E Responderetur, non saluari in hoc casu intentionem Concilij de libera professione: tum quia votum simplex Religionis est dispensabile, saltem à Papa, cum rationabili causa, & cum hac spe forsitan, si renuntiationem suam inualidam cognoscat, novitius dimittet habitum Religionis quem habet (si experientia compererit, sibi non esse, aut possibile, aut expediens.) Tum (& est potissima solutio) ut diximus supra tractatu r. qui voto simplici Religionis ligatus, si habitum sumat; imò &

N. 10.

Nauar.
c. tua de
sponsal.

N. 11.

cum

com voto profitendi, si sumpto habitu, & tentatis viribus probata difficultate status Religiosi, & ex noticia sumpta, quod sibi expediat, relinquat habitum, liber manet, & votum iam impleuit. Vide ibi. Quare si tunc cautione Concilij (quod suam donationem inuvalidabit) non tueretur, ob paupertatem, cogereetur profiteri?

QVÆSTIO V.

Vtrum donatio facta intra etiam duos menses præscriptos à Concilio, & iurata, teneat antequam nouitius faciat professionem?

N. 12. **R**espondetur negatiuè, quia iuramentum firmat obligationem, & compellit ad executionem eorū, quæ ex lege iustitiæ, aut alio titulo, obligant.

QVÆSTIO VI.

Vtrum facta donatio etiam legitimè à nouitio, valeat si moriatur ante professionem?

N. 13. **R**espondetur, & sit nostra resolutio negatiua, & probatur. Primò, quia est contra intentionem Concilij, quod expressè ait, quòd donatio quam disponit, non valet nisi professione secuta: vnde si nouitius postquam fecit donationem, & antequam faceret professionem, moriatur, donatio nõ valet: quia Concilium dicit, *quòd non valeat nisi sequuta professione*: & non dicit, nisi sequuta morte. Et ratione probatur, quia nimis durum videretur prouari nouitium proximum morti, libertate restandi, aliter enim disponderet de suis bonis moriturus; quam professurus, & non ita sacrificia, & Missas pro satisfactione suorum peccatorum disponderet. Confirmatur denique, quia (vt refert Paraselus in compendio priuilegiarum Minorum) extat de hoc declaratio Cardinalium in terminis: *Quòd si nouitius ante professionem moriatur, donatio non pertinet ei cui facta est, sed succedentibus alijs ex testamento, vel ab intestato*. Ita Manuel Rodriguez to-

Parasel. in copen.

Declaratio Card.

Man. Ro drig.

A mo 2. quæstionum regular. q. 47. art. 12. Hinc resultat secunda resolutio pro germana, & simillima difficultate. An valeat donatio facta iuxta formam à Concilio dispositam intra duos menses professionis, si contingat professionem factam, & secutam quidem, esse nullam ex aliqua causa. Dicimus enim, nullo modo dictam renuntiationem, vel donationem esse validam, propter rationes adductas.

QVÆSTIO VII.

Vtrum sufficiat ad dictam renuntiationem faciendum, licentia Prælati Regularis illius Monasterij specialis, vel totius Religionis, aut requiratur etiam quòd talem licentiam concedat Episcopus, vel eius Prouisor, seu Vicarius?

N. 14. **C** **R**espondetur notando, quòd huiusmodi difficultates de validitate donationum, quæ nouitij faciunt, ita praxis tabellionum assilientium, & Iurisconsultorum, sic cauet nostris temporibus; & disponunt, quod ex defectu præuentionum, & insertionum licentiarum, & aliorum requisitorum ferè, nunquam inualidentur: imò & ex hac parte præ nimia affectione suspectæ, reddantur: vnde in pluribus quantum notitiã habui, semper inferi vidi, quod donans, seu renuntians, sic disponit de suis assignatis bonis in fauorem tertij, propinqui, seu Monasterij, vt eius intentio dicatur esse quòd valeat per donationem perfectam, renuntiationem, seu in vim testamenti, & omni meliori forma & modo. Quo supposito sit.

Resolutio nostra ad validitatẽ talis donationis, requirit licentiam Episcopi, seu eius officialis, & Vicarij, seu Prælati illius Ecclesiastici, habentis iurisdictionem Ecclesiasticam ordinariã, plenam in omni genere causarum, super omnes Ecclesiasticos, & seculares oppidi, seu vbi Monasterium tale nouitij contingat existeret; non autem sufficit ad validitatem talis donationis irreuocabilis, (de qua semper loquimur in hoc capite) licentia Prælati Regularis.

Probatum quoad vtramque partem, quia

N. 15.

quia Concilium loquens dicto c. 15. & 16. huius sessionis 25. de ingressu Monialium, dicit sufficere licentiam Episcopi, scilicet, in Monasterijs ipsi subiectis, vel Superioris, scilicet in suis Monasterijs; at verò loquens de donationibus, dicit: dandam esse licentiam ab Episcopo, aut eius Vicario, nulla facta mentione Superioris Regularis.

Ex quibus, & litera Concilij, sequitur hanc formam & modum donationis esse servandam, non solum in novitijs qui habent decem & sex annos, sed & in illis qui hos excedant annos, expressè enim constat ex verbis Concilij, quòd de omni renuntiatione loquitur, dum dicit absolatè, *nulla quoque renuntiatio.*

An verò, hæc constitutio Concilij intelligenda sit de renuntiationibus novitiolorum Societatis Iesu?

Negativa pars videtur fuisse declarata à Congregatione, & contineri inquam decisione Perusina, decis. 7. num. 16. & ait Manuel Rodriguez Doctorem Solis, ita decrevisse cum consilio gratissimorum Authorum, & Doctorum in quadam causa gravi, & probant ex dicto loco Concilij, capit. 16. cuius sunt expressa verba: *Per hac tamen sancta Synodus non intendit aliquod innovare, aut prohibere, quin Religio Clericorum Societatis Iesu, iuxta primum eorum institutum à sacra Sede Apostolica approbatum, Domino, & eius Ecclesia inseruire possint.* Hæc Concilium: quæ clausulâ extendi debere dicunt, non solum ad apposita in illo capite, sed etiam in alijs, de quo vide Molinâ 22. titul. 2. disput. 139. ubi plures refert Authores pro hac opinione, & ibi de constitutionibus

QVÆSTIO VIII.

Vtrum in dictis verbis Concilij, nulla quoque renuntiatio, prohibeatur novitio facere testamentum; seu testamentum intelligatur ibi sub nomine illius renuntiationis?

N. 17. **R**espondetur, & sit nostra resolutio negativa, cum Navarro in cap. nò dicatis, 12. q. 1. num. 30. & cum Ioanne Azor lib. 12. cap. 2. Miranda

1. tomo, q. 23. art. 3. conclus. 1. Manuel Rodriguez tomo 2. questionum Regularium, q. 47. art. 10. & alijs, qui omnes asserunt, novitium posse concedere testamentum, vel postquam iam sumpsit habitum Religionis, vel antequam habitum sumpserit, & pro quolibet tempore anni probationis, siue ante duos menses professionis, vel plures. Probatur, quia iure antiquo solum prohibent facere testamentum Religiosis iam professis. Concilium autem Trid.

B quòd de novitijs non professis loquitur, solum loquitur de donationibus irrevocabilibus (dictis inter vivos) quæ semel factæ si valida essent, cogereant novitium (etiam novitum) profiteri propter paupertatem, quia in sæculo manere non potest ob carèriam bonorum. At verò, hæc ratio non militat in testamento, quia testamentum revocabile est, nec tenet ante professionem, aut mortem naturalem: unde non prohibetur à Concilio, quia ex illo in quocunque tempore factò, non sequitur inconueniens, quòd intendit prævenire Concilium.

Vbi nota cum Molina citato in fine questionis præcedentis, nec hæc intelligenda cum Patribus Societatis Iesu, propter rationem allatam ibi.

Molina
Theol.

QVÆSTIO IX.

D *Qua solemnitas requiratur in testamento novitij, vel volentis intrare Religionem?*

Respondetur, & sit nostra resolutio, sufficere illam quæ requiritur in testamento militis, quia cõcidendum est Regulari, qui miles est cœlestis, seu spiritualis militiæ, quòd conceditur militi seculari: sic Azor lib. 12. cap. 2. sed dicendum est cum Navarro, in cap. non dicatis, nu. 84. & alijs quos citat cum Molina ubi supr. qui ait non absolutè dici posse sufficere illam, sed solemnitatem sufficientem ad testamentum Clerici, qualis est quam assignat 22. titul. disp.

Azor.
Navar.

133.

.

QVÆ

QVÆSTIO X.

*Vtrum testamentum factum annulletur
per professionem postea factam in Mo-
nasterio capaci hereditarij, seu illius
Ordinis, cui licet habere bona,
& possessiones in com-
muni?*

N. 19.

Respondetur distinguendo: aut enim, qui testamentum condidit, cogitauit de ingressu in Religionem, & in ordine ad eum fecit testamentum, quod non faceret nisi Religiosus fieri statuisset; aut de hoc nil cogitauit, sed fecit testamentum sine intentione aliqua ingrediendi Religionem.

Quo supposito, dico, & sit prima resolutio: si testans cogitauit de ingressu Religionis, vel iam nouitius erat, tenet testamentum, etiamsi nihil suorum bonorum Monasterio relinquat.

Est communis opinio Doctorum, Bartoli, Panormitani, & aliorum, quos refert, & sequitur Nauarrus in cap. *non dicatis*, num. 81. & 83. Conarruias cap. 2. de testamentis, num. 41. Molina Inusta lib. 2. de primogenitur. cap. 9. num. 49. Iul. Clar. §. *testamentum*, qu. 28. Molina Theologus tenet etiam 2. 2. titul. 2. disput. 139. & alij. Et probatur, quoniam quamuis secundum Iuris dispositionem, testamentum prius factum rumpi debeat hâcinitate filij, & Monasterium loco filij habeatur, comparatione eius qui profitetur, ut patet in authentica *nisi rogati*, cap. ad Treba. & c. in presentia, de probationibus; non tamen habetur loco filij, nisi in casibus expressis in iure, quale non est de quo agimus, ad inuolidandum testamentum. Probatur deinde, quia ut habetur expressè in authentica *nunc autè*, cap. *de Episcopis, & Clericis*, bona profitentis Religionem fiunt Monasterij, nisi prius fuisset testatus ad alia, tunc enim non pertinet. Quod quidem dicit absque vlla restrictione. Denique probatur, quia integrum est cuiusque disponere de suis bonis irrevocabiliter, ut libuerit ante ingressum Religionis, cum hoc nullo iure prohibeatur, & sit verè & absolutè illorum domus.

N. 20.

Pro secunda resolutione est sup-

Aponendum in secundo casu, scilicet, quando testans nil cogitauit de ingressu Religionis, quod multum debet per coniecturas iudicari de voluntate conseruandi, vel reuocandi tempore professionis testamentum antea factum. Nam in primis, si ingressu Monasterij dixit forsan, omnia sua bona velle Monasterio, videtur mutasse voluntatem. Secundò, si multo ante ingressum Religionis fuerat testamentum factum, ita ut oblitum, & è memoria lapsum, possit iudicari, tunc ingrediens Religionem ut oblitus, & in ea professionem emittens sine aliqua vollo modo mentione facta talis multo ante facti testamenti, videtur illius nolle executione, & quod omnia sua bona hereditet Monasterium, quod suam personam suscipit sustentandam. Si vero tertio, parum ante Religionis ingressum fecit testamentum, ita ut (moraliter loquendo) illius non iudicetur oblitus in professione, tacitè videtur approbare, si expressè non reuocet. Quarto, si de ijs sit dubium (ait Molina loco citato, 22. disput. 139.) standum est prudentis arbitrio, & sic iudicandum, an tale testamentum fuerit conditum intuitu ingressus Religionis, & quasi ad instituendum alium heredem, & non ipsam, vel standum declarationi iuramento firmata illius (etiam professi) quæ ut ait Molina, hic valebit, & specialiter in foro conscientie: vnde quando quilibet partium, siue hæres per testamentum institutus, siue Monasterium in cuius fauoris fuit talis iurata declaratio, possideant bona Religiosi, sic declarantis tuta conscientia, & modis licitis, poterunt retinere: quamuis fortè in contentioso iudicio res redacta tali declarationi non deferretur. Hæc quæ diximus de coniectura qua vtendum est de voluntate mutata, seu firmata testamenti validationis, in casu quo non constat, si in confectioe testamenti attendit Religionis ingressum, vel non, est opinio plurimum Doctorum dicentium, debere præsumi voluisse mutare sententiam, & voluntatem testamenti, facti sine cogitatione de ingressu Religionis: & quando postea hoc decernit & exequitur, vult testamentum rumpi, & bona sua fieri Monasterij. Sic Co-

uarru:

Bartol.
Panor.
Nauar.
Covarr.
Molina
Iurista.

Molina
Tbol.

Aut. nisi.

Molina.

Couar.
Bartol.

uarrualas cap. 2. de testamentis, num. 41. Bartol. in authentica *si qua mulier*, de sacrosancta Ecclesia, & ibi alij: & licet in primo casu, quando scilicet proficiens, dixit, & insinuauit tempore proficendi, se velle, quod sua bona hereditaret Monasterium, debere rumpi testamentum; conueniunt, non solum di-

Ant. Ba-
trius,
Panor.
Felin.
Nauar.
Molina.
Iul. Cla.

et Authores, sed & Antonius Batrius, Panormitanus, & Felinus, in capit. in presentia, Nauarrus cap. non dicatis, num. 81. & 83. & 85. Molina, Iul. Clarus: tamen in casu aliarum coniecturarum conuincentium, & suadentium minus, tenent. Molina, & alij, ex l. sancimus, cap. de testamentis, & alijs locis Iuris, constare, testamentum non debere rumpi, non solum ex voluntate tacita, sed neque expressa; nisi in casu quo secuta sit cum effectu dispositio contraria.

N. 21.

Vade sit nostra resolutio secunda. Quando ex declaratione, aut insinuatione voluntatis disponendi de bonis, aliter à testamento olim facto, constat proficentem alium esse, velle bonorum heredem ab illo quem per dictum testamentum instituerat: rumpi debet testamentum prius factum, & voluntas, vt dictum est, insinuata executioni mandari. Hæc est doctrina communiter recepta ab omnibus Authoribus, alijs diuersis, pro casu secundo adductis, præter Molinam, qui etiam quantum ad forum conscientie, id tenet, & eius limitatio, quod scilicet non valeat contra testamentum per alium non renocatum voluntas etiam expressa contraria, dum cum effectu non sit sequuta. Dispositio contraria, testamento data videtur, cum solemnitas cuiuscunque scripturæ, testamenti, donationis, vel cuiuscunque contractus non addat vim aliquam pactis, seu voluntaribus contrahentium, sed adinuenta sit solum ad testimonium irrefragabile veritatis, & futurorum, & absentium notitiam, & memoriam.

N. 22.

Tertia resolutio. Quando solum adsunt coniecturæ de voluntate presentis proficentis contraria dispositioni testamenti prius facti, standum est prudentis arbitrio, an voluerit mutare voluntatem testamenti, Patet ex dictis.

A

QVÆSTIO XI.

An nouitius ob graue infirmitatis, & vite periculum, condens testamentum, seu renuntiationem intra duos menses, imò in tempore proximo professioni, quam ante tempus integri anni à Concilio definitum ob dictam causam emittat, si postea conualeat, possit reuocare testamentum, & donationem?

B

Respondetur, & sit nostra resolutio: Testamentum taliter factum, de se quidem validum est; quia de se habet quod fiat causa mortis, & sic si mors naturalis, ciuilis, aut moralis, non intercedat, non valet: vnde sine periculo quod cauet Conciliū fit: donatio autem tunc facta, non valeret, vt vidimus. Patet ex dictis.

N. 23.

C

QVÆSTIO XII.

Verum quando renuntiatione legitime, & tempore prescripto facta ab aliquo, mutat propositum, & eligit non profiteri, valeat adhuc donatio, quamuis qui illam fecit, maneat orbatus bonis?

D

Ratio dubitandi est, quia in isto casu omnino dispositio Concilij intentioni videtur contraria. Intendit enim Concilium (vt sapè in hoc capite diximus) quod non valet donatio, seu renuntiatio bonorum in fauorem alterius, quæ mediante (cum irrevocabilis sit ex sua natura) ne ob carentiam suorum bonorum, aliquis paupertate coactus cogeretur profiteri: sed si renuntiatio, seu donatio facta cum solemnitate dicta, & à Concilio disposita, intra duos menses, valeat, qui in illo spatio temporis mutaret intentionem, & voluntatem status, adhuc inuitus profiteretur, cognoscens validam, & irrevocabilem esse suam donationem, nec relinqui sibi sustentationem, ad manendum in seculo.

N. 24.

E

Nihilominus sit nostra resolutio vniuersalis. Facta renuntiatio bonorum secundum Concilij dispositionem, id est, in tempore prescripto, & licentia, valida est quantum est de se. Probat, cum quia

N. 25.

quia sic expressè disponit Concilium. Tum quia non sequitur tale inconueniens. Cauet enim illud, & præuenit Concilium, quando addidit in eodem 16. cap. *Ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione*; in quo assimilatur testamento, quod nisi morte naturali secuta non spoliat restatorem bonis: vnde quamuis (vt dictum est) donatio ipsa valida sit quantum est de se, sed per accidens potest dici non valida, quia aduenit il-

A li quasi accidentaliter, non sortiri effectum, eo quod professio non fuit sequuta: vel potest, & magis directè resolui quæstio, dicendo, quod tunc esset valida donatio, si conditio posita à Concilio existat, scilicet, quod sequatur professio: si autem professio non sequatur inualidatur ab ipso Concilio ipsa donatio ex conditione dicta addita, qua explicat suam intentionem.

(2.)

CAPVT QVARTVM.

De hærede bonorum ingredientis in Religione.

HABET 16. QVÆSTIONES.

Questio 1. *Utrum eo ipso quod quis proficitur in Religione capaci hæreditandi, nulla donatione facta, vel testamento, acquirat statim Monasterium proprietatem, & ius ad bona profitentis, pro illius vita.*

Quest. 2. *Utrum ususfructus bonorum qua proficiens relinquit alicui hæredi per testamentum, vel aliquam voluntatem, pertineant ad Monasterium in quo emittit professionem, pro eius vita.*

Quest. 3. *An legitima, dotes, & alimenta filiorum, descendentium, & legitimorum hæredum, debeant statim illis tradi eo ipso quo ipsorum Pater professionem emittat in Religione capaci bonorum, vel debeat retinere*

B Monasterium pro vita sui Religiosi.

Quest. 4. *Utrum debeat legitima sua portio, ascendentibus, quando ille qui non habens legitimos descendentes decedit e vita ante illos.*

Quest. 5. *Utrum filiis naturalibus, & non legitimis pertineat aliqua legitima portio bonorum profitentis, quando Monasterium in quo proficitur, est capax bonorum in communi.*

Quest. 6. *Quid, vel qua pars bonorum profitentis, sine testamento, aut legitima renuntiatione, pertineat Monasterio capaci, si ille qui proficitur habeat filios.*

Quest. 7. *Utrum post professionem possit Religiosus annullare, mutare, vel declarare suam an-*

tea factum testamentum?
 Quest. 8. Utrum possit simpliciter & absolute à summo Pontifice facultas cōcedi Religioso ad condendum testamentum?

Quest. 9. Utrum si nouitius moriatur sine testamento, pertineat eius bona Monasterio?

Quest. 10. Utrum Beneficiū Ecclesiasticum quod quis habet ante ingressum Religionis, possit nouitius iam professus retinere, & quando debeat renuntiare?

Quest. 11. Utrum aliquis possit hereditare Beneficiū quod habebat nouitius, per ipsius renuntiationem, vel pertineat Monasterio.

Quest. 12. Utrum legatum quod habet quis pro vita sua, ut recipiat aliquos redditus annuos, pro suis alimentis, possit donare alicui, vel Monasterio?

Quest. 13. Utrum nouitius ante professionem possit relinquere sibi ipsi aliquid in testamentum, dandum sibi post professionē, vel pro una vice, vel per singulos annos, ut annuales redditus?

Quest. 14. Ad quod Monasterium pertineant bona Religiosi, transcurrentis ex una Religione in alteram?

Quest. 15. Utrum feuda, & maioratus pertineant ad Monasterium capax bonorum, in quo aliquis emittit professionem?

Quest. 16. Utrum emphiteosis quā forte habeat proficiens, pertineat

A ad Monasterium in Religione capaci?



Vponendum est primo, tam secundum ius canonicum, quā ciuile. Bona proficentium pertinere ad Monasterium in quo emittitur professio,

N. 1.

si aliter non disponat, aut disposuerit proficiens: ex Authentic. ingressi, C. de sacrosancta Ecclesia, & authent. Conuent. §. illud Monachis, quæ leges Canonico iure confirmatur, cap. quia ingredientibus, & capit. nunc autem, 19. quest. 3.

Auth. ingressi.
 Aut. sōu.

Supponendum secundò. Duplici modo pertinere alicui hereditatem. Primo, ut heredi extraneo per donationem, testamentum, aut legatum, illius adquirenti ius ad illam rem, quæ illi sic promittitur, aut conceditur. Secundo modo, per ius successionis, vel ius hereditarium: inter quæ iura hæc est differentia, quod hæres extraneus non acquirit dominiū, vsquedum accipiat possessionem, & adeat hereditatem, quod nõ requiritur in eo qui iure successionis, vel hereditatis est hæres; ex l. cum hæred. ff. de acquirenda possessione.

N. 2.

Secundus
 modus ad
 quirendi
 possess.

D. p. i. c.
 modo ad
 aliqui
 heredit.

Tertio supponendum, Monasteriū succedere iure successionis, & sic non requirere actum possessionis bonorum sui Religiosi: ita Innocentius in cap. in presentia, de probationibus.

N. 3.

Supponendum quartò. Inter Religiones per Sedem Apostolicam confirmatas, quasdam non esse capaces bonorum mobilium, aut immobilium, etiam in communi, ut sunt Minores, & alie; aliàs verò esse capaces habendi in communi, quæ sunt illæ quæ non reguntur, nec constitutionibus impediuntur habere dicta bona, & possessiones: quod ut probabimus in 2. parte, non minuit perfectionem.

N. 4.

Monaste
 rium nõ
 ut hæres
 extraneus
 sed iure
 successio
 nis acqui
 rit bona
 proficentis

Quinto supponendum, Quod multiplicitè possumus considerare illum filium quo professionem emittit in Religione capaci bonorum in communi. Primo, ut compote hereditatis, & cum domi-

N. 5.

dominio possessione, & vsu bonorum parentum, qui iam è vita decesserunt. Secundo, si talis filius sub tutore, vel curatore bonorum existat, & bona parentum iam hereditauerit, & percipiat sibi vsufructuum, quamuis administratio talium bonorum illi sit impedita, ob ætatis, & capacitatis defectum à lege, & à iudice, & tradita cum persona tutori, & curatori, ad administrationem, & augmentationem in beneficium ipsius minoris. Tertio potest considerari, filius proficiens vt sub cura, & potestate patriæ, & minor viginti quinque annorum, & iam ob mortem matris hereditatus in legitima parte dotis quam possidet, & vsufructuat pater pro sua vita, vel vsque ad matrimonium, vel statum filij. Considerari quartò est: filius iam pubes in domo parentum degens adhuc, sed cum bonis castrensibus, vel aduentitijs, ex hereditate, vel testamento propinqui, quorum possessionem, & vsufructum habet pater.

Sextò supponendum, quòd bona illa temporalia proficientis, de quibus agimus in hoc capit. 4. & disponimus, an pertineant ad Monasterium, sunt etiam in multiplici differentia: quædam enim sunt bona quæ possidet, & quorum dominium, & vsufructum habet ipse qui proficitur, siue sit filius emancipatus, hereditatus iam in paternis legitimis, portionibus, & in bonis aduentitijs, castrensibus, seu quasi. Alia sunt bona quæ castrensia dicuntur, quæ ita conueniunt filio, etiam consistenti sub potestate patriæ, vt illorum dominium non habeat pater, sed ipse filius, licet eorum administratio pro tempore minoritatis (illo inquam tempore quo per leges subditur patri, lege serui, seu mancipij, & re vera mancipium est, quantum ad incapacitatem legalem administrandi bona) vsque ad tempus quo filius emancipatur à patre, id est, è seruitio, mancipatione, seu iugo emittitur; quòd est, patrem filium emancipare. Alia sunt bona quæ aduentitia dicuntur, quæ diuersimodè possunt filio, adhuc

A sub patria potestate constituto, pertinere; vt ex vocatione ad tale legatum, seu hereditatem, per alicuius prædecessoris testamentum, post mortes aliquorum, & iam venit casus, aut per legatum, & testamentum actualiter factum, propinquo in fauorem, verbi gratia, Ioannis, filij, Francisci. Denique sunt bona filij quæ licet, vt filio legitimo Francisci, debentur illi post mortem patris, pro vita tamen sua, gaudet illis tanquam proprijs: & licet in rebus illicitis, non possit prodigere, at in pijs potest consumere ista bona in vita talis patris, & dicuntur respectu filij, bona in spe, & non in actu. Attamen, quia mortuo patre, iure legitimo pertinent filio, dicuntur legitima eius. His suppositis sit.

QVÆSTIO I.

Vtrum eo ipso quod quis proficitur in Monasterio quod est capax habendi in communi bona, nulla facta renuntiatione, vel testamento, adquirat statim Monasterium proprietatem, & possessionem bonorum quæ habebat: & simul ius ad habendum omnia ea quæ ex hereditate, vel alio modo illi pertineant pro tempore vite?

Responderetur, & sit nostra resolutio. De filio in primo statu, scilicet, quando iam ipse, & non parentes qui decesserunt, habent dominium, & possessionem omnium bonorum. Est affirmatiua cum quadam Glossa Patrum normitani, tenet Nauarrus cap. non dicatis, num. 78. & sic habetur in authentica nunc autem, cap. de Episcopis, & Clericis; in authentica ingressi, & in authentica si qua mulier: & affirmant communiter Doctores, loquendo de Monasterijs, quæ supra diximus esse capacia bonorum in communi. Monasterium autem quod sic hæres sui Religiosi existat, tenebitur

N.7.

Panor. Nauarr. c. non dicatis. authent. si qua mul.

tur ad omnia debita talis Religiosi contracta ante professionem, sed iuxta vires, & valorem honorum, quæ ex illo Religioso euenerunt, vel in posterum euenerint. Ita Nauarr. loco citato, num. 47.

N. 8.
Vsq̄ue ad mortē patris non habet ius ad eius bona Monasteriū, in quo proficitur filius heres.

Ad bona propria parentis, sp̄e. nōius habet filius dū ille uiuit.

N. 9.

N. 10.

Resolutio secunda. Bona parentum propria ipsorum libera, & non filiorum, quorum est legitimus heres, ille qui professionem emittit, non pertinent ad Monasterium capax, nec quantum ad proprietatem, nec quantum ad possessionem, vsque ad ipsorum parentum mortem, qui eorum habent vsumfructum. Ita Nauarrus, & communiter omnes Doctores, vt tenent Authores citati numer. 3. precedenti. Et probatur, quia ad illa non habet filius aliquod ius, sed spem. Et probatur, quia Monasterium esto habeat ius filij, minus filius est.

Resolutio tertia. Bona dotalia, vel capitalia patris, vel matris, quorum alter decessit, & coniugi reliquit vsumfructum per vitam ipsius, vel vsquedum singuli filij statum accipiant, proficente filio pertinent, & illorum vsumfructus, Monasterio capaci: si autem absolute disposuit, quod per vitam coniugis vsumfructum capiat, probabiliter differretur tradi Monasterio: si nihil disposuit, Monasterium statim (professione emissa) exiget partem dotis attinentem suo professo. Est communis.

Alij probabiliter negant, posse statim exigere Monasterium. Dicunt enim, patri pertinere verè pro ipsius vita, licet filius proficatur in Religione capaci, & nil disponat. Et eorum fundamentum est, & non leue: quia pater, vel mater, tutrix instituta à iudice, per legalem dispositionem administrat, & vsumfructuat bona coniugis defuncti; & hoc disponitur in beneficium, conseruationem, & augmentationem ipsorum bonorum, quæ postea deuentura sunt ad filium, & in gratiam, & subsidium patrie potestatis: vnde de eorum possessione, & dominio non exeunt, vsquedum fi-

lius sic capax dominij per emancipationem, vel status assumptionem, quare cum filius, qui proficetur, ratione ipsius status, quem sumit (cui essentialis est votum paupertatis) incapax reddatur tali dominio bonorum non abscinditur ex hac parte dominium istud à patre possidente, nec Monasterium etiam capax hereditatis; quia ius quod habet Monasterium, quamuis respectu bonorum quæ possideret ius professus, vocetur ius hereditarium, quia respectu proficentis, habet se sicut filius: sed tamen respectu patris illius qui proficetur, qui etiam iure successionis, & hereditario heres est, non est immediatus heres Monasterium.

Quarta resolutio. Bona castrensia, seu quasi castrensia quæ filio proficenti pertinent, & quorum vsumfructum ante Religionis statum habebat pater, pertinent ad Monasterium, eo ipso quod in illo filius proficetur. Et idem est de bonis aduentitijs, quia per ingressum Religionis gaudent priuilegio authenticæ Præbyteros, capit. de Episcopis, & Clericis, vbi dicitur, quod illud quod laicis est aduentitium, est Clericis quasi castrense: ac proinde, priuabitur pater in vita sua vsumfructu illorum, eo ipso quod filius illius professionem emittat. Vide Molinam 2.2. titul. 140. Et de dominio quod ad Monasterium transeant, non est dubium. Contracta tamen sententia probabilis est, quantum ad vsumfructum. Vide Azor. lib. 12. capit. 8. quest. 3.

In contrario euentu non est minor difficultas, quando scilicet qui professionem emittat sit pater, in cuius possessionem sunt bona castrensia, seu aduentitia filij. An statim, ac talis pater professionem emittit, sicut dimittit, & priuatur dominio, possessione, & vsumfructu talium bonorum quæ possidebat: ita filius in seculo existens, adquirit ius, dominium, & vsumfructum talium castrensiū, & aduentitiorum bonorum, quæ statim debeant ipsi tradi.

Respondetur, & fit quinta resolutio.

N. 11.

Authen. præbyt.

Molina Theol.

Azor.

N. 12.

N. 13.

tio.

tio. Talia bona aduentitia (præcipuè in his Regnis Castellæ, & Portugallicæ) patris profitentis, pertinent, & remanent cum vsufructu illorum, apud Monasterium, pro toto tempore quo viuit pater: & illo quo filius copulatur Matrimonio; vel aliter statum sumat: & non antea, pertinent; nec debent filio, aut filijs tradi. Ita Glossa, Paulus, Decius, Baldus, Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Abbas, Imola, Syluester, & plerique alij moderni; quos refert Couarruias capit. 2. numer. 8. de testamentis: & Nauarrus in commentar. 2. de Regalis, numer. 36. Et probatur. Primo, quia profitentis bona (vt probabimus) pertinent ad Monasterium, sed inter bona patris profitentis, censetur vsufructus, quem habet pater de bonis aduentitijs filij: ergo transeunt ad Monasterium.

Dices, quod in tali casu habet pater profitens in Religione duos filios; ad quorum vnum pertinet illorum bonorum vsufructus, qui patri ante professionem pertinebant: sed supposito, quod cum patre ipso professio non potest remanere talis vsufructus (cum professio sit quedam civilis mors) videtur quod filio à se genito, qui verè filius est, & non Monasterio, quod improprie fidet, & representatiuè est filius, pertinent. Respondet Bartholus, diuidendum sic talem vsufructum pro vita parentis inter filiam, & Monasterium.

Alij respondent, & melius, quod vsquedum filius copuletur matrimonio; vel statum sumat, pertinent Monasterio integrè, quod habere debet eandem curam de constituendis in statu filijs, ac haberet ipse pater.

Alij absolutè dicunt esse probabile, statim debere tradi filijs in seculo remanentibus bona ista aduentitia, & fructus, & vsufructus illorum; eo ipso quod pater professionem emittat. Sed nihilominus est certa nostra resolutio, probabilius esse

A pertinere ad Monasterium pro vita parentum. Et rursus probatur, quia de ijs bonis nil tale iura disponunt, sicut de legitimis filiorum, vt affirmat Nauarrus in cap. non dicatis, numer. 30. & num. 78.

Nauarr.

QVÆSTIO II.

B *Vtrum vsufructus bonorum qua profitens relinquit alicui heredi, per testamentum, vel ultimam voluntatem, pertineant ad Monasterium in quo professionem emittit, pro toto tempore vite Religiosi?*

R Espondetur, & sit nostra resolutio affirmatiua. Et probatur; quia si ille qui testatur in seculo remansisset, ad illum, pro toto vite tempore pertineret talium bonorum vsufructus, sed loco illius succedit Monasterium, vt filius scilicet hereditario, & immediatori iure, quam haeres per testamentum institutus: ergo ad illud pertinebit vsufructus pro vita testamentum condentis, aut legantis.

N. 15.

Difficultas hic specialis est, si pro tempore vite Religiosi testantis, dum adhuc haeres non apprehendit (vt diximus) hereditatem legatam, nec vsufructum, moriatur legatarius.

N. 16

D Sit secunda resolutio. Mortuo legatario cui sua bona relinquit, qui in Religione proficetur, superstitente adhuc Religioso testante, euanescit donatio, seu legatum factum, & bona profitentis pertinent ad Monasterium: ita Molina 2. 2. vbi supra. Ita Panormitanus capit. in presentia, de probationibus, numero 58. Nauarrus in capit. non dicatis, numer. 86. Emanuel da Costa capit. 57. Pater P. 2. verbo, testatore mortuo, numer. 6. & 7. Couarruias cap. 2. de testamentis, numer. 6. Intelligendum tamen est, id quod in prima resolutione diximus, non legatario, sed Monasterio pertinere bona pro vita testantis.

Molina
Theol.
Panor.
Ema. da
Costa.
Couar.
Nauarr.

Glossa.
Paulus.
Decius.
Baldus.
Innocen.
Hostien.
Io. And.
Abbas.
Imola.
Syluest.
Couarr.

N. 14.

Bart.

tis, nisi Religiosus aliter disposuerit quod omnia, vel talia bona sua statim post professionem, omnino pertineant, & tradantur illi cui illa relinquit: nam si disposuit sic, ita exequendum erit, & non tradentur, nec pertinebunt Monasterio. Ira Couarruias vbi supra numer. 8. cum alijs quos refert. Et probatur, quia potuit ante professionem disponere de suis pro suo arbitrio; & si quidem potuit per donationem perfectam, & irrevocabilem, dictam inter vivos, privare seipsum bonis, & eorum usufructu, potius Monasterium.

Couar.

N. 17.

Sed non levis est difficultas, an in casu talis donationis, seu testamenti, quando professionem emittens donavit sua, vel talia bona, v.g. Petro, & disposuit, quod statim, ac profiteretur, traderentur legatario, si in tempore quo differtur executio post professionem moriatur talis institutus hæres, ita ut in vita sua non apprehenderit possessionem, seu quasi possessionem bonorum, & iniuriam corporalium, seu incorporalium, hæres legitimi huius, cui Religiosus donavit bona, habeant ius ad illa, siue quia sunt filij legitimi ipsius, siue quia testator dicit, quod donat bona quæ ipsi pertinent per testamentum Ioannis, verbi gratia, qui tempore professionis, vel antea, donavit illi per testamentum talia bona, cum clausula, quod statim, ac profiteretur sibi traderentur, quod non cum effectu factum est, ob infirmitatis, & mortis instantis angustias, sed quod ipsius est ultima voluntas, quod suam personam repræsentet suus tunc institutus hæres, ac suum ius acquirat ad dicta bona sibi ex testamento profitentis attinentia.

N. 18.

Respondetur. Quod si mediane iniusta retentio bonorum ex parte vices gerentium Monasterij, & interueniente vi, dolo, aut fraude, aut alio iniusto, aut iniurioso medio, bona professi testantis non fuerint legatario tradita, cum actu reali possessionis, seu quasi acquis-

uit ille dominium bonorum: quod potuit transferre heredibus per testamentum, vel aliter. Et idem dicendum, si Religiosus testans, dixerit, suam voluntatem ultimam esse, quod talia bona pertinerent tali familia, Petro, verbi gratia, & Francisco suo filio, & successoribus: nam ijs duobus euentibus non evanescit donatio. Et in primo, statim ab heredibus legatarij exigij, & extrahi potest à Monasterio statim, ac testans profiteatur. Et in secundo euentu, hæres legatarij post vitam Religiosi exigente Monasterio. Ac verò, si non interuenierit vis aliqua, aut fraus, nec vitiosa, aut iniusta retentio bonorum Religiosi testantis, nec ab ipso institutus est alius hæres, nisi Petrus cui donatio fiebat, evanescit donatio (ut ait Molina.) Diximus autem, quod quando iniuriosè, aut per vim, & dolum ministrorum Monasterij differretur voluntatis ultimæ profitentis executio, & interim moreretur legatarius ab eo institutus, debetur damnum rescari hæredibus; quibus per iniuriam ablatum est tale ius, & bona. Ius enim habet quis ut nullus auferat iniuste, quod ex voluntate libera alterius illi adueniet, ut in materia de restitutione, & in nostro casu supponimus, ius strictius ad bona, nempe, hereditarium, seu dispositionem per testamentum, aut donationem.

Adhuc difficultas gravior est, de legitimis hærentijs, seu hereditarijs pertinentibus ad singulos filios ex bonis parentum, & etiam de alimentis competentibus ad filiorum remanentium in secundo sustentationem: pro quo sit.

(P.)

N. 19.

QVÆSTIO III.

An legitima dotes, & alimenta filiorum, descendentium, & legitimorum hæredum, debeant statim illis tradi, eo ipso quo ipsorum pater professionem emittat in Religione capaci bonorum in communi, vel debeat retinere Monasterium, & vsusfructus, pro tota vita sui Religiosi?

N. 20.

Prima resolutio. Quando professionem emittit pater qui legitimos hæredes habet, vel per testamentum institutos in Religione illa, quæ non est capax bonorum etiam in communi, vt Minorum, Capucinorum, & alijs, statim bona relicta tradenda sunt ijs quibus quocûq; modo ex dictis pertinet. Probatum ex dictis, cum enim nulli pertineat vsusfructus, (Monasterium enim quod deberet possidere est incapax) transit ad proximos hæredes hereditate. Sic Molina, & communiter omnes Doctores.

Molina:

N. 21.

Secunda resolutio. Ab ipso tempore professionis parentis debentur assignari, & consignari, (si in Religione bonorum capaci fiat professio) & tradi filijs alimenta competentia ad congruam sui sustentationem. Est communis, & probatur, quia nimis durum, & rationi dissonum videtur, quod filij cogerentur exigere à Religione alimenta necessaria. Tenet expresse Navarr. cap. non dicatis, nu. 78. & alij quos ibi citat.

Navarr.

N. 22.

Tertia resolutio. Quando Monasterium incapax hereditatis, & bonorum, apprehendit iura, possessiones, & bona profitentis, si ille habet filias, vel ex legitimo matrimonio, ac per consequens legitimas hæredes, aut illegitimas naturales, seu aliter quoad certam partem hæredes, iuxta dispositionem diversorum Regnorum, eo ipso quod ipsarum pater professionem emittat, debent si nobiles iam fiat, vel ad sumendum (si elegerint) Religionis statum, dotem competentem accipere, seu quæ illis pertineat in æqua partitione bo-

A norum parentum, & vel illis consignari extra Monasterij (in qua pater professus est) potestatem, vbi sine difficultate, & dilatione tradatur marito statim vt duxerit illam, ad onera matrimonij sustentanda, aut Monasterio Montialium quod elegerit tenent omnes.

N. 23.

Et notandum, pro illa parte legitimæ portionis in partitione, & collatione bonorum cum fratribus, quod siue hæc per testamentum, seu donationem conferat alicui forori, aut fratri, illa pars non eodem privilegio gaudet, & vsusfructus eius non tradetur statim, sicut de dote quæ statim conferenda est marito, seu Monasterio Montialium, quia de hac est specialis ratio: vnde Monasterium in quo pater proficitur, non debet retinere partem quæ dos filie est: bene autem reliquum, quod filia nubilis, vel Religiosa donat fratribus.

C Vbi secundo notandum, quod ea quæ dicuntur de patre professionem emittente, & de eius bonis respectu Monasterij in quo proficitur, & aliorum hæredum filiorum, seu succedentium, id ipsum dicendum est, si mater mortuo patre, quæ habebat tutelam filiorum, & bonorum curationem, & administrationem legitimam, quæ si habitum sumat Religionis, & profiteatur, ita dicendum est de suis bonis, sicut de bonis paternis, respectu filiorum, & filiarum.

N. 24.

D Quarta resolutio. Professionem emittente patre in Religione capaci hereditatis, probabile est posse Monasterium retinere legitimas portiones bonorum suorum, quo ad suos filios pertineant pro tempore vitæ profitentis. Probatum, quia quamvis Monasterium non æque dicitur filius propriè, ac ille qui genitus est, & est pars substantiæ illius cui (quidem) naturaliter debet pater thesaurizare, & ex lege naturæ providere (quorum omnium nil conuenit Monasterio, quod tantum dicitur metaphysicè, impropiè, & representatiuè filius) non obstantibus ijs videtur, quod eius conditio est melior (vt pos-

N. 25.

QVÆSTIO IIII.

identis vtiq;) quia eo tempore quo proficetur suus alumnus, qui pro anno nouitiarius administranda, & fortè hereditanda tradiderat Monasterio sua bona, Monasterium illa possidebat, & pro defensione possessionis, in qua reperitur, suppetunt sufficientes, & iustæ ratione, qualis est æquitas, & congruètia : quod Monasterium quod debet substinere onera, sustentandi, & gubernandi dominum legitimū, qualis erat ante professionem, sentiat, & commoda. Ita Bartolus, & alij: nihilominus sit.

Bartol.

N. 16.

Quinta resolutio probabilius est. Quod eo ipso quod proficetur in Religione, etiam capaci hereditatis qui habet filios, vel legitimos successores, debentur ipsis tradi suæ legitimæ portiones bonorum parentis, in casu quo contingat matrem, è vita prius decessisse, vel tutricem non extitisse à iudice nominatam. Constat ex dictis, & ex communi cum pluribus locis Iuristarum, quod scilicet professio patris, debentur suæ legitimæ filijs. Ita habetur expressè in authentica *si qua mulier*, cap. de sacrosancta Ecclesia, in authentica *nunc autem, de Episcopis & Clericis*: consonat cap. *cum simus*, de Regularibus: tenet Couarruias capit. 2. de testamentis, num. 7. & addit, non esse discedendum ab hac sententia in utroque foro. Quin authentica *si qua mulier*, satis insinuat Patrem post professionem, vel Monasterio inuito, posse diuidere, & tradere filijs suas legitimas, portiones bonorum, quod verum non esset, si toto tempore vitæ patris pertinerent talia bona ad Monasteriū.

Authen. si qua.

Authen. nunc.

c. cum simus.

Couarr.

Nauarr.

Ab. Iun.

Tenet Nauarrus cap. *non dicatis*, num. 30. Panormitanus, & alij. Et probatur, quia rationi est maximè consonum: quod in tali casu, quando pater habens filios proficetur in Monasterio, Monasterium ipsum teneatur prouidere filijs, sic quod faciat quod pater teneretur facere, si esset sui iuris, qui & bonis proprijs se expoliaret pro constituendis in statu competentis filijs, nubendis filiabus: quare si nec sint filij nubendo, nec filij competentis ætatis, bona tradet curatori, qui de eis prouideat, & vsusfructus in minorum utilitatem conuertat.

A *Utrum debeat sua legitima portio ascendentibus, quando proficetur in Religione capaci hereditatis, qui non habens legitimos descendentes, decedit ante ascendentes?*

R Espondetur, & sit prima resolutio. Probabile est in tali casu deberi bona, & hereditatem, aut portionem legitimam ascendentibus: iuxta id quod resolutum relinquitur in hoc cap. quæst. 1. resolutione 2. num. 4. cum Nauarro, & alijs, vbi vt probabile asseritur Monasterium, filij non hereditare pro vita parentum. Nihilominus contrarium est probabile, & defenditur ab Autoribus, cum Glossa in authentica *si qua mulier*, hoc innixi fundamento. Quod

N. 17.

C in casu nostræ huius quæstionis cõcurrunt duo iura ad hereditatem Religiosi, morientis sine filio genito ab illo, & superstitie patris, in casu quem supponimus; quod moritur non condito testamento, nec legitima facta renuntiatione, vnum ius ad talia bona habet Monasterium in quo fuerat professus: tum quia bona proficentis sine testamento, aut donatione, pertinet ad Monasterium vbi quis emittit professionem, vt patet ex authenticis, & locis iuris citatis in hoc cap. num. 1. & alijs. Aliud ius ad talia bona habet pater, qui est superstes ascendens hæres, quando moritur filius; sed inter ascendentem heredem, & descendentem præcedit descendens, id est, filius, qui in hoc casu est Monasterium.

Gloss. in Authen.

E Resolutio secunda. Probabilius est in casu quæstionis, quod debetur hereditas, seu legitima portio bonorum, filij Religiosi decedentis sine filijs superstiti parenti, quæ pars erit (vbi per leges non fuerit taxata congrua sustentatio) ad arbitrium prudentis, pro facultatibus filij, indigentis parentis, & decenti statura conseruando: quod intellige in casu quo non disposuerit filius tempore professionis; quod si tunc ampliori liberalitate erga

N. 18.

parea-

parentes se gesserit, & parum, aut nihil Monasterio reliquerit, id exequenda erit; non autem si in fauorem Monasterij testauerit (non relicta congrua & decenti parentum sustentatione,) quia tunc non valeret (vtpote) facta de bonis non suis, siue contra naturale, & diuinum ius de honorandis, id est, subueniendis, & sustentandis parentibus egestate oppressis: quibus in tali statu potiori iure sunt bona filij impie testantis, quam Monasterij: vnde parentibus sunt debita talia alimenta, & legitima hereditas, seu legitimis ascendentibus, inuito, & contradicente Monasterio. Ita Bartolus in authentica si qua mulier, Panormitanus capit. in presentia, de probationibus, nu. 13.

Bartol.
Panor.
Innocen.
Ioan. An.
dr.
Nauar.

Innocentius, Ioannes Andreas, Nauius in cap. non dicatis, num. 78. & alij, qui omnes affirmant deberi talibus ascendentibus suas legitimas portiones bonorum; quas velit nolle Religiosus obtinerent, si in seculo moreretur, cui iuri professio, nec Monasterium, non poterunt præiudicare. Respondentque isti Authores fundamento præcedentis sententiæ (quam diximus probabilem præcedenti prima resolutione.) Verum quidem esse Monasterium succedere loco filij qui proficeretur in illo, sed re vera non ita, & eodem pleo iure, ac filius verus, & proprius, sed metaphoricè & repræsentatiuè, & solum ad effectus in iure expressos, de quorum numero non est iste casus. Tenet etiam hanc opinionem Molina Theologus 22. vbi supr. & probatur, quia sicut filio de bonis parentum debentur alimenta iure naturæ, sic parentibus lege diuina & naturali.

Molina
Theol.
Iure natura de-
bent partē
tel.

QVÆSTIO V.

Vtrum filijs naturalibus, & non legitimis, pertineat legitima aliqua portio bonorum patris profitentis in Religione capaci, renuente Monasterio?

N. 29.
Nauar.
De parte
legitima
bonorum

Respondetur cum Nauarro in commentar. num. 48. Filios naturales heredes esse legitimos bonorum parentum, legitimis filijs deficientibus, & potiori iure dicuntur filij, quam

A Monasterium, respectu profitentis in eo, vbi si per testamentum, aut donationem, sua bona Monasterio velit donare (sua legitima pars, secundum diuerforum Regnorum leges filio naturali videbitur reseruata.

patris pro
filijs natura
ralibus,
deficienti
bus legitimis.

QVÆSTIO VI.

Quid, vel qua pars bonorum profitentis sine testamento, aut legitima donatione facta Monasterio capaci bonorum in communi, pertineat, si quis professionem emisit habeat filios?

B

Respondetur. Quod in authentica si qua mulier, disponitur, vt sua persona, scilicet patris connumerata suis filijs retineat sibi suam partem qua competere debet Monasterio, & per legem 12. titul. 6. lib. 5. nouæ Recopilationis, & eodem 5. lib. titul. 8.

N. 30.

Authen.

si qua.

Non. Re

cop.

Per ll. no

ua Reco.

debetur

Monast.

5. pars bo

norū pro

fitentis in

illo.

Portio debita Monasterio, vbi professionem emittit pater habens filios legitimos heredes, est quinta pars suorum bonorum, siue testamentum, aut donationem faciat, siue sine ijs profiteatur in Monasterio capaci bonorum. Patet ex dictis legibus, & est communis.

D

Secunda resolutio. Ultra quintam partem bonorum non potest pater accipere sibi, vel Monasterio, in filiorum præiudicium. Patet ex dicta lege citata, titul. 8. in eodem 5. lib. nouæ Recopilationis, & ex communi.

N. 31.

De donatione autem, vel testamento, quando non sunt filij, dictum manet quomodo & ex testamento, donatione, aut sine ijs hereditario iure, succedit in bonis profitentis Monasterium suum, si sit Religionis illius quæ sit capax habendi in communi bona, & annuos census: sic probatum manet ex locis iuris 1. & 2. numeris, & sequentibus.

N. 32.

E

Sed dubitari potest adhuc. An per donationem, vel testamentum, possit pater habens filios in tali Religione capaci bonorum professionem emittens, tribuere Monasterio, non solum quintam partem bonorum; quia cum

N. 33.

Monas-

Monasterium habeatur loco filij, etiam in fauorem ipsius, in præiudicio reliquorum filiorum, videtur posse patrem disponere in maiori, quam quinta parte. Extat enim in lib. 6. nouæ Reconciliationis lex, in titul. 2. qua conceditur patribus meliorare aliquem filium in præiudicium cæterorum, in tertio & remanente, seu residuo quinti: ita vt hoc in primis extracto, & ex æquo bonorum; tertiis scilicet pars ceruus bonorum; & quod superfluit, omnium illorum, & quod superfluit, ex quinta (idem) prius parte separata pro sumptibus funeralibus, pijs, & voluntarijs largitionibus, & legatis: & hoc facto de reliquis bonis paternis, iterum aceruus, seu corpus bonorum (vt dicitur) constituatur, & æqualiter cum omni æquitate omnibus filijs, & filiabus (meliorato scilicet, & reliquis) diuidatur, non facta mentione meliorate partis: vnde sicut vni ex filijs potest per testamentum & ultimam voluntatem concedere patet, plusquam quintam partem bonorum; sic videtur, quod similiter in fauorem Monasterij possit disponere vt ultra quintam partem, in præiudicium reliquorum filiorum, accipiat.

N. 34. Respondetur tamen cum doctrina supra adducta, quam tradit Tiraquellus in l. si vaquam, C. de renouatione donationis, num. 43. & 44. quod lex dicta, & alia in illa conformitate loquentes, non habent locum in filijs representatiuis, seu fictis, id est, in proprijs, & metaphorice dictis, sed in filijs veris, & proprijs. Et ratio dicitur, quia cum hoc privilegium Religionis, quod scilicet in qua emittit quis professionem, sortiatur nomen, & vices filij ad hereditandum, sit potiori iure dicendum odiosum, eo quod iuri naturali ascendentium, & descendentium consanguineorum (hereditandi bona) opponitur, hinc est, quod absolute restringendum est, & nullo modo extendendum vltra casus præcisos, in quibus ius gentium, seu civile, dicit, tale Monasterium haberi loco filij.

N. 35. Vbi obiter pro complemento huius questionis, nota, quod quamuis pater possit filios exheredare propter vitium ingratiitudinis, non tamen eo quod in Religionem ingrediantur, nec

hoc ingratiitudinis notæ potest adscribi, excepto casu subuencionis extreme, vel maxime necessitatis paratum, vt supra tractauimus tractatu præcedenti 2. de impedimentis ad Religionem. Imò propter ingressum Religionis tollitur huiusmodi ingratiitudinis vitium, iuxta cap. non liceat 19. q. 13.

QVÆSTIO VII.

B *Virum post professionem possit Religiosus suum mutare, annullare, vel declarare testamentum?*

R Espondetur negativè, cum communi omnium Doctorum, & probatur. Qui cum talis Religiosus sit iam mortuus mundo, sicut nihil habere potest proprium, ita de nulla re potest disponere: & præterea, quia reuocare testamentum spectat ad illum qui aliud potest condere nouum; sed hæc non potest præstare Religiosus professus; ergo nec illud. Ita Fr. Ludouicus de Miranda, q. 23. artic. 10. tom. 1. quod notandum, maximè iuxta id quod diximus supra in hoc cap. & tractatu, q. 3. num. 20. resolutione 5. ad medium, quod & in authentica si qua mulier, de sacrosancta Eccles. & in authentica nunc autem, cap. de Episcopis, & Clericis, & alibi in iure.

D Vnde fit secunda resolutio. Permissum est Religiosis professis, vt si ante professionem testamentum non fecissent, post professionem diuidere possent inter liberos (si eos habeant) bona sua legitima, eorum portione nõ diminuta, & reinquendo Monasterio portionem quãdam, quæ erit sola quinta pars bonorum: (vt diximus) si autem etiam tertiam partem conferre alicui verò, & proprio filio, vel ex illa vinculum, seu maioratum statuere (vt habetur, & conceditur l. 27. ciuitatis Tauri,) etiam possit. Sic Molina Iurista 2. de primogenijs, cap. 9. num. 55. quatenus illa authentica si qua mulier, habet vim legis Ecclesiasticæ, cum habeatur in cap. si qua mulier, 19. q. 3. Sic etiam tenet Molina Theologus 2. 2. titul. 2. dist. 14. dum tamen non diminuat quintum Monasterio. Dicit tamen

ingreditur Religionem, inuitis, parentibus, nec inde dicitur ingratum, excepto casu extreme necessitatis.

N. 36.

Mirand.

N. 37.

*Lex Tauri.
Mol. Iurista.
Molina Theol.
c. si qua mulier.*

Syluest. : mea Syluest. verbo, Religio, 6. q. 3. hoc totum quod continet illud caput debere fieri consentiente Abbate, seu Prælato, & Capitulo Monasterij hic ergo consensus (si habeatur) robur fortè adijciet quamuis, (vt diximus supr. in hoc cap. q. 3. num. 20. ad medium ex Couarruua in cap. 2. de testamentis, num. 7.) satis insinuat authentica si qua mulier, quod pater post professionem emissam, (Monasterio inuito) posset diuidere filijs suas legitimas portiones bonorum, quæ habuit in seculo ante professionem.

N. 38. Ex hoc sequitur singulare discrimen inter filios quos habet genitos, qui professionem emittit, & filium figuratum, nempe Monasterium, quod in favorem Monasterij non potest pater fundare meliorem dictam in tertio, &c. At verò inuito Monasterio, potest fundare dictam meliorem in favorem alicuius ex veris filijs, quamuis hæc resultet, quod quinta pars bonorum quæ convenit Monasterio sit minor.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum concedi absolute & simpliciter, possit facultas à summo Pontifice, ad testandum Religiosis?

N. 39. *Navar. Couarr. Molina Iurist. Ex licentia Papa potest Religiosus cõdere testamentum.*
Respondetur, & sit nostra resolutio affirmatiua. Tenet Navarrus, cap. non dicatis, num. 89. & in Apologia, q. 3. monit. 11. Couarruuias cap. 2. de testamentis, num. 50. Molina lib. 2. de primogenijs, cap. 9. num. 67. & alij, quos citant, qui omnes affirmant, non solum validè, sed & licitè concedi posse Religioso à Papa talem facultatem.

N. 40. Nec contra hoc est paupertatis votum, nam ad hoc non opus est auferre à Religioso statum, vel votum, sed quemadmodum conceditur illi administratio, & vsus aliquarum rerum ad illas contumendum, vel administrandum, absque eo quod constituatur illarum dominus; sic concedi potest, vt illas alienet ad aliquas pias causas, aut ad aliqua alia per vltimam voluntatè, cum hoc nil aliud sit, quam prorogatio facultatis ad alienandum. *Aduer-*

Atendum est autem cum Navarro vbi supr. nullum alium à summo Pontifice concedere posse talem testandi facultatem: & etiam dicitur hoc in opinione tenentium, posse Papam dispensare cum Religioso, in voto paupertatis. Nam vt beate dicit Azor lib. 12 institutionum Moralium, cap. 9. q. 10. quamuis Religiosus etiam in articulo mortis possit aliquid donare de licentia sui Prælati, non ramen cum eius licentia potest testari, quia potestas ad testandum est ius declarandi, quod vel licet aliquis fieri de suis bonis post obitum suum, quod ius non potest Abbas, seu Prælatus similis potestatis, tribuere Religioso, sed solus Papa. Et hoc in dicta opinione.

Azor.

Testandi potestas est ius de clarandi, quid velit de iis bonis fieri post obitum.

QVÆSTIO IX.

C*Vtrum si nouitius moriatur intestatus pertineant eius bona Monasterio?*

Respondetur. Quod Iulius Clarus lib. 3 sentent. §. testamentum, tenet partem affirmatiuam: nihilominus nostra resolutio est negatiua, scilicet, quod absolutè loquendo, non pertinent. Est nostra resolutio cum Navarr. in cap. non dicatis, num. 20. quem sequitur Panormitanus, & alij, & probatur. Quia nouitius non est simpliciter Religiosus, nec Monasterium

N. 41. *Iul. Cla.*

Navar. Abb. Iu.

Debet aliquod ius ad eius bona ante professionem, nisi illa per testamentum, aut vltimam voluntatem reliquerit: quælibet enim alia donatio irritata, & annullata est à Trident. si professio non est secuta. Nobiscum tenet Molina vbi supr. Probabilis tamen videtur distinctio, quam adducit Fr. Ludouicus de Miranda, tomo 1. quæst. 3. artic. 8. conclusione 4. Sequens Panormitanum in cap. presentia, de probationibus, quod si ingrediens Monasterium, contulit illi omnia sua bona, & postea expressè non reuocauit, videtur velle omnia bona illa esse Monasterij, & quod hæc est eius vltima voluntas, quæ (vt dictum est) non annullatur.

Molina.

Miran.

(.)

QVÆ

QVÆSTIO X.

Vtrum Beneficium Ecclesiasticum quod quis habet ante ingressum Religionis, possit nouitius, vel professus retinere, & quando debeat retinere?

N. 42.

Pura continet præsens questio, quæ per distinctas resolutiones patebunt. Et in primis, si nouitius retineat Beneficium Ecclesiasticum in Religione, quod in seculo habebat: pro quo sit prima resolutio.

Non vacat Beneficium Ecclesiasticum quod quis habet pro toto anno probationis, nec potest illud vacare Ordinarius. Patet ex cap. Beneficium, de regulis iuris, in 6. Vbi notandum, quod si Beneficium sit tale quod habeat Curam animarum, Ordinario incumbit pro anno probationis, vsquedum nouitius professionem emittat Vicarium, qui Curam animarum gerat, & manera Parrochialis exerceat, nominare.

N. 43.

Sed dubitabis iuxta ea quæ supra in hoc tractatu 3. cap. 2. q. vltima terigimus, num. 23. ad finem, de functionibus, & dignitatibus, quæ possit nouitius habere, an si tale Beneficium, quod diximus retinere nouitium toto probationis anno, habeat annexum aliquod ius eligendi, possit exercere nouitius, vel illud debeat præstare Monasterio, tanquam cessionarium, seu hæres sui nouitij.

N. 44.

Respondetur, & sit resolutio secunda. Quidquid sit de talibus iuribus, quæ valeant exercere Religiosi professi, vel ad Monasterium transeant, de quibus statim. Nouitius si ratione Beneficij quod adhuc possidet in nouitiatu, habeat ius aliquod, vt Patronus, vel aliter, eligendi aliquem in Parrochum, Capellanum, vel aliud quocumque, potest ipse per se facere talem electionem. Si autem sit Canonicus, vel vox alicuius Capituli, cui attinet simul in communitate per suffragia singulorum, non tenetur, nec debet adesse, nec vitabit electionem ipsius defectus; cum sit ratione nouitiatu legitime absens. Sic

Paulus. Io. And. Paulus, & Ioannes Andreas.

QVÆSTIO XI.

Vtrum aliquis possit hære litare Beneficium quoddam habebat antea nouitius, per eius renuntiationem, seu perueniat, etque at teneat aliquo modo ad Monasterium?

N. 45.

Aliqui dicunt, talem renuntiationem factam in fauore alicuius personæ, vel Monasterij, non esse licitam, sed esse symoniacam, cum habeat tacitum pactum, quod debeat tale Beneficium redire ad donantem, si professionem non faciat: talis enim conditio inclusa est necessario in renuntiatione, supposita dispositione Concilij citata sessione 23. decreto de regularibus, cap. 16. quod expressè dicit de renuntiatione quæ valida sit, & non aliàs intelligatur effectum suum fortiri, nisi sequuta professione. Nihilominus sit resolutio nostra.

N. 45.

C

Si talis renuntiatio Beneficij fiat paulo ante professionem; & cum iam nouitius receptus est (per suffragia) in fauorem alicuius personæ, sine pacto aliquo expresso, implicito, aut mentali, de iterum relinquendo, vel transfereundo tale Beneficium, licita & valida est talis renuntiatio, & non pertinebit ad Monasterium. Tenet Manuel Rodriguez tom. 1. questionum Regularium, q. 37. artic. 2. in fine. Et probatur, nam hoc modo non priuatur nouitius iure, (quod habet) renuntiandi. Et ex alia parte, cum iam professio initer, & moraliter loquendo, non possit non sequi, non pereclitatur libertas ad proficendum intenta à Trident. si autem cum effectu contingeret, quod in exiguo illo spatio mutaret intentum proficendi, sine Beneficio remaneret, cum de hoc tanquam de raro contingente, non sit lex: & sic sibi debet imputare damnum ob leuitatem, in mutando propositum per tam sufficiens tempus, nempe, annum probationis, tam lentè consideratum: vel etiam potest dici, quod iuste pœnam remanendi sine Beneficio subiit, qui in re tanti momenti leuiter proposuit, quando professioni proximus renuntiavit, vel leuiter in se grati maturè considerata, scilicet

N. 46.

*Manuel
Rodr.*

E

de su.

de sumendo Religionis statu, mutauit propositum, & etiam posset diuinæ prædestinationi tribui, vt per hoc medium à tentatione recederet, aut liberaretur, dimittendi securum iter Religionis.

QVÆSTIO XII.

Vtrum legatum quod habet quis percipiendi pro vita sua, ad alimenta, seu quid aliud, annuos redditus possit alteri donare, seu Monasterio?

A Liqui negant hoc, nisi fundamento quod in legato infauorem alicuius personæ factum, non succedit hæres, sicut docet Paulus Iurista, in lege si in singulis, ff. de ann. legat. inuenitur talis conditio pro legatis, scilicet, si uiuat legatarius, quare mortuo eo, non transit ad hæredes. Mori autem dicitur legatarius legans suam legatum, seu alimentum, quando emittit professionem, quæ mors est, (mundo inquam) nihilominus sit.

Resolutio nostra affirmatiua, potest enim qui ex legato alicuius habet alimenta pro vita sua, donare Monasterio capaci hereditandi, aut alicui qui illo potitur pro vita legantis, legatarij simul. Tenet Nauar. in secundo comment. de Regular. num. 33. & allegat Marian. in prima parte, constitutionum, num. 6. dicentem, quod legatum alimenti annui reliquam Catharinæ, pro ipsa debetur Monasterio pro vita sua, & in parte manet probata resolutio nostra, ex dictis in hoc cap. 4. q. 2. resolut. 2. quia pro vita legantis ius habebat ad singulos illos annuos redditus percipiendos, & sic potuit illos tanquam rem suam donare alicui, vel Monasterio.

Neque obstat dicere, quod iam impletum est tempus à primo legante præscriptum, cum profiteretur primus legatarius; quia per professionem cessat è vita. Respondetur enim, non uerè, sed figuratiuè mori illum qui profiteretur: & si illud iudicet mortem, & terminum uitæ, legans primus debet manifestare suam voluntatem, dicen-

do, quod talibus alimentis, vel annuis redditibus gaudeat, v.g. Petrus pro tempore uitæ, aut vsque Religionis statum assumat.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum nouitius ante professionem possit relinquere sibi ipsi aliquid in testamentum, dandum sibi post professionem, siue tale semel dandum sit, vel in singulos annos per annum, censum?

DE hoc aptius in tractatu de voto paupertatis, infra suo loco aptius disputabimus. Interim sit nostra resolutio affirmatiua. Et probatur, quia hoc nullo iure prohibetur, nec aliqua ratio conuincit contrarium. Cum enim ex parte donantis per testamentum, non sit difficultas, qui est (vt supponimus) nõdum professus, & sui iuris; per consequens, etiam est possibile ex parte recipientis legatum, qui est testans professus iam, cui ex licentia sui Prælati, & ad illius dispositionem, est possibile habere tales annuos redditus, eo modo quo in tractatu de voto paupertatis dicemus.

De libris quos habeat qui ingreditur Religionem, solet dubitari, an ad Monasterium pertineant; & statim, ac habitum sumit ad Monasterium transferri, vel tunc, aut postea in domum patris reduci. Ratio dubij in hoc consistit, quia bona castrensia studijs dediti, & litterarum palæstræ adscripti, videntur esse ac militis arma.

Respondetur nihilominus, & sit resolutio secunda: si libri quos habet studijs vacans sint illi, quos Professor, Magister, seu Doctor habet, competentes quidem suæ facultati, & professioni, sunt, & reputantur bona castrensia, filio proficenti, seu per illum Monasterio competunt: & idem si extra domum parentis in Academia Salmanticensi, aut alia studijs assistens, Religionem ingrediatur. Patet ex dictis, nam in filio Magistro, aut Doctore, prælio litterarum inter alia adquisiuit libros datos etiam à patre, cui honorem, & ipsius familiæ nobilitatem acquirens, dig-

N. 47.

Paulus.

N. 48.

Nauar.

N. 49.

N. 50.

N. 51.

N. 52.

dignus redditur armis, quibus hæc ad-
piscuntur, & oppugnantur. In filio us-
tem addiscente, & extra paternam do-
mum Academijs assistente libri facul-
tati cui incumbit apti, (vt consumpti-
bile quid) eo ipso quod tradantur, à re-
liquis bonis paternis sequestrantur,
dummodo pretiosi adeo non sint, &
pro ostentatione, opulentia, & magni-
ficentia, (vt pretiosa suppellex) potius
quam propter necessitatem, dati sint.
Probat, quia vt infra tractatu de vo-
to paupertatis, capit. de ludo, si filius
studijs assistens extra domum paternam
in aliqua Vniuersitate, ludat illam
quantitatem quæ compatibilis sit cum
facultatibus, & magnificentia paren-
tum, licebit titulo honestæ, & compe-
tentis recreationis; vnde si librorum
pretium, quorum iam fortè non egeat,
donet, vel in alium transferat, sine cul-
pa faciet, & securius si Religioni cui se
donat secum tradat.

N. 53.

Sit tertia resolutio. Libri illi qui-
bus vitur filius in ædibus degens pa-
ternis, ad studia quibus incumbit, in-
trando in Religionem non pertinent
Monasterio. Sic Bartolus in l. filij, ff.
familia. Sic Syluester, verbo, Religio,
6. quest. 1.

N. 54.

De famulo, seu potius seruo, aut
mancipio, quod habeat quis ex legato
testamenti, cum alimento assignato ad
illius sustentationem pro vita ipsius
intrans in Religionem, solet dubitari
hic: an talis famulus, vel ancilla cum
iure ad alimenta illius, possint donari
alicui, vel sine testamento, pertineant
ad Monasterium.

Iam resoluta est hæc difficultas in
precedenti q. 11. & addimus, quod
alimenta mancipij debebuntur Mona-
sterio pro vita Religiosi, etsi superui-
uat seruus, & pro vita Religiosi habue-
rit Monasterium dominium illius (quod
quidem dominium Religiosus, nullo
modo potuit habere,) vel tunc finietur
eius seruitus, si pro vita illius qui pro-
fessionem emisit, donatus fuit: vel si
de hoc seruo potuit facere donationem,
transibit ad illum dominium serui, &
non remanens apud Monasterium, ces-
sabit cum vita professi obligatio alen-
di seruum.

QUESTIO XIII.

Ad quod Monasterium pertineant bo-
na Religiosi, transcuntis de vna
Religione in aliam?

DE hac materia disputant late
Iuristæ, & Azor tonio 1. in-
stitutionum Moralium, cap.
15. & per resolutiones est
enodanda difficultas:

B Notando in primis, quod ista bo-
na quæ contingit hæreditari, sunt (vt
diximus) in multiplici differentia: alia
sunt, quæ omnino sunt in potestate, &
possessione ipsius Religiosi profitentis,
(vt potè sui iuris) & non sub cura; hæc
potestate patris: Alia bona sunt, quæ
pater possidet, & administrat vt bona
propria & libera, in quibus filius qui
ingreditur in Religionem; nec reliqui
filij, & hæredes nõ habent partem, aut
ius dum vitur pater, qui pro sua vita
licite potest illa in quacumque opera
pia, vel licite consumere, & (dum pro-
digè, & illicitè in maximè excusatis
sumptibus, & irrationabilibus, suo sta-
tuti non decentibus, non insumat) non
peccabit, & filij tempore obitus quod
repererint, diuident. Nec superflui, &
prodigi sumptus erunt, si nobilis vic
qui à parentibus liberè, vel aliter sua
fortuna, aut industria, bona quæ habet,
in festis, publicis exercitijs, equestri-
bus, & solatijs, & tantorum equestri-
bus agitationibus, consumat: dum ab-
sit odium, & animus nocèdi filijs. Hæc
ergo bona respectu filij hæredis, sunt
bona quæ sunt solum in spe illius. Alia
tertiò bona sunt, quæ filius potest ha-
bere cum iure, & in re, vt si ipsius filij
illa sint iam vt castrensia, seu quasi, aut
aduentitia, aut eum iure ad rem, qualia
sunt, quæ per testamentum, vel aut de-
nationem legitimam pertinent filio,
pro tali ætate, ad quam non peruenit.

N. 55.

Bona est-
poralia
quæ hære-
ditantur
sunt in
multipli-
ci differē-
tia.

C Alia bona sunt castrensia, seu quasi, vel
aduentitia, vel hæreditata ex vno pa-
rentum, qui iam obiit. De quibus vide
suppositionem sextam, in principio huius
capitis, num. 1. in fine.

D Alia bona sunt castrensia, seu quasi, vel
aduentitia, vel hæreditata ex vno pa-
rentum, qui iam obiit. De quibus vide
suppositionem sextam, in principio huius
capitis, num. 1. in fine.

E Notandum secundo, ea quæ in prin-
cipio huius capitis supposuimus per
sex suppositiones, circa differentiam
Religionum capacitate, vel incapaci-
tate

N. 56.

tate hæreditandi bona immobilia, de iure successione, quod habet Religio ad bona profitentis in illa.

N. 57.

Quibus addendum & supponendum tertio: Quòd in casu nostræ præsentis questionis; variè potest contingere, aut enim ille qui in duabus Religionibus professionem emisit, aut primò fuit in Religione capaci bonorum, & secundo in incapaci; vel ambæ fuerunt capaces hæreditandi, aut ambæ incapaces, à qua, & ad quam fuit facta transmigratione.

N. 58.

Quartò supponendum. Quòd mors patris, in cuius potestate, & administratione contigat existere bona, eius qui profitetur potest in diuersa opportunitate euenire, vel enim moritur pater quandiu filius existit professus in prima Religione, quæ (vt supponitur) est bonorum incapax, vel existente filio in prima eadem Religione quæ est capax hæreditandi, & possidendi bona. Si in secunda opportunitate, hæreditat bona pertinentia omnia ad Religiosum professum, suum Monasterium; si verò in prima opportunitate contigerit, ad hæredes propinquiores qui sequuntur, bona deuenire debent. Vel etiam secundo aliter potest hæc mors patris, eius qui profitetur, euenire: nempe, quando iam existit filius in secunda Religione, ad quam à prima transiit, quæ etsi capax sit hæreditandi, & possidendi, non tamen hæreditat bona, quæ habet pater ad filium pertinentia cum iure in rem, scilicet aduenticia, seu castrensia, aut hæreditata iam ex morte præcedente alterius ex parentibus; videlicet matris: nam tunc solùm bona non hæreditata per filium profitentem, illa scilicet, quæ tantummodò habuit in spe, nempe, bona ipsa patris (& qui vsque ad illud tempus vixit) pertinent huic secundæ Religioni, in qua profitetur, quæ capax est; non vero reliqua bona, ad quæ habebat ius in rem, quando emisit professionem: hæc enim omnia (vt supra diximus)

eo ipso, quo priuatim in Religione professus, per professionem paupertatis, bonorum illorum dominio, transeunt ad legitimos immediatos hæredes, vel successores, iure successione hæreditariæ, vel ex testamento, aut donatione. Vnde sit resolutio prima.

N. 59.

Qui in principio suæ vocationis ad statum Religiosi, ingressus est in Religione non capaci possidendi, nec hæreditandi bona, id est, impeditam per suam regulam, & constitutiones, ad habendum in communi annuos reditus, vig. Fratrum Minorum, seu Capuciorum; aut alia simili, & postea assumat habitum in Religione capaci habendi bona; si pater, quem non hæreditauerat, è vita decesserit, quandiu in prima Religione non capaci bonorum consistebat, tunc transeunt bona paterna, siue quæcunque alia, ad alios legitimos propinquos, seu hæredes existentes in seculo; & non ad Monasterium Ordinis capaci hæreditandi bona, ad quod Monasterium transit mortuo patre, relicta prima Religione: quod ita tamen intelligendum est; scilicet, si testamentum non primò condiderit, vel fecerit donationem, secundum dispositionem Concilij. Et probatur, quia bona illa, siue sumenda sunt per modum legitimæ hæreditatis parentum, quasi in spe, siue quia vt castrensia, vel vt aduenticia, pertineant ad filium (possidente etiam, & viuente patre) mutant dominium, moriente naturaliter Religioso, vel etiam moraliter, per emissionem professionis in Religione: sed non possunt pertinere ad Monasterium, in quo existit, quia (vt supponimus) non est capax hæreditandi, nec possidendi; & multo minus ad ipsam Religiosum, mediante paupertatis voto in professione emissio: ergo pertinent ad hæredes legitimos, quos in seculo habet. Quod autem ad Monasterium secundum, quod capax est bonorum, non pertineant. Patet, quia tunc temporis nullum ius habebat ad illa, & hæredes legitimi iam apprehenderunt possessionem.

Quid ergo dicendum est, si deficiente legitimo hærede, descendente, aut ascendente ad hæreditatem istam, vel non comparente, quæ de causa, ad

P bona

N. 60.

bona inter consanguineos moraliter, dem de propinquiore, & proximiore disceptatur, nulli ex præsentibus data per iudicem possessione bonorum, & hereditate in æconomio depositario constituta, in hoc intervallo temporis Religionem mutet, & ad capax bonorum transeat, & profiteatur ibi; an hoc secundum Monasteriū hereditatis capax habet ius ad hereditatem?

Respondetur, & sit resolutio secunda. In tali casu quo tempore adhuc non diuisa & tradita hereditatis defuncti patris hereditas filij Religiosi, mutet filius Religionem, & profiteatur in secunda (quæ est capax bonorum immobilium) hæc est heres bonorum. Probat, quia illa bona (vt supponimus) tempore professionis in hac secunda Religione, capaci hereditatis, non sunt sub dominio, nec in possessione alicuius ex illa præsentibus in seculo, sed immediatus illorum dominus fuit pater Religiosus; ergo filius Religiosus, & eius loco Monasterium, quod (vt manet probatum) succedit iure hereditario, & sicut filius in bonis proficientis in illo, vt supr. in hoc cap. q. i. nu. i. supposit. 3. est legitimus hæres.

N. 61.

Quod si inites rursus. Monasteriū hoc secundum non habere huiusmodi ius hereditandi, quia cum eius ius sit ex participatione, iuris quod habet suus (tunc) Religiosus, nullum videtur habere. Quod probatur. Nam Religiosus per cuius secundam professionem præcedit acquisisse hoc ius, nullum habet, nec vilo modo potest habere, imò est omnino incapax habendi, quia virtute primæ professionis solemnis, emissæ in prima Religione non capaci, per votum essentialia paupertatis, quod votum, (cum reliquis essentialibus) ipse incapax remansit hereditatis, ac per consequens per illum non hereditavit suum Monasterium secundum.

Respondetur, remittendo in primis Lectorem ad sequentem tractatum de paupertate, vbi latè tractatur de capacitate, seu incapacitate Religiosi professi, (de ijs enim solum ibi agitur) ad recipiendam hereditatem,

A acceptandum testamenti legatum, acceptandi donationem; & interim asserimus, posse sine dubio, cum licetia Prælati Monasterij, imò & tanquam bona quæ ex sua natura secundum ius acquiruntur Monasterio. Quare ex hac parte corrumpit ratio, & fundamentum obiectionis. Et vterius responderetur. Quod Monasteriū capax hereditatis, repræsentat personam sui Religiosi, cuius incapacitatē (si haberet) suppleret sui Monasterij capacitas ad hereditandum, & possidendum bona in communi.

B Tertia resolutio. Bona que habet cum iure ad rem, & a fortiori, ad quæ proficiens habet ius ad rem, qualia essent castrensia, & adventitia filio, & quæ ex legato conuenire possent, post sex aut octo annos, ex voluntate donantis; existētia tamē in manu & possessione patris, quando fit professio, pertinet primo Monasterio, & nullo modo ad secundum, quamuis vsque ad transmigrationem ad illud secundum, non moriatur pater. Probat, quia bona hæc (de quibus loquimur) ad filium pertinebant, quando emisit professionē in primo Monasterio, quantum ad dominium & proprietatem. (licet existerent in manu patris) vnde cum necessario deberent mutare dominum, ad Monasterium suū, quod succedit legitime, debent transire. Quod (vt diximus) semper intelligendū est, si aliter non disposuerit, nam si, v. g. professionem emittens in Monasterio S. Augustini, vellet sua bona donare, vel renūtiare in fauorem Monasterij Ordinis Prædicatorum, ad quod postea fortè transijt; cum hoc per accidens sit ad donationem, siue donationem faciat, de futura mutatione cogitans, vel nō; valida erit donatio, & eius virtute bona proficientis, non ad primum Monasterium, sed ad secundum pertinebunt; si autem talis non sit facta donatio, certa est nostra resolutio.

N. 62.

C Quarta resolutio in casu proposito. Quando quis ex vna Religione transmigrat ad alterā, capax similiter bonorum immobilium in communi, bona parentum viuentium, quæ sint libera, & non vinculata a prædecessoribus (de quibus bonis dicemus statim)

N. 63.

statim) pertinent Monasterio illi primo vel secundo, in quo existens filius professionem emittens, tempore mortis parentum reperiatur. Probat, quia bona propria libera, & non vinculara, quæ pater pro vita sua possidet, siue libere hæreditata ab amicis, propinquis, seu parentibus, vel parta sua arte, scientia, aut labore, respectu filiorum, sunt bona in spe, & ad illa ius non habet in re.

N.64.

Resolutio quinta. Si quis huiusmodi bona, quæ (in spe dicuntur) ex legitima (inquam) parentum viventium habens, prius assumat habitum in Monasterio capaci bonorum, & viuentem adhuc patre mutet habitum, & ad illam Religionem transeat, quæ ex regula, aut constitutionibus non sit hæreditatis capax, & in hac professus Religione secunda non capaci bonorum, tunc eius pater qui possidebat bona moriatur, bona illa non alicui ex Monasterijs, primo, vel secundo, sed hæredibus in seculo existentibus pertinebunt: non aliter dispositione, vel legitima renunciatione antea facta. Probat, quia (vt diximus) primum Monasterium quamuis aliàs hæreditatis capax, nullum ius à suo professo potuit hæditare, cum hic vt diximus, solum in spe, & ad rem habuerit, quo deficiente fundamento defecit.

Vbi notandum. Quod quamuis hæc sit communis opinio, tamen aliqui (quos consuluerim) tenent, & iudicant probabilem contrariam, scilicet, quod in casu saltem quo non sint alij hæredes necessarij (quos dicunt *forçosos*) in seculo, illius qui profiteretur, si viuentem patre possidente, & vero domino bonorum suorum, profiteretur in Religione capaci hæreditandi filius, & postea transeat ad aliam Religionem quæ non est hæreditatis capax, in qua existens moriatur pater eius, primum Monasterium capax bonorum, possit ad bona defuncti patris aliquod ius habere; quod inde probari posset, quod sufficiens aliquale fundamentum ad bona Religiosi, cui sine hærede præciso, seu necessario in seculo moreretur pater, qui dominium vsumfructum, & admini-

strationem existenti in Religione non capaci, habet monasterium primum.

Quod probant. Primo, quia eadem videtur ratio, quando filio professo, & existente in prima Religione quæ capax bonorum est, viuentem adhuc, & superstitem patre, (domino absoluto bonorum) moritur filius Religiosus, per quæ nil adhuc Monasterium hæditauerat.

N.65.

Sed probabile videtur, quod si in tali casu pater moriatur postea, intestatus, aut sine præciso & necessariis hæredibus, monasterium in quo filius eius professionem emiserat, & ante patrem mortuus fuerat, bona illa hæditaret. Ergo minor probatur, & confirmatur fundamentum huius opinionis: nam fundamentum iuris Monasterij capax hæreditandi bona sui Religiosi, & acquirendi dominium illorum, vsumfructum, & possessionem, non est actualis præsentia Religiosi in illo, nec vita talis Religiosi, (nam aliàs eo ipso quod moreretur Religiosus, cuius intuitu, & per quem Monasterium tali hæditate gaudet, priuaretur bonis per Religiosum hæditatis, & habitis) quod nullus unquam dixit, nec dici posse videtur. Restat igitur, quod fundamentum hæditandi bona intrantis in Religionem, debeat esse professionis emissio, vt expressè continetur in authenticis, & locis iuris, citatis supra numero primo: quibus probatur, Monasterium iure successionis, & hæditario, succedere vt filium, & non vt hæredem extraneum, in bonis sui Religiosi.

D

Nec valet dicere, quod hoc N.66. locum habet in bonis tantum illis, quorum tantummodo habet pater possessionem, administrationem, & vsumfructum dum viuit, & filius Religiosus ius in rem, vt sunt carrensia, & aduentitia; vel ad rem, vt sunt legitima matris prius defunctæ, quæ quidem pertinent primo Monasterio capaci, quamuis moriatur ipse ante transmigracionem, vel post illam, ad Monasterium incapax hæditatis, ante vel post mortem patris; non autem de bonis illis, quæ pater

E

Religiosi habet propria, & libera, & ad quæ, vsque ad mortem patris non habet filius Religiosus verum & reale ius; sed tantum illud quod vocatur ius in spe, quæ spes, & quod ius fundatur in superuientia filij, qua deficiente deficit fundamentum Monasterio, vt tempore sequenti mortis patris sui Religiosi hæreditet hæc bona, ad quæ solum habet spei ius.

N.67.

Respondetur enim ad hoc. Quod etiam hæc bona propria patris illius qui proficetur, & nullo modo pro eius vita pertinentia ad filium proficentem, sicut pro tempore vitæ patris, reseruantur Monasterio, & illi pro illo tempore pertinebant, si pater pro sua vita non consumpsisset, vel donasset: ita vt superstiti filio Religioso, statim, ac de patris morte constaret, Monasterium acquireret dominium iure hæreditario, & successione. Ita posset, si hæres non appareret necessarius apprehendere dominium, & possessionem illorum bonorum, in morte patris sui Religiosi, quamuis huius mors præcessisset mortem patris. Quod probatur, quia terminus spei quam habebat, vel filius, vel eius Monasterium per ipsum, ad hæreditandum illa bona, quando pater Religiosi moreretur, tunc impletur, & non antea, & tunc venit occasio.

Tiraq.

Confirmatur, quia quamuis Monasterium non dicatur propriè, sed figuratiuè, & fictè, filius (vt diximus ex Tiraquello) succedit tamen in bonis, actionibus, & iuribus sui Religiosi successoris iure hæreditario, vt verus filius, vt supr. hic num. 1. suppositione 3.

N.68.

Confirmatur secundo. Si casu dicto, ille filius Religiosus professus, primo in Religione capaci hæreditatis, & translato postea in Religionem incapacem hæreditandi, existens in illa moriatur pater, qui possidebat & dominabatur bonis, (vt pote proprijs) si contingat illum professum filium, habuisse, & reliquisse filium legitimum, vel naturalem, legaliter hæredem, sine dubio in morte sui, quamuis contingat, hæc esse quando emissa professione secunda in Religione incapaci; nepos eius vt filius Re-

ligiosi professi (primò) in Religione capaci, exiget hæreditatem quæ illi peruenit, mediante patre Religioso (cuius filium constituunt Monasterium summi iura citata:) vnde nepotem, & eius iura repræsentat Monasterium, respectu domini domini bonorum. Ijs rationibus, & similibus quæ ex ijs deducuntur, redditur probabilis ista opinio, quamuis (vt diximus) probabilior sit contraria.

QVÆSTIO XV.

Vtrum feuda, & maioratus pertineant ad Monasterium capax bonorum, in quo aliquis emittit professionem?

Respondetur, & sit resolutio prima affirmatiua, cum Molina lib. 1. de primogenijs, cap. 13. nu. 76. & 84. cum Nauarro cap. non dicatis, nu. 87. Decio, Caldas, & communi opinione.

pertinere (inquam) ad Monasterium capax, si aliundè non impediatur, vt dictum manet, & dum tale feudum, seu maioratus grauatam non sit seruitio tali, quod decenter non possit soluere Monasterium: nam si onus, & seruitium quo feudum tale sit grauarum, possit Monasterium implere per aliû, vel sine indecentia, bene potest Monasterium hæreditare. Vbi notandum, quod hoc intelligendum est, in feudis inferioribus, cum Speculatore, quantum ad prouentus, vtilitates, & vsusfructus, quæ possit hæreditare Monasterium pro Religiosi vita, & non intelligendum cum nobilissima dignitate, vt Ducatus, vel Marchionatus: nam quantum ad dignitatem ipsius maioratus, certum est, quod non hæreditat Monasterium, imò neque prouentus, nec vsusfructum: iuxta quædam iura quæ citat Panormitanus, extenditque ad castra, & oppida iurisdictionem habentia. Neque etiam pertinebit feudum quodcumque, seu maioratus Monasterio, si in ipsa institutione habeat clausulam, per quam Religiosi, & Monasteria excludantur.

N.69.
Molina
Iurista.
Caldas.
Decius.

Specula.

Panor.

QVÆSTIO XVI.

*Vtrum emphiteosis, quam fortè habeat
proficiens in Religione capaci heredi-
tandi, pertineat ad Monaste-
rium ubi emittit pro-
fessionem?*

N. 70.
Empbi-
teosis,
quid sit.

Pro intelligentia notandum in primis. Quod emphiteosis est hereditas, seu ius ad percipiendum vsusfructus hereditatis per colonos (Hispanè casseros, & arrendadores para cultivar) hereditatis fructus, si per se colere velit, villa, seu territorij, cum domibus, mōtibz, pratis, hereditatibus, seu vineis, & alijs prouētibz, seu iuribus, aut iurisdictionibus: quæ bona, seu iura immobilia, inquam, (nam bona mobilia non possunt in emphiteosim dari per cartam, seu scripturam contractus) tradūtur à domino illorum alteri domino, seu colono, aut emphiteotæ, vt per tot annos, per tot vitas, aut in perpetuum; percipiat vtile, habeat plenā administratiōnem, priuatim ad dominum proprietarium, cui promittit in subiectionē, seruitutem, protestationē, & recognitiōnem dominij directi, quod in se reseruat dominus aliquam solum quantitatem, pecuniæ, fructuum, vel personale aliquod seruitium impendendam promittit. Qui quidem contractus hac lege fit, in hoc consistit, & hinc nomen accepit: quod debeant rura, & hereditates, coli, augeri, & meliorari: ita vt ob defectum culturae non vergant in deteriorationem, sed meliorentur. Hoc enim præ se fert nomen contractus, qui emphiteoticus dicitur à verbo Greco, *emphyteosis*, quod verbum significat idem, quod melioratio: & vocatur Hispanè contractus iste, *foro*, seu *fuero*; in alijs partibus vocatur *vita*, quia vt in plurimum per spatium duarum, vel trium, aut vnus vitæ conceditur, & eo sine introductus est, vt bona immobilia (quæ hoc contractu dantur) meliorentur, includit etiam iste contractus. Primò, quod non possit transferri sine licentia domini directi dominij. Et secundò, quod ille, si voluerit eo pretio quo alteri re-

Astituat ius, ad vtile emphiteotæ concessio. Et etiam terciò, quod si permittat in tali vita quæ reperitur, transferri in euentem tali, vel tali pretio, pars pretij (qualis in scriptura fuit assignata, siue quinta, siue decima) quinta decima, aut veintena, soluat domino directi dominij.

BNotandum secundo, quod ista bona emphiteotica potest quis accipere in contractum emphiteoticum, & meliorationem ab Ecclesia, siue Monasterio, (quæ quantum ad hoc idem sunt) & etiam aliàs ab homine priuato, quia siue hic, siue Ecclesia, aut Monasterium, habent absolutum & plenum dominium, proprietatem, & possessionem talium bonorum, & possunt, si velint, in emphiteosim dare.

CNotandum terciò, difficultatem huius questionis in hoc consistere, & per hoc reddi difficilem, quod emphiteosis quam habebat qui emittit professionem in Religione capaci, transeat ad Monasterium. Nam in primis, per hoc redditur deterior conditio directi dominij, ex pluribus capitibus. Primò, quia difficilius canon, seu pensio exigeretur à Monasterio (vt pote) potentiore, & non ita facile conueniretur in iudicio. Secundò, quia cum vt supponimus, emphiteoticus contractus, non possit super bona mobilia (sed necessario, super bona immobilia) fundari, si emphiteota, id est, qui recepit à domino proprietario emphiteosim, sit persona priuata, frequenter ob varios contingentes casus disponit de bonis in emphiteosim acceptis, & illa vendere intendit, & in alium emphiteotam suum ius vtile transferre, ad subleuandam inopiam fortè, vel ob aliam causam; tunc habet ius dominus proprietarius ad rei vendicanda ipsa emphiteotica bona (si velit,) et si nolit illa accipere, & recuperare soluto pretio. Terciò, si nolit soluere pretium, nec rei vendicare, habet ius acquirendi partem pretij in scriptura assignatam, quam venditor accipit, quæ pars, siue veintena, quincena, aut decima sit, vocatur laudemium, quia eo titulo

N. 71.

N. 72.

*Quid lau-
demium.*

soluitur, ut dominus proprietarius vte-
do recto dominio, concedat faculta-
tem, præbeat suum assensum, appro-
bet, & laudet talem transactionem bo-
norum fieri de vno in alterum emphi-
teotam. Quibus omnibus iuribus, &
obuentionibus, priuaretur dominus
bonorum, si ingrediente in Religio-
nem suo emphiteota, seu forero em-
phiteusis, seu forum transiret in Mo-
nasterium, in quo præter dicta incom-
moda, & damna proprietario, non ad-
huc leue resisteret damnum, quod dif-
fi ilius à litibus emergentibus se ex-
pediret, si super recuperationem (vi-
tis, seu annis spicis) bonorum ipso-
rum emphiteoticorum, vel super an-
nuos redditus, & pensiones soluendas,
aut super impletionem conditionum,
scripturas quæ in alieno sibi foro, nem-
pè, Ecclesiastico deberet intendere,
seu intentare, quod quidem inconue-
niens cauere, & præuenire curat pra-
xis & stylus tabellionum, dum quasi ex
sua natura contractus statuit condi-
tionem talem, quod emphiteota non
possit alienare; nec transferre talia
bona: & quod (si transferat) sit cum
dicta licentia, & solutione laudemij.
Et ultra hoc, quod talis translatio (si
fiat) non sit in personam ingenuam,
maximè potentem, priuilegiatam, Re-
ligiosam, vel Ecclesiasticam.

N. 73

Notandum quartò. Quod alio
etiam titulo impeditur huiusmodi trās-
latio bonorum in Monasterium, per
contractum emphiteoticum, quia cum
aliquando & sæpius imponatur graua-
men, seu obsequium personale solu-
endum quot annis, vel tali tempore, aut
die, v. g. assistendi personaliter emphi-
teotam in tali Monasterio, aut mense,
seu tali exercitio, equestri, seu comi-
tandi dominum, cum ostentatione, &
pompa tali, in occasionibus proceden-
di ad bella, seu ad quid simile, quæ &
huiusmodi personalia obsequia impo-
sita, siue in perpetuum, vel vitas, pro
vita, (inquam) vel tempore durationis
contractus: non posset decenter im-
plere monasterium, nec per suum Re-
ligiosum, & per alterum, non admitter-
retur impleri. Quibus suppositis, sic
resolutio nostra.

N. 74

Resolutio prima. Emphiteosis,

quam habet ille qui proficitur in Reli-
gione capaci bonorum in communi,
transit in Monasterium. Sic Ioannes
Andreas, Bartholus, Albericus, & alij
quos citat & sequitur Abbas, & De-
cius, in cap. in præsentia, de probatio-
nibus, Iason in authentica ingressi, C.
de sacrosancta Ecclesia. Nauarrus ibi,
Iulius Clarus num. 4. §. emphiteosis, q.
22. & Syluester, verbo, Religio. 6. nu.
1. Angelus, verbo, Religio, num. 54.
Isti, & alij, cum Abbate, & Antonio
Butrio, qui de feudo idem sentiunt,
transire scilicet ad Monasterium. Si
neutrum illorum feudum, nec emphi-
teosis habeant annexam pensionem pe-
cuniarum, fructuum, vel personale obse-
quium, tale quod non possit à Mona-
sterio, vel Monacho honestè præstari,
vel liceat per alium implere, suo loco
constitutum. Probatur, quia talis em-
phiteosis, & eius vsusfructus, inter bo-
na ipsius proficientis computantur. Vbi
notandum.

Io. And.
Barthol.
Alberic.
Abbas.
Decius.
Iason.
Nauar.
Iul. Cla.
Syluest.
Angelus.
Ant. But-
rio.

Quod si pensionis emphiteosis, vel
feudi, sit tale obsequium personale,
quod commodè, & decenter non pos-
sit impleri per ipsum Monachum,
vel Monasterium (vt iam explicui-
mus notabili 4. num. 59.) nec liceat
per scripturam præstari per substitu-
tum, emphiteosis, seu feudum finitur; &
res in feudum, seu emphiteosim data,
reuertitur ad directum dominum, &
ille qui factus est Religiosus, absoluitur
ab obligationibus ijs, & alijs feu-
di, seu emphiteosis, etiam cum iura-
mento, & fideiussione firmatis.

N. 75

Aduertendum etiam maximè. Quod
hæc insuper differentia, reperitur inter
emphiteosim receptam de manu pri-
uati hominis, quod in casu quo occa-
sione professionis Monasterium capax
apprehendere intendat inter alia bona
proficientis, etiam emphiteotica, seu
feudalia, si dominus proprietarius di-
rectus sit, Ecclesia potest illa bona re-
petere, & recuperare relicto valore
vsusfructus, ad arbitrium boni viri ta-
xato: & melioramentorum in ipsis bo-
nis emphiteoticis factorum, valore qui
pertinet, & est hæreditas ipsius Reli-
giosi, seu sui Monasterij, & ipsius pars.
Quod quidem non fit, si emphiteosis,
seu feudum sit receptum ab homine
priua-

N. 76.

priuato, qui quamuis sit dominus proprietarius, non per hoc poterit repetere, & recuperare bona quæ in emphiteosim dederit; si tempus vitæ, vel termini, non fuerint plenè transacti: sed pro vita Religiosi vsusfructus percipiet Monasterium.

N.77.

Sed dubitabis. An in casu quo per spatium, seu durationem trium vitarum, seu centum annorum, ipse profitens, seu eius pater qui decepsit acceperint talia bona in emphiteosim: quæ quidem locata colonis in forum sui fori, (vt dicitur) seu sufforata cum onere, quod coloni ipsi hæreditates, seu vineas, per suas personas collentes, grauentur solutione Canonis, seu pensionis taxatæ directo, & proprietario domino ab ipso imposta suo immediato emphiteotæ, & huic insuper obligentur soluere, quotannis coloni ipsi viginti, vel triginta tritici modios, v. g. ad quos fructus habet profitens ius pro toto tempore scripturæ, quod quidem ius est saltem tunc ad rem: & tunc quæritur, an si etiam moriatur Religiosus, pro reliquis annis emphiteosis, vel vitarum spatijs computatis, debeat possidere Monasterium: quod videtur iustum, cum sint bona sui Religiosi, cui successit iure hæreditario Monasterium.

Confirmatur, quia sæpius Ecclesiæ, vel Monasteria, saltem concedunt talia emphiteutica bona alicui, tanquã in satisfactionem aliquorum operum à prædecessoribus emphiteotæ Ecclesijs, vel Monasterijs ipsis collatorum, quibus non solum, & æquitate, sed ex vera iustitia, debuit fieri talis emphiteosis, seu dari talia bona in feudum, vel tandem illud quod vocant *lucrati* à colonis, emphiteotæ ipsi, pro dicta duratione scripturæ, & est census annuus, qui inter bona profitentis debet computari, imò & diuidi valor, & vtile, inter Monasterium, & filios, seu alios hæredes, quos habeat qui profiteretur, vt legitima illorum reliquorum bonorum. Sic Molina disp. 482. allegans pro se Iulium Clarum.

Molina
Theol.
Iul. Cla.
N.78.

Responderetur tamen cum distinctione. Si enim emphiteosis in ipsis institutione talis naturæ instituat, quod transeat, & hæreditetur iure

A successione, & hæreditario, per legitimos consanguinitatis hæredes, tunc non hæreditat Monasterium, sed propinquus consanguineus, in seculo: quod si emphiteosis, seu feudalia bona sic instituta sint, v. g. per tres vitas dureret, quarum prima nominet, quam velit esse secundam, & secunda tertiam; tunc sicut posset peruenire ad hæredem extraneum, vel ab intestato, aut ex testamento, aut donatione, perueniet ad Monasterium capax pro vita ipsius profitentis, absque eo quod aliquo modo Monasterium nominet qui profiteretur. Pro tempore autem vitarum, seu termini emphiteosis (qui non est adhuc elapsus) transibit emphiteosis ad successorem in reliquis bonis profitentis, si ita in scriptura sit dispositum, & aliter finietur emphiteosis.

An autem postquam sit iam profectus, possit Religiosus hanc facere nominationem? Negat Molina vbi supra, & resolutum manet supr. in hoc capit. num. 30. quæst. 6. & hoc est certum contra Caldas de nominatione emphiteotica, q. 6. & constat etiam.

N.79.

Molina.

Caldas.

Si adhuc testes, quod Monasterium succedit iure hæreditario, vt filius. Respondetur, quod est filius improprie, & solum quantum ad acquirendum dominium, & hæreditatem, sine apprehensione, aut actu possessionis (vt explicuimus:) quæ doctrina est notanda.

N.80.

D Nam si maioratus, investituræ, sic sint institutæ, & emphiteoses quod per modum legati in testamento, deueniant Petro, v. g. aut illi cui pertineant reliqua bona, tunc transibunt ad Monasterium, saltem quantum ad vsusfructum, non quantum ad honores, dignitatem, investituram, & præeminentias, excepto Regno, Ducatu, Comitatu, & simili, quæ nunquam, nec vllomodo, etiam quoad vsusfructum, pertinent ad Monasterium. Et etiam non pertinent ad Monasterium, neque quoad vsusfructum, si sint instituta pro consanguineis, vel vitis nominandis. Sic

Iul. Clar. lib. 4. §.
feud. q. 78.

(.)

CAP. V T QVINTVM.

Cui acquirat Religiosus professus.

HABET QVATVOR QVÆSTIONES.

Questio 1. Vtrum Religiosus legata sibi ab aliquo, possit acceptare?

Quest. 2. Vtrum legatū factū Religioso, sub conditione ne acquirat, neque se intromittat Monasterium, pena nullitatis valeat?

Quest. 3. Vtrum Ordini, seu Congregationi acquiratur quidquid Religiosus acquirat, an Monasterio in quo professus est?

Questio 4. Cui acquiratur quod donatur Religioso, pro suo libito dispendendum?

N. 1.



Via de bonis quæ Monasterio capaci bonorum intuitu profitentis in illo, hucusque egimus. Restat, vt de acquisitis per professum agamus. Vnde recolendum est in primis, quæ in principio huius tractatus diximus de rerum dominio, vsu, possessione, & administratione, ac acquisitione, & translatione, & simul, qualiter Religiosus sit feruus quantum ad acquisitionem quorumcumque bonorum, in quo sine limitatione aliqua traditur per professionem, Monasterio, & Prælato.

N. 2.

Supponendum secundo. Quod nihilominus Religiosi seruitus, ex alia parte ingenuitatem, & libertatem habet maiorem, quia non mancipat se, suaque omnia principaliter, & vltimate, in vtilitatem Monasterij, & Prælati, sed ad proprium spirituale augmentum.

Quo verò ad seruitutem Religiosi in ordine (specialiter) ad adquirendū Prælato.

N. 3.

Supponendum tertio. Quod neque subditur in hac parte, sicut inus patris filius non emancipatus patri pro quacumque aetate.

B quorum opinione, vsque ad vigesimum quintum, vel emancipationem legalē, subditur ita filius patri, vt super bona, hereditatem, & actiones lucrativas filij, habeat pater dominium; vt dominus respectu serui, ita vt principaliter in sui domini, scilicet, & patris conuertatur; respectu verò Prælati, talia bona Religiosi solum, vt dictum est. Vnde fit.

QVÆSTIO I.

C

Vtrum Religiosus legata sibi ab aliquo, possit acceptare?

Notandum primò. Pro intelligentia ex Bald. l. seruus, cap. communia, de successione, ex Decio, ex l. cum feudum, §. seruus, ff. de rebus creditis. Omnia iura quæ de seruo, & filiofamilias loquantur in iure aliquo acquirendo, habere locum quoque in Religiosis professis, quia in illis est eadem ratio, & eadem possunt accommodari iura. Sic respondet Innocent. in cap. cum olim 2. de privilegijs, cuius sententia ab omnibus recipitur. Vnde colligitur, quod quemadmodum quidquid acquirat seruus, acquirat domino; eo modo quidquid acquirat Monachus, acquirat Monasterio, modo quo dictum est. Si Monasterium (inquam) sit capax dominij bonorum in communi, quod di-

N. 4.

Baldus.
Decius.
Iura circa adquirendū sibi, & filijs, intellicantur de Religiosis.
Innocent.

co

*Cui re-
maneat
dominiū
rei lega-
tæ Mona-
sterio nō
capaci.*

N. 5.

co propter Franciscanos obseruantia, quæ secundum aliquos solum acquirunt vsus rei legatæ: dominium autem manet penes legantem, vel acquiritur hoc dominium (in aliquorum opinione) Deo, vel Papæ.

Nota secundò cum Bartholo, quem refert & sequitur Nauarrus in comen- tar. 2. de Regularibus, num. 3. Quòd sicut is qui liberum hominem à natu- ra possidet mala fide, tanquam seruū, nil sibi ex eo acquirit, sic etiam Mo- nasterium sciens Monachum non esse verè professum, nil etiam ex eo, vel causa illius potest acquirere: nam li- ber homo possessori malæ fidei nil ac- quirat. Et similiter ait Nauarrus ibi allegans Bartholum, quòd Monachus in aliquo Monasterio professus, & bo- na fide possessus ab alio, acquirit pos- sessori bonæ fidei, quidquid industria, labore, aut opera sua, acquirit: cætera verò quæ aliunde habeat, acquirit Mo- nasterio in quo est professus.

N. 6.
*Barthol.
Nauar.*

Sed dubitabis. An si Prælati dolo- sè aliquem ad professionem admittat, vt eius bona suo Monasterio deueniāt, illa bona Monasterio acquirantur. Ad quòd respondet Nauarrus, citatus vbi supra num. 31. negatiuè. Sed ea bona pertinere ad hæredes ab intestato, etiā si Monasterium non consenserit tali dolo, quæ omnia constāt ex cap. constituit. 20. q. 3. ex Glossa in eodē capite. In hac enim re (quæ est singularis) Ab- bas potest obesse, & non prodesse Mo- nasterio: dolo sè autem ad professionē admittere, multipliciter potest contingere, si (scilicet) primo illicetatum no- uitiū ad profitendum sine debita æta- te, aut non expleto anno probationis, in ijs, & similibus; affirmet contra ve- ritatem, & fraudulenter, posse licitè & ritè profiteri; quæ professio cum sit nulla, sic facta, illum nouitiū cum hac fraude ad professionem admittere, esset fraudulenter, & dolo sè admitte- re. Sit ergo resolutio.

N. 7.

Resolutio prima, & vnica. Potest Religiosus acceptare licitè quodcum- que legatum, ex licentia Prælati, taci- ta, vel expressa: si tamen sine licentia acceptet, peccabit quidem, sed valebit legatum. Prima pars probatur, quia si Monasterium sit capax bonorum, nullo

A iure potest impedire, quòd sicut per se sic per sua membra acquirat. Secunda pars, scilicet, quòd acceptando pec- cet, constat. Nam talis Religiosus sine licentia vtitur iure quod non habet, & in materia voti. Tertia etiam pars re- solutionis, quòd quomodocumque ac- ceptatum legatum, valide fiat, proba- tur ex Felino citato à Syluestro, verbo, testamentum, 2. q. 2. cum Bartholo, & Antonio de Butrio.

*Felinus.
Anto. de
Butr.
Barthol.
Syluest.*

B

QVÆSTIO II.

*Vtrum legatum factum Religioso, sub
conditione ne acquirat, neque se in-
tromittat Monasterium pec-
na nullitatis, valeat?*

C

A

Duertendum pro explica- tione cum Bartholo & Ab- bate, quos sequitur Sylue- ster, verbo, Religio, 8. q. 5.

N. 8.

& Azor lib. 12. institutionum Moral. cap. 10. q. 3. quòd ista conditio conti- net quid impossibile, scilicet, dicere aliquid posse acquirere Monachum, quòd non acquirit Monasterium; quòd videtur quasi si quis per aliquam dona- tionem, aliquid transferre intendat in dominium Petri, tali conditione vt non libere de ipsa (sic donata re) possit disponere: vnde si talis conditio nō in- terpretetur, videtur vitare, vel anne- lace donationem, vel legatum, ex lege pugnancia, ff. de regulis iuris. Nihilo- minus sit in hac re nostra resolutio.

D

Resolutio. Si legatum fiat cum hac conditione, v. g. Relinquo talia bona huic Religioso, hoc sensu quòd Mo- nasterium acquirat dominium (non vsus illorum) & hunc permittat Reli- giosum habere, & administrationem, reuocabilem quidem pro voluntate Prælati. Imò & esse intelligendum (ait Azor) esse validum legatum, vel dona- tionem, etiam si donans, vel legans ad- dat, quòd vult, Monasterio nil iuris ac- quiri quoad vsus, & administrationē talium bonorum. Et sic manet probata nostra resolutio. Casus enim esse pos- set, quòd Prælati permitteret iustè priuari Monasterium proprietate bo- norum, quorum administrationem, & vsus videret nocere spiritali bono Re- ligiosi.

N. 9.

Et

N. 10.

Et si querās, an valeant legatum, seu donatio, si Prælatus post acceptationem legati, vel antea nolit concedere licentiam vt talis Religiosus habeat vsum, & administrationem talis legati.

Abbar.

Respondetur cum Abbate, & alijs. legatum, vel donationem nullius esse valoris, & annullari, eo quod non fuit impleta conditio, quæ explicata modo dicto est licita, & possibilis: & bona redeant ad hæredes, qui forent à testamento alijs, si tale legatum non fuisset factum, vel donatio.

N. 11.

Sed quid dicendum, si cautè, & prudenter legans, & præueniens futura, dicat, se donare, aut legare cum hac conditione, vt Monasterium, vel Prælatus non auferat tale legatum illi Religioso, nec impediat vsum illius, nec super illud molestat talem Religiosum, & quod sic, & non aliter donat.

Syluest.

Respondet Syluester, verbo, Religio, 6. q. 7. distinct. 3. cum Glossa in l. Lucius. Quòd si legans apposuit illam conditionem per viam pœnæ, nulla est donatio, quia *impositio pœnæ cum pœnâ impossibili, de iure, vel de facto, non valet.* l. Cerdonem, ff. de oper. lib. 2. & cap. de ijs quæ pœnæ, l. 1. Si autè legans dicat, non per modum pœnæ, sed quasi præscribendo terminum, & modum suæ absolutæ donationis, liberè & spontaneæ suæ donationis, quòd scilicet tandiu duret, & pro solo illo tempore permaneat, vsquedum Prælatus velit, per hæc verba, aut similia: Hoc dono, aut lego huic Religioso, quolibet anno, mense, &c. illi tribuendum pro tempore quo Prælatus permittat illum frui, tali re, vel pecuniâ. Nam sic valida erit donatio, vsque ad illum diem: & adueniente casu, & Prælati voluntate, auferendi Religioso talem rem donatam, transit ipsa ad legitimum alijs hæredem, quem haberet in seculo ab intestato: causarum tamen hucusque est Monasterij.

N. 12.

Sed adhuc urgebis. Si in tali euentu, & Prælato auferente à Religioso donatam rem, hac conditione, œconomus, vel alius nomine Conuentus, grauetur de læsione, & damno sequuto Monasterio, ex re donata Religioso, & ab illo ablata, quod forsan maximè

egeret Religiosus ille tali leuamine, quia vel senex, debilis, vel habitualibus ægrotudinibus oppressus sit, vel exemptiones, aut iubilationes suæ personæ competentes habeat, quibus specialiter debeat ministrari, quæ omnia grauent alijs facultates communes Monasterij. Imò & iusta esset querela, eà etiã parte, quod priuaretur Monasterium dominio illarum rerum, quoadiu Religiosus haberet vsum illarum, & administrationem. Item, ipse Religiosus, iuxta doctrinam infra, 2. part. 4. tractat. suam querelam, & humilem recursum haberet ad Superiorem sui Prælati, si sine causa reuocet peculium, aut talem licentiam antea concessam.

Respondetur, quòd in casu argumenti non habet Prælatus causam, vt legatum, donationem, neque peculium auferat, & sic de damno sequuto erit iusta querela.

C

QVÆSTIO III.

Vtrum Ordini, seu Congregationi acquiratur quidquid Religiosus acquirat, an Monasterio in quo professus est?

R

Respondetur, & sit resolutio nostra. In iure antiquo, & quando singula Monasteria non erant vnita in aliqua

D Congregatione, aut Prouincia, sine dubio acquiratur solum Monasterio in quo Religiosus erat professus: & idem dicendum modo, de Monasterijs Monialium: & etiã si detur aliquod Monasterium, quod non sit vnitum in Congregatione, aut Prouincia cum alijs.

Resolutio secunda. Quando Monasteria (Ordinum qui in communi possunt habere bona mobilia & immobilia) non sunt vnita inter se, quantum ad bona, scilicet, vnione illa supra explicata, qua vnè sic atrahit ad se aliud, & incorporat, ista vt ex duobus resultat vnum, (vt de Prioratibus vnitis Monasterijs principaliter diximus) sed solum sunt vnita ad gubernationem, vt Prouinciæ in Regno, & familiæ in Republica, cuiusque Monasterio suo ad-

N. 13.

N. 14.

quirat

quirit Religiosus, explicatur, & probatur.

N. 15.

Nam tota difficultas consistit in explicando, qualis sit cuiusque Religioso suum Monasterium: illud scilicet ubi professionem emisit. An illud ubi legitima autoritate (secundum constitutiones Religionis) est adscriptus & assignatus, ut Capitularis, seu Conuentualis; quare in Religione illa in qua ex constitutione, & consuetudine illud corpus communitatis, seu ille Conuentus, cuius pars substantialis est, & membrum essentialiter integras illud mysticum, & corpus componitur ex Religiosis ibi (non ut hospitibus) sed ut Conuentualibus, illi tales Religiosi illud in quo commorantur, & a quo sustentantur, habent pro Monasterio proprio, & illi debent acquirere.

Confirmatur, quia tales in illo Monasterio commorantes Religiosi, sic absolute, & complete constituunt illud corpus mysticum, illam communitatem, & Conuentum, ut sint in communitate domini bonorum, & legitimi Capitulares, ut possint quoscunque contractus ad Conuentum pertinentes celebrare, acquirere bona, & alienare. Ergo illi Monasterio, tanquam partes totius, ordinantur.

N. 16.

Scio quidem in aliquibus Religionum Monasterijs, residere aliquando, & per multum temporis, aliquos eiusdem Ordinis, Prouinciæ, vel Congregationis Religiosos, qui actibus Conuentus, & frequentibus assistunt, sed ad actus illos qui membris, & partibus (quasi essentialibus) Conuentus, ut ad electiones, ad celebrandum scripturas, & contractus, & similes, non admittuntur. Sic dicunt seruari in Ordine sancti Hieronymi, & quod illi tales Religiosi pro hospitibus reputantur, quamuis in dormitorio communi cellas habeant, & Superioribus Monasterij subduntur: & forte idem, vel quid simile in huiusmodi, & alijs Religionibus reperitur.

Vnde in ordine ad acquisitionem bonorum, rationi videtur consentaneum, quod hanc non faciant huiusmodi Religiosi, Monasterio illi in quo sic resident, cum in illo hospites, in fauorabilibus, & non Conuentuales sint,

A bonorum acquisitionem, & quod acquirant, si aliquod legatum, vel donatio illi fiat Monasterio, in quo sunt professi.

Neque obstat quod tales Religiosi (sensu dicto) hospites, sustentantur à Monasterio in quo resident, & sic videtur iustum quod ipsi acquirant. Nam respondetur. Quod talis mera sustentatio in genere stipendij, est citra condignum pro assistentia Conuentui, & actibus.

N. 17.

B Resolutio tertia. In Monasterijs illarum Religionum, vel Congregationum, ubi talis austeritas, neque ex regula, neque ex constitutionibus reperitur, quod Monachus Conuentualis in Monasterio ubi non est professus habeatur pro hospite, & pro extraneo, quantum ad actus conuentuales, honoris, electionis, & administrationis, & solum Conuentualis ad onera Conuentus: (quod quidem durum est) & ubi quicumque Religiosus, legitime directus, & Conuentualis assistit ut membrum communitatis, in poenaliibus, & fauorabilibus, ut explicauimus; bonorum quæ tali Religioso (modo explicato in præcedenti questione) legarentur, vel donarentur, dominium acquireret Monasterium in quo residet. Probatur ex dictis, quia huius est verum membrum.

N. 18.

C Resolutio vltima. In Religionibus huius præcedentis resolutionis, in quibus singula monasteria sint vnita in Congregatione per modum familiarum in ciuitate, seu Republica, ex causa iusta, & ad vniuersalem vtilitatem, & commune bonum, potest ex suprema potestate ipsa Congregatio facere legem ut Religiosus (in aliquibus casibus) qui sit membrum, & Religiosus Conuentualis, verè & proprie vnus Conuentus, acquirat alteri in quo emisit professionem.

N. 19.

D Probatur, quia (ut in principio huius tractatus diximus) vnus ex principijs translationis bonorum, est auctoritas publica Republica, cuius virtute propria vnus ciuis in dominium, & partem alterius, seu ipsius Republica, transferuntur: & quidem magnam, & maximè sufficientem causam indicabit forte aliqua Religio ad statuen-

N. 20.

Statuendum, quod bona pretiosiora ex ijs quæ in vita Religiosus acquisierit, scilicet, libros, imagines, peculium monetarum, aurum, argentum, pannos laneos, & lineos, & quæcunque suppellectilia, & ornatus cellæ, omnia tandem quæ apud Religiosum morientem reperiantur, præter vestes interiores, quæ nonnā non sūt, sed aliquando indutæ, quam constitutionem, & quod huiusmodi vestes pertineant ad Monasterium in quo Conuentualis assistens, moritur, aliunde professus habent Benedictini Congregationis Hispaniarum. Et inter alias causas poterit enumerari, & rationes, quod Monasterium in quo aliquis professionem emittit, in ipsius Religiosi educatione sustentatione, & instructione, & vt in plurimum Conuentualem, & commensalem habuit, cum dispendio, & consumptione magnæ partis substantiæ Monasterij in ijs omnibus: & etiam, quia ad ipsam Congregationem pertinuit declarare, qualiter Religiosus in vno Monasterio professus, & in altero Conuentualis, sicut in vtroque, secundum diuersos respectus, est incorporatus; in hoc, ad suffragandum in electionibus, celebrandum cum alijs Religiosis Conuentualibus, contractus, & similibus: in illo ad dispositiones maiorum rerum ad ipsum Monasterium spectantium, vt de noua intentata vitione, & habitudine, vt caput, seu vt membrum Congregationis, de permutatione Monasterij cum alio, ita vt ius filiationis quod habent, qui in isto Monasterio, habeant deinceps in alio, & similia iura, quæ ad professos vt tales sunt, pertinent, & nō vt Conuentuales: ita bona ab ipso acquisita inter vtrunque Monasterium sūt diuidenda.

N. 21.

Ex dictis sequitur, quod quando cumque de inuolutione maxima, circa Monasterium, vt de dicta mutatione status, modi, seu instituti viuendi, vt si de mutando Conuentu sub alia diuersa regula strictiori, & adhuc multo minori mutatione, vt de traditione Conuentus in Patronatum alicui magno Principi: vnde ex circumstantijs iugum graue imponeretur, quod si cognouissent, nullo modo in illa curaret aliquis habitum assumere. Ad omnia

hæc Monachi, seu Religiosi illius Conuentus, non sūt qui in illo resident Conuentuales, qui in alio sūt professi; sed qui in ipso professi sūt, qui vbi-cunque Conuentuales sūt, sūt confusendi: imō & ad huiusmodi negotium si contingat in tali Conuentu tractandum, debet fieri absque Conuentualibus aliunde professis.

In speciali solet hic, & incidenter dubitari, cui acquirat Religiosus viuens ex licentia Papæ extra Monasterium; ex redditibus pensionis annuæ quam habet. Et idem queritur de eo Regulari, qui oppressus est ære suuente ante ingressum Religionis, cui acquirat.

N. 22.
Dubium

Ad primum responderetur cum Azor institut. Moral. lib. 12. cap. 10. q. 3. & ex Nauarr. comment. 2. de Regul. num. 3. Dominium talis pensionis esse apud summ. Pontif. vsum, & administrationem apud Religiosum, qui Pontifici acquirat, & idem de alijs quæ hereditate, industria, labore, aut alijs acquirat.

Azor.
Nauar.

Ad secundum, cum eodem Nauar. ro responderetur. Acquirere talem oppressum a creditoribus quidquid (vt dictum est) acquirat. Et ratio est, tum quia per professionem non derogatur iuri creditorum: tum, quia Monasterium tacite hoc voluit, quando oppressum debitis admisit.

QVÆSTIO III.

D Cui acquiratur quod donatur Religioso pro suo libito dispendendum?

R Esponderetur. Quod si sine dolo fiat donatio, & acceptetur, & faciat hunc sensum, quod Religiosus legatarius

N. 23.

rationum bonorum donationem acceptet lege testamentarij, qui nil sibi (ex iure) applicare potest, licita est, & acquiruntur bona licitis sumptibus quibus applicatur, si autē donatio absolute fiat vt pro sua voluntate, in qualescunque personas, & vsus liberè distribuatur, nulla excepta, & Religiosus ex licentia Prelati sibi applicet, & consumat, est quasi simplex donatio Religioso facta, & acquiratur. Ait Azor Monasterio eapaci.

Testamentarius nil sibi potest applicat.

Azor.
DeConstit.
Benedictinor.

Ratio cōstitut. Benedictin. de diuidendis bonis morientium.

Eug. Pa
pa III.
Bul. 51.

De Religiosis fugitiuis, seu ad alia Monasteria sine licentia transnigrantibus, cum non habeant dominium, nec possint in alia Monasteria transferre, & pertineant ad Monasterium à quo fugerunt, ipsi necessario acquirunt. Benedictini habent Bullam Eugen. III. Aliter est dicendum de Religiosis ex causa, seu legitime eiectis, qui quamuis sint Religiosi, & sub obligatione voto-

rum, & sine dominio bonorum, vsu, nec administratione, sunt nihilominus ab obedientia Prælati (cum iam illū non habeant, quia ab ipso sunt dimissi) emancipati; & ab obseruatione paupertatis: vnde possunt administrare bona quæ lucrantur, & possunt alienare, & dispendere, sine Prælati licentia, nec dependentia ab illo, cum (vt diximus) non habeant.

Cuius
quirat
iceli.

CAPVT SEXTVM.

De alimentis profitentium in Religione.

HABET VNICAM QVÆSTIONEM.

N. 1.



Triden.

De Alimentis quæ possunt recipere Monasteria pro anno nouitiatus, ad sustentationem nouitij, expressè disponit Tridentin. ses. 25. capit. 16. de Regulariis. Quod nil prorsus de bonis ingredientium possit accipere Monasterium, præter ea quæ ad victum, & vestitum nouitij, vel nouitiæ illius quæ in probatione est, necessaria videbuntur, quocunque prætextu à parentibus propinquis, aut curatoribus. Circa quod sit.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum liceat pro Religionis ingressu aliquid donare, vel accipere?

N. 2.
Extrau.
Vrb. PP.

Ad Quod dicimus in primis. Quod de hoc extat Extrauagans prima, de simonia, vbi Urbanus Papa seuerissimè prohibet sub excommunicatione ipso facto incurrenda, & ipsi reservata, ne aliud recipiatur directè, aut indirectè, à volentibus ingredi in Religione, nisi illud quod personæ ipsæ purè & spontaneè, ex plena liberalitate, omnique pactione cessante, dare, vel offerre voluerint: & addit, sed eas omnes potius cum omnimoda pietate reci-

piant, ac in victu, & vestitu sicut alias personas suarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, & locorum, sincera charitate pertractent. Hæc Papa Urbanus. Pro quorum intelligentia.

Notandum dupliciter. Possit recipi aliquid pro ipso ingressu, statu, seu modo viuendi, qui cum sit omnino spiritualis, sine dubio incurritur, & est simonia, quæ ex sua natura in hoc consistit: Quod quis accipiat pro spirituali, aliquid temporale tanquam pretium. In quo omnes Doctores conveniunt. Secundo modo, potest donari, vel accipi aliquid, pro victu, & vestitu Religiosi, quod cum temporale sit, & non spirituale, & Religio admittens Religiosum, accipit simul hoc donus, (huiusmodi illi prestandi) videtur quod sine scrupulo possit aliquid pro ijs recipi: sicut contingit in sacramento Matrimonij, vbi quavis pro Sacramento ipso aliquid non recipiatur à contrahentibus, tamè pro conseruanda, & sustentanda matrimonij vita, & ipsius onera (cum hæc quidè temporalia sint) recipitur dos, & idem est dicendum in præsentis. Pro quo sit

N. 3.
Simonia
in quo cõ
sistat.

Resolutio prima. Si Monasterium non habet sufficientia bona ad sustentandas tot personas, quot habet. Non est peccatum, nec simonia recipere aliquid (etiam) cum pacto) temporale, pro victu, & vestitu volentis ingredi, vel ingrediētis Religionē: si autè Monasterium habet

N. 4.

D. Tho. Hęc resolutio est expressa, D. Tho. 2. 2. q. 103. ar. 3. ad 4. cuius hęc sunt verba:

Pro ingressu Monasterij nõ licet aliquid accipere quasi pro pretio, licet tamen si Monasteriũ sit tenue, quodd nõ sufficiat ad tot personas sustentandas: gratis tamen ingressum Monasterij exhibere, seu accipere aliquid pro victu persone que in Monasterio fuerit recipienda, & si ad hoc non sufficiant Monasterij opes: & est communis opinio Doctorũ, & ratio est manifesta, quia essentia & natura simonię in hoc cõsistit, quod aliquid tẽporale, tanquam pretiũ detur pro spiri

tuali. Dixi notanter, si Monasteriũ non habeat sufficientiã bona, vel ex verbis D. Tho. si Monasterium sit tenue, quod non sufficiat ad tot personas sustentandas, quę conditio est à D. Tho. imposta, & tã necessaria, vt si non adsit, dicit

Suarez. *Sutr. 1. to. de Relig. lib. 4. de simonia, n. 9. & 10. esse, & cõmitti simoniam, cũ ille qui admittitur Religiosus, eo ipso quo admissus est, habeat ius in re, vt sufficeretur, & alatur redditib⁹, & bonis Mo*

Raimũ. Cardin. *& alij, exponendo decisionem text. in cap. tua nos, de simonia: præfertim, quo ad illa verba: Si Clerici qui illũ in fratre admittunt, cum non essent nisi commode temporalia perciperet, admissuri:*

exponunt illam Decretalẽ Cardina. 15. & Raimund. citati; loqui quando Ecclesia, seu Monasterium abundat, & tũc dicunt committi simoniam.

N. 5. Soto. Syluest. *Contra hanc doctrinã confurgit Soto lib. 9. de iust. & iur. ar. 2. Syluest. ver bo, simonia, & alij. Et ratio Soti est, quia siue opulentũ sit Monasteriũ, siue tenue, habet ius ad recipiendum aliquid ad sustentationem Religiosi quem de nouo admittit, quia ea quę recipiuntur ad sustentationem, recipi possunt etiam à diuitibus ministris Ecclesię, quia nõquam recipiuntur vt pretium rei spiri*

ritualis, quod constat cum Clerici diuites sine simonia, imò sine iniustitia accipiunt portiones, & stipendia elemosinas, aut pitancias pro Missis, celebrandis, & Officijs, & tandem licitẽ de Altari sustentatur cui seruiunt. Ita Soto.

N. 6. Suarez. *Impugnat hanc opinionem Franciscus Suarez, to. 5. de censuris, decis. 2. sect. 5. n. 12. ponderãs ad hoc sententias*

A Canonum, & dicta Doctorũ. Et à priori probatur, supposita institutione Ecclesię. Nam bona Monasterij, & eius redditus Ecclesiastici, sunt ab Ecclesia destinati, vt consumantur & expendantur in Religiosis, liberaliter alendis, & vult Ecclesia vt quęlibet persona idonea ad tale institutum, & ad illud à Deo vocata, gratis ex Monasterij bonis sustentetur, si ad id sufficiant Monasterij opes, non obstante numero præexistente Religiosorũ. Ex quo sequitur, quod si aliquod Monasteriũ tunc à proficiente, vel à suis bonis exigat aliquid ad Religiosi sustentationem, vendat sustentationem quę gratis foret exhibenda.

B Quod si dicas hinc solum concludi, committi iniustitiam ad summum, non verò simoniam, quę est vitium contra virtutem Religionis, ad quod respondimus statim. Instat adhuc ratio Syluestri, quod in tali casu quo Monasterium diues, titulo sustentationis aliquid exigat de bonis proficientis, tria debent considerari. Primum, quod si debita ratione, & intentione fiat sustentandi (scilicet) Religiosum, non est vera & realis simonia, imò nec contra conscientiam. Secundum, quod ad summum aliqua præsumpta simonia interuenit (si aliqua) & pertinens solum ad forum externũ, & nullo modo simonia vera. Tertium, quod si aliquod peccatũ in hoc reperiretur, nullo modo est simonia quę (vt diximus) pugnat cũ virtute Religionis, sed iniustitia, quę fit illi, qui proficetur, quia iniustũ pati videtur, & iniuriã contra virtutẽ iustitię cõmutatiue formalis, cùm illi sustentatio, quę (vt dictũ est) debeatur exhiberi gratis, & ex redditibus Monasterij, & illa subtrahitur illi, & extorquetur ex ipsius bonis. Ferè idem tenet Aragon. de iust. & iur. q. 100. art. 3. ad 4. quod, scilicet, similiter in paupere, aut diuite, esset in Monasterio auaritia, (quidem) sed non simonia.

C Respondetur Syluestro, & huic obiectioni. Quod licet ex natura rei, verum sit quod dicit de simonia præsumpta, tamen supposita institutione Ecclesię, etiam esse verã simoniã, nam Ecclesia prohibet illam receptionem alimentorum, de quibus loquimur; non tantum propter iniustitiam, sed præcipuè inten-

D *Aragen.*

E *N. 8.*

inten-

incertu Religionis, & ne status ille adeo spiritualis & sanctus, venundari videatur, nam lex Ecclesiastica prohibenda simoniam præsumptam, intuitu Religionis facit illam esse veram simoniam, & nõ præsumptam solum. Addit autẽ Suarez, posse optimẽ defendi esse hanc verã simoniam ex natura rei, quãuis supponat aliquam Ecclesiasticam institutionem, sicut dicitur de calice, & alijs rebus habentibus, consecrationẽ ex institutione Ecclesiæ, & de beneficijs Ecclesiasticis. Ita enim hic ex institutione Ecclesiæ est, quod Religiosi habeant ius quod de bonis Monasterij gratis sustentetur, quod ius spirituale est, & in ijs qui legitimẽ ingredi volunt, & sine iam idoneo reperti, & admissi, est ius quasi ad rem, sicut in iam professis est ius in re: unde ab illis ingressuris petere aliquid intuitu sustentationis, est videri illis ius quod ingrediẽdo Monasterium debetur illis gratis exhiberi ex bonis Ecclesiæ, & Monasterij: hoc autem est vera simonia, non solum quia prohibita, sed per se, & ex natura rei, sicut Episcopus cõmitteret simoniam si cogeret per denegationem ordinum alijs, vt aliquis Clericus Beneficiũ habens, ordinaretur titulo patrimonij, cogens illum ad applicandum fructus Beneficij ad opera pia, quidem, sed sui intuitu, aut ad sustentandos alios Clericos, vt aliqui dicunt.

N. 9.

Suarez.

Huius doctrinæ aliquæ afferuntur declarationes, seu limitationes ab eodem Suarez tomo 5. de censuris, disp. 22. sectione 5. nu. 12. dicit enim, quod licet Monasteriũ alijs sit diues, potest hic, & nunc dici tenue, & aliquid recipere pro victu, & vestitu ingredientis in Religionẽ. Primò, quia habeat expletum numerum eorum, qui cõmodẽ sustentari possunt. Secundo, quia sunt aliqui alij, quos expedit admittere, & non suppetunt illis opes, quas monasterio tribuant pro sui ipsorum sustentatione, & Monasterium, non potest omnes simul sustentare. Tertiò, quando accipere talem sustentationem, vel pecuniam, aut fructus ad illam, pro ingrediente, fit ea intèrione, aut sine, vt reditus Monasterij augeatur, vt crescat Religiosorum numerus, cum competentem sustentatione, quod crederem intelligendũ,

A quando numerus competens officij, & amplitudini Conuētus fuisset fortẽ diminutus, propter debita, seu inopiã in quam deuenerit; tunc enim dicitur etiam tenue, quamuis alijs multos & copiosos habeat reditus.

Ha. tres limitationes, & declarationes presentis doctrinæ, affert Suar. dicens; in ijs, & similibus casibus, non condemnan læ ralem acceptationẽ bonorũ, nempe, pro ingrediente Religionẽ, sicut nec simonia, ait, cõmitteretur. admittere facilius in Religione illum, qui ex deuotione cũ Religione,

B largas elemosynas Monasterio fecit, vel est facturus, quãuis hic sit diuersa ratio. Aliã limitationẽ vide apud Aragon, loco citato, de instit. & iur. q. 100. cap. 3. ad 4. quod in Monasterio tenui, si is qui futurus est Monachus, fuerit debilis, vel claudus, aut alioqui inutilis ad vitæ actiones, poterit Monasterium aliquid amplius exigere, quia huiusmodi homines faciunt maiores sumptus, nec ipsi suo labore, aut industria possunt augere rem familiarem Monasterij.

C Aliam limitationem addit D. Tho. 2. 2. q. 103. art. 3. ad 4. Licitũ esse, dicens, aliquem allicere, & procurare ad deuotionem, seu affectum pium erga Monasterium, per aliqua temporalia beneficia, seu munera, vt ex ijs animus eius inclinetur, & afficiatur ad talis Monasterij ingressum, & in hoc omnes D. conueniunt, cum D. Tho. & hæc dicta sunt de iure naturæ ipsius simoniz; de iure autẽ positiuo, dubium speciale est, an sit prohibitum. Pro quo fit.

D Resolutio secunda. Non est prohibitum iure Ecclesiastico positiuo, aliquid recipere in Monasterio tenui pro victu, & vestitu volẽtis illud ingredi. Est cõmunis, & D. Tho. loco citato nuper expressẽ, dicit simpliciter loquẽdo, id esse licitũ, iura autẽ quæ videntur id prohibere, iã eo tẽpore lata orant, vt ait Nauar. tit. de redditibus Ecclesiasticis, q. 1. monit. vlt. nu. 2. & Suar. d. lib. 4. de censuris, c. 17. nu. 7. & 5. tom. disp. 22. q. 3. art. 3. quæstiuncula 1. ad arg. vbi Palud. q. 2. n. 20. Caiet. in summa, verbo, excommunicatio, c. 72. Antonin. 2. p. tit. 1. c. 15. & 18. Syluest. verb. simonia, q. 15. Ang. verb. simon. 4. Tabien. n. 63. Soto de iust. & iur. lib. 6. q. 5. art. 2. Idẽ

Q 2

Glos.

Quando recipiẽdo aliquid in ingresso sinouitij cõmittatur simonia, & quãdo nõ
N. 10.

Aragon.

N. 11.
D. Tho.

D. Tho.

N. 12.

Nauar.

Suarez.
Palud.
Caiet.
Syluest.
Angel.
Tabien.

Abbas.

Glossa in cap. non satis, & in c. quonia. de simonia, ubi Abbas, & alij, quos refert Suar. ubi sup. Et probatur, quia nulum est decretum, quod talem prohibitionem generalē sufficienter ostendat: & si tale decretum aliquādo fuit, & est, iam est derogatum contraria consuetudine, cum sit constitutio humana.

N. 13.

Tertia resolutio. In Monasterijs virorum recipere aliquid ultra merā sustentationem, ex pacto (etiam si Monasterium sit tenue) pro Sacristia, & valedudinario, seu enfermeria, est prohibitum, & est simonia: secus autem si non detur, nec recipiatur ex pacto, sed mera voluntate, & liberalitate ingredientis, & sine scādalo. Hæc est communis, & patet ex dictis.

N. 14.

Ex hac resolutione sequitur. Primò, quod non dicitur dari ex pacto, nec interuenire pactum simoniacū, aut tale debere nūcupari illā conventionē quæ inter Prælatos, seu factores Monasterij tenuis, & ingredientē fit super taxationem reddituū, pecuniæ, aut fructuū, qui necessarii videbuntur pro sustentatione congrua & vstitata in illa Cōmunitate.

N. 15.

Sequitur secundò. Nullo iure esse prohibitum, nec vllā incurri simoniā, aut iniusticiam, si in Monasterio tenui denegetur ingressus, seu professio, illi qui cū habeat sufficientia bona, renuit concedere Monasterio fructus, seu redditus competentes pro congrua sui sustentatione, dummodo ex hac denegatione non sequatur scandalū, quia etiā passiuum ex imbecillitate pusillorum, debet vitari, vt diximus supra: quod constat, tum ex modo quo præcipit Concil. Nā ex trib⁹ illis quæ præcipit in hac materia, modum (inquā) & tempus faciendū renuntiatiōē, & quod præter alimenta nouitij, nil recipiat Monasteriū de bonis nouitij ante professionem, de bonis nouitij; tertium, quod pro nouitijus anno possit recipere portionē sufficientem: ex quo colligit Suar. loco citato, quod si pro sustentatione in nouitijus, est licitum recipere aliquid, eadem ratione licebit pro sustentatione totius vitæ. Nam hoc quod Concilium non prohibet, sed potius insinuat, permittit, si Monasteriū sit tenue, vt ita indigeat hoc subsidio ad sustentationē profelsi, imò & aliquid amplius eo, quod

A concedit Tridentinum pro nouitijus in Monasterio diuine. Vnde (ait Suarez) *Suarez.* satis insinuat Concilium, posse Monasterium à tempore professionis bona Religiosi accipere, & possidere, quod ego intelligo (ait) vel donate ipso proficente liberè, quando Monasterium est diues, vel si sit pauper, & verè indiget, exigat illam competentem sustentationem.

B Colligitur tertio, Monasteriū esse sufficienter tenue, & accipere licitè portionem bonorum pro sustentatione profitentis, sine labe simoniæ, aut iniustitiæ, quando ex circumstantijs contentis in dictis limitationibus, & hic, & nunc est pauper: vnde casus quando incurritur simonia, talis fingi potest. Si Petrus, v. g. peteret admitti in Monasterio pingui, quod quidem pro numero Religiosorum competenti pro conseruatione in obseruantia, & instituto, habet sufficientes redditus, neque ære alieno, debitis, aut obligationibus, est adstrictū, nec ædificijs, aut alijs considerabilibus sumptibus obligatū, & nullus alius protunc aprior, & vtilior Religioni, prætentat ingressum. Quibus suppositis.

N. 16.
Casus,
quādo simonia cōmittitur exigendo aliquid ab ingrediente Religionē.

C Probatur nostra resolutio. Satisfaciendo, & declarando Extrauagantem Urbani, in principio huius questionis positam, quam dicit Suarez 1. tom. de Relig. lib. 17. num. 16. non continere nouam prohibitionem, sed renouare antiquam, & addi cēsuras: quod patet in initio illius Decretalis, ubi sic dicitur. *Detestabilis, & à Caninibus reprobatā, seruatū ab usso: & addit sic; Et alijs pœnis in talia præsumētes infidelis in iure, in suo robore duraturis, pœnam adijcere grauiorē.* Hæc ibi: antiqua autē iura, non prohibent pro sustentatione aliquid recipere, vel dare, quando Monasteriū verè est pauper. Deinde probatur, quia talis receptio bonorum pro sustentatione, nō est adeò detestabilis, vt damnari debuisset à Pontifice verbis adeò grauibus. Vnde constat, quod ibi solum prohibentur exactiones illæ, quæ sine vera necessitate sunt, & onerosum reddunt valdè, & difficilem Religionis ingressam, & sunt occasiones multorum scandalorum, quæ cessant quando adest vera necessitas. Hunc etiam sensum innuunt illa verba:

N. 17.

Urbani
PP.

Quos.

Quoscumque pactus, seu prandia, pecunias (vtrique) per modum distributionis, aut res alias, etiam ad usum Ecclesiasticum deputata, vel deputanda, id est, munuscula & dona, quæ pro Sacristia, aut officina infirmorum dictam valetudinario, vel alijs similibus rebus extorqueri solent. Sulentatio autem necessaria ibi non prohibetur, vt tenet Nauarrus vbi supra in Manuali, ex nu. 106. allegans Caietanum, & idem Soto, & alij.

Nauar.

N. 18.

Vbi notandum, quod intelligentia horum iurium, Extraneantis, & Trid. & antiquorum iurium, omnium ad rectam dispositionem Regularium, & cognoscitur: cognito duplici intentu ipsorum. Primum enim est, obulare, & prouidere inconuenienti, quod contingere solet: quod quis (videlicet) retrahatur ab ingressu Religionis, exterritus improbis exactioibus Monasterij, titulo sustentationis, & scandalum auaritiæ, quando Monasterium opulentum sine necessitate, plura ex dictis exigit ab ingredientibus parentibus, vel curatoribus, quia ex hoc fit odiosus tam pius institutus. Secundum inconuenientias, seu damnum quod intendunt iura vitare, est, quod per talem traditionem honorum intrantis in Religionem, ipsi Religioso tollatur necessaria, & requisita libertas ad omittendam professionem, dum (vt ait Concilium) in casu quo (licite adhuc) potest mutare voluntatem, & propositum profitendi, nequeat discedere, hac occasione, quod totam, vel maiorem partem substantiæ suæ Monasterium possideat; nec facile si discederet id recuperare posset, quæ sunt formalia verba Concilij, vno verbo intentum Concilij, & iurium, vt non impediatur libertas intendentis Religionem ad ingrediendum, nec mutantis intentum ad dimittendum statum sibi non expedientem, ex probatione, & experientia sumpta pro Monasterijs Monialium, vbi aliquo modo est diuersa ratio.

N. 19.

Sit resolutio quarta. Si recipiatur in Monasterijs Monialium aliquid pro sustentatione Moniales ingredientis, non incurritur censura dictæ Extraneantis, nec aliorum iurium. Probatum in primis, ex eo quod Antonin. 3. part. titul. 24. capit. 67. refert, se audiuisset

Antonin

à fidedignis. Martinum V. dixisse, se nolle vt Moniales incurrant aliquam censuram, propter a que in ingressu dant, vel accipiunt: quod etiam ait Federicus in capit. quoniam, de simonia; & Nauarrus, Innocentiam VIII. declarasse, Moniales non incurrere censuram aliquam, nisi ob receptionem cum pacto, aut alicuius non idoneæ oblationis. Clementem autem VII. concessisse vt Moniales nullam simoniae pœnam incurrant propter pacta & conuentiones circa dotem, seu dotes Monialium in commodum, & expedientem usum earum. Sic in cõpendio priuilegiorum, verbo, Moniales, nu. vii. Quibus suppositis, sic

Resolutio quinta. Non est condemnandum quidquam accipere in ingressu Monialium in Monasterio pro victu, vestitu, & alijs, Sacristia (scilicet) aut valetudinario, quæ & alia similia necessaria sunt ad ipsius Monialis sustentationem, si tamen excedant congruam sustentationem, secundum eaque arbitrio prudentis necessaria sunt in tali Monasterio, habito etiam respectu ad personam, vel infirmam valetudinem, cuius rei arbitrium, seu taxatio, debet esse penes Religionis Prælatum, omnibus pensatis, & adhibito Monialium Consilio. Sic tenet Miranda titul. de Monial. questione 8. articul. 8. conclusion. 1. & 2. Si autem hoc excedat, quod pro dicta Monialis receptione exigitur, est simonia ex natura rei, talis receptio, & exactio. Prima pars patet ex dictis. Probatum secunda, quia illud quod excedit Prælatorum arbitrio, & taxationi, videtur sine dubio dari, & recipi præcisè pro ingressu ipso, admisione.

Notandum tandem hic, cum eodẽ Suar. 1. tom. de Religione, lib. 4. cap. 17. nu. 18. quod etiam de Monialibus, debet cū moderatione maxima procedi in recipiendis conuiuijs, distributionibus, seu propinis, & alijs donis; nam hæc valdè videntur prohibita in iure, præsertim in cap. audiuimus, cap. quoniam, cap. tuam, & maximè in Extraneantis, in principio huius capituli positæ, quapropter (ait Suarez) quod si saltem propter consuetudinẽ recipiatur, & nõ

Federic.

Nauar.

Authentici testi monium mentis

Mar. V. circa Moniales, et Innocen. VIII. & Clemen. VII.

N. 20.

Mirad.

N. 21.

Suarez.

negaretur ingressus (qui est res spiri-
tualis,) etiam si illa non darentur, ser-
uetur tamen modus, (nihilominus)
petendi illa præscriptus, iuxta text. in
cap. ad Apostolicam.

N. 22.

Aduertit etiam, quòd si excessus ibi
committeretur, non esset contra ius di-
uinum, & consuetudine tollerari pos-
set: præsertim, quia possent aliquo mo-
do reduci ad necessariam sustentatio-
nem.

Soto.
Miranda

Notandum tamen cum Soto & Mi-
randa, titul. de Monialibus, q. 3. con-
clus. 2. in Monasterio diuite, seu pin-
gui, etiam Monialium committi pec-
catum non recipiendo pauperem. Ul-
tra peccatum scandali, vt si ex de nega-
tione habitus, scandalizarentur qui sci-
rent pauperem non recipi ob defectu
exacte sustentationis, & specialiter, si
viderent exigi, & recipi pecuniam non
solum titulo congruæ sustentationis,
sed pro Sacriliis, distributionibus, pro-
pinis, seu alijs similibus titulis; seu
quod alia via redderetur ingressus dif-
ficilis; vel quia puella, non ita clare
genere, vel aliqua labe infecta, vel no-
tata, aut cum aliqua deformitate: &
hæc maiori dote, seu distributionibus,
quæ omnia (ait Soto) estimari prærio
vix, aut nullatenus liberari possent à si-
monie nota; & similiter simoniales
maiores & exorbitantes dotes exi-
gant, vt extollant sui Monasterij am-
plitudinem, & nobilitatem, & sui, &
ipsius magnitudinem ostentent. In quo
casu intelligenda sunt quæ dicit Nauar-
rus de re dit. Eccles. q. nu. 62.

Nauar.
N. 23.
Suarez.

Pro complemento, notandum cum
eodem Suar. tomo 5. de censuris, disp.
22. sect. 5. nu. 15. Quòd in verbis Con-
cilij sæpè relatis, ex cap. 16. sect. 25. de
Regul. verbo ibi: *Excepto vitlu, et
que ad illud, præcipit sancta Synodus,
sub anathematis pœna.* Notat (itaque)
in primis, quòd hæc pœna & censura
quam ponit, non incurritur ipso facto;
quòd constat, tum ex eo quòd id non
declariant verba ipsa, tum, quia iste est
vnus ex casibus quos infra annuera-
bimus; pluribus alijs, in quibus potest
Prelatus Ecclesiasticus contra Regu-
lares exemptos procedere, per hanc
specialem delegationem, quam in fine
illius dicti cap. concedit Concilium

A Ordinarijs locorum, terminando in ijs
verbis: *Quod vt rectè fiat Episcopus,
etiam per censuras Ecclesiasticas (si
opus fuerit) compellat.* Notat deinde,
quòd recipere aliquid in Monasterio
Monialium, ipsi Monasterio, vel Mo-
nialibus, in ipsa professione nouitiz,
non quidem pro professione, & statu,
ad quem admittitur, (quæ quidem
quid spirituale sunt) sed pro prandio
lautiori, illius solemnis diei per pro-
fessionem, secundum morem receptu,
hoc non damnat Tridentin. imò sup-
ponit vt licitum: dum enim vnum vt
speciale prohibet, aliud quòd non pro-
hibet confirmat, & relinquit in suo
robore.

B

Restat. Nunc de dotibus quæ in
Monasterijs Monialium pro quacun-
que ingrediente deferuntur, qualiter
licite recipiantur explicare. Vnde no-
tandum, quòd (vt ait Miranda citatus)
non est contra prædictum decretum,
C neque aliquod aliud Concilij, in ingres-
su Monialis, ad probationem accipere
dotem, quam conuenerint mutuatim,
cum sufficienti cautione; aut sub
pignoribus, quòd restitui faciliè pos-
sit, & recuperari, si Religionem vellet
dimittere. Sic iste Author titul. de
Monialibus, quæst. 3. artic. 9. conclus.
7. & probat, nam mens, & intentio
Concilij eò solum tendit, vt non prop-
ter præfatam dotis traditionem, cum
ardua recuperatione, quæ omnia ob-
uiantur cum prædictis cautionibus. Et
ad illam strictionem Concilij, scilicet
quocumque prætextu, & ne hoc villo
modo fiat, respondet, quòd debent
intelligi, restringi, & limitari, iuxta
mentem legis cui apponuntur, sine le-
gislatoris: vnde debent intelligi de
prætextu ficto, & modo aliquo quò in-
tentio legis posset fraudari quòd fieret,
si daretur talis dos etiam ratione
mutui, aut commodati, sine sufficienti
cautione, aut pignoribus.

D**E**

In hac ergo dotis traditione. In
primis arduum videtur, quòd aliqui
faciunt dare, scilicet, in ingressu noui-
tia totam dotem Monasterio, v. g. m. si-
le aureas, vt ex redditibus illorum Mo-
nasterium præbeat alimenta nouitiz
toto nouitatus anno, vel si plures an-
nos steterit in illo, pro omnibus & sin-
gulis

N. 24.

N. 25.

gulis habeat pro assignatis annis alimentis, quod quolibet anno illud principale, semel in ingressu traditum parere, & lucrari deberet, ubi inconueniens videtur notum: nam cum in isto casu, illa dos, seu illa pecunia detur solum, quasi quid commodatum, & mutuum, non quidem absolute, quia tacite, vel expresse pactum extat, de restituenda dote, si nouitia mutet propositum, & profiteri renuat, videtur, quod ex mutuata pecunia sic data, percipiat pater, vel dans pecuniam fructus, scilicet, valorem alimentorum quem alias deberet de suis bonis tribuere Monasterio, & committi videtur usura, & contractus cum Monasterio de alendo nouitiam ex illis fructibus usurarius. Deinde constat huius rei inconueniens, quia fraudaretur in tali mutuo mens Concilij, si forte necessitate oppressus Conuentus consumeret illam dotem, & sic ex difficili recuperatione cogeret morali necessitate profiteri.

N.26.

Multis modis licitis potest de alimentis nouitiæ, & de dote, conueniri cum Monasterio Monialium. Primo, de plano, conficiendo scripturam circa singulos annos probationis, & de congruæ sustentationis valore pro singulis, & similiter dotis pro professione, & vita Monialis, si professio fortiatu effectum; & hoc, obseruatis quæ diximus.

Alius licitus modus est, quod ab ingressu nouitiæ, Monasterium recipiat quantitatem assignatam, seu dotis pecuniam, cum scriptura census, secundum leges, & iura, cum obligatione soluendi redditus annuos patri nouitiæ, qui remittat Monasterio, quod sua manu recipiat alimenta pro annis nouitiatus, & ad professionem; ipse qui censum, & illos mille aureos, v.g. dederat Monasterio, faciat scripturam dimittendi tale principale, seu capitale Monasterio Monialium, id est, *otorgue escritura de redencion de censo.* & quomodo tradit Monasterio, & faretur

A manere liberum ab ulteriori solutione reddituum.

De securitate conscientie in recipienda certa quantitate à Monasterio, dum dos determinata non soluitur, dicendum, quod titulo damni emergentis licebit, si censum differt redimere Conuentus, quod illa dote esset redempturus, vel quia ex dote finit fundare nouum censum, ex quo perciperet redditus ad Religiosæ nouæ, & aliarum sustentationem.

N.27.

B Solum contra prædicta obijcitur, quod ex capit. vnico, §. 1. de statu Regular. in sexto, & alijs, & Trident. in hac ses. 25. capit. 3. Strictè præcipitur, quod in Monasterijs vtriusque sexus, Mendicantium, & non Mendicantium, is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui vel ex redditibus proprijs Monasteriorum, vel ex consuetis elemosynis commodè sustentari possit. Ad quid.

N.28.

Trid.

C Primo dicendam, quod Nauarrus de redditibus Eccles. quæst. 1. num. 62. Suarez 1. tom. de Relig. lib. 4. de simon. cap. 17. num. 17. Miranda ubi supra, asserunt, non condemnare Concilium plures Moniales recipi, quam sufficiant redditus, quia pro redditibus intelliguntur dotes ipsarum, & sic quod ne plures indotatæ admittantur, quam sint reliqui redditus.

N.29.


Nauar.
Mirāda

Secundo, de numero virorum dico **D** ex ijs, & alijs authoribus. Quia ille numerus non consistit in indivisibili, sed moraliter est computandus. Et sic forte dum differunt seniores, seu decrepiti decedere, expedit (habita occasione) prætendendi habitum, ingenuos, & habiles viros, quod admittantur plures, quam in numero contineantur; & in Congregationibus mutuo se adiuuant Conuentus, transgredientibus ab tenui ad pinguem. Nec vquam numerus cuiuscunque Conuentus fuit

N.30.

E rigorosè taxatus: & sic admittuntur iura, & non aliter.

.r.



TRACTATUS

SEPTIMVS.

De seruitute ingenua, quæ per votum
obedienciæ inducitur. Et ipso
obedienciæ votom.

HABET VNICVM CAPVT.

*Ill. fons.
Archiep.
in Prolog.
ad lib. de
illebata
virginit.
B. Mar.*



*S*eruitus ingenua, est huius primæ partis obiectum, & hæc
in obedienciæ voto fundatur, quare iam de voto obedienciæ
ubi pro exordio, aduerte, quod modum, se habendi Præla-
tum, & subditum Religiosum, docuit nos vtrumque scilicet
tam expertus sanctus Illesonsus, in Prologo ijs verbis:
Non me Prælatum contemnat, non mihi aequalis derogat, non mihi sub-
ditus insultet.

CAPVT VNICVM.

In quibus teneantur Religiosi guberna-
tiuæ potestati Prælatorum Regula-
rium, & quibus competat.

HABET 15. QVÆSTIONES.

Questio 1. Vtrum virtute voti
obedienciæ introducta sit pote-
tatis Prælatorum: qui tales
sint, & quæ possint præcipere?

Quæst. 2. Vtrum teneatur subditus
obedire in actibus interioribus?

Quæst. 3. Quid sit, & quid dicatur
esse secundum regulam, quod

ubi

ut dictum est, potest percipere A
Pralatus: & quid est contra
regulam? & quid excedat?

Quæst. 4. An abstinentia, v. g. à
carnibus mandata in regula,
possit à Pralato præcipi Reli-
gioso si ante professionem fuit à
Pontificibus dispensata, & de-
rogata?

Quæst. 5. Utrum quidquid man-
datur per regulam, vel consti-
tutiones, obliget sub mortali?

Quæst. 6. Utrum Pralatus possit
præcipere sub pœna peccati mor-
talis, observationem eorum qua
in regula solum obligant sub
veniali?

Quæst. 7. Utrum iuste possit im-
poni præceptum sub mortali, de
alijs rebus qua non continentur
in regula, tamen necessaria sunt
ad bonum regimen Religionis,
vel alicuius Monasterij, aut
persona?

Quæst. 8. Utrum Pralatus possit D
præcipere sub mortali res parui
momenti? v. g. silentium, hic,
& nunc, & quis surgat, aut non
sedeat, & alia huiusmodi?

Quæst. 9. Utrum Pralati, & Su-
periores, magis teneantur serua-
re regulam, quam subditi?

Quæst. 10. Utrum Pralatus pos-
sit aliquid iuste præcipere, ex cu-
ius tamen executione, aliquod
scandalum sequatur? & Utrum
in tali casu subditus obedire te-
neatur?

Quæst. 11. Utrum in aliquo casu
Pralatus inferior possit præcipe-

re aliquid contra præceptum Pra-
latis superioris, & subditus te-
neatur obedire?

Quæst. 12. Utrum cessante causa le-
gis, aut præcepti impositi, cesset
vis obligandi, lex, & præceptum?

Quæst. 13. Quando durent præ-
cepta illa particularia que so-
lent Pralati suis subditis im-
poneri?

Quæst. 14. Utrum Pralati, &
Principes supremi teneantur
legibus, & statutis communi-
bus, ab ipsis solum, vel etiam
cum Capitulo simul factis, aut
in Congregatione?

Quæst. 15. Utrum si præcipiat Pra-
latus (sicut & præcipit Eccle-
sia) recitationem officij, præci-
piat sub eadem obligatione, at-
tentionem in recitandi?

QVÆSTIO I.

Utrum virtute voti obedientie intro-
ducta sit potestas Prælatorum, qui
tales sint, & que possint
præcipere?

Notandum primò. Papam esse præcipuum Prælatorum Religiosorum: ex communi Theologorum, & Iuristarum sententia, & manifesta ratione: nam cum potestas, dominium, & iurisdictio Prælatorum Regularium sit accessoria, modo explicato, & proueniens illis ex voto obedientie, quod emittunt Religiosi, & ipsi Deo in primis voueant, & astringantur; hinc est, quod ipse in terris primo votum accipiat, qui in terris primus est Christi Vicarius, & præcipuus Dei Minister.

Notandum secundò, cum Suarez 2. tomo de Religione, lib. 1. cap. 4. nu. 2. & 3. ex D. Thom. 1. 2. q. 59. artic. 4. & q. 60. artic. 1. Quod in prima diuisione

N. 1.

N. 2.

D. Tho.
sione

sione virtutum moralium, quæ subie-
ctantur in ijs duabus potentijs, intel-
lectu, & voluntate; obedientia pertinet
ad illas quæ in voluntate subiectantur.
Nam aliæ virtutes morales sunt, quæ
subiectantur in intellectu, vt pruden-
tia: in voluntate autem, reliquæ virtu-
tes quæ appetitiuæ vocantur, subie-
ctantur, & sunt, in primis, in duplici
differentia; quædam enim ordinantur
ad actiones, quædam ad possessiones,
cum enim in homine reperiatur du-
plex appetitus, rationalis (scilicet) qui
est principaliter voluntas, & ad por-
tionem superiorem animi spectans, scilicet
rationem: & appetitus sensitivus,
qui dicitur, sensualitas, seu portio in-
ferior animæ: sic sunt quædam ex ijs
virtutibus moralibus appetitiuis; quæ
in voluntate (vt diximus) subiectan-
tur, quæ ad seipsum ordinant hominẽ,
quia circa passiones, & appetitum sen-
sitivum frequentandum ordinantur, vt sunt,
temperantia, continentia, fortitudo,
quas potius in appetitu sensitivo dici-
mus subiectari, cum ad eius posses-
siones suppediendas ordinantur, & se-
pius voluntas, & appetitus pro eodem
sumuntur; in quantum distinguuntur
ab intellectu in ratione subiectandi di-
uersas virtutes morales. Aliæ sunt vir-
tutes morales appetitiuæ, quæ ad actio-
nes ordinant hominem, & ad alterum,
& non ad seipsum, & in voluntate, &
non in appetitu subiectantur, vt pie-
tas, liberalitas, charitas, fidelitas, Re-
ligio, obedientia, & omnes reliquæ;
quæ in hoc conveniunt, quod ad alte-
rum ordinant. Quæ ratio cum sit uni-
versalissima, & quali fundamentum vir-
tutis iustitiæ: hinc est, quod ad iusti-
tiam latè sumptam, istæ virtutes, &
aliæ, (quæ in ordinando ad alterum
conveniunt) pertineant, & partes po-
tentiales iustitiæ assignentur, sed cum
sic sumpta iustitia, quid æquivocū sit,
non partes has subiectivas (id est, tan-
quam generis species) constituit: ius-
titia enim, secundum hunc genera-
lem conceptum, quamcunque habitu-
dinem, etiam inter filium & patrem,
imò inter Deum & homines includit,
vbi cum nullo modo æquale possit fieri,
propriè iustitia dici non potest.

N. 3.

Nota tertiò. Quod iustitia secun-

dum dictam latitudinem ordinandi ad
alterum, licet non comprehendat ha-
bitudinem hominis ad Deum, vbi nec
alteritas sufficiens reperitur: inter crea-
turam enim, & creatorem, conservato-
rem simul, distinctio non est talis, cum
id quod homo Deo reddere potest, nec
sit æquale, nec vt alteri: vnde nec ex
hac parte potest homo Deo pot. iusti-
tiam ordinari. Quare potius actus ho-
minis reddere Deo aliquid, cum ali-
qua alteritate curantis, dicitur potius
actus virtutis, Religionis, vel gratitu-
dinis. Vbi constabit etiam, quam lon-
ge distat ab æquali quod homo inten-
dit, pro beneficijs collatis reddere
Deo, per Religionis, & gratitudinis
actus. Nam cum isti speciale, & novū
donum Dei sint (secundum illud, non
sufficientes cogitare ex nobis, quasi ex
nobis, sed sufficientia nostra ex Deo
est. & ex isto, sua dona coronat.) quan-
to magis solvit homo, plus debet, quia
ab acreditore solutionem accipit.

Loquendo ergo de iustitia minus
latè, & illa solum quæ inter homines
reperiri potest, de qua D. Thom. 2.2.
q. 61. in principio, & in quest. 80. vt lo-
quuntur Theologi morales, ista habet
duplex genus partium. Primum par-
tium subiectivarū, quæ ideo, D. Tho.
subiectivas vocat, quia habent genus,
& rationem uniuocam communem, in
qua conveniunt, cum iustitia propriæ
& formali: quæ hæc tria debet habere,
primum, quod reddat verum & pro-
prium debitum. Secundum, quod red-
dat cum perfecta æqualitate. Tertium,
quod ad hoc præstandum ordinet ad al-
terum omnino distinctum, & dicitur
etiam legalis: & istæ partes subiectivæ
iustitiæ formalis, seu legalis, sunt iusti-
tia commutativa, & iustitia distributi-
ua, (nam alia species scilicet vindica-
tiva, ad commutativam reducitur) alias
partes habet iustitiæ, quæ potentiales
dicuntur, quæ habent tantum esse par-
tes potentiales iustitiæ, vt obedientia,
fidelitas, pietas, gratitudo, & conue-
nientiam aliquam, cum vera, & formali
iustitia, cum aliquo tamen defectu, à
proprietas illius, vt à faciendo
æquale, & ad eum (qui verè sit alter)
ordinando, vt sunt obedientia, circa
superiorem, gratitudo, & fidelitas, cir-

N. 4.

*Tria de-
bet habere
vera,
& formali
iustitia.*

ca

ca proximos, pietas erga parentes: ista sunt ex præcipuis virtutibus moralibus, appetitiuis ad actiones, & ad alterum nos ordinantes in ratione debiti; (debiti inquam) non solum ex aliqua decencia, sed reale, naturale, & legale debitum. Gratitude namque ubi infirmior ratio debitis reperitur beneficijs, soluit sufficienter solutione morali, fidelitas soluit reale debitum, (qui enim acceptanti promissit, ex iustitia debet) ut vidimus tractatu 1. cap. 2. q. 3. nu. 7. & obedientia in adimplendo præcepto, realiter soluit, quod realiter debet, (supposito pacto, & traditione voluntatis, per promissionem, votum, & professionem) & saltem dicitur morale debitum, & solutio, & æqualitas saltem moralis constituitur; dum opus præceptum à Pralato, quod ex pacto in professione inito, est iustum, & eius materia non excedit id, quod secundum regulam, & instituta Religionis, impletur.

N. 5.

Notandum quartò. Quod obedientia virtus, inclinat ad faciendum opus præceptum formaliter, quia præceptum est, in quo differt ab omnibus alijs virtutibus, quæ licet inclinent ad faciendum id quod præcipitur: hoc tamen est materialiter, non formaliter, id est, quia præcipitur. Sic D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 2.

N. 6.

Quare materia huius virtutis, id est, quod cadere potest sub obiecto obedientia, sunt actus omnes virtutum; quod sic debet intelligi, non quod quælibet res antequam præcipiatur, (seu aliàs) sit alicuius virtutis actus, aut ad illum pertineat, sed sufficit, quod postquam præcipiatur iam ad illam pertineat, vel ad aliquam virtutem: v. g. Præcipit Papa ut iudex non extrahat delinquentem ab Ecclesia: hoc ante præceptum, & prohibitionem, non erat contra aliquam virtutem, post prohibitionem est contra virtutem Religionis, & conseruatio illius iuris Ecclesie, & immunitatis illius protectionis, & incolumitatis delinquentis, esset actus eiusdem virtutis. Sic D. Thom. ibi artic. 3.

D. Tho.

Nota tamen, quod ad hoc ut aliquid cadat sub obiecto obedientia, nõ requiritur quod actus ille obliget ad

A peccatum mortale, sed sufficit veniale; imò sufficit quod subijciatur alicui pœna qui contra fecerit: vnde constitutiones quæ non obligant ad peccatum, sed solum ad pœnam, & eorum executio, & adimpletio, sub obedientia cadunt.

N. 7.

In qua re, supponendo quæ diximus, aduertendum, & recolendum est. Primò, quod cum præceptum sit ab aliquo præcipiente per superioritatem aliquam, (& ista sit duplex, vna spiritualis, & alia temporalis) ita & obedientia diuidi potest: superioritas enim spiritualis, pertinet ad Papam: temporalis, & politica, pertinet ad Reges, & Principes laicos. Alia est enim temporalis superioritas, seu potestas, quæ dicitur æconomica, & pertinet ad patrem respectu filiorum, & domesticorum familiarum. Sic communiter Doctores, in cap. cum quis, de maiestate, & obedientia, & in cap. sciendum 9. q. 1. & in cap. si dominus, 2. q. 3. Prælati tamen Religionum habent (ut videbimus in 2. part.) has omnes potestates, & superioritates, quoad Regularem obseruantiam.

Notandum quintò, cum D. Thom. ubi supra, artic. 7. ad 3. Quod quantum ad præsens, triplex differentia est in obedientia. Vna est obedientia quæ vocatur sufficiens, & necessaria quidem ad non peccandum mortaliter. Secunda vocatur perfecta, quæ etiam extenditur ad omne illud quod licitum est. Tertia vocatur obedientia indiscreta, qualis esset, ob ed. re in illicitis. Vnde sit resolutio prima.

N. 8.
D. Tho.
Obedientia triplex.

De Fide est, teneri omnes obedire, non solum Deo vniuersarum rerum Domino, sed etiam Prælati, & Superioribus, secundum illud Pauli, *Obedite Præpositis vestris*: imò & etiam Regibus, & Principibus, ex eodem Paulo ad Titum, & ex prima Canonica Petri 2. hoc commune: sed in Religionibus, hoc est peculiaris obligationis, propter obedientia votum. Vbi aduertendum, non semper obligare Prælatum in præceptis suis, sub hoc voto obedientia rigorosè, taliter ut contra facere, sit peccatum; sed solum in aliquibus rebus, & quando declaratur tali consuetudo verborum in tali Religio-

N. 9.

Paul. ad Titum.

Canon. Petr.

ligione, scilicet, mando hoc pro sancta obedientia, vel in virtute sanctae obedientiae. In congregatione saltem nostra Benedictinorum Hispaniarum hoc receptum est in usu, quod nisi in precepto apponantur haec verba, in virtute sanctae obedientiae, non obliget ad mortale; etiamsi dicat Praelatus, praecipere per sanctam obedientiam, vel per obedientiam: nam tunc obligat ad veniale graue, quando autem Praelatus absoluet, nullo addito dicit, hoc praecipio, hoc mando, & hoc modo, & re praeperta, colligi debet, an in non faciendo sit aliquod peccatum.

N. 20. *Qui Praelati possint sub mort. p. obligare. Generales, Prouinciales & Abbat. ex institutio- ne, Praelati loca lesexbula, aut const. Ordinis.*

N. II. *Superiores seu Praelati Monasterioru, etiam in Monachalibus non possunt obligare sub mortali.*

N. 12. *Tenent Praelati praeperta que non opponantur superiori obligati.*

Vnde fit secunda resolutio. Potest in suis praepertis obligare ad peccatum mortale. Primò, Capitulum generale, & Prouinciale, & omnes Praelati superiores, vt sunt Generales, & Prouinciales, & etiam Praelati immediati pleno iure, qui primam curam gerunt alicuius Monasterij, quales sunt inter Benedictinos, Cistercienses, Præmonstratenses, & alios Abbates: in alijs autem Religionibus, omnes illi Superes, quibus per Sedem Apostolicam concessum sit, vel ipsius autoritate taxatum, & commissum, quauis non ratione officij.

Quid autem dicendum sit de alijs Superioribus, qui quidem in Monasterijs, aut extra, habent Superiorem su- premium immediatum gubernatione, & superioritate, quales sunt in Abbatibus Congregationum sancti Benedicti, Priores maiores, & in alijs Religionibus Superiores? Resondetur tamen (quidquid sit de alijs;) in nostra Benedictinorum Religione, semper fuisse in usu, vt nullus Superior praeter Abbatem, possit imponere mandatum, obligans ad mortale.

Principale dubium in hac materia est, ad quid se extendat potestas Praelati, seu quid possit praecipere. Ad quod respondetur. Primò. Possè praecipere Praelatum, & teneri subditum obedire in omnibus, dum non constet esse contra legem diuinam, aut contra praepertum alterius Praelati superioris illius qui praecipit, & in ijs quae non excedunt potestatem illius. Hæc resolutio est D. Thom. 2. 2. q. 104. art. 5. quem sequuntur omnes Doctores, &

debet extendi ad omnes casus dubijs, quia in dubijs, melior est pars Praelati; specialiter illius qui habet ordinariam potestatem ad praecipendum: nam de potestate delegata, non tam firmiter est praesumendū, cum ex pluribus principijs possint infirma, & limitata existere. Hanc resolutionem sumpsit D. Thom. ex eo quod Pater noster D. Bernardus dixit lib. 1. de praeperto, & dispensatione, column. 4. Praelati iussio, vel prohibitio, non praetereat terminos professionis, nec ultra extendi potest, nec contrahi, citra nihil, vel Praelatus prohibeat eorum quae promisi, nec plus exigat quam promisi. Et rursus, modus, siue mensura obedientiae, est tenor professionis, nec se valet extendere potestas imperantis, nisi quatenus attigerit votum profitentis.

aut excedat potestatem praecipientis.

Ex hoc firmo fundamento, plura colligere licet. Primò, ad hoc quod tenetur subditus obedire, non requiri vt sciat illud quod praecipitur esse bonum, aut non excedere potestatem Praelati, sed sufficere non scire euidenter esse malum, aut supra autoritatem Superioris, quod non tenetur subditus iudicare, sed prudentum, & doctiorum iudicio iudicandum, remittere, nisi aliàs subditus sit doctus, & sibi conscius, de non turbato animo, nec excitato passione aliqua ira, aut malevolentiae erga Praelatum; quod intelligendum est, nisi ita sit euidenter malum, quod praeciperetur quod nulla posset ratione honestari, vel tam manifestè supra potestatem praecipientis, vel contra Superioris ipsius Praelati praepertum, quod nulla posset ratione occultari. Aliter autem, & in omnibus alijs rebus, non pertinet ad subditum inquirere de bonitate, vel malitia rei praepertae, vel vtrum excedat Praelati potestatem. Sic Gregorius de Valentia 2. 2. disp. 7. q. 2. p. 2. & hanc vocant sanctio bedientiam caecam. Huius doctrinae praxim habemus in illo quod lib. 2. Dialog. refert D. Gregorius de sanctissimo suo & nostro Patre Benedicto, cuius mandatum de tradendo Agapito Presbytero, pullatiolo, quod toti comunitati remaserat dispesator, Monachus non impleuit quasi minus conueniens in sua ipsius opinione, &

debet extendi ad omnes casus dubijs, quia in dubijs, melior est pars Praelati; specialiter illius qui habet ordinariam potestatem ad praecipendum: nam de potestate delegata, non tam firmiter est praesumendū, cum ex pluribus principijs possint infirma, & limitata existere. Hanc resolutionem sumpsit D. Thom. ex eo quod Pater noster D. Bernardus dixit lib. 1. de praeperto, & dispensatione, column. 4. Praelati iussio, vel prohibitio, non praetereat terminos professionis, nec ultra extendi potest, nec contrahi, citra nihil, vel Praelatus prohibeat eorum quae promisi, nec plus exigat quam promisi. Et rursus, modus, siue mensura obedientiae, est tenor professionis, nec se valet extendere potestas imperantis, nisi quatenus attigerit votum profitentis.

cum

cum hanc debisset deponere, & pro suo Prælato præsumere, cum euidenter inconueniens non adesset. Quamuis ad tempus oleum in Monasterio defuisset, voluit Deus miraculo demonstrare, quomodo subditus Prælati sui mandatum exequi debuisset; & sic vas fictile cum oleo proiectum per fenestram, & in faxis elisum; non fuit contractum, factum sic ex nouo; & difficiliori quidem sancti Abbatis mandato, dicentis, sic debere proijci, he in Monasterio aliquid per inobedientiam emaneret.

N. 13.

Secundò sequitur, teneri subditum, etiamsi sentiat probabiliorum esse opinionem asserentem talenti rem præce tam esse malam, aut supra potestatem Prælati præcipientis, aut de malitia, aut bonitate præcipientis, obedire Prælato, quia potest suam deponere opinionem, & dubium; & quamuis non deponat, potest hoc facere iudicium. Ego hic, & nunc, teneor facere hoc quod mihi præcipitur, quia Prælati meus potest mihi præcipere quidquid non est euidenter malum. Tenet idem Gregorius de Valentia ubi supra, Cordaba lib. 3. quæst. 9. Vazquez 1. 2. disput. 62. capit. 6. Hanc resolutionem, & regulam limitat Lesius lib. 2. capit. 4. numer. 76. cum Medina, Frater Ludouicus Lopez, cum alijs. Quod scilicet inter probabiles opiniones, de obligatione obediendi præcepto, propter eius opinabilem bonitatem, vel malitiam, & quando adhuc probabilis minus est, de obligatione obediendi præcepto, & bonitati rei præceptæ, debeat subditus obedire; intelligendum esse sic, quod si ex tali obedientia, maximum sequatur inconueniens, seu damnum obediendi in fama, vel honore, nil autem horum, ex non obediendo, nec scandalum oriatur, sequatur subditus suam magis probabiliorum opinionem, relicta probabili, que est pro Prælato, & non obediat. Limitatur etiam dicta regula, quod nec etiam tunc obliget ad obediendum contra suam ipsius subditi opinionem, (& probabiliorum quidem) quando dubium subditi est fundatum

in bonis rationibus, de potestate dubia Prælati circa tale præceptum, quia in dubio probabili, melior est conditio, seu pars possidentis, quam in tali casu habet subditus, nisi communis præsumptio stet pro Prælato. Argumento in lege Barbarius, de officio Prætoris; hic Lesius ubi supr. num. 76.

Quæres quid dicendum sit, si subditus habeat conscientiam erroneam, verbi gratia; scit latam esse excommunicationem à Papa, vel à Prælato Superiore Prælato suo, vel à constitutione, aut alio competente iudice, ne fiat illa res, quæ illi à Prælato iniungitur, postea tamen est reuocata prohibitio, & excommunicatio, in seipso subdito de reuocatione. An in tali casu, si illi suus immediatus, (aliàs legitimus Prælati) iuberet quod illam rem olim prohibitam faciat, teneatur facere.

Respondetur negativè, nisi fiat à Prælato ipso certior de reuocatione, vel si sciat de Prælato illum esse doctum, & timorata conscientia, & non ignorare latam esse à Papa talem censuram, seu à Prælato Superiore suo. In tali enim casu, tenetur præsumere habere aliquam dispensationem, vel communem, vel particularem, & obedire præcepto. Cum secundum Vazquez 1. 2. q. 19. disp. 61. cap. 2. dictamen conscientia cum ignorantia inuincibili, sit lex obligans, si tamè ignorantia illa esset vincibilis, & diligentia (quam potest facere) non facta, & ex hoc ignorat reuocationem censure impediens reuocationem mandati Superioris, tenetur quidem obedire.

N. 14.

Gab. Vazquez.

QVÆSTIO II.

Utrum teneatur subditus obedire in actibus interioribus?

N. 15. Prælati potest præcipere a-ctus interiores qui sunt forma exteriori, ut alios.

Respondetur negativè, cum D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 5. Quia in talibus actibus, soli Deo subiecti sumus, quæ doctrina est intelligenda, quando actus interior non est forma actus exterioris,

R nam

An attentio sit forma recitationis Horarū, 2. p.

Greg. de Valentia. Grassis. Navar.

nam quando talis est actus interior, v. g. attentio ad recitationem Horarum, sub præcepto cadere potest, & qui recitationem Horarū potest præcipere, etiam potest attentionem, quæ est forma recitationis: & similiter, qui potest præcipere celebrationem Missæ pro vno defuncto, potest præcipere internam applicationem. Et colligitur ex Clementina prima, de statu Monachorum, in qua præcipitur illis, ne tendant in Principum Curias, animo nocendi. Sic tenet Valentia 2.2. disput. 7. q. 2. part. 2. Grassis 1. part. lib. 2. capit. 18. num. 4. Navarrus cap. 23. numer. 38. Vbi notandum, intelligendam esse nostram resolutionem de Prælate, vt homo est, non quatenus ViceDeus in confessione Sacramentali, pœnitentiam præcipiēs: nam tunc actus interiores potest præcipere. An autem sit ita certum esse formam recitationis officij, attentionem, vt deficiente non constet, nec recitans impleat obligationem. Placuit disputare ad calcem huius cap.

QVÆSTIO III.

Quid sit, & quid dicatur esse secundum regulam, quod vt dictum est, potest præcipere Prælati, & quid est contra regulam, & quid quid excedat?

N. 16.

Respondetur. Quod sicut sunt diuerse regulæ diuersarum Religionum, sic sunt diuersi modi, quibus sunt in vsu receptæ. In regula, verbi gratia, Minorum, cap. 10. præcipitur, quod Religiosi obediant in omnibus quæ non sunt contra regulam, vel animam. Constitutiones etiam Patrum Societatis Iesu, præcipiunt, quod obediant in omnibus in quibus non cernitur manifestum peccatum. Hæc enim videntur sic apponi per modum præcepti, & non per modum consilij. In regula autem sanctissimi Patris nostri Benedicti, in capite quinto de obedientia, solum declaratur obedientiæ perfectio. In capite autem 68. licet dicat, quod etiam si impossibilia in-

S. Benedicti. regul.

A iungantur, obediat Monachus, si iste postquam manifestauerit Prælati suam impossibilitatem, Prælati adhuc instet, vt si imbecilli, & debili iniungat Prælati ministerium, quod requirat corporales vires, aut ignaro, & indocto lectio publica, aut concio præcipiatur: tunc debet Religiosus non renuere, sed animo hilariter & fidenti, executionem, & arduum opus aggredi. Vbi aduerte, non solum illos, qui non profitentur regulæ observationem, vt sic, sed tria vota tantum, aut obedientiam secundum regulam, (vt Benedictini) sed etiam illos, qui expressè profitentur obseruare regulam, non teneri obseruare omnia contenta in illa, sub mortali, sed tantum illa quæ sub præcepto, vel ex modo dicendi, & vsu, videntur sub mortali obligare: cætera autem omnia sub veniali obligant. Quibus suppositis dico, & sit prima resolutio.

C

Omnes illos, qui ex regula quam profitentur, tenentur (vel ex particulari voto) obedire in omnibus, quæ non sunt contra regulam, teneri obedire præceptis suorum Superiorum, in omnibus illis, quæ moraliter loquendo, non ita difficulta fuerint, vt videantur mutare statum, & Religionem, quamuis sit supra id, quod in regula ordinatum est, aliquantum. Sic Manuel Rodriguez tomo 2. q. Regular. q. 20. artic. 4. in medio: qui tamen non habent talem statum in regula, solum tenentur obedire in ijs quæ regula disponit, & quod (moraliter loquendo) disponit ad obseruationem eius, id est, sine quo, moraliter loquendo, seruari non potest. Probat, tum ex D. Thom. 2.2. quest. 104. artic. 5. affirmante, nil posse Prælatum præcipere, quod non pertineat ad regularem obseruantiam. Vnde colligit Manuel Rodriguez vbi supra, quest. 19. artic. 3, quod si ego audirem de Prælate aliquam mormurationem, & ille mihi præciperet in virtute sanctæ obedientiæ, vt reuelarem mormurationem, tale præceptum esset nullum, quia non pertinet eius materia ad obseruantiam regularem. Sic Gerson. lect. 9.

N. 17.

F. Man. Rodrig.

D. Tho.

Gerson.

de

Syluest. de vita spirituali, quæ est in Alphabeto spirituali, litter. R. Syluester, verb. Religio, q. 6. Angelus, verbo, Religiosus, num. 61. Panormitanus c. litteras de sponsalibus, Innocentius cap. veniens, de iurjurand. & solutio constat. Quia iste id solum promissit.

N. 81. Difficultas in hac materia, consistit in assignando, quid in particulari dicatur excedere regulam, Lesius lib. 2. cap. 41. nu. 75. sequens Cordubâ, & Syneketrum, verb. Religio, q. 6. dicit, talem excessum esse præcipere alicui Religioso, ire in terras infidelium, cum vitæ periculo, ad Indos dirigere, ieiunia plura, extra ea quæ continentur in regula; non velci carnis per multos dies, vbi id non exigit regula, verbi gratia, per mensem: sed hoc debet intelligi, cum limitatione in us Lesij, quando scilicet dictæ abstinentiæ, & pœnalitates, non imponuntur in pœnam alicuius delicti, quia tunc sunt conformes regulæ. Vnde colliges, quod si in pœnam proportionatam alicuius delicti præciperetur subdito in virtute sanctæ obedientiæ, ieiunium talium dierum, teneretur seruare publicè, & priuatè, sub peccato mortali. Eodem modo dicendum est, quod si Prælati iustè incarceraret, non potest ante sententiam fugere; tùm quia non potest de monasterio exire; tùm quia tenetur ibi stare vbi Prælati præcipit, subditus ille, cap. quorundam, cap. Religiosus, de electionibus, in 6. Post sententiam etiam iustè latam à Prælato, tenetur eam seruare, etiam quamuis sit de perpetua carcere; & si fugeret, teneretur redire, nisi Papa dispenseret.

N. 19. Sic D. Thom. quæst. 61. artic. 3. 2. 2. vide infra. Aduerte etiam, quod imponi possunt aliqua specialia ieiunia, & pœnalitates, pro necessitatibus publicis, quæ darent pro aliquo tempore, quia hoc est conforme Religioni, quæ aliquo modo est membrum Reipublicæ. Possunt etiam, ieiunia, & mortificationes tales subditis imponi, ad sedandas tentationes carnis, vt obseruetur castitatis votum: & tale præceptum, & omnia illa quæ (vt diximus) moraliter loquendo) requiruntur ad obseruationem votorum, & re-

gulæ, quando id expedierit, quod prudentis iudicio relinquatur. Adde etiam cum Gabr. Vazquez, 1. 2. q. 65. art. 2. disp. 154. cap. 4. posse etiam imponi à Capitulo generali, leges, & statuta, quæ ad reformationem regulæ antiquæ necessaria videantur, pro temporis, & loci occasione: hæc enim non videntur extra regulam; sed ad illam pertinere, vt de clausura Monialium præcipit Bonifacius VIII. etiam illis quæ non professæ fuissent clausuram, quæ conducebat multum ad obseruantiam castitatis;

Vnde constat, quod bene possint institui à Religione, ea quæ ad eius principale institutum seruandum iudicentur conuenientia, quamuis non fuissent instituta initio Religionis, quia Religiosi tenentur conseruare Religionem, ne pereat, seu deficiat. Cæterum, (ait Vazquez) cautè seruandum est, an talis, vel talis lex aliquid conducatur ad reformationem status Religionis, quod arbitrio prudentum relinquatur. Inspiciendum tamen est, quid sit illud, quod in qualibet Religione modum procedendi illius relaxari, & ea parte remedium adhiberi debet, neque enim credendum est, statuta Religionis in initio posita non fuisse satis idonea, ad consequendum finem, sibi constitutum: ea igitur renouare, & ad seueriorem formam, vel obseruantiam reduci oportet.

Novi autem aliquid addere non oportet, nisi forsan iudicaretur, (vt dictum est) & ea causa expedire: quod magna consideratione fieri debet; minuere autem non expedit, aut immutare, nisi ex eo aliquid incommodi emeris, manifestè constet. Et ratio horum est, quia Superiores Religionum solum habent iurisdictionem à Papa, super eos homines, qui se vltro obtulerunt, & iuxta voluntatem ipsorum in professione iurisdictionis debet limitari. Hæc omnia fere ad verbum Vazquez, vbi supra. De alijs autem austeritatibus supra regulam, non posse præcipi, etiam à toto Capitulo generali, nisi omnes & singuli Monachi illius Religionis videantur conuenire. Credo certum esse, cū Angelo vbi sup. & Glossa in Canone gesta,

R 2 dist.

Vazquez

N. 303

Angel. Gloss.

Leges, & præcepta que ad mortale obligent cum maturitate imponenda.

dist. 24. & Vazquez ibi: nam, nemo potest ad arctiorem vitam obligari, quam ad eam per quam professionem emisit. Ex quibus colliges, quam maturè, & attentè condendæ sint leges, & præcepta in Religionibus, obligantia sub mortali, vel sic.

QVÆSTIO III.

An abſtinentia, v. g. à carnibus mandata in regula, poſſit à Præſbitero præſcripi Religioſo, ſi ante profeſſionem fuit à Pontificibus diſpenſata, & derogata?

N. 21.

ET Eadem est difficultas de voto clausuræ quod emittunt Benedictini Hispania um, in quo voto dispensatum est per summos Pontifices, ut de licentia Prælati ad limitationem, vel ampliationem Capituli generalis possint Monacho de Monasterio exire: in ijs ergo, & huiusmodi casibus, est nostra quæstio. An (scilicet) super hæc, & similia, possit poni præceptum, verbi gratia, de inuiolabili obseruatione clausuræ, & perpetua inhibitione, & abſtinentia esus carniarum.

Respondetur, & sic prima resolutio. Non potest super ijs dispensatis, ante professionem (licet in regula dispositis) præceptum obligans imponi. Quod probatur, nam talis Religioſus non tenetur nisi ad id quod vult, & secundum consuetudinem licitam viuendi, & vsum in illa Religione benè fundatum. Quamuis enim promisit viuere secundum regulam, intelligitur secundum vsum, & praxim, & receptionem illius, licitè introductam: nam aliàs multi in congregatione Benedictinorum Hispaniæ, non profiterentur, formidantes strictissimam clausuram Monialium, vel si nunquam possent carnes comedere, ut habetur in regula sanctissimi Patris nostri Benedicti. Hæc enim ita aggrauant Religionem, ut quasi illam mutare videantur. Idem sentio de alijs rebus grauibus, regulæ, vel Religionis, in quibus dispensatum erat à Papa, vel legitimo

A vſu, & consuetudine, quando quis habitum sumpsit, & professionem emisit; & est doctrina Diui Bernardi, epistola ad Cluniacenses, vbi notandum etiam, quod notanter diximus dispensatum à Papa, vel legitimo vſu contrario (nam abusus nunquam præſcribit.)

S. Bern.

B Potest etiam poni præceptum in rebus non adeo grauibus, & etiam in modo vtendi illarum dispensationum, verbi gratia, ut exeat Monachus de Monasterio, non obstante voto clausuræ, cum ijs, vel alijs circumstantijs; quod comedant Monachi carnes, ijs, vel illis diebus, & talibus diebus à carniarum esu abſtineant: si talis (inquam) modus vtendi, & disponendi, in tali dispensatione sit commissus Capitulo generali, vel Præſbitero; nam tunc secundum illam limitationem in esu carniarum, & illas circumstantias in modo exeundi, manebit integra obligatio regulæ, & voti, ac si nulla esset dispensatio: & sic de illis, v. g. taliter exeundi, & de abſtinentia à carnibus ferijs quartis, & alijs diebus, potest poni præceptum.

QVÆSTIO V.

Verum quidquid mandatur per regulam, vel constitutiones, obliget sub mortali?

D

Commendabit maximè huius quæstionis doctrinam Concilium Aquigranense, congregatum sub Paschale Papa I. & Ludouico III. præ declaratione, & vi obligandi sanctæ regulæ. Vide apud Aſcanium Tamburinum.

N. 23.

Aſcanio Tamb. de iure Abbatii, to. 1. disp. 2. q. 13. n. 3.

E Hæc est vna ex grauiſſimis quæſtionibus, quæ semper in Religione agitatae sunt, & propter quam enodandam antiqui Benedictini iudicauerunt consulendum Doctissimum Cardinalem Turrectematam, qui rogatus ab ipsis huius occasione regulam sanctissimi P. N. Benedicti explanauit, & præsentem difficultatem accuratè, in capit. 6. & 7. suorum Commentariorum.

Turrecremat.

Respondetur ergo ad quæſtionem ex mente huius Authoris, & sic prima resolutio.

Quid.

N. 24. Quidquid ex contentis in regula, omittatur per contemptum, est peccatum mortale. Sic D. Thom. 2. 2. q. 186.

D. Tho. artic. 9. in corpore est autem contemptus: *Quando voluntas subditi renuit subijci ordinationi legis, vel regulae, & ex hoc procedit ad faciendum contra legem, vel regulam: quæ sunt verba D. Thom.*

N. 25. Respondetur secundo, ex eodem D. Tho. vbi supra in corpore articuli, cuius hæc sunt verba: In regula continetur aliquid dupliciter; vno modo; sicut finis regulae, puta ea quæ pertinent ad actus virtutum, quorum exercitationem regula intendit, & horum transgressio si adsit præceptum, est peccatum mortale: quantum ad ea verò quæ excedunt communiter necessitatem præcepti, non obligant ad mortale, nisi propter contemptum: quia sicut sapè diximus, Religiosus non tenetur esse perfectus, sed tendere ad perfectionem, cui tamen tendentiæ contrariatur talis contemptus perfectionis. Alio modo continetur aliquid in regula pertinens ad operationes, & exercitia exteriora; sicut sunt omnes exteriores obseruantia. Iste autem obseruantia sunt etiam in duplici differentia, ad quasdam enim obligatur Religiosus, ex voto professionis, quod quidem votum respicit principaliter ipsa tria; scilicet, essentialia vota, paupertatem, nempe, castitatem, & obedientiam; & ideo transgressio horum trium, quæ principaliter respicit, & continet professio, obligat ad mortale. Ad alias autem obseruantias, quæ ad dictas ordinantur, non obligatur Religiosus sub mortali, nisi propter contemptum regulae, quia contemptus iste contrariatur directè professioni, & tendentiæ ad perfectionem, quæ est de eius essentia, vt dictum est. Obligare etiam ad mortale poterunt huiusmodi minus principales obseruantia, si ponatur, de earum obseruatione præceptum à regula, vel à Prælo: nam aliud in tali casu facere, esset contra obedientiam, vt expressè D. Thom. Itaque vitra vota essentialia, nil obligat in regula, vel constitutionibus iuris, vel constitutiones ad mortale, nisi sit

D. Tho.

præceptum in illis, vel ex modo obseruandi, & declarationibus, sic sit receptum inuolabiliter, vt præceptum ad mortale obligans.

Sed quæres, an huiusmodi dictæ obseruantia, vt ieiunia, silentium, &c. obligent semper ad peccatum veniale?

N. 26.

Respondetur affirmatiuè, nisi in particulari aliud exigat actualis necessitas, vel charitas: nã quæ facta, vel ordinata sunt pro charitate, non debent contra charitatem militare. Et probatur nostra resolutio ex eodem D. Tho. supra. Ad primum (sic dicente) Transgressio venialis, vel ommissio aliorum scilicet, quæ non sunt contra præceptum regulae, obligat solum ad peccatum veniale: quia dictum est supra ex D. Thom. huiusmodi obseruantia regulares sunt dispositiones ad principalia vota. Peccatum autem veniale, dispositio est ad mortale, in quantum impedit ea, quibus aliquis disponitur ad obseruanda principalia præcepta legis, quæ sunt præcepta charitatis.

D. Tho.

Sed quæres, quando additur in lege, constitutione, vel regula, quod transgressio illius ad nullum obliget peccatum, nec veniale, vel mortale, sed ad talem, vel talem pœnam, vtrū peccet, qui talem legem transgreditur.

N. 27.

Respondetur cum D. Thom. vbi supra. Transgressionem huiusmodi ad nullum obligare peccatum, nec mortale, nec veniale ex genere suo, sed tantum ad sublinendum pœnam taxatam; quia per hanc solummodo pœnam, ad talia obseruanda obligatur. Possent tamen isti mortaliter, vel venialiter peccare ex negligentia, vel ex libidine, vel ex contemptu. Nos enim cum D. Thom. solum dicimus, non peccare quemquam, in dictis transgressionibus ex genere suo, ratione (inquam) legis præcepti, aut statuti. Nam aliàs, cum ex sententia D. Tho. nullus actus sit indifferens in particulari, qui bonus, vel malus non sit, hinc esset fortè peccatum. Huc peruenit nostra quæstio: an actus harum transgressionum legum, (inquam) quæ ex mente legislatorum ad nullum peccatum, nec mortale, nec veniale obligant,

D. Tho.

*Nullus actus hu
manusest
indiferens
id est, nec
bonus, nec
malus mo
raliter in
opinione
D. Tho.*

sunt semper peccata, saltem venialia, quia ex defectu finis debiti, non sunt boni. Vnde declarandum est (suppositis ijs quæ Caietanus 22. quæst. 186. art. 9. dicit, quæ notanda, & videnda ibi sunt.)

Quid intelligi debeat ex mente D. Thom. per hanc transgressionem, ex negligentia, ex libidine, ex contemptu. De hoc vltimo iam diximus, quomodo præcepta per legem, mandatum, vel regulam, violare per contemptum, ex suo genere est peccatum mortale: quando etiam per libidinem fiat transgressio, est similiter ex suo genere peccatum, cum facere quidpiam ex libidine, id est, ex vitia cupiditate, licet res illa non sit per regulam, vel aliter prohibita, est ad minimum peccatum veniale, & à fortiori, si id quod ex omnia cupiditate, aut libidine omittitur, ultra hoc, contingat esse prohibitum, erit vt minimum peccatum veniale, ex negligentia tandem transgredi talem regulam per legem, ex D. Thom. mente, est omittere præcepti, vel regulæ impletionem, non alia causa, quam ex torpore quodam animi, & ex crassa negligentia. Quod quidem necessario est peccatum, saltem veniale, nam non est humanum moueri ad aliquid ex animi torpore, sine aliqua causa, vel sine rationabili: hanc igitur negligentiam in hoc, ait D. Thom. consistere sine aliquo simplici actu voluntatis, quo quis velit directè transgredi regulam. Sic Caietanus, & Valentia ibi.

Ex quibus colligitur cum eodem Gregorio de Valentia, vbi supra 22. q. 186. art. 9. Quid sit dicendum de constitutione, vel lege, ne hoc, vel illo titulo decoremus talem, vel talem personam, vel quid simile, declarante lege, non intendere obligare sub peccato, sed sub tali, vel tali pœna corporali: vbi supponendo quod nullo modo est sermo de eo quod mandatur in regula, hoc enim violare, (vt dictum est) ad minimum obligat ad veniale, sed de constitutione illa in qua exprimitur intentio ferentis, quod non obliget ad peccatum. Dicimus probabile quidem esse, quod si ex causa, & bono fine, talis legis violatio fiat, vt se quis tali lege de reformatione titularum, prohibito

A titulo in aliqua Religione, illum cui prohibetur vocitaret, v. g. paternitatis titulo aliquam personam, sine bono, in aliqua occasione coram discipulo, vel filio confessionis, vt Magistri auctoritas, & doctrina commendaretur.

Sit ergo resolutio nostra. Probabile est nullum interuenire peccatum in casu præfenti, tum quia id intendere videtur lex ipsa, & legislator; tum, quia materialiter tantum potest dici legis transgressio, cum formaliter potius videatur opus virtutis, ex fine bono dicto. Tum, quia etiam si formaliter sit legis transgressio, ex lege ipsa est libera transgressio à peccato, & quia licet fortè implere talem legem animo, & intentione se subiiciendi tali directioni legis esset melius, non tenetur semper sub peccato facere quod melius est. Hæc videtur esse mens, Gabriëlis Vazquez 2. 2. q. 96. art. 4. disp. 58. cap. 3. num. 16. vbi sic ait. Deinde

obseruandum est, qua ratione, quis peccare possit contra constitutiones, & ordinationes, quæ nõ habent vim præcepti, sed cuiusdam directionis. Dicendum igitur est, transgressionem taliũ constitutionum non esse peccatum, ea solum ratione quod sit contra illas, sed ex prauo fine, quo quis mouetur: quare si aliunde moueretur à solo fine virtutis, ex causa, sicut fieri potest, esset quidem opus virtutis, licet materialiter contra constitutionem operetur, tamen minus perfectum, quàm si aliquis huiusmodi constitutionem ex affectu obedientie amplecteretur. Hæc iste Author. Et secundo dicimus, & sit secunda resolutio.

Probabilius est de facto, semper in huiusmodi transgressionibus reperiri aliquid culpæ, vt tenet Gregorius de Valentia vbi supra: irrepit enim facillimè, quidam animi torpor, aut libido, & cupiditas faciendi contra legem.

Quid autem dicendum sit, quando super executione pœnæ pro tali transgressione impositæ, Superior illam pœnam, v. g. ieiunium panis, & aquæ, iniungat subdito qui deliquit. An sub peccato teneatur implere, & similiter de alijs pœnalitatibus, mortificationibus, & abstinentijs publicè, & priuatè, implendis, vt de abstinentia à parte ali-

N. 28.

Vazquez

N. 29.

N. 30.

menti,

Caiet.

D. Tho.

Transgre
di legem
ex negli-
gentia,
quid sit.

D. Tho.

Caietan.

N. 27.
Valentia.

menti, vel potu viti, & similibus pœnis à legitimo Superiore impositis.

Respondetur, & sit nostra resolutio ad vtranque difficultatem. Teneri semper sub peccato saltem veniali, si præceptum de tali subeunda pœna nõ imponatur; & si imponatur, sub mortali: si aliàs non eneruetur iussio; vt vel quia inconsiderata, vt euidenter nociua, vt si omnino debili, vel agroto, aut aliter difficillime impleturo pœna imponatur, aut supra potestatem, vel à superiori impedito, inferior Prælati procedat. Et probatur nostra resolutio, quia licet remota, & radicalis materia huius pœnæ, seu præcepti, non sit ex contentis in regula, tamen huic pœnæ subiectio, & præcepto, est secundum regulam: vnde potest super huiusmodi pœnæ tolerationem præceptum imponi; & adhuc si non imponatur præceptum, erit implurimum veniale. Est enim materia de se grauis, nam si huiusmodi pœnæ non haberent hanc executionem obligatoriam, tota Religio corrueret, nec stare posset. Vnde intelligitur, quomodo quando in Religionibus, v. g. in nostra Benedictina, secundum ceremonias, & laudabiles antiquas consuetudines, obseruatas inuolabiliter adhuc Religioso, ob defectus ordinarios, & aliquando graues, diuturna abstinentia à potu vini, reclusio in cella, præter assistentiã Cõuẽtualiũ actibus, aut aliã minus diuturnæ mortificationes, vt prosternatio in terra per horam, vel amplius; an qui violaret peccat. Respondetur: saltem, venialiter peccaret, propter rationes dictas.

N. 31.

Possent hic obiter dubitari de Superiore, vel Prælato, qui ex animi leuitate, ex leui causa, vel affectata, vtputa hospitis moderatæ æstimationis rogatu, vel sancti occurrētis exaggerata deuotione, dispensaret in maximè meritorijs obseruantijs, secundum constitutionem debitam, vt in disciplina Cõuẽtuali, vel Regulari ieiunio Communitalis, &c. Et rursus, si iuxta superioris dicta de regula dispensata, si esset melius, & maioris meriti illa prodiga dispensatione vti, & à pœnitentia legali abstinere, an priuatè illam exequi.

Respondetur, quod à circumstantijs

A pender, & prudenti iudicio, & sapientia, quam postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, nec permittit deficere in via, illum qui rectam cupit. Et ad primum dico, semper me vidisse homines timoratos, & Dei zelum habentes, & suæ domus, magna cum maturitate in eximij præcipuè, & magni meriti mortificationibus Cõuẽtualiũ dispensare, præcipuè in Cõuẽtibus numerosis, vbi inter tepidos conseruatos semper habet Deus feruidos spiritus, quorum quidem quilibet gratum reddat sociorũ tale sacrificium, cui etiam pro viribus assistunt infirma carne, spiritu prompto: imò etsi nec corporaliter in ijs castris (ex ijs fortibus) aliqui existant, & ad sarcinas macant Deo, pro se, & pro exercitantibus fratribus simul, sacrificium illud communiter offerunt, & illi adhuc communitati corpore absentes, charitate vniti existant.

Nõ leuiter debet Prælati dispensare in Cõuẽtualiũ obseruantijs.

C Sed adhuc dubitari potest, an peccet Superior cui per talem legem cõmittitur, quod transgressores tali pœna afficiat, vt disponunt constitutiones Benedictinorum Hispaniæ, præcipiendo in Capitulo generali, quod Prior Monasterij iniungat panis, & aquæ ieiunium coram communitate implendum; illi qui alijs ab illis qui per legem titulo paternitatis insigniri iubentur: hoc titulo vocitauerit, si id non exequatur.

N. 32.

D Respondeo, supponendo illam Caietani, & aliàs communem doctrinam; de qua aliquid supra, & infra sapius dicendum. Quod plures Religiones obseruantia, imò & alterius Reipublicæ, secularis, etiam laicæ, strictius Gubernatorem, quam subditum ligant, ita vt contingat passim violationem silentij, ieiunij Regularis, & constitutiones, in singulis subditis vix esse peccatum veniale, & toleratio, seu permissio talis in Prælato, seu Superiore cui incumbit, sit mortale.

E Vnde sit in casu resolutio. Superiorem qui omissione sua, & negligentia, vel animi imbecillitate, & tolerantia, plarium talium legis dictæ violationum corruptelam, abusum, & cõsuetudinem, contrariam legi introduceret, imò & sapius violationes illius, coram

N. 33.

coram se factis, non puniret si causa grauior non urgeat, peccabit venialiter saltem. Prima pars constat, nam cum huiusmodi leges, licet de materia regulæ non sint, conducunt tamen prudentum iudicio ad ipsius regulæ Religiosæ obseruantia conseruationem, & ad humilitatis, & aliarum virtutum exercitationem: unde qui illa parui pender, non edificator sepium, sed dissipator dici potest. Deinde, quia id quod Superiori iniungitur exequendum, est secundum regulam; non enim habet pro materia proxima prohibitionem, quæ subito iniungitur, sed punitionem contrarietionis subditi. Rursus, quia ut habet communis Summistarum, & Iuristarum opinio, indicium maximum de intentione legislatoris de obligando, vel non obligando sub peccato, ad obseruationem legis à se lata, est assignatio pœnæ temporalis: (quod intellige, quando agitur de delictis leuioribus, non de alijs adeo grauibus, quæ & sub peccato, & pœna temporali inhibentur) unde si subito aliquid per legem, seu constitutionem prohibeatur assignata pœna temporali pro transgressione, ex vi præcepti, (ut nuper diximus) nec venialiter peccabit: quia illam solam pœnam temporalem voluit legislator ut subiret, nec materiam grauiorem iudicauit. At quando de Superiore cui iniungitur infligere talem pœnam subito transgredienti agitur, & aliqua temporalis pœna, si non exequatur, non imponitur: tunc cum sit materia maioris momenti, pœnæ spirituali puniendus relinquitur: nempe, sub pœna peccati venialis.

Saltem secunda pars resolutionis probatur, scilicet, quod si causa grauior instet, quo minus transgressio constitutionis facta à subdito non puniatur, non peccet Prælati; nec Superior, constat: nam secundum D. Tho. Caiet. 2. 2. q. 68. art. 3. & Caietanum expressè, & Arag. non solum in constitutionibus, ordinationibus; & legibus ad directionem solum, & bonum regimen Reipublicæ spectantibus; sed in illis quæ ad legalem, & veram iustitiam (quæ facit æqualitatem inter homines) spectant, potest dispensare propter aliquod maius bonum ex plenitudine

D. Tho.
Caiet.
Aragon.

potestatis Princeps supremus, qui eam Reipublicæ, vel communitatis gerit, cuius bono præcipuo debet conferre. Sed in tali casu, etiam index inferior ex epicheia, seu egnome, potest executionem suspendere legis: & est casus qui ab authoribus ponitur, (quæ non recuso hic inferere) quia doctrinæ, & exemplare ministrat ad plures huiusmodi materias morales: Si contra reum criminaliter procedatur, & etiã ad partis instantiam, & accusatore etiam existente, si ex processu ad punitionem delicti, prudenter damnum graue Reipublicæ, (puta) seditio in populo, seu quid tale, eo quod reus est persona magni momenti, seu populo accepta timeatur: accusationem debet, non solum Princeps, sed inferior index scindere, & causam relinquere. Ita in casu præfenti ex hac doctrina, ad probationem nostræ resolutionis possumus procedere, suo modo casum adaptantes: nam si ex punitione, v. g. transgressione legis dicitur, si quis superior conijciat, quod si subditum qui titulo Paternitatis decorauit alterum Religiosum, per legem quidem non debito, sed aliâ doctrina, & qualitatibus præditum puniat, dedecus Religionis, quod honores indiscretè, vel iniuste distribuat, vel aliter odium plebis indigne ferentis, suum alioquin nobilem, & principem ciuem vilipendi, sequatur, vel aliud simile inconueniens, sine culpa talis superior, à tali pœna abstinerebit.

QVÆSTIO VI.

Verum Prælati possit præcipere sub pœna peccati mortalis obseruationem eorum, quæ in regula solum obligant sub veniali?

Respondetur: Materiam obligantem ex obedientia sub mortali, debere esse grauiorem, vel saltem quoddam sit grauis propter aliquam circumstantiam. Hoc supposito, sit nostra resolutio.

In aliqua occasione posse esse iustum, & obligatorium sub mortali, aliquod præceptum de materia, quæ de se non

N. 34.

non esset adeo grauis, vt si obseruantia in aliqua Religione, (grauis quidem) quamuis singulos sub veniale tantum obligaret : v.g. silentium horis constitutis, & locis, ieiunia, Regularia, & Auentus, abstinencia à carnibus ferijs quartis, & primis diebus Paschæ; ita in obliuionem, & disuetudinem abiissent, vt in ruinam & dedecus Religionis cederet : tunc præceptum de ijs, obligans ad mortale posset poni.

Vbi hic est aduertendum. Primò, quòd hoc præceptum deberet poni in communi hoc sensu, quòd generaliter ad sui obligationem obligaret omnes & singulos, sic vt in plurimum per omnes dies dispositos seruaretur, absque hoc quòd sepius sine timore, aut tunc considerabili causa violarentur talia ieiunia, & obseruantia; in communitate, neque aliquis comedens in cubiculo, peccaret mortaliter. Deinde, quòd sic sub peccato mortali obligarent in communitate, vt nihilominus Prælati posset etiam dispensare, cum communitate, sic vt tali, vel tali die, cum hac, vel illa causa dispensaret; hodie cum istis, cras cum alijs; nam aliàs non esset præceptum iustum, nec tolerabile, & multi retraheretur à Religione, si huiusmodi præcepta scirent imponi: quia notabiliter grauarent Religionem; vltra promissum. Vnde constat, quòd nec totum Capitulum generale tale præceptum posset imponere, nisi in dictis casibus.

Gabr.
Vazquez

Colligitur hinc cù Gabriele Vazquez, quòd si regula quam quis professus est, non obligant ex sua primæ intentione, sub culpa; sed tantum sub pœna, non potest Prælati obligare ad obseruationem ipsius in vniuersum, sub mortali, nisi quando ad exemplum aliorum, vel ad correctionem alicuius qui minus parere consuevit, velit illum ligare sub culpa. At verò propter vnius vel duorum culpam, totam communitatem obligare non potest, propter rationem dictam. Et addit iste Author, num. 20. quòd superior in aliqua Religione, non potest obligare ad obseruationem aliquam, quæ aliquo modo non pertineat ad regulam. Pertinere autem ad regulam dicitur id, quòd licet in ea non sit expressum, saltem in

A vniuersum continetur in ea, vel ad eam obseruandam accomodatum est, quare nisi videat Superior expedire Religioso nouam aliquam subire pœnitentiã, vel afflictionem corporis, pro regulæ transgressione, aut in cautelam recidendi, vel periculi imminentis, non potest illi iniungere sub præcepto, illam quæ dicit esse sententiam D. Bernardi, D. Thom. Gerson. Angeli, Innocentij, P. normitani, Syluestri. Et ratio est, quia Religiosus solum vult obedire præceptis, secundum regulam præscriptam, siue id expresserit in professione, siue non.

QVÆSTIO VII.

Vtrum iuste possit imponi præceptum sub mortali, de alijs rebus quæ non continentur in regula, tamen necessaria sunt, ad bonum regimen Religionis, vel alicuius Monasterij, aut personæ?

Respondetur affirmatiue. Quia cum Prælati habeat (vt dicemus in 2. part.) præter alias potestates, etiam economicam, & patriam, eo solum quòd quis hunc viuendi modum elegit, & profretur, apparet se velle obligare illis omnibus, quæ ad pacem, & bonum regimen conformis regulæ esse videantur, ad arbitrium Superiorum suorum, & etiam ad vitandum omne illud in quo est periculum contraueniendi, secundum Prælati iudicium. Probatum deinde, quia necessariū manifestè est ad bonam & rectam familiam, & domus gubernationem, & etiã personarum respectiue, quòd in aliquibus Religionibus, & in illis specialiter, quæ præter tria essentialia vota, votum quartum clausuræ emittunt, vt Benedictini congregationis Hispaniarum, quibus sub peccato mortali iubetur, quòd Religiosus ab vno ad alterum Monasterium transmigrans, via recta suum iter faciat, non ad alia loca diuertens: præterea quæ in via consistunt, nisi in casu quo consuetudo, commoditas, imò & honestas Religiosi hospitij viam rectam dici introduxerit, diuertere, & à Monasterio eiusdem ad alia similiter, quæ non ita sunt

N. 35

Sunt in via recta diuertere; cum tamen secus rectam viam, & quasi pro via recta itinerantium Religiosorum, semper in Religione fuerit iudicatum; & aliud præceptum similiter, quod nullus Religiosus tendat ad Principum Curias, sine expressa licentia, & in Scriptis obtenta; quod nullus ad locum, vbi Monasterium Ordinis est, iter faciens, & nocte deueniens, extra Monasterium dormiat; quod nullus extra limites clausuræ aliquos, etiam paucissimos passus exeat; quod nullus intra alterius cellam, seu cubiculum, sine licentia expressa ingrediatur. Quæ omnia, & similia nemo dubitare potest multum conducere in familia, seu dōmo quadam Religiosa, ad pudicitiam, modestiam, paritatem, & Religiosam conuersationem Religiosorum.

Ex quo constat, posse de ijs, & similibus ad rectam familiæ administrationem, arbitrio Prælati, & recto iudicio conducentibus, præceptum ad mortale obligans expediri.

Ex quo etiam colligitur, & ex hac fundamentali doctrina patet, quod si aliquis Religiosus iudicetur ad regendum Monasterium, vel ad aliud munus aut ministerium graue Religionis, seu Monasterij, vires corporales necessarias non manifestè excedens; Religioso tali sub præcepto mandetur acceptatio electionis de se factæ; tenetur sub mortali obedire, & acceptare.

N. 36.

Vbi nota, eandem nos dixisse de regendo Monasterio, vel ministerio implendo in illorū: nam de officio, dignitate, seu munere acceptando; extra Religionem, etiam Episcopatu; Papa solus, & non Religiosus Prælatus, potest obligare, cum id sit extra eorum regularium Prælatorum potestatem economicam. Ita Lesius libro 2. cap. 41. num. 74.

Lesius.

Vltimò aduertendum etiam maximè est, quod in omnibus dictis casibus magnam locum habet epicheia, v. g. vbi positum sit præceptum de non dormiendo extra Monasterium; nam qui sero, aut ad multam noctem, ad locum vbi aliquod Monasterium consistit, non ex proposito, aut à consilio, & in præcepti fraudem (vt aliqui) peruenire succedat, & bis, aut ter pulsato ostio, ita

vt mortali ter constet vel non audiri, vel nolle audire, tunc bona fide, pro illa nocte præceptum credendum est, non pro illo esse impositum; & similiter, si ostiosus Monasterij, vel alius Religiosus videat circa portam, in medio callis occidi hominem, vel pro occiso relictum confessionem poscentem, aut Religiosum gratis, & periculosa repente infirmitas inuadat; quam præteriens Religiosus cognoscat, cum in quolibet hostium casum ex tōra constet periculum certum esse; quod sine licentia posuit exire, & intrare, talem esse mentem præcipientis, & vim præcepti intelligentis. Et idem dicendum, si ex dilatione pro licentia; & dispensatione expectanda; super reuersum, & ingressum ad Regis Curiam, timeatur rationabiliter infelix litis successus, epicheia vtendo, & (vt dictum est) præceptum prudenter interpretando, sine timore peccandi poterit ad Curiam proficisci, & ex itinere, aut quamprimum licentiam petere, ad legis dispositionem, & formam.

C

QVÆSTIO VIII.

Verum Prælatus possit præcipere sub mortali res parui momenti? v. g. silentium hic, & nunc, & quis sergat, aut non sergat, & alia huiusmodi?

D

IN hac re aduertendum est, cum Gregorio de Valentia, 2. tomo, disp. 7. q. 5. p. 61. §. 3. & Gabriele Vazquez, itatim citando, materiã præcepti posse esse grauem dupliciter, scilicet, vel secundum suam substantiam, vel solum secundum suas circumstantias, quas Prælatus attendit. Sape enim circumstantiæ addunt grauitatem materiæ, vt patet in præcepto imposito Adamo, vt scilicet ab esu pomi abstineret; quod quidem per se non ita graue erat; sed propter circumstantiam & finem legis, & severitatem præcepti, ex parte diuinæ voluntatis graue erat. Ideoque optimè dixit Caletanus in summa, verbo Præceptum, impossibile videri iure humano in sola materiã, id est, nuda circumstantijs, discernere præcepta (scilicet) obligantia sub mortali,

N. 37.

vel

sub veniali peccato. Quo quidem supposito.

N. 38.

Respondetur ad quæstionem, cum communi Doctorum sententia, debere esse materiam præcepti obligantis sub mortali, alicuius momenti, vel secundum se, vel ex circumstantijs. Explicat *Gabr. Vazquez* 2.2. quæst. 96. artic. 4. disp. 1 § 8. cap. 4. num. 31. dicens, non esse in potestate legislatoris ferre legem, aut præceptum, quod obliget sub veniali solum, si materia grauis est, considerato etiam fine ipsius. Quam doctrinam dicit tenere *Driedo* lib. 3. de libertate Christiana, cap. 3 ad 5. Et ratione à priori sic probat. Nam quauis à voluntate Legislatoris pendeat præcipere, & non præcipere, tamen semel posito præcepto, ipsa obligandi vis deriuatur à iure naturali ipso: hoc enim statuit parendum superioribus iuste præcipientibus: & propter hanc rationem dicit, leges humanas deriuari à naturali, per modum determinationis, quia lex humana, quando aliquid præcipit, ponit in exercitio, & quasi contrahit, & determinat illud principium, *Parendum est Superioribus præcipientibus secundum rationem.* Latè etiam probat hoc alijs rationibus, quibus colligit, hac sola ratione transgressionem legis, aut præcepti esse mortalem, si materia, quæ præcipitur, ad finem Legislatoris notabiliter conducat, quod dicitur, quando non est contemptus: nam si adsit hic, etiam si contingat in rebus minimis, est peccatum inobedientiæ. Est autem contemptus (ait *Vazquez*) & solum consistit in sola intentione non parendi.

Greg. de Valent.

Gregorius autem de Valentia tomo 2. vbi supra, citatus in principio huius quæstionis, dicit delinendam esse hanc grauitatem peccati ex intentione Superioris volentis vti tota sua potestate in tali præcepto, & hoc solummodo dictare legem naturalem; scilicet, parendum esse Superioribus, nempe quando præcipiunt tota sua potestate, sub mortali, quando autem partiali potestate vtuntur, sub veniali tantum.

Quæ doctrina videtur magis recepta in praxi: & hanc videtur amplecti noster *Gregorius Sayrus*, sua clau Re-

gia, lib. 5. cap. 4. num. 29. cuius hæc *Sayrus*:

A sunt verba. *Licet inobedientia in re minima sit venialis, si tamen rem minimam præcipiat Prelatus alicui, in virtute sanctæ obedientiæ, significans per hoc velle, & intendere obligare ad mortale, tatis inobedientia erit peccatum mortale; quia tota vis obedientiæ ad illam rem minimam restringitur; sicut Prælati sæpe iussis de causis præcipiunt alicui silentium, vel vt non egrediatur cubiculum, &c.* Hæc *Sayrus*. Vbi aduertit, hanc opinionem posse concordari cum opinione *Vazquez*: nam *Vazquez* non negat in re parua posse dari talem circumstantiam, vt faciat materiam grauem; & hoc est, quod dicit *Sayrus* illis verbis, *iussis de causis posse præcipi silentium sub mortali.* Cum autem ex alia parte, dum non constat manifestè de leuitate præcepti, & præcipientis in præcipiendo, semper sit standum pro Superiore; hinc est, quod tenemur illi obedire; metaphysicè autem loquendo, certum est Valentiam, & *Gabrielem Vazquez* esse primò diuersos, iste enim materiæ præcepti; ille vero intentioni, & voluntati tribuit obligandi vim. In praxi securior *Sayri*, & Valentia.

Ex resolutione harum quæstionum **N. 39.** septima, & octaua manet eneruata, seu explicata difficultas imprudenter de nouo excogita, sine aliquo sufficienti fundamento, & in magnum damnum, & perniciem monasticæ gubernationis, de validitate præceptorum, virtute malè inspectæ Bullæ *Eugenij III.* quæ, vt constat, non mouit de censuris, nec de præceptis, quæ (teste *Caietano* 2.2. quæst. 186. art. 9.) diuus *Hieronymus* omnino à maneat definit: quæ quidem Bulla per extensum vtitur, sicut & aliæ Religiones; in quarum mente nonquam talis insana explicatio, nec intelligentia, nec Patrum prædecessorum iuramentum, venit talis noua, & erronea doctrina, digna tali censura, & pœna imposita à Capitulo generali celebrato 26. die mensis Aprilis, anni 1625. num. 20. cuius verba placuit hic inserere. *Item declarò la santa Congregacion, que la opinion que ha corrido, y se començò a diuul-*

divulgar, que la santa Congregacion en sus Capítulos generales no puede poner preceptos, ni obligar con ellos: se condena como erronea, perniciofa, y notablemente perjudicial a la obseruancia Monastica. Y se encarga a nuestro Reverendissimo Padre General, castigue con penas de culpa grauisimas a los Religiosos, que fueren hallados incurrir en este error, y le siguen. Verba D. Hieronymi supra citati sunt. Nomen mandati à precepto differt. Et ratio est:

2. Hier.

Nomen mandati differt à precepto & quid utraque.

quia mandatum totum dicit simplicem ordinationem, vel iurisdictionem non intendentis Prælatis, vel iudicis, sub pena graui obligare; & sic ad summum talia mandata in Religionibus (vt ex generali vsu constat) ad veniale obligant: at verò nomen precepti certum est significare rigorosum imperium, vel mandatum. Vnde ad sciendum, quæ vi, & rigore aliqua res sit imperata à Prælato, aut à constitutione, inquiremus, an sub precepto mandata sit, quasi ex vsu, & modo intelligendi id credatur sub peccato mortali obligare, quod vocatur preceptum; sicut mandatum, quod obligat sub veniali.

Item, quia (vt supra tetigimus) nullo modo de censuris, nec de preceptis loquitur Pontifex: hæc enim non dicit, aut vult non obligare in dicta Bolla, quæ est in compendio priuilegiorum S. Benedicti Hispaniarum decimum priuilegium, fol. 35. pag. 2. num. 1. vbi dicit Eugenius Papa III. quod id concedit Congregationi sanctæ Iulianæ Pad. Motu proprio. Formalia hæc verba sunt. *Apostolica auctoritate statuimus, atque decernimus, omnia, & singula statuta, ordinationes, correctiones, & mandata Capituli generalis, necnon Præsidentis generalis Visitorum, & Rectorum ipsius Congregationis, ab eisdem Prælati, Monachis, & personis inuiolabiliter seruari, illisque perpetuo parendum fore; ita tamen, quod ad peccatum, nisi contra fiat ex contemptu, aliquem non obligant.* Hæc sunt verba; vbi de precepto, nec centura aliquid dicit. Vide quid sit contemptus supra, q. 5. in principio.

Quomodo verò ex sola voti obedientie obligentur subditi, diximus supra. Hanc questionem libens discussit

A quia de Regularibus Prælatorum ab ipsis per votum obedientie tributam potestatem doctrinis varijs, & peregrinis stringentibus audio malè; illud attendens, quod ex Gregorio Nazianzeno hausit, & docuit doctè, apud, & Audiosè P. Franciscus Aguado Societatis Iesu illustrissimæ, & sanctissimæ familiæ meritisimas alumnus, & Dominus Professe Mantuanæ dignissimus olim Præpositus, & in præfenti Excellentissimi Ducis-Comitis de Olivares Confessarius, qui in suo doctissimo libro, quem inscripsit, *El Cristiano sabio*, in Regularés subijci refugientes Prælati, & obedientie, gladio increpationis animaduertens, illos monet, nihil magis ipsis expedire, quàm Prælati subijci, nec aliud tale periculum, quæse cum Prælati contendere: quia cum Christi vices gerant, in hoc specialiter Christum imitantur; quod est quicumque Prælati subdito lapid angularis, & petra scandali, qui quomolibet cadat, subditum collidit.

P. Franciscus Aguado, t. 20. c. 1. n. 13.

QUESTIO IX.

Vtrum Prælati, & Superiores magis teneantur seruare regulam, quàm subditi?

Videnda sunt quæ supra huius capitis quæst. 5. prope finem diximus, §. Sed adhuc, vbi regulam posuimus Caietani cõmuniter receptam, Prælatum scilicet peccate mortaliter aliquando in violatione obseruationis regulæ; quando scilicet vider, & contemnit magnam esse relaxationem in silentio, cultus diuini frequentia, consueta; & deuota solemnitate, & duratione, ieiunij regulæ, & alijs similibus obseruantijs, si non curet emendari: in quorum omnium violatione, dummodò non adsit contemptus, non peccabit subditus, saltè mortalitèr.

N. 40.

Caiet.

QVÆSTIO X.

Vtrum Prælatas possit aliquid iuste præcipere, ex cuius tamen executione aliquod scandalum sequatur? & vtrum in tali casu subditus obedire teneatur?

N. 41.

Respondetur negatiuè, & probatur ex cap. cum teneamur, de Præbendis; vbi Papa dicit, & docet, solummodò si scandalum sequendum sit, esse sufficientem causam, vt sup. Bullæ non mandentur executioni. Facit etiam Glossa in c. dist. 62. vbi dicitur, electionem Episcopi iuste factam, irritam fieri ob scandalum. Abbas in cap. 1. col. 1. de electionibus.

Glossa.

Abbas.

N. 42.

Ex ijs colliges, posse, imò & debere suspendi executionem præcepti, de cuius impleione maius sequitur inconueniens, quam de suspensione, vsquedum constet de iustificatione præcepti. Sic Conarruias, in regul. peccatum, n. 5. in fine; Graffis, p. 1. lib. 2. nu. 14. Exempla crederem esse, si inferiori Prælato iniungatur à Superiore alicuius portæ, seu locutorij occlusio; vbi non ita præsens occasio adest scandalosa peccandi, quanta esset suspicandi maius malum, si statim tempore visitationis Monasterij Monialium, vel aliàs minus opportuno tempore hoc executioni mandaretur; vel si tali occasione, vel inopportuno tempore; de mutando Religioso ab vno in aliud Monasterium, de quo aliquid minus certum, seu publicum suspicaretur, tractatur: aut si alicui Officiali Monasterij, existente tali periculo, promitteretur consueta facultas exeundi de Monasterio, ad sui functiones mittendi. In quibus, & alijs similibus casibus, in quibus maius tale inconueniens, seu scandalum prudenter timeatur, vt videntes sibi persuadeant, mala, seu peccata temerè, & malignè à detractionibus propalata, esse certa; ab executione est cessandum per Prælatum inferiorem, habentem pro certo hanc esse mentem rationabilem Superiorum: quod quidem magno consilio, & maturitate inspiciendum est.

Conarr.
Graffis.

QVÆSTIO XI.

A

Vtrum in aliquo casu Prælatas inferior possit præcipere aliquid contra præceptum Prælati superioris, etsi subditus teneatur obedire?

N. 43.

Explicatur. Verbi gratiâ. Præcipit Prælatas Generalis, vel alius talis Prælatas superior, vt talis recreatio detur Conuentui, vel quòd aliquis Religiosus eat ad concionem, conclusiones, vel pro alio negotio, aut honestæ recreationis causa, vel ad quid simile exeat de Monasterio; tunc dubitandum venit, an validè superior Prælatas immediatus Religiosi possit cum præcepto obligante impedire illam facultatis, seu præcepti superioris Prælati executionem?

C

Respondetur, & sit nostra prima resolutio, tales posse superuenire causas hic, & nunc, quæ quidem moraliter loquendo sufficientes essent, vt Prælatas superior, si præsens esset, contrarium dispoheret. Eius enim voluntas, & facultas ita intelligenda est: Hanc facultatem cõcedo tali Religioso implendam, & nisi causa noua alicuius grauis inconuenientis, interueniente à Prælato suo inferiori meo non impedendam.

D

Et cum questio hæc tam necessaria sit, vt quam practicè possit, tractetur, adhibeo casus. Si ex executione talis licentiæ damnum spirituale, seu corporale prudenter possit timeri, illius suspensio, & impedimentum per inferiorem Prælatum videtur manifestè esse secundum superioris intentum, vt diximus. Vnde si ex sana, & recta intentione scandala, peccata, aut graua inconuenientia prævideat in fama Prælatas; eo quòd Religiosus à superiori Prælato, de moribus corruptis Religiosi ignaro, licentiam vagandi verbi gratiâ, per mensem, subreptitiè extorsit, executionem inbeat suspendere vsquedum Superior consulatur, potest legitimè facere, sine præiudicio Superioris potestatis, propter dictam rationem: si verò non constet

S de

de inconvēnienti dicto, vel alio simili, & imminet periculum in dilatione; imò si de prava intentione, & affectu Prælati inferioris erga subditum constet prudentis iudicio; ut si Religioso graui, vel aliâ laudabilis concursationis, facultatem in subleuatione parentum, vel ob aliam causam iustam habenti, & commoditatem pecunie, & multa immixtam occasionem (quam amissam semel) recuperabit difficillimè, Prælati inferior difficultates, seu causas affectet, ad hoc vt licentia superioris Prælati, & iter Religiosi suspendatur, tunc prudenter habita opportunitate, virato scandalo illorum, qui negationem immediati Superioris, & contrauentionem viderit, maxime indoctorum, qui hæc penetrare non possunt, & quasi aliquid intellexisset, sine mendacio quidem, sed cum sagaci prudentia, licentiam Superioris Prælati exequi potest; nec tenetur talis Religiosus pravam intentionem sui immediati inferioris Prælati præualere permittere.

N. 44.

Hæc omnia dicta sunt ex communi iure; regulariter enim in Religionibus, specialiter in non Monachalibus, ita residet suprema potestas, & ordinaria iurisdictio, & administratio apud supremos Prælatos, secundum Apostolicas constitutiones, & ipsarum Religionum ordinationes, & statuta, vt absolutè, & immediatè Generalis, v.g. vel Prouincialis disponat, ordinet, & præcipiat singulas actiones, & quidquid per subditos, & reliquos Prælatos immediatos in ipsorum Monasterijs agendum sit; imò & in pluribus, propria autoritate, Prælatos ipsos inferiores remouere, & ipsorum subditos ab illorum iurisdictione eximere, & illis immediatè, & independenter prouidere, mutare licentias, & dispensationes quaslibet concedere: in ijs enim Religiosis familijs certum est, ita esse validas supremorum Prælatorum licentias, concessas singulis subditis, vt nisi in casibus supra dictis, & ex epicheia, seu egnome, nullo modo possit inferior Prælati contraire licentiæ Superioris.

A Quid verò dicendum esset de illis Religionibus, in quibus ex ipsarum institutione, & ex dispositione Sedis Apostolicæ, per Bullas Summorum Pontificum, habent Prælati immediati singulorum Monasteriorum, in omnes, & singulos Religiosos sui Monasterij, Ecclesiasticam potestatem, & iurisditionem ordinariam, licet hæc accumulatiuè cum Generali (Quod dico: nempe æconomiam habent priuatiuè ad Generalem, eo modo, quo explicatur) vt habent Abbates sancti Patris nostri Benedicti, precipuè Congregationum Casinensis, & Hispaniarum, per Innocentium Papam VIII. & alios Pontifices; imò & in constitutionibus vltimò dispositis, anno 1610. apud Regale Monasterium sancti Benedicti, oppidi de Sahagum, hoc expressè in pluribus locis statuatur in illis verbis cap. 24.

C num. 1. *Mas porque la jurisdiccion de los Abades, y Superiores supremos de cada Monasterio, es jurisdiccion de Ordinario canonico de su Monasterio. Et post pauca. Disponemos, y ordenamos, que la jurisdiccion del Reuerendissimo General, y las de los Abades particulares, sean los que conforme a derecho tienen los ordinarios Prelados sobre sus subditos, de la forma que yrà declarada.* Et statim num. 6. *El Reuerendissimo no podrá deximir a Monje alguno, ni a otro Religioso, ni exenptarlos de la obediencia deuida a su Abad, &c. ni que cumplan sus mandamientos, y censuras, que respectivamente, y conforme a constitucion les impusiere.* Et in hoc cap. num. 6. 7. 10. 14. 16. 18. & 19. idem consonat; quid disponitur.

D Vnde, cum per huiusmodi leges taxetur vsus, & exercitium Iurisditionis ordinariæ, quam in hac dicta Benedictinorum Religione dictis Congregationibus quàm accumulatiuè, & sine cuiusuis autoritatis præiudicio habent & Reuerendissimus Generalis, & Abbates singuli, si licentia de ijs rebus, quarum dispositio, & dispensatio adiudicatur Abbati, vt est de rebus illis quæ n. 6. assignantur, vt est habere, & consumere nuntios, edere carnes diebus

prohi

Bulla Inq.
noc. 3.Const. Be
nedictin.

prohibitis, & generaliter contenta in illis verbis, ibi: *Las licencias, y priuilegios, que se ayen de pedir para el modo de vivir ordinario dentro de los Monasterios, &c. todas se ayen de pedir a los Prelados de los Monasterios. Mas si algun Religioso se sintiere agrauado, de no se le dar, pueda tener recurso al Reuerendissimo General; el qual lo guardará justicia, oidas las partes.* Hoc crediderim attendere aliud, quod iisdem legibus, c. 36. nu. 15. circa clausuram statuitur. *Iten ordenamos, y declaramos, que qualquiera Religioso, que se ausentare de su Monasterio, sin licencia del Prelado del, aunque vaya con su habito, y via recta a otro Monasterio de la Orden, y aunque vaya a la propia persona del Reuerendissimo General, y aunque tenga licencia de su Reuerendissima para yr, y aunque sea llamado de su Reuerendissima, si no dio parte al Prelado, de la licencia o llamamiento, y si auendolo dado parte, le dixere, que no se ausente, o no le diere la licencia expresa, para cumplir la del Reuerendissimo; en qualquier caso de los dichos sea tenido por fugitiuo.* Quibus omnibus præsuppositis, sit nostra secunda resolutio.

N. 45.

Notando prius, quod in ijs casibus relatis, quæ committuntur Abbatibus, promiscuè explicatur eorum potestas œconomica, & patria, & simul politica ordinaria, & iurisdictionis; licentiam legitimè concessam à Superiori Prelato, subditò alterius immediati inferioris Prælati, iste non potest impedire, quanuis ordinarius etiam Prælati sit, & immediatus subditi illius, si non de nouo aliqua cogita sine inconuenientia ex illius executione; vel aliquid Superiori sortepserit, quod si cognouisset, non dedisset talem licentiam, vel quid aliud appareat, quod ex epicheia, præscriptum, seu facultatem non adimplendam offendat. Constat ex dictis: nam si licentia à supremo Prelato concessa sit legitima, executioni est mandanda, id est, de illis rebus quæ sine præiudicio ordinariæ iurisdictionis Abbatum, priuatiuè per leges Reuerendissimo Generali committuntur, vt est de accipiendo gradu Magisterij, vel Episcopatu, vel alia digni-

Executio est facultatis, que supremo Prelato sunt reseruata, immediatus Prælati non potest impedire.

A tate acceptanda. Et inde sit tertia resolutio.

Facultates, licentiæ, & mandata suprema Prælati Religionis, quæ sunt de materijs, & rebus illis, quarum dispositio, & dispensatio per leges priuatiuè remittuntur Abbatibus singulorum Monasteriorum, sine aliqua limitatione ex dictis in prima resolutione, & alibi, implenda sunt ex licentia expressa singulorum Abbatum.

N. 46.

B Ex dictis in hac quæstione sequitur, quod cum apud Congregationem resideat suprema potestas condendi leges toti Congregationi, & singulis Monasterijs; hinc est, quod eius mandata, ordinationes, & censuræ præferendæ sunt omnibus ordinationibus, quæ à quolibet Prelato Religionis emanant. Et quando ista oppositio mandatorum concurrat, & euidenter contra ordinationem legis aliquis Prælati disponat, ab executione talis particularis mandati est liber subditus, vt certè cui malum euidenter iniungitur: talis enim executio esset de re mala, quia prohibita, & tantum abest, quod de inobedientia notaretur, quod potius inobediens legi (cui in tali casu deberet obedire) iudicaretur: quod intellige propter singulorum Monasteriorum Superiores, qui obsequium suo Abbati præstare credentes, ea, quæ Congregatio in fauorem alicuius statuit, violant; & similes dispositiones Congregationis, dum Abbas annuat, confringunt, vt de non seruandis exemptionibus, & præminentijs à lege concessis Religioso graui, Abbati actuali Monasterij, fortè minus bene viso.

N. 47.

C Atque hanc doctrinam (specialem quidem pro Regulari Republica) commendat maximè modernus quidam Author, nobilissimus quidem, & doctissimus Dominus D. Ferdinandus Pizarro de Orellana, Eques, & Comendatarius Calatraue, in supremo Castellæ Regius Consiliarius, in iam edituro in lucem eruditissimo opere de illustribus actionibus, egregijs facinoribus, & vitijs nobilissimorum Heroum noui Orbis, & inuentoribus, & expuglatoribus; vbi, & in discursu legali de obligatione Regum, in remunerandis obsequijs, & heroicis actibus

D. Ferdinandus Pizarro.

vassallorum, & in obseruationibus moralibus, & politicis, circa istorum heroum vitas. In vita D. Gundisalui Pizarro, c. 5. circa princip. §. Gonçalo Pizarro, statuit iste Author, ex authentica historia, quòd in illius vltimis vitæ terminis, inimicis, & infidis amicis infecurus Gundisaluis, misit nuntios Cesareæ Maiestati, pro eius voluntate exploranda, illam exequi paratus, si contraria existeret primæ, de sibi aurea tradita gubernatione, per Regium sigillum, Auditores voluntatis Cesareæ fideles interpretes; de cuius Præfecturæ, seu gubernationis reuocatione, de nouo immisus D. Petrus de la Gasca Præles tractabat. Cui nihilominus nec hostiliter resistit Gundisaluis; imò ex superabundanti fidelitate, excelsa animi securitate, fultus quidem superiori, & Regio (vt dictum est) titulo, in ratum fidelitatis testimonium, seipsum tradidit Præsidi D. Petro de la Gasca, sese exhibens, si non legitimus DD. Francisci, Ioannis, & Ferdinandi germanus, eorum nobilitatis hæres, ac legitima proles. Quare supremæ potestati ipsius ordinationibus, vt pote diuinis, ex animo subiectus; & hinc, non se ingennè inferiori (id est, D. Petro de la Gasca) se subiiciens, non durè reprehendi debet. Quæ sint dicta pro nostra quæst. & nõ vt in iustificatione rerum gestarum, & practicas dispositiones mittamus faciem, quod & statui nostro non iudicat dictus D. Ferdinandus Pizarro esse expediens.

QVÆSTIO XII.

Vtrum cessante causa legis, aut præcepti impositi, cesset vis obligandi legis, & præcepti.

N. 47.
Sairus.

Respondetur affirmatiuè cum Sairo nostro, lib. 3. Clauis, c. 1. n. 5. qui plures citat Auctores. Ponamus casum. Si Prælati, v. g. propter grauem causam, vel scandalum, quod inde verosimiliter timeretur, præciperet sub obligatione peccati mortalis, ne aliquis Religiosus accederet ad hortum communem Monasterij, vel ne ad talem domum secularis, de licentia exiens de Monasterio diuerneret; vel ne colloqueretur cum

Atali persona, quandiu scandali occasio duraret, maneret vis præcepti ad peccatum obligans mortale: statim verò ac ipsa peccati occasio omnino ablata sit, & scandalum penitus cessauerit, tunc cessabit etiam obligatio, & præcepti vis, etiam si ipse Prælati non reuocet mandatum; imò etiam si velit cum eadem vi obligandi idem præceptum manere, & quod accessus ad hortum, illà iustà pro tunc occasione interdictus, pro suo libito perseueret.

B Probatum hoc, & est resolutio nostra. Quia à principio, quando tale præceptum fuit impositum, si nulla extitisset scandali occasio, vel causa iusta in opinione multorum (vt vidimus supra in hoc cap.) non potuisset obligare ad mortale: sed cum in hac quæstione præcisè disparemus in casu, quo tota obedientiæ vis applicetur ad illam prohibitionem, ex causa solùm motiua, illam quam supponimus omnino cessasse, absolute est certum, quòd vis præcepti non manet, illà causà ablatà.

Et probatur rursus, ex illa regula Iuris. *Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur: & cap. cum cessante, de appellationibus, cessante causa, cessat effectus.* Nec refert, quòd lex non exprimat causam motiuam: quia si causa certo cognoscatur, idem est, ac si in lege exprimeretur. Sic Panor. in c. quia ple-

Crique, num. 29. de incomunitatibus Ecclesiæ; & citat pro se cap. non dubium, C. de legibus, & Baldum in cap. maximum vitium, C. de liber. Et facit ad rem cap. post transeat, de renuntiatione; vbi Innocentius III. declarat decretum quoddam Concilij Constantinopolitani, in eo casu non obligare: quia causa illius decreti iam cessauit.

D Vbi maximè est notandum, id debere intelligi ex communi mente Doctorum, quando scilicet tota causa legis cessauit, & quando cessauit respectu totius communitatis; non verò ita intelligendam, quando cessauit respectu alicuius particularis. Quod exemplis manifestatur sic. Quia enim ieiunium est institutum ab Ecclesiâ, ad domandam carnem, & simul ad eleuandam mentem nostram ad Deum: si quis haberet sufficienter domatam

N. 48.

Regula
Iuris.

Panor.

car-

carnem, teneretur ieiunare, quia remanet alia causa legis ieiunij, scilicet mētis elevatio. Et eodem modo, si poneretur præceptum, vel lex aliqua, ne aliquis egrederetur de ciuitate, tempore belli, eo fine & causa, ne reuelaret secreta inimicis; tunc etiam si quis non sit fecerit reuelaturus, tenetur seruare legem, nec de ciuitate exire, quia respectu totius communitatis non cessabit causa; alius enim exiens non ita cautus, & secretus foret. Similiter etiam lata est ab Ecclesia lex prohibens matrimonia clandestina: cuius legis ille fuit finis, & causa, vt vitarentur fraudes, & doli; & tamen, quando aliquis sine aliquo dolo, & fraude matrimonium contrahere intenderet, lege dicta prohibente impediretur, ne clandestinè contraheret; quia pro tota communitate posita est, & causa communitatis vrget adhuc. Et eodem modo e contra dicendum de lege, quæ pro utilitate Reip. lata est, vt de portandis armis pro Republ. tempore belli tuenda: quæ lex cessat cessante bello; quia tota causa in tota Republica cessauit.

QVÆSTIO XIII.

Quandiu durent præcepta illa particularia, quæ solent Prælati suis subditis imponere.

N. 49. **R**esoluitur primò, & responderetur: suppositis ijs, quæ in præcedenti quæst. 12. diximus, durare inquam talia præcepta, quandiu durat causa iusta, quæ Prælatum induxit ad præcipiendum; & causa tali cessante, cessare: & hoc præceptum cessat, vt dictum est, etiam si sit affixum, & in scriptis datum; & siue annexam habuerit censuram, siue non: & cessat etiam talis vis præcepti, mortuo Prælato, vel amoto ab officio. Quod certum est, etiam in illis Religionibus, seu familijs, vbi ad validitatem præceptorum, quæ diu duratura sunt, requiritur consensus maioris partis Patrum Consiliariorum, vt apud nos Benedictinos Congregationis Hispaniarum, cap. 32. num. 5. legum anni 1610. continetur. Etiam mortuo, vel deposito, aut promotio Abbate, cessant quælibet præcepta illius, & hæc qui-

Constit. Benedictinorū.

Adem sunt de iure communi: nam de particulari etiam est certum, quod etiam in aliquibus festiuitatibus, in quibusdam Religionibus cessant quæcumque præcepta communitati, seu particulari imposita, nisi quæ sine scripta, & affixa, aut reualidentur cum eadem solemnitate: & in nostra Benedictina Religione Congregationis Hispaniarum, in dictis nouis legibus; & constitutionibus, cap. 2. per totum num. 5. ordinatur, vt Abbates non possint imponere præcepta Monachis, nec alicui in particulari, quæ duratura sint, sine dicto consensu maioris partis Patrum Consiliariorum; & quod ad idem teneatur Generalis, in censuris, & præceptis imponendis, in singulorum Monasteriorum visitationibus assumere (scilicet) & congregare Patres Consiliarios cuiuscumque Monasterij, quod visitat; & proposita materia, tunc de illa sola possit imponere præceptum, aut censuram, in qua conueniat maior pars Patrum Consiliariorum; & idem extra visitationem: & annullantur aliter imposita. Sic verbo ibi: *Todos los preceptos.*

Vbi notandum, quod hæc annullatio censurarum videtur facta, iuxta Sairi doctrinam adductam in hoc cap. Sairus. q. 8. qui quasi medians inter oppositas sententias, in sua clau Regia, lib. 5. c. 4. n. 29. Gabriëlis Vazquez tributentis Vazquez vim obligandi in præceptis Prælatorum, grauitati materia imperata; & Gregorij de Valentia, non grauitati rei præceptæ, sed voluntati præcipientis volentis vti tota sua potestate in tali præcepto; mediat (vt diximus) Sairus, dicens, quod aliquando ad rem minimam vis obedientiæ restringitur; *Non præterea grauitati tribitur vis obliqua præcepti.* Preterea alicui silentium, vel quod in tali cubiculo ingrediatur, aut de illo non exeat (quæ sunt verba Sairi) & sunt quasi dicat, quod ita tribuenda est vis præcepti voluntati Prælati, quod requiratur simul (si aliàs non grauis materia) iustificatio saltem, & rationabilis causa: quod cauetur dicta Benedictinorum lege, disponente, quod sine consilio non valeat.

N. 50.

Sairus.

Vazquez

Valent.

Non præ

terea gra

uitati tri

bitur

vis obli

qua præ

cepti.

QVÆSTIO XIV.

Vtrum Prælati, & Principes supremi teneantur legibus, & statutis communibus, ab ipsis solum, vel etiam cum Capitulo simul factis, aut in Congregatione.

N. 51.
Vazquez

Responderetur affirmativè, quoad primam partem, cum Gabriele Vazquez 1. 2. disp. 167. cap. 1. p. 1. Et probatur: quia cum Generalis non sit in tali legum conditione, & editione, nisi ut quædam pars, licet principalis, & caput; tota autem Communitas congregata sit, quæ condit legem: inde est, quod talis supremus Princeps, seu Prælatus, sit subditus talibus legibus, non solum quoad vim directivam, sed etiam quoad coactivam. Et ad secundam partem questionis responderetur, teneri supremos Prælatos, & Superiores, servare præcepta communia imposita toti communitati, vel Religioni, quasi per modum statuti, à solo ipso supremo capite, quantum ad directivam obligationem, non minus quam teneretur quicumque alius inferior; & ita non minus peccare, si illa talia statuta transgrediantur, quam si inferiores essent: quod autem attinet ad vim coercivam, seu coactivam, & ad pœnam, non tenentur. Sic Vazquez, ubi supra, c. 13. n. 17. & allegat pro se Divum Thomam, Caiet. & Sot. Anton. Siluest. Victoriam. Et probatur: quia eadem lege naturali, qua subditus debet Superiori obedire, debet Superior tanquam caput corpori conformari. Quod autem hoc non fiat titulo obedientiæ, constat: quia (ut supponimus) iste Princeps non habet Superiorem, à quo præceptum accipiat, ac per consequens solum tenetur conformari ex affectu illius virtutis, in cuius materia talis actus collocatur rei, quæ statuitur tali lege, ut si sit præceptum in materia pœnitentiæ, & mortificationis, in victu, & vestitu, in quo quidem si talis Legislatores deficiat, non tenetur ad subeundam pœnam.

N. 52. Vnde colligitur, quod in Religionibus, in quibus statuitur per supremos Prælatos, quod silentium teneatur de ijs, quæ in cætu Patrum Consi-

liariorum Deputatorum tractantur; A teneantur Generales, & Abbates Monasteriorum, servare ex vi directiva, & sub mortali, etiam si adsit iuramentum, ut apud Benedictinos, quod præstare tenentur etiam ipsi Prælati, exceptis ijs rebus, quæ sic tractantur, ut statim publicentur, & executioni mandentur: quod dum non fit, tenentur ad secretum Consilii, imò & Prælati ipse, qui ob causam novam, vel rationem (consilio postea, & comitio proponendam) distulit actionis prius approbatæ executionem; pro quo tempore urget eadem ratio iuramenti, & secreti obligatio. Et conformiter ad hanc doctrinam, dicendum est de illis rebus, quæ prohibentur fieri sine licentia Prælati, à tota communitate simul cum Prælato, vel ab ipso solo, quod vel non obligant Prælatum, vel si obligent, ipse secum (sicut cum alijs posset) dispensat. Peccabit tamen, si Prælati potestate abutatur, & sibi sine causa indulgeat, quam pro dando alteri talem licentiã iudicaret necessariam. Quod advertant Prælati.

Pro prima resolutionis parte, de N. 53³ vi non solum directiva, sed etiam de vi coactiva legum circa Principem, notandum illud contingere posse, si Abbas scilicet, vel Prælati, iuxta tenorem constitutionum, ex suffragijs sub iuramento præstitis, expediat, & decernat præcepta, & censuras; ne verbi gratia, solus Religiosus, Prælati, aut subditus, aliquam ingrediatur domum, non satis constare, si (licet censura, quæ est pœna alicui ab aliquo infligenda) non liget Abbatem; an peccatum pro violatione committat. Vide nostrum Sayrum, sua Clavi Regia, lib. 3. c. 4. ferè per totum.

Et ea omnia, quæ ad hoc caput secundum, de ijs, quæ subsunt gubernatiuæ potestati Prælatorum, disputandum breviter, iuxta id, quod huc remissimus, ad calcem quæst. 2. An actus interiores cadant sub obedientia, & in speciali de attentione in recitatione Officij.

Vnde est.

QVÆSTIO XV.

*Virum si præcipiat Prælatus (sicut
& præcipit Ecclesia) recitationem
Officij , præcipiat sub eadem
obligatione attentionem
in recitando ?*

N. 54.
*De oblig.
Officij ex
præcepto*

Explicatur. Quæstio est enim
querere, an ita necessaria sit
attentio, vt sine illa non con-
stet recitatio, nec quod sic in-
attentè recitans impleat præceptum

N. 55. recitationis Horarum. Vbi supponen-
dum est, Regulares in Sacris, teneri ad
Officij recitationem, sicut seculares Be-
neficiati, & similibus Sacris initiati.
Et ex opinione probabiliori, etiã Re-
gulares, non in Sacris, dum sint profes-
si, & Choro deputati. Et etiam hoc mo-
do Moniales, quo supposito sit reso-
lutio.

N. 56. Resolutio. Omnes tam Regulares,
quam seculares, qui præcepto Religio-
nis, seu Ecclesiastico, tenentur ad Of-
ficij recitationem, cum attentione præ-
standam obligantur, ita vt si inexcusa-
biliter, id est, voluntariè distracti reci-
tent, præter peccatum irreuerentiæ, &
irreligiositatis quòd committunt, non
satisfaciant obligationi recitandi, &
præcepto. Hanc probant aliqui Au-
thores, ex illa triplici attentione, quã
assignat Cardinalis Toletus, intitur.

Toletus. Sacerd. lib. 2. cap. 13. post medium, §.
circa modum, & alij: vbi saltem de pri-
ma attentione dicunt, non esse dubium
esse absolutè necessariã. Pro intelligẽ-
tia explicandæ, & recensendæ sunt in
primis, istæ attentiones ad Horas Ca-
nonicas recitandas, quas constituit To-
tus. Prima attentio, seu aduertentia,
est circa verba, vt omnia proferat. Se-
cunda, ad verborum sensum. Tertia, ad
Deum quem orat. Diuidit rursus idem
Author, primam attentionem ex ijs,
(quã dicit esse necessariã) ad adim-
pletionem Officij diuini: nempe, at-
tentionem verbalem, ad non omitten-
dum aliqua verba: in attentione actua-
lem, quæ habetur quando quis recitans
attendit, & aduertit directè ad suam
prolationem, nec pro tunc ad aliquid
aliud diuertitur animus, nec cogitatio;
nec hanc, dicit, esse necessariã; & at-

*Attentio
ad Officij
triplex.*

*Quid at-
tentio vir-
tualis, et
quid ac-
tualis.*

attentionem virtualem, quã dicitur ha-
bere ille, qui incipit Officium, vel
Horam, cum animo recitandi, & atten-
dendi, & postea absque eo quod mutet
animum, diuertitur, & sinit attendere.
Et ab hac distinctione differt parum,
quam adducit Bonau. Opusculo de pro-
ces. Relig. lib. 7. cap. 3. Primam ex tri-
bus attentionibus ad Officium, seu ora-
tionem vocalem requisitam, vocat su-
perficalem, quã dicit esse ad hoc,
quòd verba Officij integrè, & rectè
recitentur. Secundam vocat literalem,
& dicit esse, ad sensum litteralem ver-
borum petitionis, vel Psalmi. Ter-
tiam, ad sensum spiritualem Officij.
Est etiam diuisio D. Thom. 2. 2. quæst.
83. art. 3.

Bonau.

D. Tho.

Notandum secundò, ex P. Franc. N. 58.
Suarez, tomo 2. de Religione, lib. 3. de
oratione vocali, cap. 3. Quòd oratio
vocalis que ore & voce fit, (& idem
est de scripto) & potest cadere, & ca-
dit sub præcepto, & præter actum ex-
terioriorem, habet actum, seu actus inte-
rioris, qui sunt forma illius: quã parte
præcipi possunt. Iste actus interiores,
(ait Suarez in princ. cap. litt. B. & C.)
quia (inquam) ad orationem necessario
requiruntur, & sunt distincti, & à di-
stinctis interioribus, & animæ poten-
tijs; & qui elicitur à voluntate, dicitur
intentio, seu propositum recitandi Ho-
ras, seu orandi, cuius defectu insanus, &
infans, qui nec deliberant, nec propo-
nunt, licet recitent, non orant: & idem
Palud. in 4. disp. 15. q. 5. num. 24. & nu.
26. Vide alios, & rationes conclu-
dentes, vbi supra apud Suarez num. 3. At-
tentio similiter, quæ est actus intelle-
ctus, nil est aliud, quam mentis consi-
deratio, & aduertentia ad orationem
quæ exterius profertur, vel ad obiectũ
eius, aut materiam circa quam ver-
satur.

*Oratio
vocalis,
seu Officij.
diuin. po-
tess cade-
re sub præ-
cepto.*

*Actus vo-
luntatis,
& intel-
lectus, re-
quiritur
adoratio-
nè voca-
lem.*

*Palud.
Quid sit
intentio,
& cuius
potentie
actus.
Quid sit
attentio,
& cuius
potentie
actus.*

N. 59.

E Notandum tertio. Hanc obliga-
tionem recitandi Horas Canonicas,
quamuis Clericis, id est, in minoribus
(solum) constitutis, nec aliquo iure,
nec consuetudine sit imponenda. Et
Religiosis professis Choro deputatis,
(etiam sine minoribus) ex consuetu-
dine (vniuersaliter recepta) nullo ex-
presso tamen iure imponatur, vt probat
Suarez dicto 2. tomo de Relig. lib.

*Nauar.
Azor.*

4. de Horis Canonicis, cap. 16. num. 9. A
ex Nauar. & Azor, de Diacono, & Sub-
diac. id afferente; & de Religiosis de-
putatis Choro, & non in Sacris, sequen-
ti cap. 17. i. num. 1. Et eadem ratione,
duos Ordines sacros Diaconatus, &
Subdiaconatus habentibus; cum ma-
nifesto iure non videatur, non inducen-
dam esse alio titulo, quam consuetudin-
is, nec iura citata à Suarez, extenden-
da sunt à Presbytero ad Diaconos, cū
onerosa sint, vt affirmat idem Suarez
lib. 4. de Horis Canon. cap. citato 16.
Tamen Sacerdotij, seu Presbyterali
dignitate fungentibus, ex iure, & Ec-
clesiastica institutione, iungitur ad-
impletio pensæ recitandi Horas Ca-
nonicas, quæ sunt ex institutione mere
Ecclesiastica, & non iure diuino, aut
naturali.

*Sacerdos
ex Ecclē-
siasticam
fit. tene-
tur ad ho-
ras.*

N. 60.
*Præci-
pua obli-
gatio ad
horas, o-
ritur ex
Beneficio
etiā Epif-
copali.*

*Suar.
Concil.
Later.*

N. 61.

Sed primo loco, & speciali titulo,
pertinet illi, qui Beneficium Ecclesia-
sticum habeat; illud, scilicet, quod per
proprium titulum spirituales confer-
tur; siue sit etiam beneficium Parro-
chiale, imò & Episcopale, quod non
solum propter regimen, sed propter
hoc officium confertur ex instituto Ec-
clesiæ quidem, & non ex iustitia. Vide
Suarez lib. 4. cap. 13.
Quibus suppositis, probatur nostra
resolutio. In primis. Nam præceptum
Ecclesiasticum recitandi Horas Cano-
nicas secularibus Ecclesiasticis inda-
ctum, siue ex iuribus, & Authoribus ci-
tatis à Suarez, vbi supra lib. 4. de Ho-
ris Canonicis, cap. 16. de obligatione
recitandi ex vi ordinationis, siue ex
consuetudine, quæ habet vim legis, &
est eadē pro Religiosis Choro deputa-
tis, etiam antequā in Sacris constituā-
tur. Et idem dicendum de præcepto,
quem poneret Religionis legitimus
Prælatus de Horis recitandis suis sub-
ditis Regularibus: Ac similiter de Of-
ficio illo, quem Papa, Concilium, vel
Diocesanus, legitimè præciperet à
suis subditis recitari; tale (inquā) præ-
ceptum, ad sui impletionem, *humano
more præstandam*, obligaret: si enim
pūtacus, vel alia garula aus, e. slem
sominos articularetur, & profertur
(quantumuis expedite) non diceretur
Horam Canonicam, nec præceptum
de illa implere.

*Humano
modo im-
plenda,
præcipi-
tur reci-
tatio ho-
rarum.*

Confirmatur. Nam orationis vo-
calis est species Officium diuinum, &
Horæ Canonice: ergo qui præcipit
Horas Canonicas, præcipit orationem
vocalem; sed oratio vocalis (vt latè
probat Suarez vbi supra, lib. 3. de ora-
tione vocali, cap. 4. per totum) non po-
test constare sine attentione, superfi-
ciali, seu literali, saltem virtuali. Ergo:
alias rationes vide ibi.

Suarez.

N. 62.

Obiecto;

B Sed contra nostram doctrinam senti-
unt aliqui, negantes esse materiam
præcepti istam attentionem: illud enim
(dicunt) solum potest prohiberi, vel
præcipi, cuius violatio in exteriori iu-
dicio, & Ecclesiæ potest puniri. Sed
violatio huius præcepti de attendendo
recitationi Horarum, & talis culpa,
non ad Ecclesiā; nec exterius forum
pertinet, sed ad interius, & Sacramen-
tale confessionis: ergo non cadit sub
præcepto.

C Et confirmatur, quia actus qui per-
ficitur in ratione actus Religionis, &
est verè & completè oratio, sicut solum
in exteriori prolatione Officij; sicut
perficitur actus contrarius; nempe,
idolatriæ in exteriori actu offerendi
thus, seu adorandi per purum exterior-
rem actum idola: ergo quemadmodū
verus & realis idolatra reputabitur,
qui sine aliqua attent. que interiori ado-
ret idola; sic, qui sine tali attentione
oret, dicitur sufficienter actum oratio-
nis complere, & præceptum Ecclesia-
sticum, vel alicuius Prælati Regularis.
Et saluare intendunt præceptum, ex
capit. dolentes, de celebratione Missæ

dolent.

D Et capit. dolentes, de celebratione Missæ
rum; vbi præcipitur, quod diuinum
Officium celebretur deuotè pariter, &
Audiosè, quod significat internam at-
tentionem, non tam hanc attentionem
præcipere, quàm externum cultum, in
orando cum veneratione; sine distra-
ctione; confabulando; & colloquendo
cum secularibus; cum strepitu, risu, &
irreuerentia, quod ibi videtur caueri,
& constat ex contextu. Huius senten-
tiæ videtur esse Paulus Laymanus in
Theolog. Moral. lib. 4. tractat. 1. cap.
5. num. 10. Lesius lib. 2. cap. 37. dub. 2.
num. 68. Antonius Diana 1. tomo, p.
2. tractat. 12. de Horis Canonicis, re-
solut. 2. cum Antonino Durando, Pa-
lud. Angelo, Medina, Rosela; quos ti-

Layma.

Lesius.

Durand.

Palud.

Medin.

Angel.

tat,

rat cum Enriquez, lib. 9. cap. 25. nu. 5. qui dicunt, quod si quis cum distractione voluntaria recitaret Horas Canonicas, impletet præceptum Ecclesiasticum, & per consequens non peccaret mortaliter contra illud, nec teneretur repetere, neque fructus beneficii restituere. Ita Diana. Et idem dicendū de auditione Missæ debita ex præcepto.

N. 63.
Ordina-
tus reci-
tans fa-
cit actū
Religio-
nis: Bene-
ficiatus
actum in-
stitia.

Ijs tamen non obstantibus, verior prima sententia: non scilicet impleri præceptum de Horis Canonicis, vel Officio diuino recitando, & obligatione, siue procedat ratione Ordinis sacri, quando scilicet recitatio est actus Religionis, siue ratione beneficii Ecclesiastici, quando scilicet est iustitiæ actus, si cum voluntaria distractione fiat talis officij recitatio, & nec virtualis ad sit attentio. Et probatur, & explicatur primò: nam oratio, quæ in Horis canonicis continetur, est essentialiter oratio. Sed de essentia, & ratione orationis est, quod sit actus moralis: ergo qui orationem faciat, quæ actus moralis non sit, non implet obligationem Horarum. Quod autem sit essentialiter oratio actus moralis, de se constat, cum sit vt ait Suarez, cum cōmuni, vbi sup. lib. 3. c. 3. n. 3. §. circa: & cum Maiore, Nauarr. & Palud.) ex libero proposito, & aptus ad merendum, & excitandum moraliter eum, ad quem dirigitur. Actus autem moralis, & humanus debet necessariò ex intellectu, & voluntate procedere, ita vt ipsa actio, quæ materialiter sit eadem, vt locutio, allectio, si ab irrationabili forsitan exerceretur, non esset actus moralis, cum non procedat ex voluntate ordinante ad aliquem finem, & ex intellectu id attendente, & dirigente: quando autem quis, nec ex virtuali attentione, imò & voluntariè distractus in aliud omnino extraneum obiectum recitat, in nullo differt ab irrationali similia personate.

N. 64.
In quo cō-
sistit vir-
tualis at-
tentio, &
intentio.

Confirmetur: quia virtualis attentio ad literalem, seu superficialem actum recitandi, in hoc consistit, quod quantum ipsa sit actus intellectus, constituitur per actum voluntatis, quæ in principio operis, v. g. recitationis Horarum, vult, proponit, & intendit, vt illud opus dum non interrumpitur, vel dum non videatur retractari, semper sit idem,

semper idem intendat, & operetur, quasi virtute illius attentionis, qua inchoatur actio imperata à voluntate, quæ id intendit, quoties materialis actus non interrumpitur: & quantum ob imbecillitatem, seu incuriam, aut negligentiam mens diuertatur, aut trahatur, vt extranea cogitet, non perit virtualis intentio, nec attentio; & tunc solum dicitur, defecisse virtutalem hanc attentionem, quando voluntariè eligit ad aliud, & non ad illud attendere; & per consequens, cum Hora canonica illa, in cuius recitatione, non vult recitans applicare intentionem, nec attentionem, non erit villo modo actus moralis oratio vocalis, nec Officium, quod præcipitur.

Ex eo quod oratio vocalis est eleuatio mentis ad Deum, & est species adorationis, sumunt Autores speciales rationes. Nec valet instantia de idololatria, quæ etiam non attentis interioribus actibus puniretur, dato quod non perficeretur per actum internum: quia scandalum, & flagitium idololatriæ, cum sit externum, sine attentione ad occulta, punitur ab Ecclesia.

Constat ex dictis, Beneficiatum, qui ex institutione Ecclesiastica debet ex iustitia recitare Officium, teneri, si non attentè recitauerit, restituere, aut prorsus omittat, non tamen tot Officia repetere, quot Beneficia habet, vt voluit Nauarr. apud Suar. vbi sup. l. b. 4. c. 18. nu. 6. sed vnum, & idem dicendum de Religioso, teneri iterum recitare, & de Presbytero, & Clerico in Sacris.

Sed, an saltem teneatur Regularis, qui sine vlla attentione recitauit Horas canonicas debitas (vel quia sit in Sacris constitutus; vel si non sit, sed tantum professus, Choro deputatus, ex præcepto, & consuetudine (vt idem de Monialibus Choro deputatis) & etiam Presbyter, aut Subdiaconus secularis, ratione Ordinum, aut Beneficiatus ratione Beneficij, & iustitiæ commutatiuæ, expressè confiteri numerum Horarum, quem non attendit, & per consequens non impleuit cum obligatione recitandi; non conuenit inter Autores. Aliqui cum Lesio affirmant, qui lib. 2. de iust. c. 37. dub. 12. n. 77. ait, plurimum horarum omissionem esse plura peccata, quia

N. 65.

N. 66.

N. 67.
Tituli,
quibus
Hora ca-
nonica
obligant.

Leflus.

quia qualibet Hora habet distinctam petitionem, orationem, cultum, & laudem. Partim consonat Suarez. 2. tomo, de Relig. lib. 4. cap. 13. & 25. num. 18.

Suarez.

Confiteri inquam debent omnium Horarum (quæ sic defectuose sine impletæ) numerum, sed hoc nõ, ait, fiet quia tot committantur peccata diuina, quod sunt horæ omiffæ, aut inattentè recitatæ, sed quia vnus peccati (quod in omnium omissione committitur,) est circumstantia intra eadem speciem,

Suarez, quod plurium omiffio est vnus peccati cũ quadañ circumstantia aggrauante.

multum aggrauans, sed quod omiffio, seu defectuosa recitatio (ex inattenta recitatione) plurium Horarum, grauius peccatum fit, quã vnus Horæ, vel paucarum est, & taliter aggrauans, quod necessario in confessione explicari debeat.

N. 67.

Antonin Dian.

Absolutè nihilominus negant alijs quos refert, & sequitur Antoninus Diana, tomo 1. part. 2. de Horis Canonicis, tractat. 12. resolur. 5. ubi admittit hic Author, hanc ampliorem Horarum defectuosam impletionem, esse

Ex aliorum opinio ne circumstantie in tra eadẽ specie nõ necessariõ confitende.

(quidem) circumstantiam aggrauantẽ, sed de circumstantijs peccatorum intra eandem speciem quantumvis aggrauantibus, semper hic, sicut in alijs locis consequenter, negat debere ex necessitate confiteri: & sic in nostro casu. Sed (quidem) Lesij doctrina sectator, quod quando quis plures omiffit Horas, plura peccata commiserit.

Verior opinio Lesij.

N. 69.

Difficultas circa interrup-tã Horæ recitatio nem.

Vnde resoluit aliud dubium de scrupulo in interruptionibus, quæ solent contingere inter recitationem Horarum, cum enim Psalmus laudet, Oratio roget, confessio peccatorum humillet, conterat, & placet, semper est sufficiens diuifio, vt nisi aliunde culpa committatur, ex magna interruptione, quæ notabiliter euertat ordinem, & dispositionem Officij (sic per modum vnus moraliter ab Ecclesia instituti,) quod maximè fieret, si inter Psalmum, v.g. & Antiphonam, aliquid negotietur temporale, medietatem, vel quartam Horæ partem occupans. Sed certè ad multo minus, adhuc, proluxa, & magis breuiem interruptionem, sine magna causa, non ausim affirmate licitè posse diuersionem fieri, & Horæ illius inceptæ obligationi satisfieri, procedendo post diurnam colloquutionem,

de aliqua diuersa re occurrente: vnde dicendum, quod illa causa quæ ab obligatione recitationis, non excusaret, non excusabit, quia teneatur, qui sic longam interruptionem intra vnã Horam interposuit, & obligationi iterum recitandi; & hanc voco magnam causam: nam quumuis in rebus quæ dogmaticè tractantur, non ex moralibus quibuscunq; circumstantijs, semper iudicanda sunt: absolutè tamen, cum materia de qua agitur sit ex lege Ecclesiastica, & positua, & Ecclesiæ Matris pietas, & æquitas ipsa explicet legem: ipsa docet sumi, quod ea quæ pro charitate fiunt, & pro Deo, non debent contra Deum, nec contra charitatem militare. Quare si inceptis nocturnis Horis, & vno nocturno finito, quis ad audiendam confessionem, consilium in arduo, & urgenti tramite prestandum, vel simile quid, in bonum proximi, commune, seu Dei obsequium speciale, vel cultum, auocaretur, seu impediretur à prosecutione sequentis partis Horæ inceptæ, quam peractis ijs occupationibus vellet perficere, non iudicarem obligationi illius Horæ sic interruptæ defecisse: & ad iterum recitandam obligandum, si specialiter talis homo occupationibus laudabilibus esset adstrictus, vel quia præceptum de recitandis primarè Horis, de quo loquimur, & dispositio Ecclesiæ, quod qualibet sine intermissione recitetur, non cum tanto rigore obliget, vt ex magna causa quæ pro tunc urgeat, non possit interrumpi: vel forsã posset dici, moraliter loquendo, non absolutè interrumpi, quando occupatio, saltem est iuxta exigentiam illius præcisi temporis in Dei obsequium, vt si pro Missa celebranda à pluribus adstantibus audienda, quis Nocturnos diuideret, qui (in omnium opinione) non sunt Horæ distinctæ, & in magis receptæ, nec dum Laudibus distinguuntur, quumuis etiam sine vlla causa, ob Ecclesiæ consuetudinem, sine aliquo peccato, forsã diuerso & distincto tempore, possint Nocturni recitari sine Laudibus: non obstante quod ex Soto lib. 10. de iust. quest. 5. artic. 4. & ex pluribus Concilijs, & locis iuris, probet Suarez 2. tomo de Relig. lib. 4. de orat.

Quumuis Nocturni, et Laudes sint vna Hora, possunt separatè recitari.

Voca-

vocali, c. 6. n. 6. lit. C. qui asserit etiam quòd solùm peccatum veniale esset, etiam sine aliqua causa quantumuis diurnam interruptionem inter vnus & alterius recitationem inferere: quia quanuis omnes Nocturni simul vnam horam constituant, & distinctam à Laudibus, & hinc debeant octo Horæ canonicæ numerari, iuxta Antonin. 3. p. tract. 13. c. 4. Archid. & Turrecrem. in cap. Presbyt. 91. Nauar. in enchirid. de orat. c. 3. n. 27. esse nihilominus aliquo modo orationem distinctam, ostendit antiqua consuetudo, quæ antiquo tempore vigit, & quòd in diuersis, & interruptis temporibus recitarentur, & quælibet haberetur pro priuata Hora, quanuis non perfectè completa, & integra, ob defectum terminorum communium, principij, & finis cuiuscumque Horæ, quos non habent singuli Nocturni, incipiendi scilicet in inuocatione, & finiendi in collecta, seu oratione, cum *Pater noster*. De Laudibus autem communior tenet sententia, quòd etiã ex consuetudine ad Nocturnos pertineant, & cum illis constituant vnam Horam: vnde solùm septem Horæ canonicæ numerantur.

N. 69. Ad nostrum autem propositum, & doctrinam Lesij declarandam, scilicet nõ esse defectum obligantem ad reperendam horam interrupram, illam interruptionem, quæ sese offert, eo quòd incongrua quanuis Psalmi, Lectionis, vel Orationis terminatione, videatur finitus, seu explicatus orãtis affectus. Nota intelligendum esse iuxta prædicta.

N. 70. De imperfecta adimplerione Officij diuini, quam habeat Regularis, ex consuetudine Religionis, seu præcepto Prælati, ex mutato Officio diei, etiam voluntariè, & non quidè ex defectu attentionis, seu ex huius defectu (sine contemptu tamen) breuiter dicimus, quòd ille, qui est horis recitandis astrictus, & in die, quo recitatur de Sancto, non ignorans, sed aduertens (sine contemptu tamen) sed forsan ex tepido deuotionis feruore, quia feriale Officium breuius est, & sine notabili causa, v. g. fatigationis, indispositionis, vel defectus Breuiarij, quod illius sancti Officium habeat (quam etiam reputet esse sufficientem excusationem) vel alterius similis

A causa, & excusationis; si feriale Officium recitet, tenetur repetere, vel si Beneficium habeat, restituere, si non iterum Officiũ debitum recitet (quod voco repetere. Sic tenet Nauar. de orat. c. 19. n. 211. Iacobus de Grafis, p. 1. decr. lib. 2. cap. 11. n. 10. Toletus lib. 2. c. 23. Vazquez opusc. de Beneficijs, c. 4. §. 1. dub. 2. n. 60. Suar. 2. tomo de Relig. lib. 4. de orat. cap. 16. & 23. n. 11. Et ratio est; quia obligatio recitandi Officium quotidie, indiuidua est, & habet indiuiduam materiam, quam qui non adimplet, non liberatur ab obligatione.

Contrarium nihilominus tenet Lesus. de iur. lib. 2. c. 37. dub. 22. nu. 77. Azor. 1. p. instit. mor. lib. 20. c. 10. q. 2. & alij: vnde non ausim illam improbabilem dicere; & Autores citat, & sequitur Eman. Rodrig. in 3. tomo summe, c. 195. n. 9. & Anton. Diana citatus 1. tomo, p. 2. de Horis canonicis, tract. 12.

C Vbi nota; quòd si cum Officio recitato altero die, transacto prioris proprio die per negligentiam, satisfaciatur Regularis præcepto sui Prælati, de recitando Officio diei, quæ præterijt, eandem difficultatè cõtinuet cum ea, quam tractat Suarez, 2. tom. de Relig. lib. 4. de Hon. canonic. c. 18. vbi de quotidiana Horarum recitatione, ratione Beneficij agit; & an tot Officia sint recitanda, quot habeat quis Beneficia, ex tribus titulis, à quibus obligatio oritur, Professio Religiosa, ad chorũ deputatis, Ordo sacer, Beneficium Ecclesiasticum; vt si simul sit & Religiosus professus, & in Sacris constitutus.

Hanc ergo difficultatè resoluit Suarez expressè dicto 2. tom. de Relig. lib. 4. de Horis canonic. 26. à n. 6. vsque ad 13. inclusiue. vbi inquit, an obligatio cuiusque diei, recitandi, cum ipso pertranseat, & ideo mortaliter peccauerit qui suo quolibet die omisit Officiũ, vel horam (loquendo absolutè) & si titulo Beneficij debuit recitare, & inde nascatur obligatio realis restituendi, quæ procedit ex peccato violationis iustitiæ cõmutatiuæ, id est, ex bonis iniuste receptis: defectus vero, quem committit omittès Horas, quas debet quis titulo professionis, vel sacri Ordinis, cū non sit cõtra formale iustitiã, sed cõtra virtutem

Officium feriale in die sancti non implet obligationem.
Nauar.
Vazq.
Suar.
Tolet.

Lesus.
Azor.
Diana.
Manuel
Rodrig.

N. 71.

Suarez.

Beneficij sacer ordo, professio in choro deputatis sunt fundamenta obligatiua Horarũ.

virtutem Religionis, non inducit propriè loquendo, obligationem restituendi, recitando alijs diebus illa, vel duplicata Officia: an teneatur ad satisfactionem pijs orationibus faciendam Ecclesie pro ea orando, quia vt Minister publicè ad id deputatus hoc debebat; vt ibi explicat Suarez. Sit nostra resolutio.

N. 71. Probabilis est non satisfacere Beneficiatum, nec liberari ab onere restitutionis pro diebus, quibus omisit recitationem Horarum, (quas debuit) illas in alijs diebus iterum recitando;

Obligat. (loquimur de tempore quod sequitur restituendum sex primos menses adepti Beneficij,) & minus faciendo pro sua electione; alium modum spiritualis restitutionis; per recitationem altarum precum, vel Beneficia orationum, v. g. Rosarium tot diebus, integrum pro diebus defectuosis, Missas totidem diebus celebrare, vel similia, quæ prudenti arbitrio sint equalia ad satisfactionem, vel impetrationem pro Ecclesia, vt ait Suarez citatus, lib. 4. de Horis, cap. 29. in fine, num. 12. littera A. Nam hoc non approbant plures Auctores, & quidem grauissimis, quos ipse citat num. 8. & sumit ex Alexandro de Ales 3. p. quæst. 36. membr. 5. artic. 2. vbi expressè loquens de Clerico habente Beneficium, cui non deseruit, vocat illum raptorem, & furem; & ponit exemplum, in conducto ad colendam vineam, & recipiente mercedem, ac non laborantem.

Suarez.

Alexan. de Ales.

Benefic. percipiens Officiu non implens, vocatur fur

N. 73.

Fundamentum huius sententiæ, seu resolutionis nostræ, est illud ex cap. ultimo, de rescriptis, in 6. *Beneficium datur propter officium*, quod intelligitur secundum intelligentiam, & correspondentiam iustitiæ commutatiuæ; qualis reperitur inter laborem, seu pensum, & mercedem; & expressè constat ex sess. 9. Concilij Lateranensis, sub Leone X. & ex constitutione 138. Pij Papæ V. vt habetur in Bullario Romano, vbi hic Pontifex ait: *Lateran. dicti Concilij vestigijs inherens illius statum in hac parte*, & refert, & confirmat ac modum executionis statuit infra, & incipit sic: *Ex proximo Lateranensi Concilio, salubris sanctio emanauit, vt quicumque habens Beneficium Ecclesiasticum, cum cura, & sine cura, si post sex menses,*

Concil. Later. Pij V. cõstituit.

A quam illud obtinuerit diuinum Officiu, (legitimo cessante impedimento) non dixerit, Beneficiorum suorum fructus, pro rata omissionis officij, & temporis, suos non faciat, &c. sed in fabricas ipsorum Beneficiorum, vel pauperum, elemosynas erogare teneatur. Et statim Pius distribuit, &c. Nec aliquod aliud ius (ait Suarez) reperiri: vnde pœna aliqua alia contra omittentes Horas reperitur.

B Et certè peccate mortaliter Beneficiatum non recitantem Horas, imò & professum, & secularè in Sacris constitutum, tenent cõmuniter Auctores, sed omnes asserunt solum contra obedientiam præcepto Ecclesie; vel Religionis; sed quod contra iustitiam commutatiuam non peccent etiam Beneficiari, tenet etiam Panormitanus, qui disputans ex professio, cap. 1. de celebratione, num. 8. asserit Cardinalem, & pro hac sententia adducit Armilla, verb. *Beneficium*, & verbo, *Clericus*, ibi Tabiena, Rosela, & Syluester, Ioannes Andreas, Antonius de Butrio, & alij. Titulus ergo, seu fundamentum obligationis Horarum in Beneficiatis, est ipsum Beneficium ex institutione solum Ecclesie, quæ est quasi pactum, ex Concilio Later. vt num. 73. Sic Suar. vbi supra, cap. 13. nu. 5. in fine.

Pro intelligenda supponendum, seu (sape dictum) recolendum, obligationem recitandi Horas esse indiuiduam, & cuiusque diei, ita respectiue accommodatam; vt die naturali transacto, transeat obligatio, & terminus assignatus finiatur adimplendi pensum ipsi diei assignatum. Quo supposito.

Notandum, quod variè potest intelligi, obligari aliquem sub mortali, ad recitationem pro Horis omisus: vel enim iudicatur debuisse (hesterna die,) v. g. recitasse Horas titulo professionis, & in hoc casu (cum nullo modo laxatur iustitia, per legem Religionis, vel consuetudinem, quæ talem habet vim) peccatur solum contra virtutem Religionis, in violatione obedientiæ, vel tenetur titulo ordinis Sacri, & de hoc, qui similiter lege Ecclesie tenebatur: eodem modo dicendum est contra iustitiam, non committere peccatum. Solum quando habens Beneficium

Beneficij fructus non facit suos qui non recitat Officiu.

N. 74.

Opinio, quod Beneficiari non recitans, non peccet contra iustitiam.

Panorm. Cardin. Armill. Tabien. Rosela. Anto. de Butr. Ioan. Andr.

N. 75.

Conc. Later.

Panor.*Obligati-
onē Re-
beneficiati
recitandi,
ex iustit.
diuersē
explica-
tur.*

N. 76.

*Syluest.
Ius Bene-
ficiati ad
fructus,
quod sit,
& in quo
constat.*

N. 77.

Suarez.**Diana.***Resolat.
Suarez
circa re-
stitution.
ex iust. de
bitam.*

cium omittit; cum hoc sit contra iustitiam formalem commutatiuam: hinc resultare videtur obligatio non restitutionis. Sed quidem in hac est varietas opinionum. Panormitanus enim omnino negat in recitatione Beneficiati interuenire iustitiam, negat itaque propter Horas dari beneficium, nec propter laborem; sed ut domesticos, qui ratione Ordinis sacri sunt domestici, commensales, & participes patrimonij Christi sustentet. Aliter Syluester: dicit enim, quod solum secundario dantur fructus beneficii ordinatis, & Beneficiatis, propter recitationem Horarum, & primario pro alijs Ecclesiasticis administrationibus Sacramentorum, &c. Vnde ad exiguam, vel nullam ex hac parte obligationem inducunt, titulo iustitiæ.

Alio modo Suarez, supponendo cum Authoribus vtriusque sententiæ, talem beneficiatum strictius teneri, & peccare grauius; sed teneri restitutionem facere (vt dictum est) per recitationem alio die faciendam: quare Antoninus Diana in suo tract. 12. de Horis canonicis, tomo 1. parte 2. resol. 24. problematice disputans hanc questionem; An Beneficiatus Officium vnus diei omissum recitans in altero, liberetur ab onere restitutionis; tenensque partem affirmatiuam, cum Filiutio, citat pro se nostrum Suarez. Qui tamen directe dicit oppositum, in dicto c. 29. n. 10. lit. B. ijs verbis. *Dico ergo primo, in hoc puncto beneficiarium non recitantem, teneri ex natura rei ad aliquam restitutionem faciendam, hoc apud me conuincit ratio facta, quod illud peccatum est contra iustitiam commutatiuam; est enim receptio mercedis, sine redditione laboris.* Hæc Suarez quæ sufficienter explicat, expressè sentire contra Filiutium, & Dianam, quamuis ipse Suarez eximius quidem nostris temporibus Doctor, num. 12. litter. C. §. maius, minus consequenter videatur, loqui in assignanda æqualitate satisfaciendi faciendæ (quam vocat spirituales restitutionem); nam hos terminos semper ipse distinctos, maxime iudicauit, nec iustitiæ commutatiuæ, vsquam æqualitatem in rebus spiritualibus constituit, cum stipendio tempo-

rali. Nec fit satis creditori, si restitutio fiat in re diuersi valoris, qualis est officium extra suum diem, nec in specie solutionis ab ipsa Ecclesia, & Papa assignata; nempe, in ipsis fructibus, vt supra num. 73.

Defectus autem recitationis debiti consuetudine, vel speciali præcepto Religiosi professi Choro deputati, (quamuis à peculio non liberetur) obligatio tamen potest suppleri, (debita quidem Ecclesiæ, cuius membrum est) specialiter cum hic non interueniat iustitia, decretum Concilij, aut Papæ, vel pactum, loquendo, scilicet, de Horis quas particularis Religiosus priuatè recitat, & quibus à Choro absuit, ad quas tenetur Religiosus professus Choro deputatus, etiam sine ordine Sacro. Non quidem diuino aliquo iure naturali, pertinenti ad diuinum cultum, & Religionem; eo quod ad hunc cultum est specialiter dedicatus per professionem status (vt voluit aliqui.) Nec tenentur ad Horas ex aliqua naturali lege iustitiæ, respectu Christiani populi, fundata quidem in hoc, quod professionem emittunt in ordine ad assistendum Choro, & tales Religiones ad hoc instituantur ab Ecclesia, & approbantur eorum statuta, & ordines, vt sint (inquam) eius ministri ad orandum pro ea, & ipsius nomine. Qua ratione aluntur, & sustentantur à populo Christiano, vt voluit Nauarrus dicto cap. 7. §. 4. Sed consuetudine introducta, obligari est verius. Vide Suarez vbi supra cap. 17.

Si Religiosi hoc vinculo, quod ex statu, & professione, procedit simul existentes in Sacro ordine, teneantur, si officium aliquo die, vel pluribus omiserint, dupliciter peccent, & sit illa circumstantia necessario confitenda. Affirmat Azor 1. part. institut. moral. lib. 10. cap. 15. Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 15. num. 6. quia duplex peccatum committit qui duo præcepta frangit. Negat Suarez tomo 2. de Relig. lib. 4. de Horis canonicis, cap. 18. num. 7. littera A. cum pluribus Authoribus quoscitat, quia hoc quod est pluribus obligationibus, pluries recitare, deberet esse ex institutione Ecclesiæ, in qua nusquam reperitur talis institutio, cir-

N. 78:

*Iurenatu-
rali diui-
no dicitur
aliqui ob-
ligari
Religio-
si ad Ho-
ras.
Vnde Re-
ligiosi ob-
ligentur
ad Hor.
canon.
Nauar.*

N. 79:

*Azor.
Sach. de
matrim.
Aperiē-
da est in
de Horis
canonicis,
cap. 18. num. 7. lit-
tera A. cum pluribus
Authoribus quos
citatur, quia hoc
quod est pluribus
obligationibus,
pluries recitare,
deberet esse ex
institutione
Ecclesiæ, in qua
nusquam reperitur
talis institutio, cir-
a rum.*

ca huiusmodi obligationem. Sed pro prima sententia est nostra resolutio, ut supra, n. 71.

N. 30.

Ultimò circa necessitatem attentionis ad implendum præceptum, ut supra explicata est à num. 58. vsque ad 61. inclusivè. Venit hic disputandum, an consequeretur indulgentias concessas recitantibus tales orationes, vel visitantibus talia templa, & taliter orantibus, & similia, qui nec attendens, nec sciens talibus operibus esse tales concessas indulgentias; ut si Religiosus sancti Benedicti ignorans amplissimam illam gratiam, & indultum (seu duo) eiusdem Pontificis Pauli III. pro duobus distinctis annis, pro absolutioe ab omnibus cuiuscumque generis censuris, irregularitatibus, & pœnis Ecclesiasticis, quomodocumque, & etiam Papæ reservatis, & vœcumque incurfis, pro omnibus annis, & prima feria secunda quadragesimæ, faciat, quòd videat alios facere recitare Psalmum Miserere mei, dicere confessionem; idem faciat, si v.g. iste Religiosus incurrisset excommunicationem maiorem, Papæ reservatam, vel irregularitatem, aut aliam pœnam Ecclesiasticam, virtute huius sibi, & alijs Monachis concessi indulti à se ignorati absolvatur. Similiter si secularis, vel etiam regularis, qui semper pulsato signo campanæ in crepusculo vespertino recitasset ob devotionem communiter receptam, orationem salutationis Angelicæ B. Ma-

Magna, & notabilis gratia, & plenissima absolutio pro Benedictinis.


Aria, cum tribus illis verbis, *Angelus Domini, &c. Ecce ancilla, &c. Et Verbum caro, &c.* cui piæ recitationi dicit Hieron. Rodriguez, in compend. question. Regul. Fr. Eman. Rodriguez, res. fol. 77. concessisse Papam Adrianum VI. indulgentiam plenariam pro omnibus recitantibus. Et habetur idem in compendio, quod Recollecti apud Valencenas ediderunt, impressum Lugduni, anno 1621. verb. Indulgentia Et similiter, si Religiosus, qui professionem quasi de novo faciens pluries ratificet ex intimo affectu, & intentione, recitans ipsam olim factam professionem, lucratur indulgentiam talibus similiter concessam, quavis nec ad indulgentiam lucrandam attendat, nec illam intendat lucrari, cum penitus ignoret esse concessam: & hanc ratificationem professionis, & similia studiosa, & pia opera, cum eadem ignorantia, & absque attentione, imò & intentione, disputat Anton. Diana, 2. tomo, p. 4. tract. miscell. resolut. Nec asserit; sed ex doctrina Laurentij Porteli, in additionibus ad dubia Regularium, verbo Indulgentia, num. 7. doctis rationibus defendit lucrari. Sed crederem esse intelligendum, si adsit saltem generalis intentio, & ista virtualis, de omni bono adipiscendo satisfactio, & impetrationis, quod tali operi possit correspondere in gratia, fiant opera iniuncta, & sufficienter, ac humano modo, ac attentione sufficiente piæ dispositæ orationes recitentur. Vide ibi.


Recitantes ad vespertinam campana pulsatione cum Ave Maria tres consuetos vers. lucrantur Indulg. plen. et si ignorens esse concessam.

Diana.

Quid lucratur Religiosus multis repetitis professione.

Finis tractatus septimi.





TRACTATUS

OCTAVVS.

De ingenuis seruis, quantum ad politicae potestati Praelatorum subiectionem, & modo, quo tales serui iudicialiter debent puniri (Religiosi utpote) seruitute ingenua, & spontanea, non legali constricti.

HABET VNICVM CAPVT.

Cap. vnicum. De modo procedendi in iudicijs, specialiter Regularium.



IC Tractatus octauus instituitur quasi appendix ad precedentem. Non quidem pro ingenuis seruis, seu Religiosis modestis; sed pro illis, qui quantum spontaneè se mancipauerunt Religioni, & ingenuae seruituti, postea refrigerata prima charitate, & seruore, compescendi, iudicandi, & corrigendi veniunt, non leuiter, ut filij; sed flagellis seruorum. Quibus doctissime aptat Dominus

Ferdinandus Quirinus de Salazar ex nobilissima familia Societatis Iesu, Supremae Inquisitionis Consiliarius, & in Archiepiscopum dignissime electus, in 2. tomo in Proverbia Salomonis, illa verba capitis 29. vers. 19. Seruus verbis non potest erudiri; quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit. Assignat quippe duo genera seruorum: maiorum unum, ex stoliditate, & ignorantia peccantium; quia tardè percipiunt

cipiunt mandata: aliud illorum, qui ex malitia peccant, & contemptu; & non solum mandatis non obtemperant, cum illa intelligant, sed & contemnunt ex contumacia respondere. Contra hos, dicit iste Author; (ex Salomone) flagellis agendum esse. & quia in magna Regulari Republica necesse est ut plures ex ijs reperiantur, & iuridicè, quando opus fuerit, puniantur; iste modus procedendi in iudicijs instituitur. Ubi, cum ea, quæ sunt essentialia iudicij, communia sint & iudicijs secularium; aliqua pro omnibus discussa vtiliter reperientur.

CAPVT VNICVM.

De modo procedendi in iudicijs, specialiter Regularium.

HABET DVAS QVÆSTIONES.

Quæst. 1. An teneantur Prælati Religionum facere inquisitiones, & visitationes generales.

Quæst. 2. An teneantur Regularès, pro sua Republica gubernatione, & propria vtilitate, denunciare delicta, & defectus; sub qua obligatione, & quo ordine; an precedente correctione fraterna.



Supponendum, ex Iurisconsultis, Inper legem 2. §. ff. de capitulis dimittit. & in tit. de hoc tit. Quod specialiter Cuiacius inter

alias rationes, quas adducit, quare serui dicantur capite diminui, in dicitur In iudicijs. Ex primis est: quia serui, ob amissam libertatem coguntur agere, & vivere aliena ratione, & iudicio; & non proprio. Quæ pro seruis legalibus dicta, Religiosis ingenuis seruis adaptantur, qui se ipsos quasi vendiderunt Prælato. Vnde, cum Prælati sit etiam

A iudex, & simul pater, & dominus; necessarium duximus, ne vsus, & exercitium suarum potestatum confundat, assignare modum procedendi in iudicijs, quando ut iudex processurus est. Vnde fit.

QVÆSTIO I.

An teneantur Prælati Religionum facere inquisitiones, & visitationes generales.

B

Supponendum est hic, & notandum, quod de omnibus illis causis, de quibus iudex Ecclesiasticus secularis de sibi subditis cognoscit, potest de Regularibus, illorum Prælati, nempe in casibus civilibus, criminalibus, etiam atrocibus. De civilibus (inquam) eo modo, quo de ijs possit esse contentio inter personas incapaces alicuius iuris; ut tract. 4. secunde partis tractabimus.

Supponendum secundo, pro dicendis in 2. parte operis huius, potestatem pertinere singulis, & omnibus Prælati respectiue, pro sua cuiumque Religionis subditis, & secundum distributionem, & taxationem constitutam per Religionis legem, seu Apostolicam

N. I.
Regular.
Prælati
de omnibus causis cognoscunt, ac Episcopi de Clericis.

stolicam Sedem; & secundum hanc potestatem possunt suos subditos Regulares iudicare, absoluerè, condemnare. Vbi aduertendum; quod Regulares Prælati non possunt suos subditos Religiosos de crimine hæresis iudicare, cum iam priuilegia (si de hoc habuerunt) derogata fuerint per plura de nouo concessa Tribunali sanctæ Inquisitionis, per Pium III. & plures post illum Pontifices Romanos. Quapropter hoc sanctum Tribunal procedit contra Regulares Prælatos, qui in iudicando subditos Regulares de hoc crimine se intromittunt; imò Inquisitoribus pertinet priuilegiè. De Generalibus Religionum interdictum est illis iudicare, & iniunctum solum infortationem recipere, & remittere Papæ, vt cum pluribus, quos citat, resoluit Diana 2. tomo, 4. p. tract. de officio, & potestate Inquisitorum, resolut. 23. sicut idem docuerat precedenti resolutione 21. de Episcopis de hæresi suspectis. Sed de hoc infra.

Religionum hæreses reseruate Inquisitoribus.

De Generalibus Ordinibus.

De Episcopis de hæresi suspectis,

informa-

tionibus, nõ

iudicium

competit

Inquisitoribus.

N. 2.

Qui non habent politicam iurisdict. non tenentur visitare.

Notandum tertio, quod materia huius questionis grauis est, & maxime necessaria, tam ad singularum Religionum reformationem, quam ad conseruationem puritatis obseruantie Religiosi status, ac notitiam obligationis Prælatorum. Et quauis hæc sit secundum varias, & omnes potestates, quas diximus Prælatum Regularem habere; patriam scilicet, æconomicam, dominatiam, ac politicam: pater enim, æconomicus, dominus, administrator simul, ac iudex, seu Prælatus, tenentur de modo viuendi filiorum, domesticorum, ad rectam muneris, seu paternæ curæ administrationem, de actionibus, moribus, & occupatione mulierum, & inferiorum notitiam exactam habere; & similiter iudices, & Prælati de subditis, & inferioribus inquirere, & captare notitiam, & suæ domui, familiæ, aut Reipublicæ intugilare. Sed quidem potiori iure ad id obligantur supremi Superiores, & ratione politica potestatis, iurisdictionis gubernatiuæ, quæ pro gubernanda Republica est instituta, quam aliarum potestatum, cum immediatis Superioribus, pro suis immediatis inferioribus, huiusmodi cura continere esse debet, & quasi de coniuncta

A sibi, & pusilla grege. Hinc fit, quod solum fit imponenda vniuersalioribus iudicibus, seu Prælatis supremis, & ijs ratione gubernationis vniuersalioris, quam habeant.

Et quia contingit, quod aliquis Prælatus sit simul in vno Monasterio particularis, proprius, & immediatus Superior, vel Abbas; & simul in tota aliqua Congregatione, seu gremio Prælatus Generalis. An pro suo speciali Conuentu, sicut etiam de tota Congregatione, pro aliquibus certis, & determinatis temporibus, debeat inquisitionem instituere, & de moribus, actionibus, ac vita Religiosorum sibi subditorum; tum etiam pro delictis detegendis inquirere, sine interuentu delatoris; aut accusatoris, & sine rumore, fama, &c. & an ad id Prælati illi teneantur, qui solum suam distinctam communitatem habent sue gubernationi subditam, & illi sine speciali communitate, cui præsideant immediati, omni alicui Prouinciæ, aut Congregationi præsent: in resolutione secunda dicemus.

Notandum quarto, ex Gregorio N. 37. Sairo, in clauis Regia, lib. 12. cap. 7. quod iudicium est applicatio legis ad personas; cum vi coactiua: & est communis definitio. In qua constat, reperiri in primis actum illum iudicalem; quo iudicium exercetur, & constituitur æqualitas iustitiæ, secundum legis præscriptum; & hæc est applicatio legis, quæ ponitur in illa communi definitione, & fortè in hoc morali ente habet se quasi forma. Secundò reperitur quasi materia iudicij, & res; super quam est iudicium. Et tertio persona, quæ iudicio subijcitur: Vnde cum hoc possit esse in materia criminali; & ciuili, duplex resultat iudicium; criminale scilicet, & ciuile; & ad duas species iustitiæ formalis; commutatiuæ (inquam) & vindicatiuæ reducitur. Sed de ciuilibus iudicijs pauca dicenda, propter dictam rationem.

Notandum quinto, delicta Regularium, imò & quatumcumque personarum, ad quatuor capita, quantum ad præsens institutum, solere reduci: & in primis, ad duo; ad pu-

Diuersæ Prælatorum cura.

N. 37. Ex quibus committitur iudicium

*Delicta
contra bo-
num pu-
blicum in
multipli-
si differē-
tia.*

blica nempe, id est, contra bonum com-
mune, & publicum, vt sunt in primis
hæreses, quæ immediatè nocent Fidei,
& Religioni; proditio ciuitatis, pa-
triaz, seu Reipublicæ coniuratio in Re-
gem, vel Principem, habentem Maie-
statem (vt explicabimus) corruptio, &
subornatio suffragiorum in electione
Cathedræ, seu dignitatis Ecclesiasticæ;
vnde graue nocumentum totæ Respu-
blica perceptura est; falsificatio mo-
netæ, occupatio, obfessio, seu impedi-
tio viarum communium à latronibus,
& grassatoribus; subuertere animos ci-
uium, seu communitatis; & sollicitan-
tes poenitentes in confessione, seu in
actu primo, colore, loco, & forma con-
fessionis (de quo aliquid infra dicturi
sumus.) Alia sunt delicta priuata, in
dicto sensu: quia (inquam) non sunt
contra bonum publicum, & commune,
sed tantum contra priuatum alicuius
personæ particularis bonum, vt noce-
re famæ, bonis, vitæ, seu honori ali-
cuius proximi.

*Delicta
priuata
secundum
primam
diuisionē
alia in fe-
ri, alia in
facto.*

N. 5.

Rursus, publica hæc, & priuata
delicta diuiduntur, seu considerantur
vt in fieri, & quorum nocumentum
imminet quidem, & timetur; vt v.g.
si quis in præcidu, & preparatio-
ne animi, insidietur vitæ Regis, Prin-
cipis, vel ciuis; aut præparet expila-
tionem gratiæ publici, vel particula-
ris. Vel secundo modo considerantur;
vt iam perpetrata ista, & similia deli-
cta, completa, & fortè emendata; vt
si quis de alio sciuit falsificasse mone-
tām, vel seminasse hæresim; sciat e-
riam ipsum ab illo crimine cessasse, &
verè poenitere: tunc diuersimodè iu-
dicandum est, quantum ad obligatio-
nem denuntiandi, quam statim expli-
cabimus: cessaret enim in tali casu
(quod obiter aduertatur) & non ces-
saret obligatio testificandi cum in-
ramento, si de crimine interrogaretur
legitimè à iudice: nam ad testifican-
dum sufficit legitima iudicis inter-
rogatio, id est, quod de re, de qua
inquiretur, sit infamia, vel notorie-
tas, aut aliqua probatio. Sic docet
Cardinalis Franciscus Toletus, in sua
instruptione Sacerdotum, libro quin-
to, cap. 7. & Sairus in clauis, lib. 12. cap.
16. num. 30.

*Quando
obliget
index le-
gitimè ad
testifican-
dum.*

Alio etiam modo intelligitur hæc
A diuisio delictorum, publici nempe,
& priuati, secreti, vel occulti; &
vnum per alterum declaratur: vnde
illud dicitur delictum secretum, quod
non est publicum, & publicum voca-
tur, quod non iam secretum, sed ma-
nifestum est.

N. 6:
*Secretum
delictum
dicitur
multipli-
ter.*

Secretum autem delictum multi-
pliciter dicitur. Primò namque dici-
tur delictum secretum, vel occultum,
B quod est naturaliter tale; quia scili-
cet consistit in actibus interioribus
animæ: de quibus meminit Regius
Propheta, Psalmo 18. dicens. *Ab oc-
cultis meis munda me Domine, & ab
alienis parce, &c.* quasi de delictis
non pertinentibus ad iudicium exte-
rius Ecclesiæ (vt pote occultis) &
hinc alienis ab humano iudicio, & ex-
terno, & ipsi reseruatis peccatis potest
mundari.

Psal. 28.

C Secundo dicitur delictum secre-
tum, seu occultum moraliter, quia
quanuis naturaliter, & realiter sit
publicum, eo quod sit cum actu ex-
teriori commissum, vt verbi gratiæ
furtum, seu homicidium, non venit
in notitiam aliorum, & sufficien-
tem numerum eorum qui sciunt, vn-
de subiaceat iudicio; quia neque ex-
tabit accusator, neque etiam denun-
tiator, seu (quæ horum vices solet
supplere) clamorosa insinuatio, seu
fama.

D Pro quo notandum vltimò, cum
Caietano, secunda secundæ quæstione
69. articulo 1. Soto, libro de iustitia,
& iure, quæstione 6. articulo 2. & in
Relezione de regendo secreto, &
cum Petro de Nauarra, libro secun-
do de Restitutione, capite 4. p. 2.
dub. 3. num. 153. quod clamorosa
insinuatio, & publica fama; de ali-
quo crimine, seu delicto perpetrato
E (quæ ferè eandem notorietatem im-
portant) in duobus consistunt præci-
pue: primò, in frequenti opinione,
concordi acclamatione, & voce ho-
norum; de tali crimine: vox enim
frequens, & discolor infamæ formis
hominum; clamor, & opinio malo-
rum, non reddit aliquem infamatum:
vnde publica vox, & fama, & cla-
morosa insinuatio sic rectè definitur.

*Caiet.
Sotae.
Nauar.
Defectus
accusato-
ris sup-
plet ru-
mor, aut
fama.
N. 7.*

E

Vox infamorum nō infamat. Definitio publica fama.
N. 8. *Est frequens vox bonorum, & probatorum virorum, quæ hominem de tali crimine suspectum reddit rationabiliter.*

De numero talium personarum requisito ad publicam famam, non satis conuenit inter Authores. Alij enim dicunt, quod pro magno populo requiruntur decem scientes, ex visu, seu auditu; & in exiguo populo, duo, vel tres iurantes esse vocem publicam, & famam, & hoc dicunt videri sufficiens; sed nihilominus iudicatur verius relinquendum esse arbitrio prudentis, quænam vox, seu fama sufficiens sit, & quis rumor; & quam frequens; & ex consideratione simul circumstantiarum loci, & temporis personarum. Sed quia sæpè non sufficienter constat de rumore, seu fama, & recurrendum est ad indicia. Aduertendum postremo.

Quis rumor faciat publicam famam. relinquendum prudenti.
N. 9. *Quid sit indicium.*

Quid indicium, de quo loquimur, est illud signum ex quo prudenter solemus, & rationabiliter iudicare de alicuius actione: & sic vt verum sit indicium, duo debet habere. Primum, quod sit simul de delicto, & persona, & vtrūque indicet actus ille, verbum, aut motus; nam etsi quando homicidium non est, factum turbatio, fuga, nudus gladius, non sint indicia, quibus ille homo indiciatus videatur; nec præsumatur homicidij perpetrator; è contra homicidio facto, si talia appareant, & quod Petrus erat inimicus Iacobi, &c. indicia sunt. Secundo modo, debet indicium haberi, quod signum, & circumstantiæ sunt tales, quod faciant quandam moralem certitudinem, & vehementer generent suspicionem; vt si nudus cum nuda in lecto reperiantur; vbi notandum semper etiã hoc, quod videtur ingens indicium, & fortiter suadere inhonestum quid, & copulam inter nudos istos reperiã, nihilominus non semper facere probationem, nec præsumptionem magnam, si aliqua circumstantiæ contrarium indicent. Falso enim de David Rege, sepe quidem (sed nec impotente, vt insinuat modus adnotãtis Scripturæ) iudicaret aliquis concubuisse cum Abisac Samaritide, cum qua dormiebat: expressè enim negat hoc Scriptura sacra.

De delicto simul, & de persona, debet esse indicium.

3. Reg. 1. *Potest de lectu esse moraliter publicum, & tamen non esse iustum.*

Vbi nota, quod non est idem delictum

non esse secretum, etiam moraliter, & esse de illo famam, & rumorem.

A Aduertendum tandem, quod de omnibus criminibus, de quibus legitime Prælatus aliquis, vel iudex, potest cognoscere, siue inquirendo in visitationibus generaliter, siue in particularibus iudicijs, tenentur vicini, subditi, domicilij, vel residentes, denunciare, accusare, vel testificari, secundum exigentiã delictorum, & iudicij institutionem. Testificare enim tenetur quicumque legitime; à iudice interrogetur, de aliquo delicto perpetrato, siue contra bonum publicum, siue contra particulare, dum naturaliter, vel moraliter non sit secretum (vt sup. n. 39.) At, accusare, vel denunciare non tenetur, si delictum sit factum, & prorsus emendatum, vt explicabimus. Vnde sit.

B Prima resolutio. Inquisitiones generales pro criminibus cuiuscumque generis, ex assignatis supra nu. 38. & 39. tenentur facere Prælatus generalis pro sua Republica, & non Prælati Conuentuales, etiã in Ordinibus illis vbi Prælati singulorum Monasteriorum, habent etiam plenam ordinariã potestatem iurisdictionis, & politicam: & multo minus Prælati locales, & Conuentuales, in sacris Ordinibus Mendicantium. Probatur quoad vtranque partem nostra resolutio, ex ijs quæ nuper diximus n. 36. notabil. 3. Superior enim, qui œconomice administrationis patriæ, ac domesticæ potestatis, satisfaciens obligationi, & muneris, de domesticis, & filijs, tam instanter & frequenter assistit (vt tenetur) superfluum tempus in alia vniuersaliore inquisitione consumeret, & vbi talis assistentia non reperitur, vt in generalibus Religionum, & Prouincialibus, inexcusabilis videtur visitatio, & talis inquisitio.

C Resolutio secunda. Prælati Religionum, qui absolute & plene sunt Prælati, & vocantur Prælati superiores, ab Authoribus, ad differentiã Prælatorum localium, & non habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, si vltra vniuersalem potestatem quam habent supra aliquam Prouinciam, seu Congregationem, habeant speciale Monasterium, cui immediate præsideant, illud tenentur visitare, & determinatis temporibus

D

E

N. 10. *Non est minor obligatio denuntiationi in publicis delictis, quã procedendi.*

N. 11. *Prælatus Prælatus generales tenentur facere generales visitationes.*

N. 12.

face-

facere inquisitionem pro delictis, & defectibus subditorum, & inquirere de recta administratione temporalium, & spiritualium.

Probatum primo: quia hoc iudicium visitationis, & inquisitionis, est conforme potestati politicae, & iurisdictionis, quam habent huiusmodi Prælati, etiam in suo Monasterio.

Confirmatur, quia non possunt ab hac obligatione inquirendi, & visitandi aliquibus determinatis temporibus, eximi in suis (quibus immediate præfident, communitatibus, ea ratione, quod ipsis assistant, & inuigilent frequenter, sicut ex munitur, & liberantur Prælati immediati Monasteriorum principalium sancti Benedicti, & Congregationis Cisterciensis, Abbates, inquam, particulares: in ipsis enim Generalibus, & Provincialibus diuersa militat ratio, cum assistendo pluribus alijs communitatibus, regendis, & visitandis, non æquè de speciali modo viuendi subditorum sui Monasterij, possunt habere notitiam, ac Abbates particulares; qui quantum habeant potestatem in suos subditos, quasi Episcopalem, ipsorum solam imminet illis cura, & nullo modo indigent generaliter inquirendi.

N. 15. Et confirmatur secundo. Nam Episcopi, & alij Prælati seculares, licet illis imminet cura de alijs omnibus Ecclesijs suis Diocesis, aut territorij, non inde liberantur à visitatione suarum Cathedralium Ecclesiarum, quibus assistunt, & præfident.

Verum est tamen, quod ex particularibus constitutionibus aliquarum Religionum, solent eligi, & deputari

Visitatores, qui domum, Conuentum, delicta, & spiritualia, ac temporalia visitent cum plena iurisdictione, & Monasterium, cui præfident immediate Prælati Generalis. Sic olim apud Beduinos Hispaniæ: & isti Visitatores omnia etiam Monasteria Congregationis visitata prius à Generali visitabant. Et sic fortè in similibus Congregationibus.

Vnde fit:

A QVÆSTIO II.

An teneantur Regulares, pro sua Reipublica gubernatione, & propria utilitate denuntiare delicta, & defectus; sub qua obligatione, & quo ordine, an præcedente correctione fraterna?

P Ræsupponendum est ex dictis in secunda parte huius nominis operis: in primis. Tertium principium, unde super hominem, à natura liberum, potest alicui homini aduenire potestas, est Religiosa professio; per quam inducitur ingenua seruitus Religioso, qui se Superiori submittit.

Supponendum secundo, ex eadem secunda parte, & tractatu 3. quod Prælati Regulares habent non solum potestatem domesticam, æconomicam, & quasi patriam; sed etiam politicam, ordinariam, & iurisdictionis, spirituales, & quasi Episcopalem. Quibus suppositis.

Nota, quod est hæc difficultas maxima, & consistit in explicando, qualiter, & quantum obligentur subditi, seculares, & Regulares, ad visitandum in ijs generalibus visitationibus, & inquisitionibus delicta aliorum; imò & delicta in Republica laica, siue in syndicato, vel residentia Magistratum.

Pro quo notandum, tres esse vias, quibus in iudicio peruenitur ad cognitionem delictorum. Prima est inquisitio; secunda, denuntiatio iuridica; & tertia, accusatio. Porro denuntiatio dicitur iuridica, ad iudicalem cognitionem necessaria, quæ fit iudici, vel Prælati, ut iudex est, & habet pro fine bonum commune: id enim attendit qui denuntiat delictum fratris iudici, ut scilicet puniatur, & terreatur peruersi publico supplicio; quia alia Republica repletur flagitiosis. Alia est denuntiatio euangelica per Christum introducta, qua utimur ex pura charitate, & amore proximi, quem lucrari, & commendare de delicto commisso cupientes, primo delinquentem, inter nos, & ipsum solum corripimus; & non audientem nos, nec nostram fraternam corre-

N. 17.

Triplicem principium iudicij, accusatio denuntiatio, & fama, seu inquisitio virtute illius. Denuntiatio alia iuridica, alia euangelica. Finis vtriusque

correctionem recipientem, ad Prælatum vt patrem, non vt iudicem denuntiamus, vt paternè corrigatur.

N. 19. *Denuntiatio in iudice, institutio, effectus, & finis.*
 Ita igitur denuntiatio iudicialis, introducta fuit (vt ait Gregorius Saurus) vt delicta non manerēt impunita, cum enim nullus vellet accusare de delicto, (ob metum substinendi pœnam talionis, non probando) per denuntiationē fit. Consilium ergo, in hoc quod ex iustitia legali, quodlibet membrum Reipublice, quæ est quoddam corpus morale, proponat bonum ipsius, bono fratris delinquentis, cum sufficiente notoritate (vt infra explicabimus,) & bono communi consulens iudicem adeat, & delictum manifestet, & ad publicam vindictam, & punitionem prouocet, qui actus quamuis, vt sic, non procedat ex charitate erga proximum, nec ex zelo emendationis illius, procedit ex zelo iustitiæ legalis, vt diximus, habetque peculiare ista denuntiatio, quod non obligat denuntiantem ad probationem, imò qui denuntiat potest esse testis; & per consequens, nec ad pœnam talionis obligatur denuntians, ex non probato delicto.

Vnde resultat, quod plures iudices segniter contra denuntiatos procedunt, cum non coniectentur delictum fore probandum, eo quod denuntians ad id non tenetur.

N. 20. *Quid sit accusatio*
 Accusatio, quæ est aliud, & præcipuum fundamentum iudicij, & cognitionis in causis criminalibus, in aliquibus conuenit cum denuntiatione iudiciali, & in aliquibus differt: conuenit enim, nam tam acuatatio, quam denuntiatio iudicialis, instituta sunt; non pro bono denuntiat, sed pro bono Reipublice, & communi. Et secundo, quod debent fieri ante iudicem, siue Prælatum, vt index est, non vt affectus, & officio paterno, corrigat, & emendet; sed vt iudicium publicum instituat, & ad publicam vindictam procedat, quod habet etiam denuntiatio iudicialis.

N. 21. *In quo differunt, & in quo conueniunt denuntiat, & accus.*
 Differunt verò, quod denuntians non tenetur probare delictum quod denuntiauit, sed iudici incumbit probatio, & denuntians est legitimus testis. Et secundo, quod denuntians non attendit proprium nocumentum, sed præcisè commune. Accusatio verò res-

A picit damnum publicum, & commune, (quidem) sed simul, nocumentum proprium accusantis, & accusans tenetur probare; ita vt si non probet, debeat sustinere pœnam talionis. Vbi notatur, quod loco accusatoris, & delatoris, aut denuntiatoris, requiritur in visitationibus generalibus publica fama.

B Is suppositis, ad difficultatem propositam, de obligatione accusandi, vel denuntiandi delicta, satisfacimus per sequentes resolutiones.

Resolutio prima. Quando aliquod crimen est in fieri, & contra bonum commune, vel etiam contra tertiam personam priuatam, cuius damnum præponderet fame lædenti, vel sit in præcinctu, vt fiat, & aliquis sufficienter id probare potest, tenetur sub peccato mortali illud accusare, seu per accusationem ante iudicem deferre: & idem est, si talis acuatatio requiratur ad defensionem innocentis. Sic Bañez 2.2. q. 68. artic. 1. dub. 2. concl. 1. quia iure natura tenemur defendere innocentem, & bonum innocentis præferendum est bono nocentis; quod intellige, si sufficienter probari possit, quod si probari non sit possibile, denuntietur, & non accusetur. Ita communiter Doctores, ex illo Luca 5. vbi Christus D. assumpsit defensionem Discipulorum, contra calumniantes; & similiter, bonum commune præferendum est bono particulari, ex eodem naturali iure. Ergo, in casu oppressionis boni communis, vel innocentis, eligendum est remedium quod huic damno obsistat, quale est acuatatio (quæ si sit possibilis, eo quod possit probari) est efficacior, quam denuntiatio, in qua cum denuntiator non sit actor, nec pars in lite, non adest, qui remissum iudicem incitet, & accingat ad executionem iudicij. Confirmatur ex naturali exemplo. Partes enim pro suo toto pugnant, singulæ exponuntur, vt totum saluent, & inter se, oppressam, & imbecilem fouent, & ab opprimente torantur, vt inde conferuetur totum. Et rursus, hoc petit iustitia legalis, & quando ob potentiam delinquentis, consanguinitatem forsam cum iudice, qui vel labore (vt dixi) pusillanimitate, aut socordia, (talibus enim contingere potest casus, ait Salo-

C Bañez. *Accusat. obligat sub pecc. mort. & etiã denuntiatio, si nõ possis probare.*

D Bonum commune, & innocentis præferendum bono noc.

E Eligendum est malum nocentis, ob bonum publicum, & innocentis.

Ex natura iure obligatio accusat. & denuntiation.
 Salon.

N. 22. *Delicta non completa contra bonum commune accusanda, vel denuntianda.*

Bañez. *Accusat. obligat sub pecc. mort. & etiã denuntiatio, si nõ possis probare.*

Bonum commune, & innocentis præferendum bono noc.

Eligendum est malum nocentis, ob bonum publicum, & innocentis.

Ex natura iure obligatio accusat. & denuntiation.

2. 2. quest. 68. artic. 1. controu. 5. Greg. de Valent. & alij.) quod cum discrimine vitæ, teneatur quis accusare, si scilicet, per viam denuntiationis non possit bono communi consulere, & nocumero obuiare, vel propter potentiam delinquentis, & rei, vel propter ignauiam, negligentiam, vel partialitatem iudicis cum reo (vt dicitur) tunc enim certè de iure naturæ est, prospicere bono communi; & quod ipse incolumitatem præferat partes, & membra, sua, etiam cuiuscunque incolumitati: quæ quidem intelliguntur (vt dictum est) si sufficienter possit probare accusationem testibus, vel aliter, vt de falsificante moneta, machinante insidijs tradere ciuitatem, docentè hæreses, & similibus, & non aliter: quia (vt docet D. Thom. q. 68. art. 1.) nemo tenetur ad id quod non potest perficere debito modo; quare si probare potest accusat, & non aliter, quia non consequetur quod intendebat. Et tunc si cetera (quæ ad denuntiationem diximus requiri) adsint, tenetur denuntiare delictum, quæ est specialis differentia inter accusationem, & denuntiationem; quod accusatio cum supponat testificabile delictum, & delicti certum perpetrato-rem, illum accusat, & ad ipsum directè ordinatur, quia Petrus, v.g. accusatur. Denuntiatio quæ testibus caret, & tali manifestatione de committente delictum, hoc directè denuntiat, & immediatias, nempe delictum, vel eum maiori proprietate.

N. 23. Casus ergo, quibus tenemur, damno communi occurrere, & etiam particu-
ari obuiare per accusationem, vel denuntiationem, enumerat Salon vbi

Salon.

suprà; & primo loco, ea quæ grauiter nocent bono communi, vt de insidiatoribus, & hæreticis, & similibus. Secundo loco, quædo punitio est utilis bono communi, quia ex delicto secutum est graue scandalum, & sequeretur maius, si non puniretur. Tertio, si scelerati red-
dantur audaciores ex punitioe non sequuta. Et Bañez 2. 1. q. 68. artic. 1. dub. 2. concl. 4. addit, accusandos delinquentes illos, quorum delicta quamuis sint contra priuatas personas, reducuntur tamen in malum publicum, quia si essent frequentia, destruerent iusti-

Bañez.

Aliquan-
do cum pe-
riculo vi-
te obli-
gat accu-
satio, si
non potest
prodesse
denuntia-
tio.

Exempla
delictorum
quæ de-
bent ac-
cusari.

Alia dif-
ferentia
inter ac-
cusationem
& denun-
tiationem.

A tiam, vt si iustitiam commutatiuam, & vinctiuam violarent indices, sententias absoluentes, & condemnantes vendendo, & violarent iustitiam distributiua Electores officiorum, & Cathedralium, in Republica, & Vniuersitatibus.

Hoc casu aduertunt Authores, & specialiter Sairus lib. 12. sua claus. c. 16. §. vltim. dub. 2. propos. 1. quod in

B delictis in quibus requiritur accusatio, si non possint probari testibus, denun-
tiationem fore, cum eadem obligatione. Secundo, quod in casu quo exigente delicto, publicam, & iudicialem vindictam, & punitioem, accusatio non sit possibilis, & debeat fieri denuntiatio iuridica, istam (ait Sairus) non debere fieri nominando personas in particulari, sed tantum in communi: & addit posse, & debere fieri, etiam nulla existente infamia criminis, vt si quis sciret se accingere ciuem ad capiendum insidijs Regem, & omnibus no-

C tibus illum expectare tali loco, imò & inferiore, & non sic publicam personam, ad necem: tenetur ad iudicem deferre, & delictum denuntiare, & implorare iuridicè ipsius officium. Et quando (specialiter in casu præsentis) periclitaretur bonum commune, attendendum parum (si id necesse sit) in denuntiatione explicare personam delinquentem, quod etiam dicit idem Sairus lib. 11. cap. 4. num. 5. faciendum

D quoties delictum, & damnum; (quod adhuc non est completum, nec emendatur, de quo loquimur) etiam sit in præiudicium innocentis, quia innocētis incolumitas, & (potiori iure) publica præferenda est, bono vnius particularis, & peruersi, vt manet probatum.

Et sic manet explicata, & probata nostra præsentis difficultatis resolutio, vt habetur supra num. 52. Aduertendo, quod in ijs solum loquimur de obligatione ad denuntiationem, solum virtute naturalis iuris, & rectæ rationis; non autem de obligatione quæ nascitur ex edicto, & præceptis in eo impositis, ad declarationes faciendas, de delictis in indagationibus, & visitationibus generalibus.

Certum est enim, quod præceptum quod ad accusandum, vel denuntian-

N. 24.
Sairus.

Loqui-
mur de
crimine
in fieri,
nec emē-
dato.

N. 25.

N. 26.

Am delicta imponitur, non præbet substantiam, materiam, seu rem iustam, & obligatoriam, sed ipsam (ad quam ex iustitia legali tenebamur aliàs) denuntiandi, vel accusandi, de nouo obligatoriam reddit: vt optimè ait Soto de tegendo secreto, membro 2. q. 6. & Nauar. inter verba concl. 6. num. 232. citatus à Salone: vnde Bañez vbi supra cum alijs, ait, quòd talia edicta, & præcepta in illis contenta, nil aliud faciunt, quam excitare homines ad denuntiandum, vel accusandum delicta, quæ aliàs accusanda, vel denuntianda erant, (vt diximus) vel aliàs, licitè possent.

Verum est tamen, quòd aliqua delicta non tensemur accusare, nisi ad effectum præceptum, quo expedito, tenemur accusare (accusare inquam, si possumus probare, & aliàs denunciare) si emendata non sint, sub pœna præcepti impositi, vt delicta contra ipsum commissæ, & alia præcepta, quæ ponuntur in constitutionibus aliquarum Religionum, pro manifestandis defectibus, in aliquibus obseruantijs Regularibus, qui aliàs non obligemur denunciare; vt in constitutionibus Benedictinorum Hispaniæ. Vbi notandum cum Sairo, vbi supra, in ijs obligari ad denuntiandum, priuatum hominem ex charitate; Ministrum verò ad id deputatum, vt zelet, ex iustitia.

Resolutio secunda. Delictum contra bonum commune, etiam si iam sit prorsus perpetratum, & emendatum, non tenemur accusare, nec denunciare. Exemplum in falsificatione monetæ, & apsu in hæresim, & similibus, ponit Cardinalis Toletus in sua instit. sac. lib. 5. cap. 57. §. prima cum, asserens, huiusmodi non esse accusandos, nec denunciandos, quòd non intelligitur, quando quis vt testis interrogetur legitimè à iudice, vel ad denuntiandum compellatur, de non secretis, vel occultis: occultis (inquam) quia solus testis videt. Vbi nota, casus in quibus non procedere debet aliàs correctio fraterna. Primo, si incorrigibilis. Secundo, si instat præceptum denunciandi. Tertio, si damnum imminet. Quarto, si non sit spes correctionis. Quibus suppositis, sit

Resolutio tertia. Quannis possit quis accusare damnum sibi (in fieri) in-

A ferentem, nò semper tenetur, sed potest remittere. Sic communiter Doctores, præter in aliquibus casibus, quos numerat Bañez 2. 2. q. 68. artic. 1. dub. 2. concl. 6. Primus casus est, quando ex iniuria quam particularis persona patitur, sequitur damnum Reipublicæ, eo quòd sit in ipsa, honorabilis, & specialis decor illius, vel aliter. Secundus casus, in quo non expedit, nec licet dimittere denuntiationem, vel accusationem, de damno proprio; si, scilicet, homo qui habet sufficientes, sed moderatos census, & facultates ad ex illis sustentandam familiam, & honorabilem (quidem) in populo, quibus omnibus potest, & hanc exercere iustitiam legalem (prouidendi filijs, & domesticis) & virtutes plures, si in ijs iniuriam, & nocumentum accipiat, in fama, seu bonis, tunc enim tenetur denunciare, vel accusare.

C Aduertendum hic vltimò, quòd quamuis in damno Reipublicæ in re parui momenti liceat (si delictum sit in fieri) accusare, vel denunciare, vt dictum est, non cadit hæc obligatio sub præcepto: esse tamen denunciandus post correctionem fraternam Prælati Regularis, qui silentium, ieiunia, & obseruantias Regulares in disuetudinem vergere permitteret.

D De delicto quòd quis perpetrat, & est adhuc in fieri (secretum quidem moraliter) contra bonum proximi, vt de concubinario, vel violationem virginis curante, nil ad præsens, in ijs enim casibus, correctioni fraternæ primum, & statim paternæ denuntiationi recurrendum, vbi secretum non violatur, nec famæ, & honori delinquentis consulitur.

E Ob maiorem materiæ huius claritatem, peculiariter hic duximus aliqua adnotare de (sæpius) dicta correctione fraterna, quæ debet denuntiationem præcedere.

Pro quo recolendum, finem correctionis fraternæ, & denuntiationis paternæ, esse solum emendationem fratris, & ideo multum differre à fine accusationis, & denuntiationis iudicæ, qui est punitio delicti, ob bonum commune, & ne illi sequatur aliquod malum, ideoque istæ nullo modo subordi-

Pro crimine in sui danno non tenetur aliquis accusare nec denuntiare.
Bañez.

Casus in quibus nò potest omitti accusatio vel denuntiatio sibi ipsi illati.

N. 29

Observari Regulæ ab oblatore si nens Prælati denunciandi.

N. 30.

De correctione paterna.

N. 31.
Finis correctio fraterna, diuersus à fine accusationis.

Soto.
Nauar.
Salon.
Bañez.
Præcepta in visitationibus pro denuntiandi discrimenibus, quæ aliàs tenebamur solū sunt excitationes.

Sairus.

N. 27.
Quòd delicta contra bonum publicum sunt prorsus denuncianda.
Toletus.

N. 28.

nantur inter se, si secundum se confiderentur. Quare sit resolutio.

N. 32.
Quãdopunitio necessaria est bono cõm. non requirit correct.

Resolutio quarta. Quando crimen, etiam occultum, est contra bonum cõmune, vel cõtra particulare, sic ut eius punitio sit necessaria simpliciter, & absolute bono communi (ut num. 33.) siue illud sit emendatũ, siue non, ut hæreses, assassinatus, &c. nõ exigitur quod præcedat correctio fraterna: sed fratrem accusandum, vel denunciandum est. Probatum, quia in ijs maximè periclitatur bonum commune, sed aliter.

N. 33.
Denuntiatio nõ necessaria bono pub. præcedit correctio.

Dicendum, quando peccatum est occultum in ore duorum, vel trium testium, vel saltem paucorum, nec eius punitio est necessaria bono communi, si alioquin sis certus, fratrem delinquentem esse emendandum correctione secreta; neque est periculum in mora, sed sufficienter est prouisum bono communi: quod in tali casu, delinquens corripiendus est, prius quam accusandus, vel denunciandus. Est similiter communis sententia, specialiter Thomistarum, cũ Adriano, Victoria, Soto, & alijs, ut ait Salõn, & hac ratione suadetur. Quia punitio non debet intendi propter se, sed propter aliquod bonum commune, vel particulare alterius, quod quidem debet intendi cum quã minimò damno delinquentis: quare, si absque tali accusatione, vel denuntiatione iuridica, possit delinquens compesci, & malum vitari, hoc erit faciendum. Et confirmatur. Nam tum fraterna correctio superflue fuisset instituta, tum quia si semper studendum esset, & in omnibus delictis accusationi, & denuntiationi, plura delicta manifestaretur, sine necessitate, & in perniciem Reipublicæ, & boni communis.

Adrian.
Soto.

Victoria.

Specialis causa, ut à correctione frat. incipiat.

N. 34.

Ex ijs colligunt isti Authores, quod qui contra doctrinam huius num. 33. faceret, & peccaret contra charitatem, quia noceret fratri manifestando eius delictum, absque necessitate; & etiam contra iustitiam, quia cùm delictum adhuc sit secretum, habet delinquens ius ad suum honorem, & bonam famã: nec possit dici esse bonam, nec licitam talis delicti manifestationem.

Aduertunt tamen omnes, quod in dubio semper est attendendum potius bonum commune, quam particula-

Are, & ideo, si non sis certus fratrem esse emendatum, nec sis certus, sic esse vitandum damnum publicum, tunc etiam accusandus, vel denunciandus est: non enim facile est creditum eum qui coram te pertinaciter hæresim, doctrinam (inquam) contra Ecclesiam, alijs non dixit alios non infecisse, vel scandalizasse.

B Notant etiam, quod hæc habent locum in crimine hæresis, ut si (v.g.) rusticus, vel ignorans, aut idiota, professus, & affirmet propositionem aliquam, quantumuis hæreticam, si sui erroris conscius postea, & pœnitens, paratus sit obedire Ecclesiæ, non est accusandus, nec denunciandus: quod intellige secluso præcepto, & ad summum, corrigendus fraternè.

N. 35.
De propositione sit hæretici pœnitentis nõ est denuntiatio nec accusandum.

C Colligitur etiam iuxta præcedentem tertiam resolutionem, num. 48. Quod quando licitè potest quis pro illo sibi damno accusare, non tenetur ex iustitia præmittere correctionem fraternam, etiam si crimen sit occultum, id est, præcisè in ore duorum, vel trium, & credat, si corrigeretur fore emendandum, si correctionem fraternam ex odio & prava intentione non omittat: tunc enim non contra iustitiam peccaret, sed contra charitatem peccaret. Si Salõn ubi supra, specialiter, si ledens sit paratus talem sponte satisfactionem læso facere, quam iudex posset præcipere, nec solet tanta perpetrare.

N. 36.

Salon.

D Colligitur deinde in crimine hæsis, non ex ignorantia, sed ex malitia procedente, & ex scientia, qui sit error contra Ecclesiam, & in nocentum ipsius: tunc accusandum, seu denunciandum esse, non præmittendo correctionem fraternam. Cuius rationem reddit noster Sairus in sua Clau. lib. 12. cap. 15. num. 8. quia hæreticorum pertinacia ferè, nunquam tali correctione fraternam emendatur, nec mirum quod fratrem non audiat, qui Matrem Ecclesiam audire renuit. Poterit tamen audiens, si non sit periculum fugæ, sed aliqua spes emendationis, nec quod infret præceptum accusandi, corrigere, quia non sunt inter se incompatibiles.

N. 37.

Quare accusanda hæresis, sine praua correctione fraterna.

E Resolutio quinta. Delicta contra bonum commune, manifestata sufficienter

N. 38.

cien-

cienter iudici quocumque modo, tenetur iudex ad actus redigere, probare, & punire. Probatum, quia si publica sint, non possunt, moraliter loquendo, latere iudicem: & si lateat, & per accusationem, vel per iuridicam denuntiationem ipsi deferantur, tenetur ex vi officij, sub mortali procedere, propter rationes dictas, quod notatur maxime. Et confirmatur.

*Index sub
pec. mor.
tenetur
de publ.
pecc. cog-
noscere.*

D. Tho.

*Alia pu-
blice pu-
niendi.*

*S. Aug.
1. ad Ti-
mot. c. 5.*

Quia ferè nunquam satisfit bono communi in tali publico delicto, nisi publice puniatur: vnde hoc deberi docent Doctores, cum D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. in corpore, ubi loquendo de peccatis publicis, sic ait. *Et ideo talia peccata sunt publice arguenda.* Secundum illud Paali primæ ad Timot. 5. *Peccantes coram omnibus, argue ut ceteri timorem habeant*, quod similiter intelligit August. de verbis Domini.

N. 39.

Dixi quod delictum sit sufficienter manifestum iudici, nempe, per famam, accusationem, vel denuntiationem iuridicam, nam si delictum sit publicum naturaliter solum, id est, quia consistit in actu exteriori, si est secretum moraliter, id est, quia solus iudex vidit, nec presentibus duobus testibus saltem, non tenetur iudex ex hac privata scientia procedere.

Et idem dicendum de delictis publicis, etiam contra iudicis personam particularem commissis, quantum ad hanc iudicis obligationem, tenetur enim ex talibus, vel aliqua ex illis cognitionibus, sub mortali procedere: tum quia ipsorum impunitio vergit in graue damnum Reipublicæ, quæ, ut vidimus, periret, seu labefactaretur maxime, si obesset, & impunitos delinquentes repleretur malefactoribus: & ob hanc ignauiam, ac negligentiam iudicis (cui incumbit) priuaretur Respublica illo maximo bono, seu exemplo, quod fit in publica, iusta, & rigida punitione, occisionis, homicidæ, & furis, quod supplicium terret prauos, & securos constituit studiosos. Et præter quæ ad bonum commune reducuntur, sibi, & suo muneri, tales punitiones sunt propria, quia iniustus existeret, & infidelis, & illi conueniret illud, cap. error, & sequentium capitulum, dist. 71. *Non caret scrupulo societatis occultæ, sine-*

*Punitio
publica,
etiam de
delicto
priuato
prodest
Reipub.*

*Præbet
exemplū.*

re, cum possit deturbare peruersos.
Et ultimo, contra læsum innocentem peccaret, talis remissus iudex, delictum publicum contra se perpetratum, non puniens.

Quando autem à cognitione iuridica, à iudiciali processu, à proportio-nata delicto vindicta, possit Princeps, cui cura totius Reipublicæ imminet, cessare de plenitudine potestatis, & non solum iudicium inceptum, ex officio, ex fama, ex iuridica denuntiatione cessare, propter bonum publicum, quia reus, v. g. est potentissimus, & fortè turbabitur Respublica, & tunc etiam (si adest accusatio) illam rumpere, & aliter malum compescere, & penam arbitrariam, & secretam imponere, & etiam qualiter aliquando ex epicheia, poterit iudex inferior id facere, aliqua diximus: & optimè resoluit P. Eman. Rodriguez in suo ord. iudiciali, in fine summ. capit. 6. concl. 7. in fine, cum D. Thom. & Caietan. & alijs, 2. 2. q. 68. arti. 3. Aragon, tenet etiam Torres, & est rationi conformis.

De alijs in iudicio requisitis, de iudice, & eius munere, de reo, de Advocato, Procuratore, & testibus, tortura rei, sententia, & licita appellatione, tractant ex professo noster Gregor. Sairus, sua clauis. Regia, lib. 12. capit. 6. Cardinalis Toletus in sua instruct. à cap. 56. vsque 62. inclusiue. P. F. Ludou. de Mirada in suo Manuali Prælatorum, & ordine iudiciali, & in suo Fr. Emanuei Rodrig. F. Ioan. de la Cruz sua Epitome, & omnes Iuristæ.

Colligitur ex omnibus in hac q. dictis, minus apte se de omissione, in huiusmodi accusationibus iactanter congratulari aliquos, & denuntiationibus delictorum, quod nunquam pacem turbauerint (taliter enim de impletione huius obligationis, loquuntur ignaui) nunquam in syndicato aliquid de Magistratu accusauerint, vel denuntiauerint, nunquam lectis edictis Episcopi, vel Ordinarij, aliquid manifestauerint; nunquam (si Regularis sit) præcepto in visitationibus generalibus, vel obligationi denuntiandi aliquid clamauerint, & denuntiauerint, cum ea omnia teneamur denuntiare, vel accusare (vt quidè vtilia ad conseruationem Religionis) sub

N. 40.

*D. Tho.
Em Ro.
Caiet.
Aragon.
Torres.
N. 51.*

*Sairus.
Toletus.
Mirad.
Manuel
Rodrig.*

N. 42.

mortali, vel ratione præcepti, vel iustitiæ legalis, siquidē secreta non fiat, vt diximus.

N. 43. Notandum tamen, præceptū correctionis fraternæ, ex genere suo obligare sub mortali, & supponēdo quæ diximus sup. nu. 51. Aduertendū maximē, quod cum correctionis fraternæ, & denuntiationis iuridicæ, ac accusationis, sint diuersi fines, vt vidimus ibi, & nec sint incōpatibiles, nec dependentes: nō ex adimplerione vni, quādo adest casus, & vrget præceptū positiuū, seu iustitiæ, v.g. denuntiādi iuridicē, liberatur aliquid ab altero præcepto diuino, & legis charitatis, monendi, & corrigendi fratrem. Si sit fortē spes, quod etiam ille qui propter tuam denuntiationē iuridicam, vel accusationem, morti, & patibulo est addictus, pro tua fraternæ correctione reduceretur ad meliorem mentem, & fortē in hoc consistit illius spiritualis incolumitas, & quod mortem & supplicium piē & humiliter, cum pœnitentiā, & conformitate sustineat, & cum hæc sit necessitas extrema, & in materia grauissimā, non est dubium obligare illum qui potest, & talem notitiam habeat indurati, & incorrecti animi illius delinquentis, & huius obligationis, & simul habeat probabilem spem compunctionis, & pœnitentiæ, ex indole prius cognita, & ingenio, ac circumstantijs alijs, sub mortali, ex lege charitatis.

Casus in quo impleta obligatione, accusat, vel denunt. obligat correct. fratrem.

N. 44. Sed contra doctrinam istam, videtur esse, quod quamuis correctio fraternæ sit de iure diuino, ex institutione, & præcepto Christi, ex illo Matth. 18. & ex iure naturali, cum natura rationalis doceat, vt ad bonū, & famæ, & consciētiz destrudiū, & nociū, frater a fratris adiuuetur, quod explicuit præceptū Christi. *Si peccauerit in te frater tuus, quod explicuit Aug. sem. 10. de verbis Domini in morte, & habetur in c. si peccauerit, r. q. 1. in te peccauit, id est, tu scis quia peccauit, quæ sunt verba Aug. & simul ex iure humano, seu politico, vt movent Valentinianus, & Valens, Imperatores; ne quis, nisi in iudicio alium distamet, super illud c. de famosis libel. l. vnica, vbi statuitur. Ne quis alterius crimen prodatur, nisi iuris ordine seruato.*

cap. de famos. libel.

A Vnde sumitur argumētum ex ijs omnibus iuribus, & specialiter ex diuino, & præcepto Christi, constat ordo qui seruari debet; nempe, quod a fraternæ correctione habeat exordium iudiciū proximi peccantis: ita vt ordo ipse intret in præcepto ipso. Simul enim, & eodē modo, videtur Christum, & studiū correctionis proximi, & ipsius honoris (quem adhuc possidet) conseruādi iniunxisse: ergo, qui iā accusauit, vel denuntiauit iam liberatus videtur existere ab obligatione corrigendi fratrem.

B Respondetur. Quod cū vt sup. diximus, correctio fraternæ, & accusatio, secundū se cōsiderata, sint quid diuersum, & diuersum finē habeant; quæcūque cū affirmatiuū præceptū sit quod continet, se se offerat, illa obligat, v.g. casu dato, dānati virtute accusationis, vel iuridicæ denuntiationis, quæ credas mortem æternā excusaturum (vt sup. n. 73. in fin.) esto mortem temporalem, ad quam est addictus, nō effugiat, si inter te & ipsum, id est, priuatē, & amicaliter corrigas, & reprehendas, ostendendo sceleratam culpam, vt detestetur, bonitatē Dei offensi, vt conteratur, & ploret, & humiliatus, & mutato corde, Deū gemitibus placare, & ipsius beniguitatē curet, & indulgentiā, quis dicet ad hoc aliquem nō teneri, fortiori vinculo charitatis, quā si famæ, vel temporali vitæ prius consuleret? Simili, vel alijs adhibitis medijs, quando est præciosius bonum animæ, quam corporis, & Christus *lucratu* est animam suam, dixit Matth. 18.

D Nec omittendum duxit de emendatione delinquentis, quam suppositam diximus ab accusatione, a denuntiatione delictorum, imō & specialiter ab obligatione corrigendi. Nam non cuiuscunque temporis cessatio a perpetratione delicti, dicenda est emendatio; sed tunc asserūt Doctores præsumi aliquem emendatum, quando per considerabile tempus, & longum quidem a sceleris ante commissi perpetratione, cum detestatione ipsius, signis, per tres annos, moraliter loquendo, sic esse iudicandum, ait Farinacius in praxi, q. 23. a num. 26. & de cessione 51. numer. 10. Alciatus regulæ 2. præsumpt. 7. Mascardus concl.

Argum. Ordo correct. fratern. denunt. & accusat.

N. 45.

Ad fratern. correct. potius obhōnū spirit. quam ob corporale, & temporale, tenemur.

N. 46.

Qui per 3. annos nō relabitur, præsumitur emendatus, nec denunt.

600.n.14. qui Authores, specialiter Farinac. agunt de suspecto de hæresi, quã abiurauit, & hos tres Authores adducit Seraphinus de Freitas, in additionibus ad Acunãam, q. 3. n. 32. & generaliter, cessante obligatione denunciandi, cessante probabiliter periculo recidendi; tenent D. Tho. quolib. 1. 3. art. 1. 3. ad 3. Adrian. q. de correct. frat. §. prohuius. Antonin. 2. p. tit. 19. c. 6. §. 4. Nauar. in sum. 1. & 2. impres. Greg. de Valent. 2. 2. disp. 3. q. 10. pun. 5. col. 15. Arag. 2. 2. q. 4. ar. 7. in fin. Suarez de fide, disp. 20. sect. 4. nu. 13. qui expressè ait, quòd stando in iure nature, hæreticus iam emendatus, nõ debet denunciari: sed cù hodie stringamur positio iure, Ecclesiastico præcepto, Inquisitorũ edicto, tenentur hæreticõm quantumvis occultũ, & emendatum, denunciare iuridicè Inquisitoribus: tũ quia hæc positio lex includit naturalẽ, de præponendo famæ, & bono hominis particularis (quod si quidẽ ex lege nature conseruandũ alijs foret, existẽte hæresi occulta, & emendata) bonum cõmunẽ, & Ecclesiæ, quòd periclitaretur, si tam contagiosum flagitiũ semel cõmissum, non extingueretur. Tum quia semper debet timeri, quòd verè (id est, pertinaciter) hæreticus, qui cum plena deliberatione Matri Ecclesiæ cõtradixit, si cõte se emendatum ostendat, vt dicit Simãcas de inst. tit. 19. n. 12. & alias rationes tradunt alij. Quare, nec teneamur fraterne corrigere, nec adhuc emendatos, & correctos omittẽre denuntiationem, (& supra nu. 47. aliquas adduximus) specialis est, quia ex emendatione vnus delinquentis, (nempè hæretici, quæ fortè fieret ex correctione fraterna) non sãtisfit bonum cõmune: deinde, quia fortè ex illa hæresi, aliqui infecti sunt.

Vltimo aduertendum. Quòd correctio fraterna, vt manet probatũ nu. 73. est sic de iure diuino & naturali, vt si instet eius obligatio ius positium (denuntiandi aliquod delictum, illa ommissa) non debet præferri. Vnde supposito crimine hæresis, vel sollicitationis alicuius confessarij pœnitentẽ, (quòd ex nouo iure ad Tribunal, & iudiciũ Inquisitorum redactum est) quæ sint occulta, & priuatè, ac secretè quis cognouit, ex lege naturali, debet priusquam Inquisi-

Freitas.

D. Tho. Adrian. Anton. Nauar. Aragon. Suarez. Lexnsta vallis prohibet hæresim occultã, absque præuia correctione fraterna denunciari.

Simãcas Hæretic. difficile creditur emendat. licet appareat.

N. 47.

A toribus denuntiet, fraterne delinquentem, vel se ipsam (femina) sollicitantẽ, corrigere, & increpare, si specialiter certò præsumatur ex ipsa correctione fore emendatum. Et hanc doctrinã probauimus num. præcedenti; imò & hoc posito, omittẽre prorsus denuntiationem potest.

B Sed hoc non obstante, adest edictum Inquisitorum, omnes obligans, non vt ab homine, sed vt lex Ecclesiastica, lata à Tribunali, quòd perpetuũ est, & auctoritate Apostolica (& ipsa illi imperita) institutum, vt docet Auila 2. p. de censuris, disp. 5. nu. 4. in fin. cuius edicti in nostro casu, sunt verba: *Si superiores que alguna persona aya hecho, &c. sin comunicarla cõ persona alguna, porque assi comiense, vengais a manifestarlo.* & cum Auila sentit Suar. de Fide, disp. 20. sect. 4. num. 11.

C Sed in explicando modo proferendi hæc opposita iura, quòd præcedat admonitio, seu correctio fraterna in crimine hæresis occulto, (ex lege nature) vel quòd non præcedat admonitio, nec fraterna correctio, sed denuntiatione (ex lege positua Inquisitorũ) variè sentiunt Authores, & variè suã explicant sententiã. Seraph. de Freitas in additionibus ad Acunãam, q. 18. n. 30. ait, quòd publicata prædicta lege, seu edicto Inquisitorũ de denunciãdo hæretico, seu sollicitatore in cõfessione, sine præuia aliqua monitione, statim denunciandus est delinquens, quantumvis præsumatur ex correctione fraterna, aut admonitione emendandus. Sic docet expressè Arevalo de correctione fraterna, fol. 188. Et idem sentire videtur Suarez, loco citato, cù enim dixisset esse certam doctrinã, non vrgete præceptum denunciandi hereticum, cuius emendatio certo speraretur per solam admonitionẽ, ex inspectione iuris naturalis. Sed addit Suarez: *Hanc opinionem non posse defendi*, si supponatur esse aliquid ius positium, præcipiens immediatè procedendum ad denuntiationem: & addit, quòd quicquid nullò iure antiquo cõtineatur hoc præceptum de denunciãdo hæretico, prætermissa correctione; Hoc præceptum est ius, & lex canonica.

D **E** **F** **G** **H** **I** **K** **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **V** **X** **Z**

Fundamentum huius opinionis est, quòd sit talis mens Inquisitorum,

N. 48.

Edicta Inquisitorũ nõ dicuntur præcepta, sed leges.

Auila. Suarez.

N. 49.

Seraph. Freitas.

Arevalo Suarez.

N. 50.

*Intenti
2. m. In
quisit. in
mā dādo,
nō cōmu-
nicariper
sonam.*

in illis verbis. *Sin communicarlo con per-
sona alguna, por q̄ assi conuicene vengais
a manifestarlo:* quia si consultatio om-
nis prohibetur, ne hereticus fugiat, a
fortiori intelligitur, prohiberi pramit-
ti admonitionem, respectu personae de-
nuntiandae. Deinde, quia in dictis ver-
bis intelligitur, nolle dominos Inqui-
sitores, qui se cognoscunt expertos, &
cum sua speciali noticia, & experien-
tia, pro delictis huiusmodi indagandis,
& aperiendis, committere alijs iudi-
cium de emendatione damni facti,
sive emendationis haeretici, vel soli-
citantis ad venerea in confessione, sed
hoc sibi reseruare. Et tandem, quia
cum ex talibus criminibus, tam gra-
ue damnum Reipublicae, prudenter
debeat credi provenire, & crimino-
sus, quamuis forte possideat bonum
famae, (quia est secretum delictum)
hoc bonum priuatum, postponendum
est incōsummati, & bono commu-
ni, quia bonum gentis, est diuinius,
ex Philosopho, & praesumptio de in-
certa emendatione est certa, contra
in hoc crimine haereses lapsos, prop-
ter rationem dictam.

N. 51. Alij verò, non concurrere in praesenti casu, ius posituum cum naturali dicunt, sed ius naturale nudum, de consulendo bono, & famae proximi, monendo ante denuntiationem, cum iure naturali potiori, (utique) de consulendo bono communi, denuntiando, & cum securitate vitando fugam, prouidendo communi bono, quod non est dubium esse de lege, & iure naturali praecipuo, & non quidem nudo, sed simul cum iure posituo, legis, & praecipui Inquisitorum, de statim denuntiando haeretico: unde, qui haeticum ante monitionem denuntiat, praecipuum iuris communis obseruat, propter rationem dictam: & simul ius, & praecipuum posituum, & Inquisitorum.

Gratum Nec ex hoc excusatur ab obligatione correctionis fraternae, si sit faciet qui possibilis, & iudicetur ad bonum absq; periculo seu numero 73. Nec id impedire intenga haeretici dunt domini Inquisitores, imò & illicitate illis placere maximè, cum non minè corripus, sed ardentius emendationem dat.

A haeretici cupiant, quam alij, & quod ad meliorem mentem reducat proximi correctione, & finem emendationis, imò & supplicij, fructuosius perferendi.

Vbi aduertendum, quod Bañez 2.2. quaest. 33. articul. 8. dub. 2. ad 7. ait, non contraueniri huic Inquisitorum edicto, (de non consultando ante denuntiationem) per hoc quod laicus, seu ignorans in confessione, & sub sigillo eius, suum Confessorem doctum consultat (si non sit forte qui sollicitauit) circa id, quod dubitat esse in edicto mandatum denuntiari. Imò & Arevalo, citatus q. 183. dicit, non esse contra mentem dominorum Inquisitorum, consulere indoctam personam virum doctum, a quo instruat an crimen quod seuit sit de mandatis denuntiari; cui (quidem) Doctori obligauit sub mortali secretum, & consultanti, quod si excusetur, non reuelet personam delinquentis.

C Sed certè securius iudicarem, quod pro Confessore, & pro Doctore, consulatur Inquisitionis Tribunal, vel aliquis ex dominis Inquisitoribus, cui (priusquam iuridicè denuntiet, si id concedatur, & etiam ante nominationem personae delinquentis) referat actionem, quam vidit, & dubitat, an crimen, vel quale sit, & an illi pro, ac sancto Tribunali pertinens, aut reseruatum.

D Modo ergo assignato in praecedenti nu. 81. videtur posse intelligi sententiam asserentium, praefendum ius naturale, de non denuntiando emendato, vt supr. Hic desiderari possent (cū praxis de Republica Regulari, sit nostri operis argumentum) formulae, & modi expediendi res, & negotia emergentia, siue pro facultatibus, & dispositionibus concedendis subditis, ad praedicandum intra, & extra Monasterium, audiendum confessiones secularium, & etiam Monialium, siue pro litteris dimissorijs expediendis subditis, pro suscipiendis a quibuscunque Episcopis, quoscunq; Ecclesiasticos ordines Sacros, minores, & confirmam: & multo magis, huic nostrae formae procedendi, hic appositae, addenda forent speciales formulae pro iudicijs, inter Religiosos faciendis, admittendis, seu expediendis litteris, pro denuntiatione, seu expeditione

Præla-

*N. 52.]
Bañez.
Opinio
quorūdā
posse an-
te denun-
tiationē
cōsultare*


Areval.


*Formul.
iudicial.
actū, &
extraiu-
dicialiū,
& aliarū
expeditio-
nū, quae
in praxi
gubernati-
uā, &
politicae
potestatis
Prelato-
rū repe-
riūtur.*

Prælati, seu Visitatoris, ad incipendam visitationem, seu incipiendum iudicium visitationis, seu inquisitionis generalis simpliciter, vel quoad personas, aut quo ad delicta; Processuum confectio, vel contra infamatum in visitatione, seu inquisitione generali, quæ est apud Benedictinos, el tomar los clamores, & advertencias, que dan los Religiosos en las visitas, & in alijs Religionibus vocantur *visitationes*, denuntiationum, seu accusationum formularum. Examen testium super fama, circa denuntiationem factam contra aliquem delinquentem, circa delictum notorium, seu aliter; delinquentis confessionem. Formam sententiæ, eius confessionem, pronuntiationem, & notificationem, pluraque, quæ in Republi-

ca Regulari ad iusticiam administrandam ad bonum commune, & Religionis gubernationem pertinent, omisimus; remittendo Lectorem ad similes nostri argumenti Authorem, nostri instituti similiter Benedictinum Monachum, congregationis Vallis Umbrosæ, Magistrum D. Ascanium Tamburinium de Marradio, qui egregium opus ijs annis edidit, de iure Abbatum, & Prælatorum, tam Regularium, quam secularium Episcopis inferiorum, & excussit Romæ, anno 1630. qui ad calcem primi tomi Formularium harum expeditionum ad centum & octo Formulas reduxit.

Finis tractatus octavi.





TRACTATUS NONVS.

De paupertatis voto.

HABET DVO CAPITA.

Cap. 1. In quo consistat paupertis votum.

Cap. 2. De ijs quæ votum paupertatis infringunt.



Variis in obligatione seruandi paupertatis votum, magno-
pere inuitatur Prælatorum Religionis potestas, dum vsum
necessarium rerum concedere in Prælati consistat voluntate,
& hinc ad secundam partem videatur pertinere tamē, quia
in huiusmodi paupertate, nō minus nititur Religiosi ingenua
seruitus: ad primam hanc partem quæ de illa est, non est dubium etiam perti-
nere. Unde

Supponendum in primis, ex Abbate sancti Facundi Benedictino, nunc
Archiepiscopo sancti Domini, in sua Philosophia morali, de Ecclesiasticis
i. part. lib. 1. §. 2. & alijs. Quod paupertas de qua hic, nec ratione mediæ, nec
præcepti, est necessaria ad salutem, sed solum voti: unde solum obligat Re-
gulares. Suppono secundo, quod sicut paupertatis votum implicite emitti-
tur in obedientia, sic potestas dominatiua, in gubernatiua continetur.

F. Facun-
dus Tur-
rianus.

Supponendum secundo. Quod ad secundam partem de variâ potestate,
pertinet in rigore tractatus de dominatiua, & administratiua, super Reli-
giosos, & bona Monasteriorum, quæ ex voto paupertatis procedit: modo
enim quo per essentiali status Religionis, per probationem, per vota, per pro-
fessionem votorum essentialium, & solemnium, constituitur hæc ingenua Re-
ligiosi seruitus, & subiectio, quasi in communi, & homo positus in manu con-
sily sui; per obedientia votum constituitur subditus (vt videbimus:) sic
per paupertatis votum, specialiter homo redditur seruus, cum hoc sit in pau-
pertate præcipuum, non habere (scilicet) alicuius res dominium, nec sui ipsius.

Posi-

Posito ergo in hac prima parte, uno relatiuo, nempe seruo, & seruitute, resultabit tractandum in secunda de alio correlatiuo, scilicet domino, & dominatiua potestate; quam pertinere ad gubernatiuam, quam habet dominus respectu serui, pater, & tutor respectu pupilli, dicemus.

Quare omisissis tribus tractatibus de dignitate, & precedentia statu, ac Prælatorum Ecclesia, & eorum potestate directiua, & gubernatiua, quæ varia, & multiplex est, respectu illorum qui se voti adstrinxerunt obedientiæ, & de potestate super bona externa. In presenti tractatu 9. huius primæ partis agimus; & de voto paupertatis, in quantum seruitutem ingenuam Religiosi constituit, sicut in ultimo tractatu, 2. partis, de illa, ut constituit potestatem quæ Prælati Regularibus pertinet, dominandi, & administrandi bona Monasterij, (si illud sit capax in communi habendi) & dominandi actiones, & lucra, ac opera subditorum. Vbi obiter aduerte, huius virtutis, consilij, & voti, illum perfecte esse observatorem, qui non solum in effectu, sed & in affectu sit pauper: ex illo Prosperi apud Aug. semper habet quisquis semper habere cupit.

Prosper.

Vbi quarto supponendum est, & prænotandum cum D. Thom. 2. 2. q. 188. artic. 7 & pluribus Authoribus. Nullo modo repugnare status Religiosis, nec voto paupertatis, possidere aliquid in communi: & declaratur in Canone ille qui, & in Canone exēpti, 2. q. 1. & à Papa Ioanne XXI. in Extraneanti; cum inter nonnullos, de Verborum significatione: & ex Concil. Trident. sessione 25. cap. 3. de Regularibus. Constat enim ibi Monasteria etiam Mendicantium, licite posse possidere in communi bona mobilia, & immobilia.

D. Tho.

Can. ille qui.

Can. exempti.

Extrane. Trident. sess. 25. c. 3.

Vnde tota huius tractatus difficultas versatur circa paupertatem, in particulari; quomodo & quando violatur à Religiosis. Est ergo paupertatis votum, de tam supremo bono, ut Doctores sacri, & Patres dicunt, ut nec sequi Christum, nec eius esse Discipulus potest, qui non sit pauper. Sic explicat Matthæum, & Lucam Abbas Esaias.

Mat. 19.

Luc. 14.

Abb. Esaias.

CAPVT PRIMVM.

In quo consistat paupertatis votum.

CONTINET VIGINTI QVÆSTIONES.

Quæstio 1. Quid promittant proficentes, per votum paupertatis?

Quæst. 2. Vtrum de licentia Præ-

lati possit Religiosus aliquid possidere, non obstante paupertatis voto?

Quæst.

- Quaest. 3. Quis sit usus rerum, quem habent Religiosi in particulari.
- Quaest. 4. Utrum quando quis habet usum rerum consumptibilium, possit dare alteri, ut si Religiosus det portionem carnis, obsonij, vel panis sibi ad propriam sustentationem taxatam, ex dispositione Ordinis.
- Quaest. 5. Utrum possit Religiosus de licentia Praelati habere ad usum modo explicato magnam suppellectilem rerum superfluum, & pretiosam.
- Quaest. 6. Utrum Religiosus de licentia Praelati possit habere aliquam partem, seu quantitatem pecuniae specialiter, & separatim depositatam, ipsius Religiosi usibus deputatam, & de bonis reliquis Monasterij sequestratam, ad modum peculij secretorum, seu militum.
- Quaest. 7. An compatibile sit cum paupertate Religiosi status, habere ius, titulum, aut facultatem ad exigendum, & recipiendum aliquos annuos redditus, & ad hoc possit Praelatus licentiam dare.
- Quaest. 8. Utrum possit Religiosus de licentia Praelati habere villam, seu grantiam sibi unicam, ut reddat Monasterio quotannis certam quantitatem, & reliquum sibi retineat. Et idem, si beneficium regulare sit.
- Quaest. 9. Utrum Religiosus possit habere aliquam pensionem super aliquod Beneficium, de licentia Papa.
- Quaest. 10. Utrum Praelatus possit concedere licentiam Religioso, ut expendat peculium in quos voluerit usus, etiam profanos.
- Quaest. 11. Quanta licentiam possit Praelatus Regularis concedere, ad donandum extraneis de bonis Monasterij, vel ipse concedere, & donare.
- Quaest. 12. Quanta licentiam possit concedere Praelatus Regulari subdico, ad donandum de suo peculio, vel sibi assumendum, seu expendendum.
- Quaest. 13. Utrum economus, aut legitimi administratores bonorum Monasterij, possint aliquid donare.
- Quaest. 14. Utrum Praelatus possit de bonis Monasterij sibi assumere libros, imagines, vel duplicatas vestes.
- Quaest. 15. Utrum quando datus est Religioso usus liber, seu dispositio bonorum, reddituum, aut Cathedra stipendium, aut simile, pro annuo victu, & vestitu, ita ut nihil aliud petat, possit de ijs, quae superflua sunt, dare eleemosynam, facere donationem, aut alias licite insumere.
- Quaest. 16. Utrum peccet contra votum paupertatis Religiosus extra Monasterium legitime degens, aut in itinere, donando ali-

aliquid, aut consumendo; Ultra id, quod requiritur ad honeste, & secundum suum statum, iter faciendum.

Quest. 17. Utrum ex pecunijs, quas communitas dat Religiosis, pro sumptibus itineris, aut sustentatione congrua, si extra morentur, si aliquid superfit, hoc residuum sibi, & suo peculiariter retinere Religiosi ipsi possint.

Quest. 18. Quanam licentia requiratur Pralati, ad hoc ut subditus possit aliquid dare ex suo peculio.

Quest. 19. In quo differant, & in quo conueniant donationes, quas facere possunt uxores, filij, & serui, à donationibus Religiosorum.

Quest. 20. Utrum præter obligationem voti paupertatis, sint alio iure prohibita donationes Religiosorum.

QVÆSTIO I.

Quid promittant profitentes, per votum paupertatis?

Quid intelligatur nomine proprii.

Pro intelligentia notandum in primis, quod nomine, & appellatione proprii non solum intelligunt Doctores omnes dominium, & proprietatem rei; sed etiam usum, & usufructum, possessionem, & administrationem, prout sunt iuris, non prout sunt facti: nam hic usus facti, ex licentia Prælati potest haberi, qui quâdo illam concedit Religioso, non dispensat in voto paupertatis, sed ponit in praxi, concedit enim pauperi sustentationem.

N. r.

Notandum secundò, horum verborum significationem, & proprietatem: in primis enim, Dominium, seu pro-

Aprietas est ius perfectum statuendi liberè de re corporali, nisi fuerit lege prohibitum. Vltus est ius, quo quis potest in proprium suum commodum tantum uti fructibus rei seu re ipsa, salua eius substantia. Sic ff. de usu, & habitu. Possessio est ius insistendi rei corporali, à qua possidenda non prohibemur. Sic Hostiensis in summa, tit. de acquirenda, & retinenda rei possessione. Administratio est ius, quo quis potest apud iudicem agere, & conuenire aliquem de re aliqua, & de illa statuere extra iudicium, ita ut sit libera, & legitima potestas, siue facultas agendi. Vltus fructus verò est ius, quo quis potest rei fructus impendere ut vult, & salua substantia rei, sed ita ut possit arbitrata suo rei fructus locare, vendere, & alienare. Sic

Bonus fructus est ius, quo quis potest apud iudicem agere, & conuenire aliquem de re aliqua, & de illa statuere extra iudicium, ita ut sit libera, & legitima potestas, siue facultas agendi. Vltus fructus verò est ius, quo quis potest rei fructus impendere ut vult, & salua substantia rei, sed ita ut possit arbitrata suo rei fructus locare, vendere, & alienare. Sic Glossa in l. 1. ff. de usu, & habitu. Hereditas est ius succedendi in bonis alicuius. Ius tandem, quod est quasi genus habendi quocumque modo quamcumque rem mobilem, & immobilem; est id, quod Hispanè dicitur, *razon*, ò *derecho*. Sic Authores apud Sarrum, clauis Regia, lib. 9. cap. 3. n. 1. Et est quantum ad præsens, duplex. Aliud est ius, quod opponitur iniquo (quod inuoluit iniuriam) & est obiectum iustitiæ, quæ versatur in tribuendo ius suum unicuique, vnde dicitur æquum, & iustum, seu præscriptum ordinationis re & æ. Aliud ius dicitur, & est illa facultas, & potestas, quam habet quis faciendi aliquid, obtinendi, vel in eo persistendi, vel alio modo se habendi; cui iuri non potest sine causa iusta contraheri sine iniuria.

Rursus hoc ius isto modo explicatum, adhuc est duplex. Aliud, quod dicitur ius ad rem & est maxime ius, & magis propriè: nam consistit in hoc, quod aliquis habeat titulum iustum ad acquirendam, vel habendam aliquam rem, mediante aliqua scriptura, aut tali vinculo obligationis, quod dicitur titulus, seu actio. Ius in re est, non habere solum titulum, & actionem ad rem nostram; sed & dominium, & possessionem illius. Bona fides, quæ licet non sit ex se ius, nec aliquid iuris, est des quid. definienda, ut habeatur in cap. si virgo, causa 34. quest. 2. Est tranquilla conscientia, quæ toto tempore continuatur constituto per leges ad præscribendam

N. 2.

Bona fides non sit ex se ius, nec aliquid iuris, est des quid.

dum, existimante illo qui possidet, se esse verum dominum. Qua ratione, usufruarij, fures, & alij iniqui detentores, nullo tempore prescribunt: quia habentes ex affectu, & voluntate rem, ut suam, conscientia credit, & dicit esse alienam: quod innuit regula Possessor, de regulis iuris, in §. scilicet, Possessor mala fidei nunquam prescribit; quod iure canonico est certum, ex dicto cap. ex Innocentio III. in Concilio Lateranensi, in cap. finali, de prescriptionibus, & ex cap. vigilant, ex Alexandro III. quanvis in foro exteriori, secundum aliquas leges Cæsareas, seu civiles, in aliquorum opinione prescribantur, sine bona fide, ex Glos. 2. in cap. finali, de prescriptionibus. Quam sequitur Adrianus in 4. Sentent. in materia restitutionis. Sed cum hinc scandala, & peccata nutriantur, Ius canonicum, & potestas Ecclesiastica, quæ potest temporalia in ordine ad spiritualia dirigere, hoc prohibet.

Regula iuris.

Adrian.

*N. 3.
Quid sit prescriptio.
Sairus.*

Prescriptio est ius possidendi, vel quasi possidendi rem corporalem comparatum ex possessione illius, pro tempore à lege presignato. Vel, ut definit noster Gregorius Sairus, in clavi Reg. lib. 9. c. 12. n. 1. Prescriptio est adquisitio dominij, & iuris, per possessionem legitimam continuatam pro tempore prescripto. Vbi possessio non intelligitur physica, & materialis solùm, sed civilis, & cum aliquo titulo, qui sit, vel inducat bonam fidem. Tempus etiam lege prescriptum, quod ponitur in definitione variatur penes res, & bonâ, quæ prescribuntur, & etiam precedentium dominorum. Vnde bonâ immobilia aliqua prescribi non possunt, quæ esse vndecim dicunt Auctores, & Sairus, vbi supra, lib. 9. cap. 13. à num. 3. & de rebus, quæ prescribi possunt, quantum tempus quacumque, siue ista ad Romanam pertineat Ecclesiam, siue ad aliam, & siue ad laicas personas, & quantum tempus sufficiat ad prescribendum inter presentes, & quantum inter absentes, quæ est differentia, ex leg. quas actiones, cap. de usucapione. videatur ibi, & quod absentes dicta lege dicantur (quantum ad immobilium prescriptionem) qui extra regna, & prouincias, vbiicumque sint, & cõmõrentur.

A De absentia, & tempore ad prescribendam bona mobilia (quæ sic dicuntur, quia ab vno loco ad alterum moueri possunt, ut nauis, bestia, supellectilia, vestes, & similia) diuersimodè est loquendum; quanvis horum prescriptio cum maiori proprietate, dicatur usucapio. In hac ergo usucapione, id est, mobilium prescriptione, dicunt Auctores, quod cum bona fide, vel saltem sine mala, quod (inquam) aliquis sciat malam, aut onerari, esse alterius, vel cum aliquo fundamento id presumat, sed bona fide, scilicet, quod aliquo modo possit talis res esse sua; tunc per tres annos absentia, vel non comparendi inter presentes vnius oppidi, seu viciniae, non comparente aliquo domino vero, sit prescriptio, seu usucapio: & deinde habetur possessio rei, quia talis res, seu mula presumitur haberi quasi pro derelicta. Inter absentes verò, ad quorum notitiam non citò presumitur notitiam rei deperditæ peruenire, requiruntur quatuor anni, ex instituta de usucapionibus; & in leg. quas actiones.

*N. 4.
Usucapio versatur circa mobilia.*

C Notandum secundò, posse dari vsum, & possessionem facti, non iuris, id est, quod sine iure, aliquo titulo (aut Hispanè, *derecho, razon, ò facultad para ello*) possit aliquis uti aliqua re, ex mera permissione domini, seu Prælati. Hanc autem potest habere seruus, filiusfamilias, & Religiosus; nihil enim proprium habere dicitur, qui aliquid habet nutu, & voluntate alterius; nam hoc modo commodatarij, depositarij, & coloni habent possessionem rei; quomodo autem fiat translatio dominij, dicemus infra.

N. 5

D Notandum tertio, cum Azor, & alijs, nomine dominij, & proprietatis intelligi etiam id, quod vocatur quasi dominium, & quasi proprietatis; est enim ut docet Glossa in cap. conquestus, de foro competentis, & in l. sequitur, §. si vnico, ff. de usucap. & l. 3. de adquirenda possessione, dominium, vel proprietatis rerum corporaliū mobiliū, siue immobiliū, ut domus, vineæ, vestis, mula, &c. quasi dominium, aut quasi proprietatis est, respectu iurium incorporaliū, cuiusmodi est Beneficium Ecclesiasticum, iurisdictio, ius patronatus Ecclesie eligendi, seu presen-

*N. 6.
Azor.*

randi

tandi Parochos, Capellanos, Iudices, & similia iura, quæ cum corpus non habeant, nec tangi, dominari, nec possideri possunt; sed tantum quasi possideri. Ex quo sequitur, quod possessio, & dominium pertinent ad ius illud, quod dicitur ius in re; quia cum versetur dominium, & possessio circa res, & actiones corporales, quæ possunt attrahi, & manibus tangi, in illis dominium conseruatur, & acquiritur per possessionem, & hæc per realem, & corporalem apprehensionem; at verò cum iura incorporalia non possint tangi, nec attrahi, aut realiter ab aliquo apud se haberi, solum possideri improprie, & metaphoricè possuat; & sic ipsorum dominium, & possessio solum consistit in illo iure, *derecho, accion, ò facultad* (Hispanè loquendo) ad vtendum illo iure incorporali præcedendi in confesso, præsentandi beneficium.

N.7.

Sequitur secundo, quod ad adquirendum dominium, & possessionem horum iurium incorporalium, per viam præscriptionis legalis, non sufficit probare possessionem per tempus à lege præstitutum; sicut domus, & equi, & actus possidendi equitandi, & inhabitandi: sed requiritur probare actus contradictionis intentatæ, & deuictæ, & quod contradicente illo, qui modò intendit ius ad præcedentiore confesum, victus fuerit; & tunc sine titulo alio, per præscriptionem gaudebit dominio, & possessione, seu quasi: si enim ista contradictione victa, ista scientia, & patientia non probetur, non liquidò constat iustificatio præsentæ præscriptionis, cum in actibus, & iuribus, quæ per actus facultatiuos exercentur, hoc necessarium sit, ex leg. 2. de seruitutibus, & aqua; Calderinus consil. 12. de de iure patronatus; Capitaquensis, decis. 418. & ex alijs Gonzalez super Regulas Cancellariæ, à fol. 45. §. 2. nu. 32. & 33. Quod enim quis, vrbauitatis, seu focordie causa, aliquem sine titulo præcedere sæpius permittat in confesso, aut ad alterius molendinum suum triticum molendam semper immittat, si non ex contradictione victa constet, parum nocet, aut nihil. Vnde in liti- bus, & controuersijs super iura patronatus, seu præsentationis Beneficij, si

Calderi-
nus.
Capitaq.
Gonzalez.

A non primitiuus titulus, sed præscrip- tionis sit fundamentum; probationes sic concludunt, de scientia, & patientia iuris illius incorporalis. Quibus prænotatis, respond. ad quæstionem, & est resolutio prima.

N.8. Resol. 1

Promittunt Religiosi in professione paupertatis, non habere alicuius rei dominium, neque possessionem, id est, abdicant à se ius constituens illos in esse proprietarij, vel domini: quæ duo dicunt præcipue ius, & possessorem; nam primum, id est, dominium, dicit, & B includit ius liberè disponendi de re corporali, acquirendi, & recipiendi quamcumque rem, dum sit sine iniuria alterius.

N.9.

Secundum autem, id est, possessio habet, & dicit ius, vt possit vti tali re independenter à voluntate alterius, vtendo, fruendo, donando, mutuando, vendendo, & alienando, nisi fuerit aliquid horum lege prohibitum: quod dico propter dominium pupillorum, & aliorum, qui sunt aliàs veri domini, & tamen aliquem vsum habent impeditum bonorum.

Hoc ergo utroque modo habendi se priuant Religiosi per votum paupertatis: pollicentur enim se non habituros, nec recepturos, tanquam dominos illam liberam facultatem circa rem aliquam, neque etiam vsurpaturos quidquam independenter à voluntate alterius, scilicet Superioris.

N.10.

D Resolutio secunda. Caret Religiosus per votum paupertatis, non solum dominio, & possessione quorumcumque bonorum; sed etiam quasi dominio, & quasi possessione; quod est dicere, quod per votum paupertatis priuantur iuribus incorporalibus, vt explicatum manet, & vt infra sigillatim explicandum, & disputandum est. Quod constat, quia possidere, vel habere huiusmodi incorporalia iura, est quidem E aliquid iuris, quod non est licitum habentibus paupertatem; quannis ijs esset licitum habere vsum facti: quia hic compatibilis est cum voto paupertatis.

N.11.

Resolutio 3. Priuantur præter dicta iura Religiosi dominio directo bonorum, v.g. emphiteoticorum, & etiam dominio vtili, & vsufructu, & quolibet vfu,

N.12.

usu, qui sit aliquomodo quid iuris, & aliquid amplius, præter usum facti, & eodem etiam modo continetur in eodem voto paupertatis, abdicatio pecuniarum, & cuiuslibet alterius rei pecunia æstimabilis: in iure enim, verbo Pecuniarum, non solum venit intelligenda numerata pecunia; sed etiam res omnes, tam stabiles, tum mobiles, tum corporales, ut domus, & vestis, tum non corporales, seu incorporales, veluti scripturæ, iura, & actiones. Et ad hoc reducitur tota doctrina Siluestri, verbo Religio, c. num. 2. & ex his fit satis quibuscumque dubijs: notando cum

Fulgent.

Russ.

Hieron.

Ioann.

Chrysof.

To. And.

Fulgentio Ruspensi Episcopo, epistola de debito coniugali, cap. 8. cum Hieronymo, epistola ad Demetriadem, Chrysolomum, homil. 12. in Act. Apostolorum, quod usurpationem rerum, propria ipsius Religiosi autoritate, in quo ait Ioannes Andreas consilium paupertatis violationem, comparatur peccato Ananiam, & Saphiram, qui de omnibus suis bonis semel Deo voluntarie oblatis, aliquid sibi absconderunt.

Notandum tertio, adhuc circa materiam huius voti, quod contractus, qui hoc voto etiam interdiciuntur Religiosis, multipliciter diuidantur: in primis enim sunt in duplici differentia tales contractus; quidam enim sunt, per quos non transfertur dominium, ut contingit in deposito, locato, conducto, & commodato: alij sunt contractus, per quos transfertur dominium rei ab vno ad alium, ut emptio, venditio, donatio, commutatio, & similes.

Secundo, diuiduntur contractus primi ordinis, illi scilicet, per quos non transfertur dominium: nam quidam sunt in utilitatem solum dantis, ut depositum, quod sit in commodum, & utilitatem depositantis solum, & non depositarij: alij: qui solum vergunt in utilitatem recipientis, ut commodatum, seu impræstitum: & tertio sunt alij contractus, qui sunt simul in utilitatem, & commodum dantis pariter, & recipientis, ut sunt locatum, & conductum; quod enim conducitur, & locatur, ita sit in utilitatem dantis, seu locantis (vineam v. g.) quod pariter sit in utilitatem recipientis; ille enim

A percipit fructus, ille pensionem, seu redditus impositos.

Notandum quarto, circa contractus primi generis, per quos ex se non

transfertur dominium, nec ex sua natura, & specialiter circa contractus secundi ordinis istorum; illos nempe contractus, qui sunt solum in utilitatem recipientis: quod quauis ex natura contractus non sit, quod dominium rei mutuatae transferatur; tamen aliquando potest transferri dominium (per accidens quidem) quod contingit, quando res ipsa, quæ mutuatur, usu consumptibilis est, ut pecunia, vinum, triticum, aut alia cibaria: nam tunc huius rei mutuatae transfertur dominium a mutuante in mutuatarium; nam tacite consentit mutuans, imò percipit commodum, & utilitatem in eo, quod res mutuata (quæ seruata eadem numero sub dominio mutuantis perirent, quia vel usu, vel lapsu temporis corrumpereantur) consumantur a mutuatario, edantur, vel bibantur, seu expendantur, dum alijs earum loco succedentibus, fors mutuantis maneat incolumis, & securior.

Ex quibus sequitur primo, quod quauis mutatio, seu commodatio, commodatum, vel mutuum de sua natura sit ex illis contractibus, in quibus non transfertur absolute dominium rei; tamen ex accidenti possunt transferre dominium, ut dictum manet.

Sequitur secundo, quod id, quod de contractu commodatario, seu de mutuo diximus, potest similiter dici de contractu depositario: nam quauis regulariter depositarius non accipiat dominium rerum depositarum; sed hoc maneat apud depositantem, qui lege huius contractus non transfert in depositarium dominium rei depositatae; per accidens tamen (ut supra diximus) si res depositata, v. g. sit usu consumptibilis, & eadem numero conseruata periret, & consumpta restituta eam simili, secura magis, & incolumis maneret depositantis fors; sit hinc, quod tacite permittat mutuans, vel depositans, & velit quod consumatur ex eadem lege; vnde fieret etiam, quod in tali casu, in contractu depositario tum

N. 15.

N. 16.

N. 17.

trans-

transfertur, quanuis per accidens, dominium; quod quidem ex natura sua repugnat ipsi contractui, quod scilicet depositum conuerteretur in mutuum.

N. 18.

Tertio, sequitur resolutio ad quandam controuersam difficultatem, obiter hic attingendam; occasione huius necessariz doctrinæ; pro exacta intelligentia paupertatis. Et fuit casus pro anno 1623. quando in Regnis Castellæ valor monete, dictæ vulgariter *de vellon*, fuit per legem, seu pragmaticeam, minutus, & reductus ad dimidium præcedentis valoris; cuius legis occasione, & executionis illius, multæ oborta sunt lites, prætendentes quotquot contigit habere apud se alienum; cuiuscumque contractus virtute, siue titulo commodati, siue depositi, vel etiam per fructus, aut reditus rei locatæ (elapso termino) apud se retentos, aut aliter, quod solum viderentur satisfecisse cum dimidia parte quantitatis monete; quam acceperant, vel antea aliis debuissent; quasi diminutio, & detrimentum illud ipsis præcipuis dominis, & non mutuatarijs, commodatarijs, debitoribus, seu quocumque titulo detentoribus deberet competere.

N. 19.

In qua re est fundamentum, quod res, quæ sine dolo, aut lata culpa alicuius perit, aut minuitur, domino vero perit, aut deterioratur: vnde pecunia, quam vnus homo ab alio accepit mutuatam, si interim minuitur, integer valor debet reddi. Et ratio est, quam assignamus: quia, scilicet, pro tunc est in dominio mutuatarij; quia quanuis per contractum mutui (absolute loquendo) non transferatur dominium (vt supra diximus) per accidens, ratione rei mutuatae; quæ vsu consumptibilis est, & tacite mutuanus cognoscens quod nisi illa expendatur, non consequuntur nec mutuanus, nec mutuatarius intentum, quod est subuentio alicui necessitati, assentitur. Eadem ferè ratione pecuniam depositatam, si depositarius intempserit, & illa consumpta valor illius speciei monete minuitur, tenetur duplicatam, vel in moneta reformatam, cum pleno, & integro valore, & quantitate

A soluere: Quod constat. Nam quanuis de se contractus depositi sit in utilitatem, & commodum depositantis, nec transferat dominium, eo ipso, quod res, nempe pecunia, est vsu contumptibilis, cum vsu, & consumptione transijt dominium; & sic depositario, qui expendit, venit dispendium, & diminutio illa pecuniae, siue licite expendit dictam pecuniam, hoc est, ex consensu, & licentia tacita, vel expressa depositantis; siue illicitè, quod intellige, ex furtiua actione, quasi contra voluntatem veri domini, qui depositauit.

B Scio aliquos Doctores aliter sentire, & in dicto euentu, & tempore, depositarios illos, qui apud se depositum pecuniae habentes, & fortasse in commodum suum, & proprios vsus consumptum, absoluere ab obligatione reddendi, quando depositum exigatur, illam quantitatem, in qua pecunia minorata fuit. Et fundamentum illorum est: in primis supponendo, quod deponens pecuniam, quamuis in propriam utilitatem, faciat suam, & per contractum depositi intendat suæ pecuniae custodiam, & incolumitatem, illam solummodo incolumitatem præuenit, & exigit à depositario, quæ est reddere illam securam, & tutam à latronibus, quia tutiorem habeat domum, vel ab occasionibus frequentibus expendendi ex minus urgentibus occasionibus; non autem curat, nec intendit, quando deponit; quod depositarius de tali contingenti, & non præuenibili euentu maneat obligatus: vnde tacite, pro cura seruandi, & pro obligatione reddendi statim acceptatur depositum, cum quocumque dispendio depositarij (si forte expendit) vel aliter apud se tunc non habeat, permittit, vt pro his oneribus, quantitate, & valore monetæ vtatur, & (reseruato sibi dominio) si illa minuitur, sibi eueniat dispendium.

C Neque obstat, quod forte depositarius integram antiquam quantitatem lucratur, & emit tanti valoris res ac fuit prioris, non minoratæ monetæ, & per consequens recipit commodum monetæ depositatæ: vnde id, quo

N. 20.

X factus

factus est ditior, tenetur reddere de-
positanti.

Respondetur, hoc quidem per ac-
cidens esse, & hanc rarissimè contin-
gentem occasionem, cum alijs, quæ
fortè ex depositata apud se pecunia
possent depositario contingere, ita itè
videtur consentire; vt si solutionem fa-
ceret intra tempus legale ex deposito,
qua excusaretur à soluenda decima e-
xecutionis ministris Iustitiæ, & alia si-
milia, quæ possunt euenire: deposita-
rius enim nullam aliam vtilitatem exi-
git, quam vt sit securitas, & custodia
suar monetæ. Vnde probabile vtrum-
que.

N. 21.

De alijs autem pecunijs, quæ cre-
ditoribus deberentur, terminis solu-
tionum elapsis; si ex pensionibus, re-
ditibus, seu fructibus (verbi gratia)
processerint, & incumbat debitori po-
nere, & portare in manu creditoris, &
non factò intentare postea cum medie-
tate precij solutionem facere, quasi pe-
cunia sub dominio creditoris fuerit
diminuta; non est securum; quia cre-
ditori non fuerat adhuc translatum
dominium, & tantummodò habuit ius
ad rem, id est, reditus; aliter si termino
elapso incumberet creditori immitte-
re, & asportare reditus, specialiter si
debitor requisivit, quod iuret, & acci-
peret.

N. 22

Notandum quintò, quòd cum co-
gnitio dominij, eius acquisitionis; &
translationis ad hunc nostrum præsen-
tem tractatum, & eius noticiam maxi-
moperè expediat, illam attingere fuit
necessè.

In quo sciendum, quòd non est
nobis seruo hic de dominio, vt est
idem de cum dominatu, & dominatio-
ne, de qua Sairus noster, & alij, quos
citatur, & in sua elauì Regia, lib. 9. cap.
2. num. 2. Nam hæc sumitur in bonam,
& in malam partem; nempe pro im-
perio iusto, & pro tyrannico; & pro
illo dominio solùm, quod est respectu
subditorum, super quos exercetur do-
minatus, nempe rationabilium creatu-
rarum; sed in presenti loquimur solùm
de dominio, quod præcipuè versatur
circa res vsurationis carentes, cuius-
modi sunt vestes, domus, boues, equi,
pecuniæ, & solummodò latè, & minus

Sairus.

proprie versatur, & extenditur ad il-
las dominandas res, quæ licet vltim-
rationis habeant, nihilominus perfectò
carent vsu libertatis.

Remittendo igitur dominium, pro N. 23.

dominatu, & dominatione sumptum,
ad id, quod in sequenti tractatu huius
primæ partis dicturi sumus. Domi-
nium sic proprie dictum illud est, quod
numero quarto definiuimus, quod sit
ius statuendi liberè de re corporali,
nisi impediatur lege. Ferè eodem mo-
do, quantum ad sensum, & rem, defini-
tur à Iuristis, quantum differant verbis,
videre est apud Sotum de Iustitia, &
Iure, lib. 7. quaestione 1. artic. 1. & apud
Gregorium de Valentia, tomo 3.
disputat. 5. quaestione 10. p. 1. & alios
Theologos: ex Iuristis verò apud Bar-
tholum, in leg. si quis vt, §. differentia,
de acquirenda, vel amittenda posses-
sione: & sequuntur communiter om-
nes.

Definit.
dominij.

Sotus.
Valent.

Tractant autem hanc materiam
ex professo Valentia, & Sairus citati,
Dominicus Bañez, Petrus de Arag.
Michael Salon 2.2. tractatu de domi-
nio; vbi etiam agunt de alijs, quæ enu-
merauimus, scilicet vsufructibus, pos-
sessione, administratione, & cæteris;
de translatione, & acquisitione domi-
nij, tam ex lege naturæ, quàm gen-
tium, & civili; de diuisione ipsius do-
minij in dominium directum, & indi-
rectum, seu vtile; in altum, & bas-
sum (Hispanè loquendo) alto, y ba-
xo, nempe baxo, seu baslo, id est, im-
mediato, quod habet quicumque pe-
cuniaris vicinus de re sua, veluti de ca-
quo, vel de bone, aut de nemore; vel
etiam ciuitas, vltis, oppidum, pagus,
aut populus habens bona specialia
propria, quæ vulgo nuncupantur, pro-
pios de la ciudad, & in dominio alto,
id est, dominio illo, quod habet Prin-
ceps, seu Respublica, super illa bona
particularia, quæ possident sui do-
miciliarij, & vassalli, vt sic dicam; par
mayor, id est, altiori modo, seu su-
piori titulo; quantum non immédia-
to, ad vtendum, & disponendum de
ipsis subditorum bonis, in bonum pu-
blicum, vt si urgeat necessitas, immi-
neat inundatio, adsint hostes, aut fure-
cat ignis, vastando vicum, & vicinas
domos,

Bañez.
Arag.
Salon.
N. 24.

domos, pro euntibus fami vicinis, ob tritici, aut pecunie penuriam, tunc habet dominus, seu Princeps populi, seu Reipublicæ Administratores, hoc dominium altum, id est, altioris ordinis, vt pecunias, & triticum mutuet, commodet, vel vendat, demum vt compellat propriam vicini domum demoliri, vt discontinuetur, & extinguatur furens ignis, vel vt irrupens inundatio aliò diuertat. Verum est quòd Iuristæ aliter hoc dominium, altum, & bassum vsurpant.

N. 25.
Diuersa principia translationis dominij rerum ab vno dño in alterũ

Nota sextò, quòd omnia bona externa, & eorum dominium tribus subiiciuntur. In primis Deo, tanquam supremo ipsorum domino, & ipsorum bonorum translatio ab vno in alterum dominum, per solam diuinam voluntatem, explicatam nobis manifestè per reuelationem, aut per Scripturas sacras potest fieri; & de facto fuit facta pro suo beneplacito, quando Regnum à Cananeis abstulit, & tradidit filiis Israel; & similiter Regnum Saulis, quod transtulit in Dauid. Et sic si similiter de voluntate diuina, de alterius Regni, aut rei cuiuscunque translatione ab vno domino in alterum facta, vel facienda, constaret, fieret similiter. Secundò, subiiciuntur talia bona proprijs dominis, qui dicuntur habere illorum dominium bassum, & immediatum, qui legitime possunt transferre suorum bonorum dominium in alios dominos, per solam suam liberam voluntatem, illis notam, quibus donatur, & non aliter, modo superius explicato. Tertiò subiiciuntur hæc bona Reipublicæ, per legem ab ipsa constitutam, cuius virtute, quando vrget ratio, boni communis, vel sententia iudicis, inuitis, & repugnantibus proprijs dominis, & immediatis, auferuntur ab ipsis bona, & eorum dominium transfertur in novos dominos, quod præstat Respublica, in lex, aut Principes, virtute dominij alti.

N. 26.

De translatione dominij rei prima, nempe, per diuinam voluntatem, nec est quid dabitandum, nec addendum. Nec etiam circa translationem, quæ authoritate iudicis, Principis,

A aut Reipublicæ fiat, est dubium; cum ad id ex causa (vt diximus) habeant sufficientem, & legitimam potestatem, ex dominio alto explicato. De translatione secundo modo, nempe, per liberam voluntatem immediati, & veri domini, dubitant aliqui, an sit vniuersaliter certa, nam in pluribus casibus, (non quidem pertinentibus ad primum, nec tertium modum) videtur, quòd translatio dominij alicuius rei fiat, non ex voluntate domini, imò contra ipsius voluntatem. Primo enim, si mille argenteos quos debet, & renuit soluere Paulus Iohanni creditori, qui aliter recuperare non potest, occultè tollat.

B

Respondet ad hoc Caietanus, 2. 2. super quæst. 118. artic. 3. ad similem difficultatem; quòd quidem in tali casu transfertur dominium per domini voluntatem, non quam habuit, sed quam debuit habere ex lege, & iure naturæ, dictante, & præcipiente, quòd *vnique, quod suum est, reddatur*. Hoc enim naturale ius supplet id, quòd voluntas minùs promptè, & spontaneè assentitur: & hanc iusticiam vocat Caietanus legalem, nec (meo videri) improprie; quia ad legem naturæ reducit, & conformat voluntatem ab ea deuiantem; quauis aliqui illam propriam, & formalem appellant, ex quibus est Sarmentus, de rebus, part. 3. cap. 4. Et potest etiam dici, quòd illa quantitas, quæ iniuste detinebatur alteri, non erat sub dominio possidentis, præcipue si defuerit bona fides.

C

D

E

Alij obijciunt, quòd quando alicui concipi supervenit extrema necessitas, cum tunc illa bona sint communia, potest à domino bonorum, quibus eget, tollere, ipso etiam inuito, id, quo etiam eius extrema necessitas subueniatur; & certum est, quòd eius rei transfertur dominium, & quòd hoc non fit per voluntatem liberam domini.

Ad hoc respondetur, negando quòd in tali casu transferatur verè, & proprie dominium illius rei, quæ pro extrema necessitate tollitur; sed quòd vsus illius transfertur tantum, & hoc ex

X 2 lege,

Caiet.

Sarment.

N. 27.

lege, non quidem iustitiæ, sed charitatis.

Quod constat. Nam si res, quam Paulo renuente accipit, & tollit Ioannes, sit res permanens, vt domus ad habitandum, aut equi ad equitandum, idque aliter non valeat fieri; vel siquid simile bonum sit vnicum subsidium extremæ necessitatis, certum est, quod transacta necessitate illa extrema, debet reddi primo, & vero domino: si verò res, qua aliquis eget extremè, sit vsu consumptibilis, vt pecunia, cibus, & quid simile (vbi idem est vsus ac dominium, & per consequens, transacta necessitate extremâ, non possit reddi) hoc est per accidens, & non interuenit contractus mutui, sed solummodò lex charitatis, ex qua videtur, quod iam non agrè ferat Petrus, quod re sua subueniat extremè egens proximus suæ necessitati, statim post vsum, & extremam necessitatem transactam sibi reddenda (si res permanens sit, & non in alia simili restituenda, si res sit vsu consumptibilis) quia hanc legem, & obligationem charitatis concernunt verba, quæ in Iure afferuntur, ex Ambrosio; *Pasce fame morientem; si non paupisti, occidisti.* Occisio enim ista non opponitur iustitiæ, sed tantùm charitati. Ex quo colligitur, non debere charitatem inter principia transferendi res computari; cum vsum, & non dominium transferat.

S. Amb.

Sed vrgebis adhuc, quòd ex verâ iustitia aliquando à vero domino, contra eius voluntatem auferatur dominium honorum, & in alium (nempe fiscum Regium, partem læsam, seu agentem, vel Iudicem, & ministros transfertur) quando propter delictum ab aliquo patratum sit talis pecuniaria condemnatio, vel etiam quando ob bonum commune, & Reipublicæ, (vt dictum est suprâ) publica, & legitima autoritate, bona à domiciliaris, seu vassallis auferuntur. Nam ad primum horum respondeo, quòd ratione delicti hoc licitè fiat, & quasi ex contractu legis pœnalis legitime introductæ, & admittæ; vbi non solum pecunias, res, & bona externa, sed & partes etiam integrales, vt sunt ma-

N. 28.

nus, pedes, aures, dentes, imò & propriam vitam auferit iudex à delinquentibus. Et quantum ad euentus, in quibus propter bonum commune, & Reipublicæ (vt modò diximus) de bonis particularium, seu vassallorum disponit Iudex, aut Respublica: illa enim bona, quæ quis adquisiuit, & fortè possideat iure naturæ, & titulo primæ occupationis, & etiam iure gentium, & ciuili, & per hanc occupationem facta fuerint sibi propria, hoc fuit (dicunt Authores) sub conditione naturaliter inclusa, quòd licet illi homini, scilicet particulari, fuerint applicata, & appropriata, simul manerent sub dominio, & potestate Reipublicæ, ita vt si causa communis vrgeret, illis bonis licitè vti posset, & hoc ex lege naturæ. Sicut suo modo in mistico corpore est manifestum: pars enim cuiuscumque compositi sibi ipsi cõsulens, & suo bono, & conseruationi prouidens; & quo modo satius sibi ipsi prospicit pars, seque tuetur, si in toto vniuersa seruetur, bonum commune, seu bonum totius non minus quàm proprium intendit.

Vltimò opponi solet contra hanc dominij translationem ex voluntate proprii domini; quòd, inquam, transferatur suæ rei dominium: arguendo iuxta id, quod suprâ, in hac prima parte, tractatu 2. per totam ferè quæstionem 3. & specialiter resolut. 4. & 5. à numero 18. de promissione; vbi argumento à contrarijs vtitur, intendentes, quòd non sit voluntas quantumlibet deliberata ad transferendum rei dominium sufficiens. Quando enim quis promittit internè aliquam rem alteri absenti, vel surdo, vel etiam tacenti, certum est, & ibi resoluimus, quòd non alienat rem, nec transfert eius dominium, donec alter acceptet, vbi de libera, & vera voluntate volentis transferre non est dubium, vt supponimus: ergo.

Et confirmatur: nam de absente, & surdo omnes etiam auctores oppositæ sententiæ conteniunt, quòd promittens debet curare quòd in notitiam promissarij veniat promissio, vt acceptet, vel repudiet, quasi non sine illa accep-

N. 29.

acceptatione fuerit facta translatio bonorum.

De præfenti audiente, & non consentiente, tacente, dubitant aliqui, an facta maneat translatio dominij: nam ex Iure, *Qui tacet, consentire videtur*. Aliqui tamen aliter sentiunt, dicentes, quòd imò si audiens promissionem sibi factam, taceat, & nullum signum acceptationis, & gratitudinis promat, iudicari debet, vili, & parvi pendere; nec acceptare rem promissam.

Restat ergo, quòd in hoc casu interne promittens, maneat (nob titulo iustitiæ, & transferente dominium) obligatus; sed titulo fidelitatis ad solvendum promissum, statim ac acceptetur.

N. 30.

Notandum vltimò, quòd omnes res, seu bona, vt sunt materia proprietatis, dominij, possessionis, seu iuris, quæ omnia (vt suprâ diximus) sunt contra paupertatis votum, sunt quantum ad ipsarum acquisitionem, appropriationem, & possessionem, in triplici differentia: quædam enim nec habent, nec vnquam habuerunt dominium, vt sunt mineralia, pisces, volatilia, & feræ: quædam verò habuerunt quidem antea dominium, sed vel ab ipso derelicta sunt, vel deperdita, & iam quasi pro communibus, & nullius domini habentur: alia tandem habent actualem dominum legitimè illa possidentem.

N. 31.

Notandum tandem, quòd pro triplici genere rerum, quæ in alicuius possessionem, & dominium possunt deuenire, triplex reperitur in iuribus modis legitimis, ad illarum dominium, & possessionem acquirendam, tam ab ipso iure naturæ inditus, quam à iure gentium, & civili introductus. Primò enim, pro rebus, quæ in nullius dominio, & bonis sunt, est modus acquirendi illas prima occupatio, sed diuisio rerum, quæ legitimè acquiruntur, & appropriantur primo occupanti, ita vt, nisi cum iniustitia, & iniuria illas possidentis, aut cum causa, quæ etiam ad ius naturæ pertineat, ab habente auferri non possint.

A Et contra hunc licitum modum diuidendi, & acquirendi res, quæ sunt sine domino, solum sensere antiquissimi hæretici, qui Apostolici dicebantur, ante tempora Diui Augustini; qui illos impugnat, & eorum errorem, quo asserabant, omnes res, imò etiam vxores, debere esse communes, & nullo modo singulæ res, aut mulieres singulis personis, & viris appropriatas, & addictas. Ita idem Diuus Augustinus, de Hæresibus 640. Et fuit error iste etiam Vviclephi, damnatus in Concilio Constantiensi, sess. 8. qui dicebat illicitum esse Ecclesiasticis viris habere aliquid proprium, & possessiones, & hac ratione dicti sunt Apostolici.

S. Aug.

B Qualiter autem ista prima occupatio detur, & dominium, siue in venatu ferarum, aucupio auium, vel piscatione piscium; quis sit verus præoccupator, an qui retia apposuit, an qui tam grauitè cessit feram, aut auem, vt moreretur statim; & similiter de pisce in hamo, aut rete deprehensa, ipse venator; aut alius casu deueniens, & moribundam prædam capiens adquirat per hanc occupationem dominium?

N. 32.

C Tractant Authores in materia restitutionis, & de dominio agentes, vt Petrus de Aragon, Bañez, Sairus, & quamplures alij; vbi ex professo impugnant adhuc errorem dicentium, non solum intellectum, & voluntatem capacem facere hominem dominij; sed requiri esse in charitate, & gratia, ita vt per peccatum, quod quis committit, amittat dominium: cuius contrarium est verum, & de Fide. Ita Molina, de institia, tomo 1. titulo 2. disputat. 12. Bañez in præambulo de dominio, qu. 1. Gregorius Sairus lib. 9. cap. 4. num. 11. Ledesma 2. 4. quæstione 18. artic. 1. dub. 9.

Molina
Theol.

D Et similiter talia bona communia adhuc, & quæ nondum ab aliquo occupata sunt, vt sunt mineralia, non pertinent ad dominum agri, cum mineralia huiusmodi in intimis visceribus terræ abscondita consistant, & cum vltuali dominio non veniunt tradi, aut transferri; nomine enim agri

dominij, possessionis, & fructus, illud solum videtur intelligi, quod per fecunditatem superficiam terræ, siue ex semine immisso, siue sua sponte ager producat, hoc pertinet ad agrum, & non thesaurus hic, seu mina in intemis terræ visceribus recondita. Nec illud Matthæi cap. 13. de homine emente agrum (quasi ex ipsius emptione adquisisset ius aliquod ad thesaurum in illo reconditum) est contra id, quod asserimus. Tum quia, etiam quantum non sit plenè sub dominio domini agri illius minerale auri, quod in illo est reconditum, quia adhuc non adquisitionem est, sed est commune, & nulli appropriatum; adhuc ad effodiendum, & inquirendum non habet ius aliquis in alieno agro; & si id faciat, scilicet effodiat, vel inquireat, est cum ipsius iniuria domini, quæ resarcienda est per restitutionem thesauri inuenti, & soluto labore, vel medietate valoris, debet esse contentus, ut habent Anthores. Vel dic, quod nomine thesauri non intelligatur minerale, sed quod pro illo prius venit intelligendum: itaque mineralia, & quæcumque alia similia bona, quæ nullius domini sunt, neque antea fuerunt, acquiruntur primo illi occupanti, ex naturali iure, & ex civili.

Pro rebus autem secundi dicti ordinis, quæ quantum alicuius domini antea fuerunt, & in præsentem, ob lapsum temporis, vel dominum perdidissent, vel quod ipse dominus pro derelictis tales res habet, ut sunt ille thesaurus qui loquendo proprie ex Iuristis (apud Sairon, ubi supra citatum) dupliciter intelligitur. Illarum ergo rerum, quæ dominum antea habuerunt, acquiruntur dominum per præscriptionem legalem.

Ultimò, pro tertio genere honorum illorum (inquam, quæ actualem tunc habent dominum, constituitur tertius modus acquirendi hæc bona, nempe translatio honorum, de qua aliqua diximus.

QUESTIO II.

Vtrum de licentia Prælati possit Religiosus aliquid possidere, non obstante paupertatis voto?

Respondetur, & sit nostra resolutio, N. 33. quod si possidere supponat, aut dicat verum dominium, vel quasi dominium, aut usum iuris, nullo modo licere, etiam de Prælati licentia. Sic expressè Concilium Tridentinum, sess. 23. cap. 2. de Regularibus. Sic omnia iura antiqua: sic communiter omnes Doctores. Hanc enim proprietatem à se abdicarunt Religiosi voto paupertatis: si autem nomine possidendi intelligatur hoc, quo communiter dicimus habere aliquid ad usum, intelligendo scilicet, de usu facti, & non de usu iuris, id est, de iure ad aliquem usum, licitum quidem est, quia solum dominium, & quasi dominium, & ius quod absolute sit quid iuris, est illud, quod omnino à se abdicare Religiosi per iam dictum votum paupertatis; usum autem facti, cum licentia Prælati licite habent.

Sed quoniam est specialiter difficile explicatu, quomodo in aliquibus rebus distinguatur usus à dominio, & aliqua annumeravimus: est modo questio.

QUESTIO III.

Quis sit usus rerum, quas habent Religiosi in particulari.

Ratio dubitandi est, quod in rebus usu consumptibilibus, non facile inuenitur, v.g. vinum, vestis, &c. nihilominus recolendum, quod ex duplici usu, quem Theologi, & Iurista constituunt, usum scilicet iuris, & usum facti, seu simplicem. Primus usus, scilicet iuris, dicit actionem, seu ius, & titulum, ad utendum re consumptibili, fruendo, comedendo, donando, vel alienando: usus autem facti

seu

seu simplex, nullo modo est ius, nec tale promeretur nomē, sed est solūmodo quoddā actuale frui, seu sustentari: v.g. pane, & cibarijs appositis, vt conuiuia, vel vestibus, & victu, ad vitam conseruandam concessis, ad quod non habet ius intris, præter dictum vsum facti, iuxta legem, seu vestimentum, ff. de peculij. Quibus suppositis, sit resolutio prima pro nostra proposita quaestione.

Lex, seu vest.

N. 35.

Resolutio. Quamuis vsum facti non distinguatur à dominio, & proprietate in rebus vsum consumptibilibus; tamen vsum facti, & dominium ex diametro opponuntur. Probat, quia dominium est absolutè ius: ille autem, id est vsum facti, nullo modo strictè dici potest ius. Prima pars similiter constat, quia virtute iuris quod includit vsum iuris, potest aliquis disponere de substantia rei. Ex quo concluditur, quod Religiosi non habeant vsum iuris, cum non sint capaces dominij, nec ad habendum tale ius potest Prelatus dare licentiam (cum directè sit contra votum paupertatis): potest autem concedere vsum simplicem; quia ille cum licentia, non est contra paupertatem.

Resolutio secunda. Vsum quem Religiosi habent, est vsum simplex, & non iuris. Patet ex dictis.

N. 36.

QVÆSTIO III.

Vtrum, quando quis habet vsum rerum consumptibilium, possit dare alteri, vt si Religiosus det portionem carnis, obsonij, vel panis sibi ad propriam sustentationem taxatam, ex dispositione Ordinis.

N. 37.

Respondetur, & sit resolutio negativa, & manet probata ex præcedenti quaestione, & resolutione. Quia cum Religiosus non possit habere dominium talis rei, nec vsum iuris, sed tantum vsum facti, seu simplicem, sicut inuitatus ad prandium, & seruus, respectu indumenti quo vestitur, (vt dictum est) non potest disponere nisi secundum vsum sibi concessum: & sic quidquid

A residuum fuerit de sua refectione, etiam non comedendo, quod posset, nullo modo licebit illi donare, licet enim hoc possit referri ad vsum facti: tamen iure communi, qui profitentur in Religione approbata abdicant à se omnem vsum rei, perinde ac si tacitè promittat non se vsum rebus renuente Prelato, aut nesciente; vt insinuat Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Abbas, Ancharranus, & ceteri, in cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorum; Archidiaconus, Turcremata, in cap. non dicatis, 12. q. 1. Angel. Syluest. Tabiena, & reliqui Summistæ, verbo, Religio, quod quidem maximè est aduertendum: vbi etiam notandum, prædictam sententiam solū docere, contra votum paupertatis facere Religiosum illum, qui rebus vitur, sine licentiâ Prelati; non tamen docere, quod sic, & non aliter votum paupertatis possit frangi.

C Et ex his resolvitur alia difficultas huic similis, & annexa, an scilicet, illa suppellectilia; v.g. imagines, aut libri, quæ Religiosus habet ad vsum cum licentiâ Prelati, possit sine noua Prelati licentiâ, alteri personæ tribuere.

D Respondetur enim, & est secunda resolutio negativa, & ratio est. Quia cum nec ipse Prelatus possit concedere licentiâ Religioso, vt habeat dominium alicuius rei, sed tantum vsum illius, virtute ipsius licentiæ, ad simpliciter vtendum, non potest aliter de illa re disponere: & sic si velit donare, alia licentiâ est necessaria.

QVÆSTIO V.

Vtrum possit Religiosus de licentiâ Prelati, habere ad vsum, modo explicato, magnam suppellectilem rerum superfluum, & pretiosam?

E

Respondetur, & sit resolutio, non violat Religiosus, si (ex licentiâ) habeat superflua, verum paupertatis; peccabit tamen, si non sit causa, Prelatus dans licentiâ; aut ipse extorquens.

Pro probatione supponendum. Qualiter sacrosancta Tridentina Synodus

*Innocent.
Hostien.
Io. And.
Abbas.
Anchar.
Turcrecr.
Angel.
Syluest.
Tabien.*

N. 38.

N. 39.

Concil.
Trid.

duſ de hęc re ſentiat, & diſponat, ſpecialiter ſeſſione 25. cap. 2. de Regularibus, vbi hęc ſunt verba. *Mobilium verò uſum, ita Superiores permittant, ut eorum ſupellex ſtatu paupertatis, quam profeſſi ſunt conueniat, nihilque ſuperſtuum ea ſit; quod ſi quis aliter quidquam tenere, deprehendus ſit, aut conuictus fuerit, iſ biennio, actiua uoce, & paſſiua priuatus, atque etiam iuxta ſua regula, & Ordinis conſtitutiones puniatur.* Vbi nota: quod tam magna pœna nunquam ponitur, niſi propter grauem peccatum, quò aduertant neceſſe eſt, qui tot pretioſa habent, & ſuperflua in ſuis cellis; aduertant etiam Prælati, qui id permittunt.

Sylueſt.
Mirand.

Sic Sylueſter, verbo, Religio. 6. q. 7. diſt. 4. dicit. *Prælatum, & ſubditum, in hoc peccare.* Et Miranda tomo 1. q. 28. artic. 15. concl. 1. ait, eſſe peccatũ mortale ralem ſuperfluitatem, ex ſuo genere; quamuis Religioſus qui huiusmodi habeat, ſi adſit licentia, non debeat dici proprietarius: & allegat proſe Archidiaconũ, & Nauarrum: grauius iudicat Ioannes Maior, in 4. ſententiarum, diſt. 38. q. 9. uidetur enim dicere, tale Religioſum contra uotum paupertatis facere. Nam putat iſte Author, contineri in uoto paupertatis, ut Religioſus tantũ habeat ea quæ ſunt ipſi neceſſaria ad victum, & uſus quotidianos, & frequentes, & nihil amplius: & hoc de Superioris licentia: citat etiam Azor, & Antoninũ. Et Azor 1. tomo inſtitutionum Moralium, lib. 12. cap. 12. ait. *Improbare iure ſpecialiter, & ſpeciali ratione, unguenta odoſifera, ſuffimenta, ſpecula, & ijs ſimilia, ut pretioſa veſtes, & imagines, exceſſiuum librorum non ſibi maximè neceſſariorum numerum, profana itidem, id eſt, exquiſita, ut ſimilia, pſitaci, ſpecioſi caniculi, & ſimilia.* Hæc omnia inquit iſte Author, vituperanda veniunt, ut poſt ſe pertinentiã magis ad mundanos homines, quam ad paupertatem humilem, & ſimplicẽ Religioſi ſtatus: quare licet cum licentia legitimi Prælati (non vi, aut fraude extorta) habens hæc omnia, non frangat directè uotum, ſiquidem aliquod ius non præſtat, tamen indirectè, ut infra.

Archid.
Ioã. Maior.

Azor.

N. 40.

Extat de hac materia, quædam de-

Aclaratio Cardinalium, ſuper ſecundum caput ſeſſ. 25. Trident. de Regularibus; quam tradit Magiſter Fr. Petrus de Marcillis, Theologiæ primarius, ſuper Trid. lib. 1. de ſtatu Religionis, tit. 13. cap. 3. littera N. declaratio habet ſe ſic. An præter licentiam, ſeu diſpoſitionem Superiorum, poſſidentes, vel tenentes immobilia, vel mobilia ſuperflua, à culpa, vel à pœna excuſentur. *Congregatio cenſuit, non excuſari, nec à culpa, nec à pœna, iſ ſo iure incurrenda, cum fruitio, aut habito rerum plurimarum, & maximi pretij, ſit æſtimabilius, (tuo modo) quam dominium rei exigue, ſicut eſt pretioſius, eſſe cõmentariũ domesticũ opulentæ familiaris, quam exiguitate bonorũ propriorum vitam agere.*

Declara.
Card.
Fr. Ped.
Marcill.

B De pecunia illa, quam ex conſuetudine aliquarum Religionum, habent Religioſi aliqui, ex licentia Prælatorum, ad peculiare indigentias ſubleuandas, eſt in hoc loco opportuna diſputatio. Vide omnes Summiſtas, & Theologos morales, verbo Religio, paupertas, uotum paupertatis: & Fr. Iuan de la Cruz in ſua Epitome, & cap. 3. unde ſit.

F. Ioã. de
la Cruz.

QVÆSTIO VI.

Vtrum Religioſus de licentia Prælati, poſſit habere aliquam partem, ſeu quantitatem pecunie, ſpecialiter: & ſeparatim, depoſitam ipſius Religioſi, uſibus, deputatam, & à bonis reliquis Monafterij ſequeſtratam, ad modum pecuniæ, ſeruatorum, minorum, ſeu Militum?

R Eſolutio prima. Licitum eſt Religioſo habere ſequeſtratam quantitatem, ſeu peculium moderatũ quarumcunque rerum, (etiam pecuniarum) de licentia Prælati, & reuocabile ab illo, poteſtque illud conſumere, dum tamẽ ſit paratus relinquere illud ad arbitrium Superioris, & licentiã, ſeu facultate. Probatũ, quia hæc res ſunt uſu conſumptibiles, ſiue non, & Prælatũ concedens uſum, non concedit dominium. Eſt communis opinio.

N. 41.

nio. Vbi nota, quòd stando in iure, & vi voti paupertatis, potest Religiosus de tali licètia, habere pecunias, aurum, argentum, &c. in suo cubiculo, apud se, & in sua cella: at ex specialibus legibus, & constitutionibus aliquarum Religionum, hoc interdici solet, & præcipi cum censura, vt pecunias, aurum, &c. ultra terminum viginti quatuor horarum, nullus habeat apud se; sed apud Religiosum ad id deputatum, intra dictas viginti quatuor horas deponat: vnde sine speciali licentia Prælati, sub eadem censura, non possit extrahere. Et rursus, ad consumendum requiritur specialis etiam licentia; nam granuis aliquando petendo illam ad consumendum in aliquo libro, vel imagine: v.g. centum dragmas obtineat Religiosus implicitè licentiam ad educendum ex deposito illam quantitatem; tamen ex se diuersæ actiones sunt, & diuersam licentiam requirunt. Quod constat, nam bene posset contingere quod quis peteret, & obtineret licentiam ad extrahendum illos nummos, & quod consumptio in tali re, vel ad commodandum, aut donandum tali personæ, denegaretur; hæc prohibitio ad deponendum aurum, pecunias, &c. & demum de apud se non habendum est; & fuit in constitutionibus Benedictinorum Congregationis Hispaniæ, & continetur in legibus vltimò auctoritate Apostolica dispositis, anno 1610. vt in cap. 34. num. 9. fol. 104. vnde apud Magist. Fr.

F. Petr.
Marcil.
N. 42.
Declar.
Cardin.

Petr. Marcil. lib. 1. tit. 12. cap. 3.
De hac resolutione, extat Cardin. declaratio, huiusmodi. *Monialibus non licet possidere propria, & si quid legatum, relicum, donatum vè fuerit, vel earum labore, vel industria partum, tradatur Abbatisæ, quæ ex eo primum Monialis ipsius, cuius causa id questum est, necessitati providebit, reliquum conferri debet in vsum Monasterij.*

Sed dubitabis, quis Prælatus debeat concedere hanc licentiam ad habendum peculium, & potestatem ad auferendum, si iudicet superfluum?

Ad quod respondetur ad præsentem primam partem, & tractatum, parum referre quis Prælatus, aut Superior in vna, aut altera Religione, has dictas licentias, aut potestates habeat exerce-

re, & dare, cum ad nos solum, & ad hanc primam partem spectet resoluerè; quomodo concedere simplicem rerum vsum possint Regulares Prælati, & quòd vsus talis non est incòpatibilis cum voto; & similiter, quòd apud Religiones est potestas, & facultas peculium permittendi, & tollendi à particularibus excessuum peculium. Cui autem Superiori, & Prælato in quolibet Monasterio, non sic pertinet ad nos; tamè vt nihil relinquamus intactum, dicimus; hoc quidem pertinere absolutè ad Prælatum illum, qui plenam & perfectam ordinariam potestatem gubernatiuam habet; siue sit specialis Prælatus cuiuscunque Monasterij, vt Abbatès sancti Benedicti, & Cistercienses, siue Prouinciæ, aut vniuersalis, vel generalis Prælatus; tamen iam attenda fragilitatè in Religionibus taxata, reperitur hæc duplex potestas. Ad admitterendum enim pecunias, & deponendum, Prælato cuiuscunque Monasterij. Ad tollendum verò superfluum peculium, Generali in visitationibus committitur, ita in legibus S. Benedicti Hispan. cap. 34. num. 1. fol. 102. & cap. 29. num. 12. fol. 88. primam autem facultatem, non solum Prælato cuiuscunque Monasterij, sed in absentia extra domum, quicumque Superior, aut Præsides, qui alias domesticas licentias concedit ex vsu potest.

Vbi notandum maximè, esse valdè diuersum, vti rebus necessarijs Religiosum per vsum facti, seu simplicem, vt explicuimus, & ad hoc debere petere, & obtinere licentiam à Prælato sub obligatione peccati; & habere, si habere pecunias, seu alias res singulari vsui, sequestratas à bono cuius Monasterij, quòd est habendum. Nam quanuis ad vtrumque necessaria facultas, & licentia Prælati peccaret qui rebus etiam comestibus, Monasterio, & communitati putatis, vteretur sine Prælati licentia non existente malitia, & iniusta negatione: sicut etiam qui possideret pecunias sequestratas sibi, aut alias res, in proprium peculium, sine licentia Prælati. Tamen diuersa sunt hæc inter se. Primum enim, scilicet, consumere res etiam in proprios vsus, nempè, comedendo

N. 43.

dendo extra necessitatem, aues, aut talia cibaria, aut ad vestiendum, tollere de vestuario communitatis, tunicas, aut alios pannos, res inquam omnibus Religiosis deputandas, diuidendas, & administrandas ipsis pro necessitate singulorum, ad arbitrium legitimi administratoris debet fieri, qui est Prælatus: & sic iste talis Religiosus, sic delinquens, peccaret contra septimum decalogi præceptum, quia furtum committebat, cum tolleret aliquid à communitate inuito domino, qui est communitas, & Prælatus; non autem directè peccaret contra votum paupertatis, cum illas res consumptibiles vsu, (de quibus præcisè procedit doctrina) non virtute alicuius iuris, (quod prætendat ad illas habere) & quod opponitur voto paupertatis, sed solum applicet sibi vsu facti, sicut si fraude quis se introduceret conuiuia, cautè illapsus inter inuitatos, qui solum saturari cupiat: vnde nec sacrilegium iste Religiosus committit, cum hoc non sit frangere votum. Ille verò Religiosus, qui aurum, pecunias, aut alias res in proprium distinctum separatum peculium possidet, ius ad illud vsurpat, & votum paupertatis frangit, si Prælatus non dispense, & ad tale peculium det licentiam.

N. 44.

Ex quo sequitur, quòd diuersimode se habet Prælati in licentijs ad hæc concedendis: ad permittendum enim quòd quis habeat pecunias, seu peculium, & (quod idem est) ad consumendum, aut in denegando illas, siue reuocando tale peculium, & licentiam, habet se vt Prælati formaliter iudex Ecclesiasticus, cū potestate ordinaria, quæ necessaria est ad faciendam dispensationem, ex genere suo, vt vidimus supra, tractantes de voto. At verò, ad permittendum quòd Religiosus habeat vsu dictum facti, seu simplicem, & quòd à vestuario communitatis, & alijs officinis, vestes etiam plures, quæ sufficerent fortè, cibos, papirum, atramentum, libros, vasa, & alia suppellectilia in cella necessaria accipiat, & consumat licitè, requiritur nõ formaliter potestas gubernatiua, sed dominatiua, aut administratiua, vt administrator enim fidelis diuidit singulis, vt cuiq; op^o est.

A Sed adhuc instabis fortè, contra id, quod in fine præcedentis num. 42. nam non solum Generales, & Prouinciales aliquorum Ordinum, qui sunt veri Prælati, vt ait Syluester, Ioannes Azorius, Fr. Emanuel Rodriguez, & alij, possunt reformare peculium alicuius Religiosi, si superfluum videatur, sed quicumque particularis Prælati supremus, in quolibet Monasterio; nam siue virtute potestatis Regularis ordinariæ, eò modo quo ex citatis Authoribus diximus, siue œconomicæ, aut quasi Parochi, videntur teneri Reuerendi Patres Priores conuèntuales Prædicatorum, & Guardiani Minorum, prouidere bono spiritali suorum, & sic auellere superfluum peculium subditorum: & similiter id quòd Tridentina Synodus, & antiqui Canones de testantur, nempe, superfluum, & superbam, pretiosam, deliciasam, & exquisitam suppellectilem. Et de Abbatibus

N. 45

Syluest.
Azor.
Em. Ro.

B principalibus, id est, non alijs Abbatibus subiectis Benedictinorum Hispaniæ, & Cisterciensium, qui præter generalem obligationem, quam quicumque Prælati primus in quolibet Monasterio Prædicatorum, & Minorum habent, tenentur ex speciali obligatione, quia plenam ordinariam, quasi Episcopalem habent super Monachos, & subditos Regulares sui Conuèntus, sicut Prouinciales, & Generales super Religiosos habent, omnium Monasteriorum suarum Prouinciarum, & Ordinum.

Concil.
Trid.

C Etiam, quia speciali declaratione, & taxatione, per constitutiones Congregationis Benedictinæ Hispaniæ, in anno 1610. Abbatibus id iniungitur, in cap. 34. citato, dicitur enim no. 1. quòd Abbates compellant omnes subditos suos Regulares, vt exhibeant semel saltem in anno, memoriale suo nomine subscriptum omnium rerum, imaginum scilicet, librorum, & vestium, pecuniarum in specie, aut in debitis: & ibi subiungitur, loquendo de his memorialibus. *Y los lea el Abad todos, de verbo ad verbum, y no permita que tengan piegas de oro, ni de plata. &c.* Et statim. *Y las otras albas sean conforme a la pobreza que professamos.* Et no. 3. *Encargamos mucho al Abad, que viendo que estan necesitados de lo que*

D *Mona-*

Monasticamente han menester, como vestidos, imagenes, ò libros, y que tienen depositos mas quantiosos de lo que pide el estado, officio, ò obediencia, &c. le compela a que de su deposito se probea de lo que juzgare le es necessario, y bastante.

Confirmatur, namque cum vsus quem Religiosus habet rerum immobilium, (de quibus loquimur) & pecuniarum, ex licentia (vt supponimus) sit vsus facti, seu simplex, talium rerum, & pecuniarum, & nullo modo sit aliquid iuris, non videtur res tanti momenti, nec causa querelæ, quod dicta licentia, & vsus facti reuocentur; vt si ex cibarijs, quibus similiter vsu simplici, & facti sustentatur, ex dicta licentia Religiosus, Prælatas aliquando partem quam videat ministrari superfluum, iubeat moderari, & sic de alijs.

N. 46.

Nihilominus est resolutio tertia. Moderatio, & reuocatio peculij, specialiter pecuniarum, quod vulgariter apud Benedictinos specialiter vocatur depositum, eo quod apud illos, vt vidimus, particulare est mandatum, quod apud se in cellis non habeant pecunias; sed apud deputatum Monachum depositarium in deposito habeant, non pertinet ad Prælatos particulares Monasteriorum, generaliter loquendo, nec iure communi, neque ex legibus, & constitutionibus in Religionibus; sed ad Prouinciales, & Generales pertinet. In quacunque enim Religione, peculium hoc à nobis explicatum, à potestatem habente concessum particulari Religioso, quamuis Religio, & non ipse acquirat illius rei, vel pecuniæ dominium, & ipse solum acquirat, posse de facto tali re, potiri, seu vti; tamen licentia semel data à Prælato de mus, seu peculium reuocari ab ipso non potest: quod constat, nam cum hæc res sit tanti momenti, non cuiusque Prælati si leuam videtur.

N. 47.

Neque obstat, quod ad eandem potestatem videtur pertinere, fauere, & conseruare factum, & per consequens, quod possit reuocare, & soluere peculium Prælatas, qui potest admittere peculium: hoc inquam non obstat, quia in rebus moralibus, quæ ex circumstantijs coalescunt, & dependunt illæ sunt at-

Atendendæ, & inde cognosci, an res subsistat, vel non: vnde cum ad admittendum peculium maxima sequantur bona, & Monasterio, (quod accipit inde dominium rei quod non habebat) & Religioso, qui sine molestia communitatis, tanta conscientia subleuat necessitates, iustum videtur, & secundum institutiones, obligationis voti paupertatis, quod facilius permittatur Religioso in Religionibus, (scilicet illis quibus est in more, & de constitutione, talis peculiorum permissio) recipere aliquid ex licentia; & deponere in manu depositarij, quam quod semel concessum, & ad vsum particulare sequestratum tollere, & ad vsus Monasterij, vel alios transferre.

Et deinde, quia hoc grauitè, & attentè inspexerunt, & simul prudenter & piè legislatores, seu qui leges, & constitutiones in Religionibus primo instituerunt; & hanc potestatem auferendi à Religiosis peculium semel concessum; & pecunias semel permissas, Generalibus, & non singulis Prælatas adiudicauerunt. Primo, (vt dictum est) pro bono temporali Monasteriorum, nam Religiosi hanc faciem, & promptam peculiorum ablationem timentes, vel minori affectu, & zelo de conseruandis, non prodigendis, & habendis talibus rebus curarent: quorundem dominium Monasterium ex hoc sine- ret habere, vel aliquorum conscientia infirma graui tentatione percuteretur, vt illicitè, & sacrilegè proprietarium culpam incurrerent. Quare.

N. 48.

D Ad argumentum quod habetur nu. 45. Responderur: Quod si aliquibus Prælatas particulibus concedenda esset talis potestas, supremis in suis singulis Monasterijs, deberet esse ijs, qui super sui Monasterij Monachos habent plenam potestatem ordinariam, & verè Prælati sunt, quales sunt Abbates sancti Benedicti (vt ex Authoribus manet supra probatum, & rationibus) sed vt constat ex locis constitutionum in eodem numero 45. propè finem, autè & limitatè iniungitur Abbatibus moderatio supellectilium, quæ non deceant statum pauperum, & neque hoc committitur auferendam. Et in sequenti citato numero, solum dicit. *Quod*

N. 49.

quan-

quando videat peculium pecuniarum, (aut depositum) excedens competentem necessitatem Monachi, quod ipsum compellat Abbas, ut in suppellectilibus quibus eget insinat. Et in hac conformitate videmus, quod in eisdem legibus Benedictinorum, precedenti cap. 29. num. 12. loquendo de potestate, & visitatione Generalis, dicitur. *Ordinamos, y encargamos a preladamente las conciencias sobre ello, a los Reverendissimos Generales, que en sus visitas, con mucha diligencia vean, si assi Prelados, como Monjes subditos, y frayles legos tienen depositos, &c. no correspondientes a la santa pobreza que profesamos, y pronen en ello, &c.* ubi conitatur, quod disponere, & providere circa peculium, seu depositum excessivum, privatè committitur Generali; imò & sæpè tota Congregatio definit quantitatè pecuniarum, quam in peculium diversæ qualitatis Religiosi possent habere.

N. 50.

Et ex ijs fit satis declarationi Cardinalium, in fine num. 4. t. ubi de distributione in usus Monialis necessarios, & reliquos Conventus, in iungitur cura Abbatibus, non verò loquitur in nostro casu, de revocatione semel datæ licentia, & concessi peculij.

N. 51.

Nec contra dicta est, quod admittuntur Religiosorum querelæ in Capitulis generalibus de peculij à Prelatis revocatis, & à subditis, qui illa habebant, cum licentia ad usum, ablati: nam quantum ad pecunias, depositum, seu vestes, v. g. non habeat Religiosus aliquod ius, aut dominium, nec usum iuris, seu ex iure, & per consequens, in ablatione peculij, non videatur posse recipere iniuriam, cum contra aliquod ius quod habeant, illis non fiat. Tamen est certum, quod sicut procedere contra Abbatem, vel Prelatum denegantem victum, vestitum, & necessaria ad vitam, est iustum, et si dominum seruo denegantem victum, & vestitum, puniret iudex Republicæ, saltem propter subtractionem subsidij necessarii, in gravissima, vel extrema necessitate, secundum illud Ambrosij. *Pasce fame morientem, si non paupisti, occidisti*: ita si Prelatus iudicando minus pie, & rectè, de imbecilli-

Arate, & necessitatibus alicuius Religiosi, quibus sufficienter in plurimum non subvenitur; vel ob exiguitatem reddituum Monasterij, vel alias, auferat peculium, & depositam pecuniarum, iam concessum ad huiusmodi necessitates sublevandas, vel alias pro conditione, & qualitate Religiosi, conveniri ante Superiorem posset; habet enim ius quicumque Religiosus, licet non virtute rigorosa, & formalis iustitiæ, ex vi naturalis æquitatis, ut quod licitè habet, & id quo eget, non subtrahatur, nec impediatur: & deinde, quicumque super dictam moderationem, seu ablationem peculij, sint leges, & constitutiones in Religionibus, si contra eas faciat, aut excedat Prelatus, reus erit contra iustitiam legalem.

Vnde, absque præiudicio voti paupertatis, nec affectu avaritiæ, aut proprietatis, potest conqueri aliquando, supra ijs Religiosus. Nam, ut diximus, nullo modo est proprietas quoties, siue magnum, siue parvum sit peculium, deest præsentio alicuius iuris, ad illud quod manifestatur per petitionem licentiæ, qua protestatur quis, quod non suo, sed alieno nomine, & virtute, & dominio talem rem, de cuius usu petit licentiam, possidet.

N. 52.

QVÆSTIO VII.

An compatibile sit cum paupertate Religiosi status, habere ius, titulum, aut facultatem, ad exigendum, & recipiendum aliquos annuos redditus, & ad hoc possit Prelatus licentiam dare?

Pro resolutione supponendum, quod census, & redditus annui, numerantur inter bona immobilia, & stabilia, ex Clementina ex vi, §. *cumque annui redditus*, de verborum significatione, & quod pena assignata contra hoc violantes, est privatio vocis actiæ, & passivæ, per biennium.

Notandum secundo, quod Trident. sessione 25. decreto de Regularibus, capit. 1. hæc expressa verba habet. *Nemini igitur Regularium, tam virorum, quam mulierum, liceat bona immobili-*

N. 53.

Clem. ex vi.

Trid.

ria, vel mobilia, cuiuscunque qualita-
tis fuerint, etiam quouis modo ab eis
adquisita, tanquam propria, aut etiam
nomine Conuentus, possidere, vel te-
nere, sed statim, ea Superiori tradan-
tur, Conuentuique incorporentur: nec
deinceps liceat Superioribus bona stabili-
a alicui Regulari concedere, et in ad-
vsum fructum, vel vsum, administra-
tionem, aut commendationem. Hæc
Tridentinum, quæ formaliter placuit
ponere, quia expressè mentem Conci-
lij declarat.

N. 54.

Nihilominus sit prima resolutio.
Ante Concilium Tridentinum, vel ubi
non sit receptum, potest Religiosus de
licentia Prælati, habere census, seu re-
ditus annuos, reuocabiles quidem à
Prælato competente Religionis. Pro-
batur, quia quauis hoc videatur inclu-
dere aliquod ius, seu actionem ad exi-
gendum, quod est quidem plusquàm facti
vltus: tamen si nutu Prælati auferri, de-
negari, & reuocari queant, non pugnat
cum paupertatis voto, cum dominium,
nec proprietatem talis Religiosus non
habeat, sed tantum vsum fructum illius
census ad voluntatem Prælati. Sic Syl-
uest. Nauar. Fr. Ludouic. Lopez, & cõ-
muniter, & probant ex cap. de viduis,
17. q. 2. & cap. insinuat.

Syluest.
Nauar.
F. Ludouic.
Lopez.

N. 55.

Notandum secundò hic maximè.
Quòd supposito Concilij decreto, multi
graves Authores negant, vt Ioan. Azor
tom. 1. Institutionũ moralium, lib. 12.
cap. 9. q. 2. afferunt, tales redditus iure
nouo post Trident. esse prohibitos Mo-
nachis particularibus, quia esset causa
multorum malorum, vt docet experi-
entia. Et hoc idem sensit Corduba in sua
summa, q. 54. contra Nauarrum, imò &
Molina tom. 2. de iusticia, distict. 276.
quauis opinionem Nauarri videa-
tur approbare, addit tamen hæc ver-
ba. Vbi huiusmodi concessionem intro-
ducta non sunt, aut si introducta ex-
tingui sine scandalo possent, expediret
quidem aboleri: & consonat Triden-
tino, & idem videtur decisum apud
Marcellam per Cardinales, tomo 1. ca-
pit. 2. num. 12. qui has declarationes
refert. Prima talis est. An ex dispen-
satione inferiorum summo Pontifi-
ci, liceat Regularibus possidere, vel
tenere agros, annuos redditus, aliaque

F. Anto.
de Cord.

Molin.

Marcell.

Declar.
Cardin.

A bona immobilia superflua. Non obstan-
te hoc decreto Congregatio Concilij
censuit non licere. Secunda declara-
tio est. An propter talem dispositionem
seu licentiam Superiorum tenentes, vel
possidentes, immobilia, vel mobilia, su-
perflua, à culpa, & à pœna excusentur.
Congregatio Concilij censuit, non excu-
sari, nec à culpa, nec à pœna ipso iure in-
currenda. Tertia est. An Superioribus
asserentibus posse concedere huiusmodi
licentias fides adhibenda sit. Congrega-
tio censuit minime adhibendam. Quartã.
Aliam declarationem Cardinalium ad
præsens propositum, adducit idem Ma-
gister F. P. Marcilla, in 4. tom. suorum
operum, cap. 118. agens de casibus re-
seruatis num. 13. quam dicit adducere
Quarantã tit. casus reseruatos, p. 157.
cùm enim quæsitũ esset, vtrum liceret
Monialibus habere census, vel redditus
annuos, qui soluantur à secularibus, vel
ab alijs Monialibus, vel à Monasterijs
suis, quibus talem summam dant par-
tes, vel alij, vt quotannis dent Monia-
li tales redditus. Congregatio Concilij
sensuit, in nullo supradictorum casuum
licere Monialibus dictis fructus, vel
reditus percipere; & si perceperint, inci-
dere in pœnas propositas dicti cap. 2.
ses. 25. nec ab huiusmodi pœnis excusa-
ri ob licentiam Abbatissæ, qua etiã Con-
cilij decreto in supra dictis casibus con-
cedere quidem prohibetur, sed debet pro
suo munere succurrere Monialibus, de
reditibus Monasterij, & eleemosynis.

C

D

E

Illæ declarationes multam scrupu-
losam reddunt opinionem asserentium,
posse habere Religiosum census, & re-
ditus annuos, solum ex licentia Præla-
ti, & dum sint etiã reuocabiles ab ipso.

Notandum tertio. Quòd tripliciter
contingit huiusmodi census annuos ali-
quæ Religiosum habere. Primò, per li-
centiam impetratã à summo Pontifice
ad illos possidentes, & ad fruendũ ijs
annuis fructibus, & redbibus; qui con-
cedit, & iubet haberi, & dispendi ex li-
cẽtia Superioris: vbi quauis aliquo mo-
do videatur dispensare Pontificem in
voto paupertatis, & quòd Religiosum
incapacem aliàs per professionem, ali-
cuius iuris, facit capacẽ habendi actio-
nem, & ius ad recipiendos, & exigen-
dos redditus annuos, qui correspondeat

Quarantã.

N. 56.

Tres mo-
di quibus
Religiosi
solent ha-
bere cen-
sus ann-
seu redi-
tus.

forti principali, vel censui: tamen cum A
ij redditus seu pecuniarum, semel exacti, & recepti à Religioso, nullo modo manent sub iure, & dominio Religiosi, sed Prælati, sub cuius potestate, & necessitas sunt, est quasi usus simplex, & quasi usus facti (vt tractauimus) illa facultas, actio, aut ius recipiendi: quia cum licentia, & non sine illa, possunt infumi, nec expendi. Et hinc est, quod iste modus non opponatur paupertatis. Secundo modo, dicitur habere (improprie quidem) redditus annuos Religiosum, si forma Concilij ad litteram seruetur, & quæcūq; bona stabilia, id est, immobilia, & census, ac aliquæ pecuniarum numerum, qui per donationem, testamentum, aut comparatum alia via, labore manuum, aut actionis lucratiuæ, Conuictus bonis incorporaretur, & ad hoc Superiori tradatur, qui primò necessitatibus personæ, cuius causa datū fuit, illud expendat, & deinde ex reliquo Conuentus necessitatibus subueniatur, & modus est securissimus, & sine aliquo scrupulo. Tertio modo, contingere potest Religiosum habere tales annuos census, aut redditus, si legatum ex testamento, aut donatione, numerum pecuniarum, situatum ex vi scripture census, aut aliter, super bona immobilia communitatis, aut alterius, & hoc velit concedere aliquis tali Monasterio, tali conditione, vt pro diebus suæ vitæ, illos redditus annuos talis Religiosus exigat, & recipiat, vel immediatè ipsi Religioso det qui à Prælato petat licentiam ad acceptandum, & statim ad ponendum in deposito, & cum hac licentia, & non aliter hæc fiant, nec absque illa impendantur.

N. 57. Sic secunda resolutio. Etiam post Tridentinum est probabile, quod hoc tertio modo possit Religiosus habere redditus annuos. Vbi nota, quod omnibus suppositis, & non obstantibus, non audent plures, & graues Authores cōdemnare, quod hodie videmus in vfu, & specialiter in Montalibus, vbi sine speciali ad hoc petita facultate à Papa, nec etiam incorporando bonis Monasterij, cum licentia Prælati admittunt redditus à se ipsis, in testamentum, vel donationem, ante professionem relictos, vel à parentibus, aut propinquis, &

etiam redditus emptos ex bonis à Religioso acquisitis, & quorum dominium transferat iam in communitate, fundati tamen huiusmodi redditus annui, in nomine communitatis, & reuocabiles ab illa, & Religiosus, de licentia Prælati dispendat. & cum illa receptos, & exactos in depositarij Religiosi manu (si hoc specialiter sit, ex lege speciali, aut consuetudine aliquius Religionis, vt Benedictinorum) deponat. Hunc sic explicatum tertium modum, tenent, & approbant, in primis Nauarrus tomo 2. de Regular. titulo de redibus Ecclesiarum, questione 1. numer. 84. Molina Theologus, citatus supra num. 55. Syluester Fr. Ludouicus Lopez, qui qualiter sit conforme iuris, saltem antiquo, probant ex locis citatis, num. 54. Fratet Ludouicus de Miranda tomo 1. Directorij, quæst. 28 artic. 7. qui allegat pro se Nauarrum commento de Regul. num. 16. & Fr. Ioannem de la Cruz, lib. 1. capit. 3. de statu Religionis, qui ait. Concilium solum prohibere Religiosis habere census, & redditus annuos, vt proprios. Verba enim Concilij formalia, (vt vidimus posita in dicta prohibitione) sunt, vt propria possidere, quod contingeret, si essent irrenocabiles tales census à Prælato, & sine eius licentia distrahendi: tunc enim non liceret tali modo census habere; hoc enim est, quod intendit Concilium, tollere à Religiosis dominium, scilicet, & proprietatem, vt constat ex titulo dicti capit. qui est, De paupertatis voto integerrime seruando.

Sed adhuc in fauorem Cordubæ, citari iam, in sua summa, q. 54. & Ioannis Azor, in citato suo 1. tractat. institutionum Moralium, lib. 12. capit. 9. quæst. 2. est difficultas contra propositam doctrinam Nauarri, Mirandæ, Cruz, & Molinæ: nã videtur nullo modo posse negari, quod Concilium Trident. citatum num. 53. expressè prohibeat talem possessionem bonorum, ac reddituum, cuiuscunque personæ Religiosæ; nam quamuis ingeniosè, satis intendatur saluare Concilij intentionem, dicendo, quod illa reddituum possessio, seu bonorum stabilium (quod idem est,

Nauarr.
Molin.
Syluest.
F. Lud.
Lop.
Mirand.
F. Ioã. de
la Cruz.

N. 67.

N. 58.
Cordub.
Azor.

vt vidimus quæ prohibetur) est solum quando ista bona immobilia possidentur vt propria; & hoc cauetur, dicendo, quòd sit talis possessio cum licentia Prælati, & reuocabilis ab illo: quæ enim possidentur sic, nullo modo possunt dici vt propria possideri, cum hoc sit contra rationem dominij, & proprietatis, & iuris. Tamen, si attentè verba Concilij perpendantur eius intentio, est, non solum excludere possessionem istam bonorum, vt propriorum, sed vltra hoc assignat modum simul, quo talia bona stabilia debeantur haberi; subiungit enim sub vno, quasi simplici mandato, quæ sequuntur: *Sed statim ea superiori tradantur, Conuentuique incorporentur: vnde idem mandatum videtur esse; quamuis affirmatiuum, negatiuum aliquid contineat, seu potius, id quòd affirmatiuè præcipit, id est, quòd talia bona, vel census, tradantur Superiori, & Conuenti incorporentur, declarat, quòd intendit prohibere (scilicet) quod apud Religiosum particularem non maneat.*

N. 59.

Et confirmatur difficultas, retorquendo argumentum Cruz, Mirandæ, & aliorum: nam imò ex titulo huius capituli 2. Concilij, qui est, *de paupertatis voto integerrimè seruando: ex quo intelligitur, Concilium in hac re intendere quam maximam, & exactam obseruationem paupertatis, quæ negari non potest consistere potius in illo modo habendi redditus, quem assignat Concilium.*

Respondetur nihilominus, & primò ad confirmationem: integerrimam obseruationem) si per hanc intelligat perfectissimam obseruationem, excellentem obseruantiam illam paupertatis, quæ essentialis est, & non in perfectissimo gradu, sed sufficiens) ad hanc non intendit obligare Concilium, sicut nec cum tali rigore obligare intendit ad alia quæ in eodem capitulo continentur, verbi gratia, de moderatione bonorum mobilium: vnde si quis voluisset iustitiam, & æquitatem in commutativa, vel vindicativa iustitia, cum ex tribus gradibus rigorosæ mediæ, seu latæ attigisset vnum, votum impleret.

A Ad rationem autem, respondemus cum Ioanne de la Cruz, quòd graue esset consuetudini tam approbatæ, & executioni mandatæ tantorum Doctorum, & Patrum, qui hunc dictum tertium modum, habendi ex licentia Prælati, & reuocabiles ab ipso census annuos, & non apud communitatem, approbant, & non contrarium Tridentino iudicant. Et tandem addit Ioannes de la Cruz, quòd si dictum decretum aliud intendat, non est cum tanto rigore acceptum, propter multas necessitates Religiosorum, quibus ex bonis communitatis non subuenitur, etiam iuxta suum statutum, & Religiosam paupertatem, quòd maximè verum habet in mobilibus: ita Fr. Ludouicus Lop. in suo instructorio conscientiæ, c. 154. vbi citat Nauar. & Manuel Rodr. tomo 1. q. 90. num. 9. vbi nota, quòd ij census annui, debent concedi ex iusta causa, & legitima Religione, vt disponebat ius antiquum, quòd renouauit Trident. vt ait Nauarrus.

F. Lud. Lopez. Emanu. Rodr.

QVÆSTIO VIII.

Verum possit Religiosus de licentia Prælati, habere villam, seu grangiam sibi vnicam, vt reddat Monasterio quot annis certam quantitatem, & reliquum sibi retineat: & idem si Beneficium regulare sit?

D

R Espondetur primò. In capit. N. 60. eum ad Monasterium, s. tales, de statu Monachorum, manifestè decerni, ne alicui Religioso committatur aliqua obedientia perpetua possidenda, tanquam sibi locetur ad vitam, sed cum oportuerit, sine contradictione reuocetur: & capit. porrectum, & cap. ad nostram, de Regul. statuitur, Regularia Beneficia, in quibus Religiosi statuuntur, quod possunt ad nutum Superiorum reuocari, nisi auctoritate summi Pontificis fuerint confirmata, quam confirmationem non dat, nisi scienter, & expressim. Item in Clementina, quia Regulares de supplenda negligentia Prælatorum, licet Priores, seu Administratores huiusmodi,

c. porrectum.

Clemen. quia Reg.

liberè possint ad Claustrum, cum oportuerit reuocari: & hoc intellige, posse etiam à Superiore Prelati reuocari, etiam si accepisset per totam vitā, quia hoc debet intelligi secundum res cōmune. His suppositis, sit nostra resolutio.

N. 61.

Affirmando, quod si talis administratio sit data Religioso illius villæ, vel Ecclesiæ, & omnium quæ ad illas pertinent, à Superioribus, ad sustentationem etiam per totam vitam, dum sit quidem ad nutum Prelati competentis amobilis, & ea lege, & quotannis certam pensionem soluat Monasterio, & meliorent illam, & reliqua in sui sustentationem, & licitos vsus possint consumere, licitum est. Tenet Nauarrus in cap. non dicaris, num. 9. 14. & 18. & lib. 3. Consiliorum, de Regularibus, consil. 2. per totum. Et intelligitur hoc, in illis Religionibus, in quibus hoc est in vsu: & probat Nauarrus ex praxi, & quod talis Religiosus est quasi œconomus Monasterij principalis, & fortè non possent aliter tam fideliter, aut vtiliter administrari bona, quæ in illa villa, Ecclesiā, vel grangia habet: & sic apud Benedictinos Congregationis Hispaniæ sit; vbi huiusmodi grangia, Ecclesiā, seu Prioratus vni Monasterio, traduntur Praefectis, seu Prioribus vocatis vt administrarent illa bona, & immitterent fructus, seu valores Monasterio, dādo, & assignādo pro sustentatione Praefecti grangia, seu Prioris, & socij (si habeat) talem quantitatem tritici, vini, & aliarum rerum, & pecuniarum, seu assignando horum loco, decimas, v. g. rerum minutarum, vt pullorum, hedorum, & leguminum, quæ talem valorem pro anno solent habere, & obventiones, seu ingressus Ecclesiæ, si grangia contineat parochiam.

N. 62.

Vbi aduertendum, in primis, quod quando per totam vitam tali Religioso talis villa administratio concedatur, taliter debet esse ad nutum Prelati competentis reuocabilis, vt nec Abbas cum toto suo Conuentu, nec Prouincialis, aut Generalis, cum toto sui Ordinis Capitulo, & Prouincia, non possunt pacisci, & conueniri cum tali Religioso, quod administratio sit irreuocabilis, ad nutum Prelati, nec de

A hoc facere validum statutū. Sic Panormitanus communiter receptus.

Panor.

Sed aduertendum etiam cum eodem Nauar. vbi sup. quod quāuis sint iustæ, & licitæ istæ reuocationes, tamen vbi esset in vsu, quod tales administrationes dentur per totam vitā, non debent reuocari sine rationabili causa. Et addit Nauarrus, hoc nullo modo esse cōtra Concilij decretum, dict. cap. 2. session. 25. de Regularibus; nec alibi, nam Concilium non loquitur de talibus administrationibus ad nutum amobilibus,

Nauar.

B & de licentia Prelati, sed solum renouat illud citatum caput, cum ad Monasterium, & talis, in quem suam ordinat, & precipit, vt eiusmodi administrationes non sint perpetuæ, sed ad nutum amobiles: & certè ad conseruationem Bohorum habitum, & hereditatum, quæ habet Monasteria in villis, Prioratibus, seu grangijs, multum expediret plerumque dari sic in administrationem Religiosis idoneis, & quod veniant tales Religiosi administratores intelligendi, nomine officialium, vt ait Concilium.

C Sed quæres quid dicendum de Monachis qui vocantur Claustrales in Monasterijs in quibus bona, & facultas, & substantia Monasterij tripartita est, & quilibet habet suam partem in tali villa, & grangia, vel Prioratu, & ad hoc obtinet Bullas Pontificis, sicut in alijs Beneficijs Ecclesiasticis.

N. 64.

De paupertate Claustralium.

D Responderetur ergo, etiam hos Monachos, seu Religiosos Claustrales, possidere illa Beneficia per modum administrationis, pro sua sustentatione, & sunt amobiles ad nutum sui principalis Prelati, qui est summus Pontifex, quod diximus supra sufficere ad hoc, vt non habeant dominium, aut proprietatem.

N. 65.

Ex dictis resoluitur alia difficultas, an Religiosus possit habere statutam quantitatem pecuniarum, assignatam pro suo vestito.

E Ad quod responderetur cum Panormitano, cap. cum ad Monasterium, factis esse licitam consuetudinem, seu constitutionem qua tribuitur Religiosis quid quotannis pro annuo vestito.

Panor.

Religiosis quid quotannis pro annuo vestito.

Q V Æ.

QVÆSTIO IX.

Vtrum Religiosus possit habere aliquam pensionem super aliquod Beneficium, de licentia Papæ?

Resolutio est affirmatiua, pro qua primo supponendum cum Azor, tom. 1. instit. Moral. lib. 12. cap. 5. q. 9. & alijs; pensionem Ecclesia itam esse ius percipiendi aliquos fructus ex Beneficio alterius Ecclesiastico.

Secundò supponendum, quòd in omni opinione, solus Papa, & nullus alius inferior, potest cõcedere, quòd Religiosus licitè possideat talem dictã pensionem: & differunt Authores in hoc, quòd aliqui asserunt, quòd ad concedendam talem pensionem, requiritur Papæ dispensatio, in voto paupertatis. Sic videtur tenere Azor citatus, nam cum ipse asserit, Papam concedere talem pensionem; hoc iudicat fieri, mediante dispensatione in paupertatis voto. Alij Authores dicunt, quòd sine dispensatione in voto paupertatis, concedendo Bullas, seu facultates, vt pensiones tales habeant Religiosi, super alterius Beneficium reliquum, quod est concernens obseruationi, violationi, vel dispensationi in voto paupertatis: saluatur eodem modo, & ratione, quo annui redditus, & census, quos præcedenti quæstione 7. nam. 56. declarauimus, posse & debere fieri, nam si de licentia Prælati (quod est dicere, quasi nomine Prælati) aliquis Religiosus habeat tales redditus annuos, quos super alterius Beneficium imposuit legitima potestas, quæ est Pontificis, & in ordine ad contumendum, & impendendum, etiam se habeat, quasi de illis pecunijs, & redbibus pensionis nullo modo habens dominium, sed recognoscens quòd habet Prælatus, & de eius manu (id est licentia) vtitur illis ad res necessarias (quas aliàs nõ concedit communitas) & sustentationem vsu (inquã) facti, seu simplici; non ex hoc conuincitur, contra paupertatem facere talẽ Religiosum: nec hoc etiam conuincit, quòd pensio includat ius. Ius enim exigendi illos redditus annuos pensionis, non vt ius proprium, sed vt

A alienum, & sui Prælati, habet; sicut procurator, œconomus, aut collector reddituum propriorum Prælati, seu communitatis habet: vnde in nullo exercitio ex ijs quæ contingunt, quando Religiosus habet (ex autoritate Apostolica) pensionem; reperitur aliquod contra votum paupertatis. Primum enim scilicet, exigere à debitoribus annuam pensionem, licet videatur aliquid iuris, est tamen ius proprium alterius, id est, Prælati, qui sicut posset alteri concedere licentiam, facultatem, & vim exigendi, imo & scripturam ad compellendum pro solutione, concedit Religioso ipsi; & sic hinc nulla interuenit proprietas, nec vsus iuris. Secundum autem, quod interuenit, est ipsa retentio, & etiam est alieno nomine, & sub aliena voluntate, & dominio, scilicet, Prælati, qui potest quasi de re sua inconsulto Religioso, de illis pecunijs disponere, id est, ab ipso Religioso tollere, & communitati, aut alijs applicare, & tandem reuocare: & quantum ad consumptionem etiam, vt alieno vtitur.

B Vbi nota, quòd si etiam Pontifex in expeditione Bullæ pensionis concessit Religioso, velit quòd sine dependentia à Prælatis Religionis, quantum ad posse ab illis auferri, sufficienter saluatur, adhuc quod non violatur paupertatis votum, cum Papa sit principalis Prælatus, dũ ea subordinatione Papæ subijciantur, vt ipse pro sua voluntate, quando velit, possit auferre, & reuocare: hoc dicunt sufficere. Et specialiter pro modo possidendi Beneficia Ecclesiastica, & eorum fructus, & redditus annuos, Religiosos Claustrales, est cõmunis opinio; & quod reuocabilia sunt talia bona ad voluntatem Papæ, qui est præcipuus Prælatus, non excludendo alios iustificantes titulos conseruationis facultatum Monasterij tripartitæ, & debite administrationis, & propriæ sustentationis, & propter (sape dictum) quid hic vsus, seu ius exigendi, taliter explicatus, reducit ad simplicem vsum, seu vsum facti.

C Sed dices, si supposita facultate Pontificis, ad habendam aliquam pensionem super aliquod Ecclesiasticum Beneficium, Religiosus qui ex

N. 67.

N. 68.

tali facultate, aut Bulla Papæ illam possider, non indiget dispensatione ipsius Papæ in voto paupertatis, ad habendum illud ius, percipiendi illos aliquos fructus, qui dicuntur pensio. Videtur sequi, quod quando aliquis secularis habens ex licentia, & Bulla Papæ aliquam pensionem, intrat, & proficitur in aliqua Religione, tunc ex sola sui Prælati licentia, possit talem pensionem adhuc Religiosus habere, quod nullus unquam admittit.

Respondetur negando tale sequi, nam cum per professionem moriatur, in illa morte expirat facultas pensionis, quæ erat pro vita illius Religiosi cui concessa fuerat pensio, qui civiliter moritur seculo.

Et deinde, quia cum sit positum in opinione, quod si ad gau sedum tali pensione requiratur dispensatio Papæ in voto paupertatis, si ista non esset, nollet solui super eam pensio assignata.

QUESTIO X.

Virum Prælatum possit concedere licentiam Religioso, ut expendat peculium in quos voluerit usus, etiam profanos?

N. 69.

Sensus questionis est, an rigoroſe loquendo votum paupertatis, tunc violatur, quando aliquis Religiosus infumit, & expendit pecuniam sui peculij, ad quam expendam obtinuit licentiam, non explicandam in quos usus, si consumat in res prohibitas, ludos, lusus, aut similia; vel etiam si Prælatum frangat similiter votum paupertatis, concedens sibi talem licentiam, & ex illa infumere suum peculium in ludos, vel res similiter prohibitas. Medina in sua Summa præcepto 7. §. 29. videtur tenere partem affirmatiuam; & Fr. Ioan. de la Cruz, lib. 1. de statu Religionis, cap. 3. dub. 1. dicit esse communiter receptum, quævis ipse contrariam opinionem appellet probabilior, sit tamen.

Resolutio. Certum est, Prælatum non posse subito concedere licentiam, nec sibi assumere a consumendam peculium in rebus illicitis, v.g. cum meretricibus, ludis prohibitis,

A & rebus similibus. Tenet nostram resolutionem Nauar. in cap. non dicatis, n. 23. Molin. tom. 2. de iustit. & iur. disp. 276. Syluest. verbo, Religio, 6. q. 7. nu. 2. Miranda tomo 1. q. 28. art. 9. & communiter omnes, qui de mente Cardinalis dicunt duo. Primum est, peccare Prælatum talem concedendo licentiam, etiam si illam det cum toto suo Capitulo. Secundum est, quod peccat etiam subditus, si tali licentia utatur. Quod intelligerem, si de distincto peccato loquantur ab illo, quod in re illicita luxu, vel ludo committitur, si dictam licentiam, tam importunis, & improbis precibus a Prælato obtineat, ut potius sit extorquere cum violentia, (moralis inquam) quam ex voluntaria concessione.

C Probatur resolutio nostra. Quia Prælatum non est dissipator, sed dissipator bonorum Monasterij, ut ait Miranda, & Cruz, ubi supr. cum Molina, qui ait ex Abulensi ad cap. 6. Matth. q. 37. quod qui infumeret aliquid in usus profanos, aut meretricios, etiam si sit Prælatum, tenetur restituere Monasterio: & etiam si Religiosus sit in aliqua Vniuersitate, & detur illi portio limitata, & de illa subtrahat, quod ita infumat, & tenetur quicumque illud receperit, restituere Monasterio, quia Prælatum non potuit dare talem licentiam, quæ deficiente non potuit Religiosus illam quantitatem dare, nec alienare; & per consequens, nec collusor, aut meretrix acquirere dominium.

D Ex dictis manet resoluta alia difficultas, an Prælatum possit dare licentiam subdito, ut utatur veste pretiosa? Respondet enim Azor ubi supr. cum Nauar. Cõment. 4. de regulis, nu. 27. non posse, quia est contra id quod habetur in Clement. 1. de statu Monachorum, ubi Monacho interdicitur omnis cultus, & ornatus pretiosus, seu sumptuosus, in vestitu, in equitatu, &c. absque ulla & debita causa. Sed est grauis difficultas, an Religiosus qui peculium consumat in ludis, & meretricibus, teneatur restituere. Aliqui affirmant, assignando modum, scilicet, quod tantam quantitatem peculij, quam tunc habeat, vel postea, & possit alias licite consumere; & per consequens, licite ad dominium quod

N. 71.

habet

habet communitas auferre, non consumat, sed conseruet: nam sic conseruabit tantæ quantitatis dominium, quantam abstulit, illicitè consumendo: alij negant talem restitutionem posse facere Religiosum, cum nunquam habeat alicuius rei dominium, quod requiritur.

N.73.

Sed queres adhuc, an faciat contra paupertatis votum, qui de Superioris licentia vtitur re aliqua prohibita in regula?

Ad quod responderetur cum Ioanne Maiore, in 4. d. 38. qu. 9. affirmatiuè: & est nostra resolutio affirmatiua. Vnde ait Ioannes Azorius, vbi supra, cap. 12. quæst. 7. oportere Religiosos caute procedere, vt adstrictos quidem voto paupertatis. Aliquibus tamen doctis rigida videtur hæc sententia: quia non sub mortali, imò nec sub peccato obligabunt omnia, quæ continentur in Regula.

Sed notandum maximè, circa materiam huius decimæ quæstionis, quod aliquando licitè Religiosus expendit pecunias, & peculium, quanuis res, in qua immediatè consumitur, prohibita videatur, & certè sit illicita aliàs. Dixit enim quondam Inter legendum in sua Cathedra primaria Theologiæ Salmanticensì Magister Fr. Dominicus Bañez Dominicanus (vt se audiuisse retulit si ledignus maximè Magister, à quo accepi) quod in ludo aliquando liceret Religioso consumere aliquam quantitatem, seu summam pecuniæ, si esset, v.g. Procurator in aliqua Curia, & sese offerret occasio complacendi, & gratificandi ministrum iustitiæ, seu aduocatum, à quo dependeat breuis expeditio, & fauorabilis negotiorum sui Monasterij, vt sic ex pecunia deperditam affectionem comparet: hoc enim (dicebat Bañez) esse ex voluntate Prælati, & ex eius interpretatiua licentia, cum illa consumptio pecuniæ esset in utilitatem Monasterij; & dum non esset excessiua, nec profanus ludus, qualis de grauibus personis, & ministris præsumi non debet, nulli scandalum afferret, & esset plurimum opinionum, & multum rationi conformis.

A QVÆSTIO XI.

Quantam licentiam possit Prælati Regularis concedere, ad donandum extraneis de bonis Monasterij, vel ipse concedere, & donare?

Pro declaratione huius difficultatis, quæ maxima est, & scitu digna, & necessaria. Notandum est primò, ius supremum, & dominium bonorum Monasteriorum esse apud Papam, & vniuersalem Ecclesiam: particulare verò dominium esse penes Monasteria, si sint capacia; nam si sint in communi incapacia bonorum, & reddituum, dominium etiam particulare talium bonorum est apud Papam, & solum remanet Conuentui vsus facti.

N.74.

Notandum secundò, quod Monasteriorum bona, quæ haberi dicuntur in communi, siue possideri à communitate, non ita dicuntur communia, vt sine communitate singulorum, ad hunc sensum, quod singuli Religiosi de communitate facere valeant de eis quod voluerint; nec etiam ita vt singuli Religiosi Conuentus sint quasi domini omnium bonorum, vel aliquarum partium illorum; sed solum dicuntur communia, vt vniuersis; dispensanda verò per illos, qui potestatem habent disponendi de huiusmodi bonis, in commodum, & utilitatem fratrum, & communitatis, scilicet Prælatos.

C Notandum tertio, non loqui hic de quantitate expensarum, quas facit necessariò Prælati, siue in administrationem ordinariam, siue extraordinariam in litibus, & gratificationibus, vel in magna subuentione: nam si excessiua sit, non sufficet implicitus consensus; sed requireretur formalis, & specialis.

D His suppositis, sit resolutio prima. Non potest Prælati Regularis de bonis Monasterij mobilibus dare aliquid alienis, quod non sit in utilitatem Monasterij, aut ex voluntate ipsius; & multum speciali ratione prohibetur consumere in vsus profanos. Probatum. Quia Prælati, vt dictum est, solum est administrator bonorum Monasterij, quorum

N.75.

quorum dominium sola habet communitas: ergo ut sit administrator Prælati, & dispensator, & non dispensator solum, potest consumere, & expendere bona in usum, & utilitatem communitatis cuius sunt, & ad cuius usus præcisè sunt destinata. S. c. tenet Navarrus, & hac ratione probat hanc doctrinam, in cap. nullam, 18. q. 2. num. 6. Et quod Prælati solum sit administrator bonorum communitatis, & procurator, nulloque modo dominus, expressè habetur in cap. fraternitatem, de donationibus; & in cap. si priuatum, 12. q. 1. quod est vitium caput illius questionis. Sed attentè legatur sequens secunda questio, in eadem causa 12. vbi ex instructo illius questionis, & titulo, qui est talis; An res Ecclesie, quæ ab eis datae sunt, possint constare aliqua firmitate eis, qui eas acceperunt? & in illa per plura capita idem statuitur, specialiter in 1. cap. ex Stephano Papa, quod tam breuiter, & succinctè hoc continet, his verbis, *Qui Christi pecunias, & Ecclesie auferit, fraudat, & rapit, & prosequitur, ut homicida in conspectu iudicis deputabitur.* Et post 17. capita, in cap. quisquis Episcopus, vel Abbas, prosequitur sic. *De salarijs Episcopi, vel Monasterij transferre in Principum manus, vel alij persona conferre, irritum sit, quod datum esse constiterit.* Et mira, ad medium. *Non liceat autem ei fraudare, vel cognatis proprijs dare qua Dei sunt: quod si pauperes fuerint, ut pauperibus largiantur, &c.*

Secunda autem pars resolutionis, scilicet quod multo minus possit Prælati bona Monasterij dare in usus illicitos: probatur, confirmando simul primam resolutionis partem. Nam si ideò Prælati, qui administrator est, non potest donare bona Monasterij mobilia (de quibus loquimur, & loquuntur citata supra) quia talia bona sunt sub dominio communitatis, & per consequens committit factum, qui illa auferit contra voluntatem domini, qui est communitas, quæ est certum, quod noluit in alterius utilitatem, quin suæ usum consumi; quanto minus vellet, quod sua propria bona, adhuc in suos luxus, & ludos proprios contumat suis procu-

rator, & administrator, qui est Prælati.

A Sit resolutio secunda. Potest, & debet Prælati communitatis distribuere bona eius in ipsius debitis, & oneribus: Constat in primis, Prælati, qui administrator est, licere, & pertinere distribuere bona mobilia in sustentatione Religiosorum, & domesticorum, salarijs, administratione, litibus, ædificijs, & similibus. Secundo pertinet in pauperes, quos ipse elegerit, elemosynas, quas consuevit Monasterium, & largiri. Tertio potest largiri, & pro suo libito distribuere, non superflue quidem, nec ad ludos, luxus, & scandalosos sumptus; sed pro leuandis aliquibus necessitatibus, licet adhuc graues non sint, propinquorum, & amicorum, illam quantitatem pecuniæ, quam aliqua Religio per suas leges, & constitutiones assignant, specialiter Abbatibus, ut possint pro libito dare, & nullo modo suis specialibus

C vsibus applicare; quia videtur certè, communitatem velle, quod Prælati speciales obligationes, decentes, & conformes dignitati Prælati, & capitis talis communitatis, ut infra ex suis bonis, & has vocant elemosynas secretas; ut apud Benedictinos Congregationis Hispaniæ, c. 34. n. 5.

D Quarto, potest illas donationes distinctas à præcedentibus facere Prælati, quas vocat, & dicit esse de iure communi Ioannes Azor, citatus sæpe, primo tomo Institutionum moralium, lib. 12. cap. 9. quest. 7. & Molina, tomo 2. de iustitia, & iure, disp. 276. dicit fieri ordinatè, & rationally, scilicet cum causa, & modo; causa (inquam) si Prælati amicis, consanguineis (non propter hunc respectum) vel etiam alijs personis, ex causa quidem v.g. remunerationis, ex attentione ad beneficia à talibus personis, aut prædecessoribus illarum, colata Monasterio, aut quia illud est sub talium personarum patrocinio, aut protectione, aut alijs ab illis expectet, si conferretur pia affectio, augmentationem, fauorem, aut auxilium, quod relinquere debet arbitrio prudentis, vnde conturbat si tales donationes expediant Monasterio, ac per consequens debeat prudenter iudicari

N. 76

N. 77.

& præ-

& præsumi, quòd non solùm fiunt inuito domino, scilicet communitate; sed potiùs gratum maximè illi fieri; ad quòd simul attendi debet possibilitas Monasterij, quam tunc habeat: si enim ære alieno reperiretur actualiter oppressam, sine redditibus, pecunijs, & fructibus necessarijs pro quotidianis, & præcis obligationibus sustentationis communitatis, mercedum, correspondentium, reddituum debitorum, & collectarum, quæ solent quotannis imponi: tunc nec esset prudens, nec licita quælibet talis donatio. Quæ limitatio non vrget in applicatione sibi ipsi quantitatis dictæ facta, quæ elemosyna secreta vocatur, vt dixi, quia ista est legalis, & lege expressa præscripta, quauis ex æquitate deberet Prælati remittere.

N.73.

Sequitur secundò, quòd quando tales, vel similes causæ non adint, ad donationes ex bonis communitatis, peccabit mortaliter Prælati in illis faciendis: & primò, si, vt dictum est (quod absit) Prælati ad ludos, & concubinatus, & similes vitiosos sumptus, meretricibus, & collusoribus conferat pecunias; tunc enim & peccabit Prælati, & inualida erit talis donatio; neque per illam transfertur dominium, vel Prælati ex proprio suo peculio tenetur restituere (vt in loco.) Secundò peccabit Prælati, si det inconstantes elemosynas ex bonis Monasterij, præterquam in graui, aut grauisima necessitate, & specialiter si fiant, quando Monasterium non est opulentum, & pinguium reddituum; sed potiùs est oppressum debitis, ære alieno, & censibus annuis, quos tenetur soluere, & has donationes faciat propinquis, seu amicis: & hoc probatum manet.

Tertio peccabit etiam Prælati grauisimè, qui inconsideratè, & prodigè augeat numerum familiarum, & pretiosiora vestimenta sibi, Religiosis, famulis, & ministris tribuat, & plures famulos, iumenta, aut mulas, quàm sufficiant decenter, habeat, & plura salaria non necessaria introducat ministrorum, qui necessarij non sint, & hoc solum pro suo libito, vt seculari sibi noto, & familiari sustentationem constituat, aut alias: & similiter si suppellectilia, rem sa-

miliarem, cibaria, prouisiones, & alimenta, boues, aut equos, & potiori iure seruos, & famulos seruitio, & ministerio Monasterij dicatos, & eius expensis sustentatos, & conductos mercede, seu stipendio distrahatur, & mancipet ad seruiendum domibus, negotijs, seu personis secularibus, si frequenter fiat, & sine magna speciali causa.

Peccabit tandem Prælati, si pro benefaciendo consanguineis, qui magna egestate non laborant, offert sustentandum propinquum in Monasterio, & non vice alicuius famuli, aut ministri, sed onerando communitatem tot, & tantis expensis, quot & quantis alius Religiosus conuentualis posset sustentari: & hic modus pertinet ad secundum, quem in principio huius numeri 78. assignauimus, de inconstans elemosynis. Nam si loco alterius, qui solet haberi, ministri consobrinum, aut propinquum admittat Prælati, aut studiorum causa, in Monasterijs, quibus est in more sustentare Scholasticorum talem numerum, pro numeri implatione illum admittat, vel quauis nil horum sit, sed in Monasterio pinguium reddituum, & sine debitis, ad instantiam, & ex approbatione, aut petitione Conuentus, aut seniorum, qui ob honestas, & rationabiles causas, velint apud se iuuenem Abbatis propinquum educandum sustentare, licitè Abbas eum adducet, non autem aliter. Demum, si Abbas pro libito suo, & pro nominis sui celebratione magna, superflua, & non necessaria ædificia velit facere. Itè si hospitalitate in excusatis hospitibus, & profanis multa superflua conuiuia hospitibus, & etiam uisitoribus faciat. Nam in ijs omnibus modis insumendi bona Monasterij, cum non videatur in utilitatem ipsius fieri, non gratum esse communitati credendum est: unde pecuniam ad hos dictos sumptus, inuito domino (scilicet communitate) tollit administrator, & procurator illius, qui est Prælati, ac per consequens illicitè, & contra iusticiam. Unde optimè dicit Bernardus. *Quidquid præter necessarium victum, & simplicem vestem de altari retinet (d Prælate) tuum non est, rapina est, sacrilegium est.*

Bernar.

Notan-

Notandum vltimò, ex eodem Azor, cap. 12. q. 4. quòd stando in iure communi, & ante Bullam Clementis VIII. de largitione munerum, vel vbi non fuerit recepta; & esse in more positum apud aliquas Religiones, vt Præfetti, seu Prælari singulorum Monasteriorum, de communibus bonis, quæ possident certam pecuniæ quantitatem, impenderent, vt supra num. 70. Sed certè ante dictam Bullam Clementis, vel seclusa illius obligatione, dubitabatur, & meritò, quantanam deberet esse quantitas ista pecuniæ, quam licitè possent elargiri pro libito, de bonis ipsius communitatis, & necdum applicatis ad specialia Religiosorum peculia? de quibus statim. In qua re aliqui iudicabant pro singulis mensibus cura conscientia à Prælatis pro suo libito electis causis licitis, aut operibus, erogari posse, & sufficere duorum, vel triù aureorum quantitatem. Alij verò Doctores, singulo quoque anno, decem, duodecim, vel quindecim, alij verò dicunt istam moderationem esse, aliquando taxatam, & moderationem relinquendam esse prudèris, & timorati viri docti simul arbitrio.

Vbi notandum, quòd sicut redditus annui, & bona mobilia Monasteriorum quæ capacia sunt in communi bonorum, possunt illis pertinere, vel quia sunt certa, & situata cum perpetuitate, vt fructus prædiorum, decimæ, redditus annui censuum, vel quia non certa, & infallibilia, sed contingentia, & aduentitia, vt quæ ex gratuitis donationibus, testamentis, Ecclesiæ obventionibus, stipendijs suffragiorum, loca, seu præminentia sepulcrorum, seu Capellarum, & similia, & tandem bona alia, pertinent similiter ad dominium, & proprietatem Monasteriorum, quia intuitu alicuius Religiosi illi pertinent, nam ad speciales necessitates Religiosi, subleuandas Monasterio donantur, quamuis ad simplicem vsum Religiosi in ipsius peculio, ex licentia Prælati deponantur.

Sic similiter sumptus, in quibus bona Monasterij expenduntur, multiplices sunt. Primò, vt supra num. 76. in sustentandis Religiosis, domesticis, mercedibus seruentium, soluendis de-

A bitis, pensionibus, redditibus, & collectis legitimè impositis, administranda re familiari, reparandis collapsis ædificijs, & construendis inexcusabilibus, assistendo defensionem, & propugnationem litium, & inuadentium Monasterij bona, & iura, & similibus. Secundò, in eleemosynis consuetis, quas Conuentus ex antiquissimo, seu immemoriali tempore, ex suis bonis impertit, siue omnibus diebus ad ostiù Monasterij, vt solet in omnibus; vel etiam in assignatis eleemosynis, dandis pro omnibus hebdomadibus, mensibus, vel annis, (vt fit in ferè omnibus Monasterijs sancti Benedicti, specialiter Congregationis Hispanæ) in quibus omnibus præter eleemosynas quotidianas, horis signatis, pro numero pauperum cognitorum, & tota die pro patereuntibus, assignatus est talis numerus panum distribuendus die Dominica, & immittendus pauperibus, seu viduis ad domos, & etiam pro mensibus, & pro annis: quas nullo modo potest Prælatus auferre; nec communitates, sine grauissima causa, vnquam auferunt, & horum pauperum, electio est curæ Prælati. Vbi aduertant maximè Prælati, quòd sicut non possunt propria autoritate introducere, nec onerare bona communitatis, quorum solummodo sunt administratores, & non domini, nec possunt eas eleemosynas, quas communitas (quæ est domina suorum bonorum) semel assignauit alicui viduæ, aut honorato pauperi dare.

Tertio, infumuntur bona Monasteriorum in expensas, & sumptus, qui sæpè contingunt Prælatis, qui ea ratione, & occasione, qua Prælati sunt, & capita nobilis communitatis, habent speciales obligationes, ex decencia quadam: vnde, & cognatis, & amicis quodam (quasi) iure spectant aliqua subsidia in occasionibus, seu necessitatibus, vt si apud consanguineos diuertens consobrinus Missam celebrantem nouâ, se præbeat Paranympum, & aliquid offerat nouo Sacerdoti, vel propinquo nobili Rosarium, librum, aut monile alicuius moderati valoris, & pias similiter donationes, vel intulenti se consanguineo, pro parte remunerationis, aliquid largiatur; quod

N. 30.

ine vidisse sæpè facere obseruantissimos, & aliàs doctissimos Benedictinæ familiæ viros, quòd perpèdens Religio; & simul se grata debere ostendere Monasteria suis Prælati, qui eius communitatibus inuigilant suo bono consulunt, & dignus est operarius mercede sua. Ideo enim Regibus stipendia præstamus. Statuit in legibus Sahagúrinis, pro anno 1610. autoritate Apostolica editis, & roboratis, in cap. 34. num. 5. quòd Abbates in Monasteriorum habentium quotannis, plusquam tres mille aureos, seu ducatos reddituum, summat quotannis duodecim millia marapetitorum, & dimidium, si Monasterium minus dicto habeat: & hoc ad eleemosynas secretas; quæ sunt formaliter traducta verba constitutionis: & addit, quòd nullo modo possint Abbates applicare vsibus suarum personarum, sed quòd alijs pauperibus cum effectu dentur; & aliàs dicta quantitas non possit exigi, nec accipi ex bonis communitatis. Vnde notandum, hanc quantitatem vocatam in lege, & communiter, eleemosyna secreta, posse Prælatus sua autoritate sumere ex bonis communitatis, & expendere in dictis nuper in hoc numero, quos sumptus explicuit, & declarauit, consuetudo esse illas eleemosynas secretas (vt vidimus:) & eleemosynæ vocantur, quia pauperibus, id est, non opulentis, & non profano, prodigo, & superfluo sine, sed titulo necessitatis latè sumptæ, & secretæ eleemosynæ sunt, quia non tenetur manifestare, nec satisfacere Prælatus in quos sumptus in particulari expendat illam quantitatem, vocatam, *limosna secreta*: sufficit enim scribere in libro expensarum Conuentus, duodecim mille marapetini traditi sunt Abbati, pro suis eleemosynis secretis huius anni, in quo differunt sumptus huius tertij generi, à sumptibus quarti sequentibus; vt statim videbimus.

Quartò, expendi debent bona Monasterij in extraordinarijs illis sumptibus, quos vidimus suprâ num. 76. & explicuimus num. 77. cum quantitate explicata nu. 79. duodecim, vel quindecim millium aureorum pro anno. Vbi aduertendum, quòd consumptus,

v. g. eleemosynarum copiosarum, si contingant, ex singulari causa, singulari, & speciali deliberatione debent facere, non Prælatus, sed tota communitas ex suis bonis, præcipuis, & deputatis ad primos sumptus, vel magnarum similiter gratificationum. Et ideo, non de ijs loquimur in hoc quarto genere, vbi (vt vidimus) leuia beneficia gratificari possent, & parum obligare possent Prælatis, ex rã tenuibus donationibus, quæ per totum annum non excederent quantitatem quindecim aureorum; quare solum ista quantitas adiudicatur Prælatis, pro occasionibus quæ occurrant per anni spatium exiguæ quantitatis singulis: & has iudicarem esse, si diligenti famulo, qui pro aliqua negotij expeditione breui tempore longum peregit iter, vitra salarium ex conuentione elargiar duodecim dragmas; vel diligenti procuratori causarum, aut tabellioni, vel notario, pro gratulatione fauorabilis sententiæ, quinquaginta dragmas; aut pluribus pauperibus pro diuersis diebus, in vijs obuiam habitis, singulis consuetam tenuem eleemosynam impertiar, quæ simul sumptæ, in fine anni sint plusquam sex aut septem aurei, vel expensæ similis, vt suprâ numero 77.

Notandum deinde, quòd ij sumptus tertij & quarti generis, in hoc conueniunt, quòd si cum effectu in his rebus ad quæ deputantur, non consumantur illicitè ex bonis communitatis, acciperentur à Prælatis, quia constitutiones, & iura solum ad dictos effectus volunt extorqueri, seu accipi ex bonis communitatis, & communitas, nõ vult nisi taliter sibi auferri: vnde extrahuntur inuito domino, & per consequens furtiuè. Et hoc quidem explicauit lex citata Benedictinorum, ex cap. 34. num. 5. vbi postquam dixit, quòd Abbates possint accipere quotannis, &c. addit. *Pero entienda se, que no pueden aplicar dicha limosna para el uso de sus personas, sino que con efecto la han de dar a otros pobres.* Et hæc ratio, adhuc fortioribus terminis conuincit, de illa quantitate quæ aliàs datur Prælatis, pro dictis extraordinarijs leuibus, in vtilitatem communitatis consumendis.

Diffe:

N. 81:

Differunt autem hæc duo genera sumptuum, quod non licet Prælati sumeret de bonis communis sumptus quarti generis, si non manifestaret, & faceret scribi in libris expensarum Monasterij speciales res, in quas quilibet partes illius quantitaris, quindecim aureorum expenderit: unde, non faceret quod debet si scriberet tantum, consumpsi in gratificationibus toto hoc anno, quindecim aureos, nec tale illi ratiocinium admitteretur, nisi expressè scriberet, viginti dragmas consumpsi in hoc, septem, aut viginti in illo, &c. At verò, quantitas tertij generis, ad iudicium Prælati, non tenetur scribi, sed solum insinuari ut in ratiocinij libro sciatur duodecim millia marapetinorum, qui traditi sunt Prælato, pro secretis eleemosynis constitutionis, pro hoc anno: & etiam est alia differentia, quod solum in utilitatem Monasterij possunt impendi sumptus quarti generis, ut constat ex Azor num. 77. At quantitas tertij generis, quæ eleemosynæ secretæ Abbatum vocantur, non tenetur Abbas in rebus communis pertinentibus consumere.

Sed adhuc dubitari potest, an omnes superiores omnium Monasteriorum, qui in ipsis nullum habent Superiorem, sed tamen ipsi Conventus, seu Monasterium, non est absolutum, & principale, sed annexum, & dependens ab altero Monasterio principali, & ipsius Abbati, qui simul, & æqualiter est ordinarius Prælati Religiosorum, ac de residentibus in Conventu principali, in quo residentiam habet Prælati principalis, de inferioribus: ergo ijs qui Priores Prioratum sunt, vel Abbates filiationum Abbatiarum, dubitatur, an possint di&am quantitatem duodecim millium marapetinorum pro suis eleemosynis secretis, assumere, vel sex millium: & idem de quantitate quæ pro extraordinarijs sumptibus ad communitatem pertinentibus, quindecim aureorum, diximus Prælati pro singulis annis concedenda.

Respondetur, & sit resolutio. Monasteria inferiora, Monasterio alicui sic principali annexa, quod cum omnibus fructibus, redditibus, & obventionibus contingentibus, adventitijs, & necessa-

rijs ad principale Monasterium confluant: reservata, & taxata superiori, & committibus quantitate sufficiente ad meram sustentationem familiaris, simul administrationem domus, & reparacionum (quæ Monasteria Prioratus dicuntur) in his non possunt Priores assumere sibi quantitatem, quæ ad eleemosynas secretas vocatur, nec etiã aliam quantitatem quindecim aureorum, pro extraordinarijs expensis; nisi quantum ad hanc standum sit consuetudini, seu expressè commissioni delegationi, aut nominationi, quæ solet esse amplior, vel strictior, respectu distantioris, seu viciniore locorum situs, aut qualitates officij, aut personarum.

Resolutio secunda. Priores Monasteriorum qui Prioratus, & non Abbatie, aut Monasteria principalia sunt, sed ipsis annexa, quantum ad dependentiam in gubernatione, & diputacione maioris, & sociorum Religiosorum residentium, non tamen annexa, quantum ad bona, & redditus (nam istos debet consumere ex institutione Prioratus, in sustentatione Religiosorum ibi degentium, seu in administratione alicuius hospitalis, pauperum, & hospitiæ, ut apud Galeciam, Prioratus sanctæ Mariæ de Cebrero Ordinis sancti Benedicti, unitus, ut dictum est, Monasterio Regio, & Abbati sancti Benedicti Vallisolerani,) iste Prior, & similes, cum plenam bonorum Monasterij habeant administrationem, potest pro suo arbitrio aliquam quantitatem accipere, & consumere in sumptibus vitales Monasterio, ut explicatè manent supra num. 77. non tamen tantam quantitatem, quæ pro anno attingat ad quindecim, nec decem aureos.

Sit resolutio tertia. Monasteria quæ (ut dictum est) subduntur alio Monasterio principali, & sunt (nihilominus) Abbatie, & Superior consuevit vocari Abbas, & bona, & redditus consumunt, ex fundacione, & institutione fundatorum in sustentatione Religiosorum, & domesticorum, & administratione rei familiaris ad instar reliquarum Abbatiarum principalium, pro quantitate maiori, vel minori reddituum, possunt accipere aliquam quantitatem, respectu anni quæ non excedat quin-

N. 33.

N. 34.

N. 32.

N. 31.

quindecim aureos, pro extraordinarijs sumptibus (si se se offerat,) ex illis quos supr. num. 77. assignauimus.

Ultima resolutio. Huiusmodi Abbates filiationum, quibus faueat antiqua consuetudo, quod quantum ad hoc veniant intelligendi etiam nomine Abbatibus, quibus dictum cap. 34. in nu. 5. concedit assumere dictas elemosynas secretas, licitum erit eas accipere duodecim millium, vel sex millium marapediorum, qui pro sumptibus assignatis, nu. 30. §. 3. insumuntur: secus autem, si talis non vigeat consuetudo, nec illa priuata communitas licite statuet.

N. 85.

Quid de Prioribus, seu Præsidentibus, vel de Superiore immediato cuiuscunque Monasterij, in qualibet Religione dicendum, an possint in absentia Abbatibus, seu Prælati principalis Monasterij, distribuere pro suo libito, illam quantitatem assignatam, nu. 79. duodecim aureorum per annum, in rebus ad Monasterium pertinentibus, vt num. 77. vel respectu illud, quod correspondet tempori, quo deest Abbas, & illi sunt Præsides domus. et idem dubitatur de elemosynis secretis, vt in num. 30.

Respondetur, & sic resolutio. Præsidentes, seu secundum locum gubernationis habentes, in absentia Prælatorum, non possunt adsumere ad sumptus extraordinarios dictos, nec correspondentes anno integro, vel parti anni, quo Præsidentes sunt: cum hos sumptus facere ad Abbatem, vel principalem Prælatum, ubique reperitur, pertineat: saluo tamen casu, quo Abbas per totum integrum annum sit suspensus, per sententiam quam consenserit; nam etiam ab administratione horum extraordinariorum sumptuum est suspensus, & tunc si talis quantitas, vel pars non sit insumpta, poterit respectu illud expendere Præsides.

Ad difficultatem annexam, de elemosynis secretis, respondetur negatiue. Gratiam enim illam, noverunt leges concedere alteri, quam assignato pro principali Prælato.

N. 86.

Notandum tandem, quod cum expense, & sumptus bonorum Monasterij, cum æquitate iuris, & iustitia, sint assignati, & cum præcepto ordine; vt in primis, in præcipua obligatione sustentandi communitatem, & rem familiarem, quod

A est fundamentum. Et secundo, in operibus charitatis, subleuandi pauperes ex possibilitate, qui est secundus deputatus sumptus. Tertio, & 4. in assignatis n. 76. & 77. non poterit Prælati (qui est administrator) hunc ordinem inuerrere, & anno necessitatis ex defectu fructuum terrarum, subtrahere competentem alimoniam, & portionibus necessarijs, & vix sufficientibus Religiosorum, ex nimio zelo (vocatur) pietatis, vt aliam alienos pauperes, & filios, & suis proprijs relictis alijs, elemosynas faciat, vel auget, in casu enim quod non suppetant facultates ad utrumque, primam attendatur in primis. Et in dubio, si ita pauperum exteriorum anteposenda sit, completa, ordinariæ, & legali portioni, & quantitati alimentorum cuiuscunque Religioso assignatorum, consulenda est ipsa communitas, & singuli communitatis audiri debent, & sine violētia, & minis, & sine temeritate id resoluerent. Ex plurium suffragio, & sententia.

C Nec est contra hoc, id quod de Episcopis sanctis refertur, quod aliquando vasa sacra impenderent, vt pauperes sustentaret, tum illud Leonis Papæ; Aliquid nostræ consuetudini subtrahamus, quod alijs possit prodesse pauperibus, qui sunt Religiosi, quando specialiter sunt illi, qui cum ex instituto mendicare non possint, nec manibus sustentationem captare: & hoc implet Religionis Prælati, quando anteposit, & præfert sustentationem Religiosorum, qui sunt essentialiter pauperes, quia (cum ex instituto pluribus, & ex imbecillitate aliquibus) mendicare non liceat, nec aliter victum captare, Ecclesiæ facultates (vt dixit Leuita Laurentius) laudabiliter reportant in cœlestes thesauros.

N. 87.

QVÆSTIO XII.

Quantam licentiam possit concedere Prælati Regulari subdito, ad donandum de suo peculio, vel sibi assumere, seu expendendum?

E

Pro intelligentia, notanda sunt, quæ supr. in hoc cap. q. 6. nu. 40. diximus de licito modo habenda peculium, & quod hoc illa sit pecunia, quam habet Religiosus sequens.

N. 88.

Z tra.

stratam. Et in quæst. 10. ad quod vsus sit consumendum, sed ad exactam rei intelligentiam, & specialiter, pro consumptione per donationem hic, & qualiter peccet, qui illicitè prodigè, & temerè consumpsit, siue in vsus illicitos, siue donando.

Notandum secundò. Quòd cum peculium Religiosorum, vt in plurimum procedat, & resultet ex ijs bonis, seu pecunijs, quæ intuitu, seu causa Religiosi adueniunt, & adquiruntur Monasterio, quod accipit dominium illius rei quæ per testamentum alicuius, vel donationem facta est Religioso; diuersa ratio est de huiusmodi bonis sequestratis in peculium Religiosi ad vsus illius, & speciales necessitates subleuandas, ac de alijs bonis, & redditibus Monasterij: quod autem ea quæ Monachus acquirit per artem, aut manuum laborem, Monasterio adquirantur, constat ex Innocentio III. in capit. cum olim, de priuilegijs: & vt ait Baldus in lege seruus, C. communia, de successione; Decius in lege cum fundus, §. serui, ff. de rebus creditis: & vt est communis sententia, Religiosus in quantum attinet ad acquisitionem alicuius rei equiparatur, cum seruo, cum filiofamilias; ex quo fit, quod quemadmodum seruus non sibi, sed domino acquirit, sic Religiosus non sibi, sed Monasterio.

N. 89.

Ijs suppositis, & quod quantum ad dominium, & proprietatem, eodè modo, sint communis bona, quæ acquirit Religiosus per donationem, aut aliter, ac reliqua bona, & redditus Monasterij, & quòd solum differant penes deputacionem ad diuersos vsus non sequestrata, & ad speciale Religiosi peculiù, pro necessitatibus specialibus ipsius Religiosi: acerbius autem bonorù Monasterij, deputatus est ad sustentationem communis. De laxiori facultate in hac quæstione loquimur, quam possit Prælatas cõcedere ad donandù, & expendendù illa bona, sub dominio (quidem) & proprietate cõmunicatis, sed ad peculium particularis Religiosi sequestrata, quæ foret facultas ad donandum, & disponendum de bonis præcipuis, & redditibus ad cõmunitatem directè, & præcisè pertinentibus. Vnde fit

A Resolutio prima. Nec Prælatas potest sibi accipere licentiam expendendi peculiù, nec subditis concedere in vsus illicitos, & peccaminosos; vt luxus, & ludos: imò neque in profanos & superfluos; vt itinera excusata, quæ neque ex rationabili negotio, nec honestè recreationis causa, sed ex inconstantia, & leuitate fiât. Probat, nam si Religiosus consumat in superfluis, & profanis vestibus, lautioribus epulis, pretiosis vinis, & in rebus similibus, indecètibus statui pœnitentiæ, & humilitatis, certum est quòd cõmunitas quæ dominium habet illorum bonorù, nò approbat talem illorum consumptionem.

B Secunda resolutio. Nò potest negari Prælati sibi assumere, & subditis concedere facultatem donandi suù peculiù, pecunie, aut vsu cõsumptibiliù ex causa honesta, & iusta, non solù Religiosis domesticis, sed alijs Religiosis aliorù **C** Ordinum, imò & secularibus. Probat, quia ista donatio, seu alienatio quæ fit harum pecuniarum, & rerum vsu cõsumptibilium, si ut quidem ex causa iusta, nempe, ex gratificatione, quam debeat particularis Religiosus pro beneficijs eius personæ collatis, nil magis detrahit, aut nocet utilitati, ac bonis cõmunitatis, quàm si cum effectu ipse Religiosus in suæ personæ sumptibus expendat: ergo, &c. Et hoc intelligitur de donatione in vita, nam si fiat causa **D** mortis, est per modù testamenti, quod non potest facere Religiosus.

N. 90.

E Tertia resolutio. Prælatas Regularis potest insumere in rebus licitis expensæ sibi ipsi facultate, & hanc cõcedere subditis, peculiù, quod ex legitima licentia habeant. Pro intelligètia notandum. Primò, quòd cum bona quæ in potestate, & sub dominio cõmunitatis sunt (quantum ad præsens institutum) in illa duplici differentia, assignata nuper, in notabili 2. huius 12. quæ sic sicut bona deputata sustentationi, & administrationi Religiosorum, & familia, possunt expendi laudabiliter, iustè, & conuenièter, & per consequens licitè: vt quando cum tota sollicitudine, fidelitate, & rectitudine, singulis Religiosis, personis, & ministerijs diuiduntur singulis, prout cuique opus est, & sine exceptione personarù;

N. 91.

Et etiam aliquando expenduntur illicitè, & viciose, vt in Prelatus, œconomus, vel alij coadministratores, in ludos, meretrices, vel fortuna prodigalitate; inter seculares, superfluis, & vanis donationibus, conuiuijs, aut profanis solatijs; aut tandem inter propinquos, & amicos, aut aliter: ita etiã bona quæ licet sint sub dominio Monasterij) sunt sequestrata, & deputata, ex permissione constitutionũ, Prelatorũ & consuetudinũ, possunt expedi laudabiliter, ac studiosè, vt si quis ex suo peculio (quod licet in suæ personæ obsequium, & licitum viciũ peculiarem) applicet Ecclesiæ ornatui, vasis argenteis, quibus non abundet; aut ornamentis, officinis Monasterij, emendo pro hospitio, vasa, pueres sindones, mapulas, aut cellæ infirmorum tunicas, vel camisas, & infirmis ipsis provideat abundantius ex pomis, saccharo: vel si particularibus alijs Religiosis, qui nec à bonis cõmunitatis, debitis, aut in qualibus ouibus oppressi, nec à propinquis subueniuntur, provideat de libro, imagine, aut veste, aut re simili, aut donando externis pro causis proprijs quidem, sed iustis, quod dico, quia non requiritur quod peculium consumatur in bonum, & utilitatem cõmunitatis, cum sequestrum sit ad vsus ipsius Religiosi: potest etiã licitè consumi peculium pro specialibus utilitatibus, vt si quis amico Religioso, vel seculari, in itinere obuiam habito, vel ad se diuertente, pro honesta amicitia conseruanda, benivolentia, seu gratitudine, cui non sufficienter pecuniæ suppetant, concedat, pro qualitate personæ, aliquam moderatam quantitatem. Hanc limitant maximè Authores, Corduba in summa q. 54. Fr. Ludouic. Lopez num. 9. cap. 40. lib. 1. dub. 1. quod Prelati Regulares possunt sibi, & subditis, concedere licentiam donandi vsque ad decem aureos, in licitis, & honestis donationibus, vt in nuptijs cognatorum, & similibus; & pro ampliori licentia debent recurrere ad alios Supremos Prelatos.

N. 91.

Tertio tandem modo expendunt aliqui peculium in iniuris largitionibus, & donationibus, & prohibitis sumpti-

bus, & vsibus, vt manet q. 10. explicatũ.

An debeant cõmunitati restituere Religiosi, damnum quod inferunt ipsi, auferendo ab illa quantitatem, quam illicitè consumentes, & cuius tollunt dominium, & proprietatem quæ apud illam erat: tractabimus in fine huius tractatus, vbi de modo restitutionis quam debent, & possunt Religiosi facere agemus, & aliqua supra, num. 71. in fine.

Notandum vltimo, quod dupliciter expendit Prelatus bona Monasterij. Primo, in sumptus, & expensas necessarias. Secundo, ad spontaneam liberalitatem, & hoc diuersimodè, scilicet, in sumptibus ad utilitatem cõmunitatis pertinentibus, sed pro libito Prelati, ad quod assignauimus pro anno quindecim aureos, & qui debent esse istius sumptus, sup. n. 77. & secundo in sumptus voluntarios etiam, sed non in ordine, nec intuentu boni cõmunitatis, sed ipsius Prelati, & adhuc inter se etiam distincti: nam vel sunt ad subuentiõnem aliarum personarum amicitia, vel alias coniunctarũ, & ad hoc elemosinarum secretarum, duodecim, aut sex milia marapedinorum, qui est intuentus ipsius Prelati, vt numero 76. Et tandem alij sunt sumptus voluntarij, vt duo præcedentes; & addunt, quod etiam in utilitatem propriæ personæ possunt consumere, vt peculium ipsius Prelati, de quo in præsentibus quæstione.

N. 92.

QVÆSTIO XIII.

Virum œconomus, aut legitimi administratores bonorum Monasterij possint aliquid donare?

Hæc quæstio ferè eadem est cum vndecima præcedente, sed præterquam aliquid continet singulare, materia vtriusque necessaria est, & adhuc petit explicationem.

Pro quo supponendum cum Molina tomo 2. de iustitia & iure, disp. 271. Possit, & debere œconomus Monasterij, seu administratorem deputatum à Prelato (qui præcipuus, & legitimus administrator est) consumere redditus

N. 94.

& bona mobilia Monasterij, in vsus ordinarios, & extraordinarios illius, & in elemosinas consuetas, secundum præscriptum, & dispositum per leges, & secundum voluntatem expressam, aut præsumptam Prælati, in eo quod legi non opponatur. Quod confirmat, & probat Miranda quæst. 28. artic. 12. ex D. Thom. 2. 2. quæst. 32. artic. 8. ubi dicitur, quod Religiosus, etiam elemosinam non potest facere sine licentia Prælati: & specialiter, & magis ad intentum, probat doctrinam Molinae, Miranda, quia si, & ipse Prælati qui (vt vidimus) præcipuus administrator est, non potest consumere Monasterij bona, nisi in eius utilitatem, & in vsus à iure, vel à consuetudine destinatos, multo minus poterit œconomus, nec sibi, neque alijs applicare talia bona: & ideo dicit peccare mortaliter talem œconomum, & esse in statu dationis, donec restituat. Vnde est nostra resolutio negativa.

Resolutio prima. Non potest œconomus Monasterij de eius bonis aliquid donare ultra præscriptum, aut ex licentia, nec extraneis, nec Religiosis. Probatur, quia œconomus solum habet potestatem, & administrationem bonorum distinctam ab ea quæ habent Prælati, respectu vsus illorum quæ ordinantur in bonum Monasterij: ergo in ceteros vsus, & dispositiones, in quibus illi facultas concessa non est, non potest magis expendere, quam reliqui Religiosi. Quod colligit Man. Rodrig. 3. tom. Regui q. 29. artic. 10. conclus. 1. ex Glossa, ex Sarmiento, Gerson, & alijs.

Vnde colliges, œconomum non posse sine licentia Prælati, nec sibi assumere, neque dare alijs, etiam Religiosis, extraordinarias vestes, aut suppellectilia, neque quid aliud, præter id quod taxatum est: exceptis tamen parui momenti, & pretij, & comestibilibus, vel vii consumptibilibus rebus, in parua quantitate, & inter Religiosos illius communitatis.

Nec valet dicere, œconomum plusquam reliquos Religiosos laborare; nec assignatum esse aliquid speciale pro speciali labore (sicut sup. q. 1. diximus) Prælati, intuitu etiã curæ, & laboris, permitti aliquas quantitates de

bonis Monasterij posse impendere in voluntarios sumptus, (licitos, & honestos quidem) sed alios intuitu utilitatis Monasterij, & alios proprii Prælati, sed ad ipsorum amicos, aut familiares attinentes.

Respondetur enim, quantum ad Prælatos dictas facultates esse ex iure communi, & particulari (vt supra vidimus d. q. 11.) & certè omnis opera Regularis est debita Monasterio, cui se, cum suis omnibus donauit per professionem Religiosus, vt patet ex cap. in præsentia, de probationibus, Authentica, ingressi, de sacrosancta Ecclesia.

Sed quæres adhuc. An si Prælati præciperet œconomus, vt aliquos sumptus faceret superfluos, profanos, vel nullo modo ad utilitatem Conuentus pertinentes, vel aliquam considerabilem quantitatem, vt consanguineis, & amicis Prælati immitteret, œconomus teneretur obedire.

Respondetur, quòd in casu quo probabiliter œconomus crederet, vel ex ignorantia inuencibili putaret, tales sumptus sibi imperatos, licitos esse, & in Monasterij utilitatē, vt si amicis, vel propinquis suis, alijs ministris iustitiæ, vel in Republica Potentibus, à quibus (in scio œconomus) credit Monasterium, mediante Prælati intercessione, potuisset recipere beneficium, vel expectari in breui, & fauorabili negotij expeditione, tunc imperante Prælato, posset tuta conscientia id facere œconomus,

dummodo clarè & distinctè inscriberet in libro rationum, & sumptuum, se talem rem sumpsisse, vt ex mandato Prælati tali personæ traderet: & hæc communis obligatio est in omnibus Religionibus, & specialiter in Congregatione Benedictinorum Hispaniæ, in nobis legibus, capit. 52. numer. 17. ubi sub præcepto ad tale obligante iniungitur, vt omnes res, suo vero titulo scribantur. Et idem dicendum, si de rebus ad vestitum, vel vitium, emptis, scriptis, aut deputatis, mandaretur externæ personæ dare, nam certum est, quòd detrahendo illam quantitatem pecuniæ, quæ correspondeat parti, vel numero, arietum, olei, vel piscium, & similibus, quæ pro sumptu communitatis remaneant reli-

N. 95.

N. 96.

N. 97.

reliquam pecuniz partem quæ corres-
pondeat rei, quæ externis ex manda-
to Prælati donata est, debet scribere
suo titulo: (vt diximus.) Si verò œco-
nomus, nec rationabiliter credat, quod
id quod iubetur donari extraneis, esset
in utilitatem communitatis, committit
ex suo genere peccatum mortale,
quia à communitate (quæ domina est)
auferit, auferit illud quod eius so-
lum est: & non solum cooperatur pec-
cato Prælati præcipientis, sed in ali-
quibus Religionibus, in quibus per earum
leges, administratio, & applicatio
honorum Monasterij ad vsus necessa-
rios, committitur œconomis, vt apud
Benedictinis Hispaniæ, in suis legi-
bus, dicto cap. 52. numer. 4. ipse pec-
cat.

N. 98.

Et idem etiam dicendum est de si-
mili præcepto Prælati, quando est
probabile esse licitam donationem, (vt
si pro magna remuneratione pro bene-
ficio graui facto communitati, ipsa
consulta, & annuente, vel pro maiori
parte suffragiorum, sine cantela, aut
violencia sumptuum) iubeat Prælati
magnam alicui donari quantitatem:
vel pro remuneratione non magna, &
pro arbitrio Prælati faciendâ, inuito,
& nomine communitatis, intra dictam
moderationem pro anno, assignatam
nu. 79. & scriptam in dicto libro sum-
ptuum, clarè & expressè. Et vltimo, si-
militer quantitatem, totam simul,
vel per partes assignatam pro anno,
duodecim, aut sex millium marape-
rinorum, pro secretis elemosynis
Prælati, in Religionibus in quibus
fit ex lege, & tunc scribendo, cum so-
la hac insinuatione, quod scilicet de-
dit Prælati, totam vel tantam quan-
tatem pro suis legalibus elemosy-
nis secretis, talis integri anni. In qui-
bus non impeditur donatio remune-
ratoria maioris, quantumvis quan-
tatis, conformis arbitrio
prudentis, beneficio
accepto.

(.f.)

A QVÆSTIO XIII.

*Vtrum Prælati possit de bonis Mo-
nasterij sibi assumere libros, imagi-
nes, vel duplicatas
vestes?*

N. 99.

Difficultas huius quæstionis,
magna ex parte manet expe-
dita, ex doctrina præcedentis
quæstionis vñdecimæ, quæ no-
tari debent, & præcipuè tria prima no-
tabilia, in princip. quæst. nu. 74. Et rur-
sus notandum, quod sup. nu. 93. adno-
tauimus piuras esse expensas, quas li-
citè pro libera voluntate sua potest fa-
cere Prælati, de bonis Monasterij, nõ
loquendo de præcisiss, & obligatorijs
sumptibus, quos in sustentationem, &
administratione debeat ex necessitate
facere. Nam gratificationes illas, &
sumptus in bonum quidem Monasterij,
contentis nu. 77. potest facere, & omit-
tere, & pro suo arbitrio illam quãtita-
tem deputatam, gratificationibus, &
alijs ibi assignatis: adhuc, & quibus
numero personis, vel diuersis occa-
sionibus, ijs, & non illis debeant do-
nari illæ res, quæ non ex necessitate
quidem (vt dictum est) distribuuntur.
Nam cum non liceat Prælati omnes
licitas, imò & laudabiles expensas fa-
cere ex bonis Monasterij, sed aliquas
tantum, quia solum licitum est consu-
mere in hoc limitatam quantitatem,
liberum est illi, & aliquos facere, vel
omittere: & si faciat, eligere quas ve-
lit. Et secundo etiam, pro sua libe-
ra electione, consumere potest in quas
voluerit personas, elemosynas, & res
licitas, etiam cum amicis, & propin-
quis, excepta sola ipsius persona. Et
tertio, alias expensas, & sumptus po-
test facere, adhuc cum maiori libertate
& indifferentia, & non solum cum
attentione ad res sibi ipsi pertinentes,
& sine attentione ad utilitatem com-
munitatis, vt præcedentes, sed & vl-
tra hoc quod sibi ipsi, & suæ personæ, &
speciali utilitati potest applicare, hoc
est peculium suum, quod habeat ad in-
star reliquorum Religiosorum. Quibus
suppositis, fit resolutio vnica.

Non potest Prælati Regularis si-
bi applicare etiam ad simplicem vsum,
Z 3 libros,

N. 100.

libros, vel imagines, vel alia supelle-

ctilia, aut vestes duplicatas.

Probat, nam hæc sunt contra voluntatem communitatis rationabilem, quæ est domina honorum. Deinde, si recolantur verba Bernardi in epist. 5. quæ retulimus in fine num. 78. libi, fur- ti, & sacrilegij arguitur. Prælati qui præter viam, & vestitum, aliquid amplius accipit, à bonis communitatis.

Confirmatur, quia quidquid est pretio æstimabile, est idem quod ipsa pecunia: sed ista non potest sumi ultra id quod communitas rationabiliter concedit, vel denegat: ergo quod constat, cum non minus sic damnificetur communitas, quàm si ab illa auferretur tanta pecunia.

Confirmatur: responderetur cuidam (quæ alicui se offerre potest) difficultati. Dices enim, bona omnium Monasteriorum, quæ eiusdem Prouinciz, aut Congregationis sunt, & eundem communem Superiorem habent, Prouincialem, vel Generalem, sunt communia omnibus & singulis Monasterijs, sicut & Monasteria sunt vnita, & sicut in vno Monasterio ipsius redditibus, & bonis, sustentantur plures Religiosi, qui non sunt professi in illo, sed in alijs, ita habet ius vt de bonis aliorum participet: quare videtur nil referre, quod Prælati, imò nec alius Religiosus sumat res de quibus agimus, libros, vestes, aut imagines, quia semper manet dominium harum rerum, penes ipsum Monasterium, vel aliud ad quod contingat Prælatum mutari, & in illo decedere; nam virtute dictæ vnionis semper extant dictæ res sub dominio veri domini, huius, vel illius Monasterij.

Nam responderetur, quòd adhuc existente dicta vnione Monasteriorum, per leges aliquarum Religionum est dispositum, quomodo de rebus Religiosi debeat disponi; quid pro ipsius debitis, quid pro aliquibus suffragijs specialibus quæ ex supellectilibus, ornamentis cellæ, libris, & vestimentis, debeat fieri, & in Congregatione Benedictinorum Hispaniæ, sic disponitur. Quòd libri Monachi defuncti, & omnia alia supellectilia, præter vestes laneas, & lineas, sint Monasterij illius,

(quæ sunt Monasterij) in quo moritur, reliqua omnia, libri, &c. pertineant ad Monasterium in quo professio est emissit: cum ergo ignoret Religiosus in quo Monasterio sit morituros, iniuste detrahit ab illo in quo habitat, vel residet, vestes, & libros non debitos sibi.

Et rursus confirmatur, quia cum plures sint sæpè sapius necessitates communes, & particulares, quibus non subuenitur, nec fortè potest fieri, propter Monasterij exiguas facultates: rationabiliter, & rectè administrando prius illis subueniendum videtur; & qui hoc non facit, & sibi applicat, dissipator est, & non dispensator.

QVÆSTIO XV.

Vtrum, quando datus est Religioso vsus liber, seu dispositio bonorum reddituum, aut Cathedra stipendium, aut simile, pro annuo victu, & vestitu; ita vt nil aliud petat, possit de ijs qua supersint, dare elemosynam, facere donationem, aut alias licitè insumere?

Pro intelligentia supponendum. Primò, quòd multum magis nocet communitati, qui alienat ab ipsa dominium rei, quando illam donat, & specialiter, & potius, si esset immobilis.

D Suppono secundò, non loqui in presenti Authores, de donatione quæ fit in testamento, quia testamentum Religiosus non potest condere, vt vidimus prima parte de donationibus, sed loqui de donationibus quæ inter viuos fiunt à Religiosis, & alijs personis.

E Suppono tertio, quòd sumptus ij in quibus expenditur quod dicitur superesse, & præter necessarium victum, debent esse saltem liciti; nam ad illicitos sumptus, non videtur fuisse expressè, nec interpretatiuè, concessa licentia.

Quartò suppono, licitè posse Prælatum licentiam istam dare subdito Regulari, vt talibus redditibus, fructibus Beneficio, pensione, stipendio Cathedrali, aut grangia sustentetur, & tali conditione, vt si non cum tota sufficientia sustentent, sed modicitate, nil aliud petat,

petat, & quod si aliquid abundet, & superfit, pro libito possit in licitis consumere, quia hoc totum ad vsum facti reducitur, vt manet probatum; & semper habet conditionem implicitè inclusam, vt possit à Prælato competenti renocari.

Suppono quincò, quòd fructus talis grangia, obuentiones Beneficij, redditus annui, pensionis, aut stipendij Concionum, Cathedrae, aut Missarum celebrandarum, quantum ad præsens pro eodem sumuntur, sicut & alia quælibet portio bonorum mobilium, quæ pro singulis mensibus, aut pro singulo anno assignetur Religioso, extra Monasterium degente, pro sua annua sustentatione, victu, & vestitu, & alijs necessitatibus.

N. 103.

Quibus suppositis, sit nostra resolutio. Potest Religiosus in licitis insumere, elemosynas facere, & gratificationes, in commodum suæ personæ, seu consanguineorum, quantitatem pecuniae, tritici, vini, aut aliarum mobilium rerum, quæ (vt dictum est, assignata suo victui, & necessitatibus) superfint: hæc est communis. Tenet Molina tomo 2. de iustitia & iure, dis. 276. cum ijs tamen conditionibus. Prima, quòd non data, seu assignata fuerit Religioso illa ratio, & modus sustentationis, redditus, seu pensio, cum restrictione ad insumendum sic, vel sic, & non aliter. Secunda, quòd releuatus semel maneat ad recurrendum, ad consulendum Prælatum, ad peculiare licentias, pro illis voluntarijs sumptibus faciendis. Tertia, quòd illi sit data licentia ad consumendam dictam residuam partem in vsus licitos, tacita, vel expressa.

Vbi notandum, quòd non est necessarium quòd Prælatus dicat, se non dare licentiam ad consumendum in rebus illicitis: nam nunquam est censendum Prælatum dare talem licentiam; ex communi regula, quòd non intelliguntur concessa in generali concessione, ea quæ si in particulari fuissent: proposita, & petita, denegarentur, & expressè: multo minus potest Prælatus dare talem licentiam ad sumptus, in rebus illicitis, nec sibi assumere, & si assumat, & in illicitis consumat, tenetur resti-

tere, vt docet Abulensis ad caput 6. Matth. q. 31.

Sed quid dicendum, si alicui Religioso professo concessa esset licentia à summo Pontifice, degendi in seculo per totam vitam.

N. 103.

Respondetur cum Molina 1. tomo, disp. 140. Eo ipso censeri concessam illi esse facultatem administrandi bona, quæ sua industria adquisierit, de illisque disponendi, etiam per donationes suo statui competentes. Nauarrus etiam addit, posse cõdere Capellanias, & instituere, quòd non admittunt Authores: quia hoc non permittitur mero seculari, habenti legitimos hæredes, nisi intra quintam partem suorum bonorum, quæ pro anima reseruari potest, etiam in præiudicium suorum filiorum. Et ratio pro nostra sententia est, quia cum quidquid acquirit Monachus, Monasterio adquirat, non potest intelligi, quòd Monasterium cui adquisiuit, concedat illi licentiam ample disponendi.

Ex dictis resoluitur alia difficultas, an pensionem, redditus, aut fructus annuos possit habere Religiosus, qui excedant quantitatem necessariam ad quotidianum victum, vestitum, & necessaria ad modum viuendi competentem.

Respondetur, & sit nostra affirmatiua resolutio. Cum sit ex legitima licentia, vt patet ex ijs quæ nuper dixi, & probatur ex Ioanne Azor lib. 2. Institutionum moralium, lib. 12. cap. 9. quæst. 9. qui ait directè ad difficultatem, prospiciendam fore facultatem, quam concedit summus Pontifex (ille enim, & non alius Superior, aut Prælatus, secundum istum Authorem, potest concedere hanc facultatem habendi pensionem Religiosos;) vnde licentia, & facultas, potest dari à Pontifice dupliciter. Primò, ad habendam pensionem, aut redditus annuos, cum determinatione, & restrictione, obligando vt ex pensione, seu redditibus Religiosus sustentetur; & etiam disponendo, & iniungendo, quòd cum effectu, quòd superfit ex congrua sustentatione, impendat in pios vsus.

Secundò, potest Pontifex dare licentiam absolutè, & sine limitatione

N. 104.

ali-

aliqua, sed dicendo, solum se eam concedere ad commodum victum ipsius, & nil addendo. Si facultas datur primo modo, (dicit Azor) videtur quod non potest sibi retinere Religiosus quod superfit ex dictis redditibus, seu pensione; sed implere quod illi iniungitur, & cum effectu consumere, & expendere in opera pia, elemosynas, & similes, laudabiles sumptus, quia modo illo, & non aliter, videtur Pontificem dare voluisse facultatem. Si vero secundo modo concedatur, tunc facultatem habet Religiosus, retinendi fructus residuos, nam cum certa restrictio à Pontifice assignata non sit, sequitur ut fructus omnes pensionis sibi attributi, destinati que sint.

Nihilominus explicatur, & probatur nostra resolutio, supponendo doctrinam traditam quaestione precedenti nona, ubi resoluimus num. 66. posse ex facultate Papae, Religiosum habere pensionem. Nam hoc supposito, est certum. Primo, quod pensionem concedit Religioso, solum pro inuecilitate, & ad victum commodum, ut si senex, studiosus, valetudinarius, debilis, &c.

Secundo, quod cum propter has causas quae legitimae sunt, redditus annui, & specialiter pensio, concedatur eo ipso, quod maiores sint fructus, quae necessitas subintelligitur, (ut ait Azor & communiter) quod omne quod residuum est, & superest ad has subueniendas necessitates, & accommodatum victum, debeat in pios usus cum effectu insumi, siue exprimat, siue non. Et ratio est, quia ad concedendam hoc modo pensionem, seu annuos redditus, rationabilis subest causa: ad concedendum autem ampliorem facultatem,

(ut scilicet retineat sibi) non adest causa. Vide

Azor ubi supra.

QUESTIO XVI.

Utrum peccet contra votum paupertatis Religiosus extra Monasterium legitime degens, aut in itinere, auferendo aliquid, aut consumendo, ultra quod requiritur ad honeste & secundum suum statum iter faciendum?

Responderetur, & sit resolutio negativa, & explicatur. Nam quamuis quotiescunque instat necessitas, aut utilitas, siue causa, expendendi aliquid, neque adest Praelatus, tunc Religiosus siue dubio possit ex interpretatiua facere quidquid si Praelatus assisteret, praesumitur rationabiliter quod concederet; non autem hoc posset sine causa legitima casu oblata: vel si forte adesset Praelates (nam assilente Praelato, nec aliquam pecuniam, aurum, & argentum acceptum, posset consumere, nec retinere.) Et hanc doctrinam dicit esse certam, & communem, Fr. Ioannes de la Cruz, lib. 1. capit. 3. disp. 5. conclus. 3. quod intellige, si haec non sit aliqua lege alicuius Religionis prohibita: sed quidem apud Benedictinos Congregationis Hispaniae sic est in usu.

Ubi notandum, maxime esse etiam contra paupertatem, quando Religiosus itineratur, vel ob aliquam causam iustam reperitur extra Monasterium, facere sumptus superfluos, & profanos in exquisitis potibus, & cibis pretiosis, & profanis; quod solet contingere in diuersorijs, quando aliquis Religiosus vanus, praesumptuosus, sui status oblitus, qui magis affectat nobilitatem, & ingenuum haberi, quam humilis status cultor, & professor, cogitatio quae saepius cadit in ijs qui in hijs, & humilibus natalibus, & prosapia abiectis sunt, quam in alijs) & haec quidem vana profanitas, graue peccatum est contra paupertatis votum, ultra peccatum scandali quod datur videntibus: quantum opulentiam, & magnificentiam adulando extollant, gratia lucri, si sint caupones, & domini diuersoriorum, qui familiam aliquando ex residuo conuiuiorum, & epularum vani Religiosi sustentant. Et ratio quidem dicitur, quod

cante

caute Religiosus prudens, in cubiculo consulat suæ imbecilitati, & indigentiæ, & ex cibis comperentibus, possibilitati, opportunitati que faciat suam, & socij, aut famuli, prandium parari.

Et ratio, quare ex dicta superfluitate committatur peccatû graue contra paupertatis votum, in hoc consistit: quod non solum per illud abdicant Religiosi vsu iuris, proprietatem, & dominium, sed etiam quantum ad res ipsas, & earum vsu aliquid ius, seu facultatem; & ideo à Prælato concedenda est, & non licet Religioso sine illa frui rebus, etiam vsu facti, & simplici, (vt supra initio huius tractatus, q. 1. n. 4.) Et certè si adhuc sine aliquo iure quilibet Religiosus posset sine licentia Prælati, vti rebus Monasterij, pro libito suo: vel facit quia habet dominium, vel supponendo quod non habet, & hoc habet communitas, (quia res illæ aliquem dominum necessario habet.) Si primum, ergo violat votum paupertatis, quod excludit dominium (vt diximus.) Si secundum, committit furtum, cum auferat aliquid inuito domino rationabiliter, nempe, communitate quæ est domina, & egrè fert quod non petat licentiam, cum ipse possit petere, & debeat, qui vult eius bonis vri, & frui: vnde ad illa superflua cibaria, cum non videatur communitatem dare licentiam rationabiliter, nec interpretatiuè, nec expressè, imò cum illis rebus superfluis, esset sine dubio sumptus illicitus, nec posset talem licentiam concedere; constat, quod sine licentia fiunt; & per consequens, faciendo, & disponendo de illa re, vel pecunia, ac si non communitas, sed ipse Religiosus haberet dominium.

N. 106.

Et si obijcias ex quæstione præcedente 5. in hoc cap. num. 39. circa finem, quod quanuis ille Religiosus qui haberet pretiosa bona mobilia ad vsu, & superfluum supellestem, peccaret grauius, secundum graues Auzhores, & specialiter secundum aliquos mortaliter: tamen si hoc faceret, & huiusmodi res haberet cum licentia, (in quâ concedenda, etiam peccaret Prælatus) non esset ille Religiosus proprietarius: vnde constat, quod non inuadatur licentia Prælati, nec ex

hoc est nullum, quod sit ad id quod illicitum est; ac per consequens, si ad quoslibet sumptus, quos velit Religiosus, etiam includens, & intelligens illicitos, concedat Prælatus licentiam, non poterit dici esse nullam, nec talem Religiosum facere tales sumptus sine licentia?

Respondetur, quod est verum, non semper esse licentiam alicuius Prælati nullam, ex eo quod id ad quod conceditur illicitum sit; nam cum licentia quæ à Prælato exigitur, si pro facienda re non præiudiciali, imò vtili bono communitatis sit, vt de habendis, thesaurizandis, & seruandis dominio, & communitati pretiosis supellestemibus, & superfluis ipsi Religioso, licentia valida est, quanuis peccet subditus, nihilominus petendo, & præcipuè importunis precibus extorquendo, & fortè etiam in concedendo illam Prælatus, quanuis hic fortè excusabitur, si illam superfluitatem non intendat, nec putet per suam denegationem licentiæ, esse certum quod ille Religiosus denudabit affectum, sed fortè timeat habiturum illas res cum maiori peccato, nempe, occultè, & sine licentia; & simul, quod fortè transfert, vel donauit alienis.

Et tandem, quod non semper pretiosa, & copiosa supellex, cum scrupulo habebitur; talis enim persona quæ ad suæ reclusionis solatium, & perpetuum in studijs occupationis laudabilis, honestam recreationem postulet libros plures, illos habere potest.

Et confirmatur, quia ideo dicimus esse nullam licentiam ad expediendum pecunias, & bona, quia cum illas licentias dabit Prælatus communitatis, & vt procurator, & nomine ipsius, (ac per consequens deberent esse de rebus pertinentibus ad ipsius communitatis bonum, quia has videtur illam velle) si in damnum, & dispendiû illius sunt, (vt scilicet immittere extra Monasterium, & consumere in illicitis) hoc

Prælatus non potest facere,
& si faciat, non est dispen-
sator, sed dissi-
pator.

QUESTIO XVII.

Verum ex pecunijs, quas communitas dat Religiosis pro sumptibus itineris, aut sustentatione congrua, si extra morantur, si aliquid superfit, hoc residuum, possint sibi, & suo peculio retinere Religiosi

N. 107.

Responderetur sub distinctione, aut enim datur Religioso taxa quantitas pecunie, pro quocunque die itineris, ut fit in aliquibus Religionibus, specialiter in congregatione Benedictinorum Hispaniz, tali (inquam) conditione, ut nihil aliud peccat amplius, præter in casu quod Religiosus infirmitatis causa in itinere detineatur, aut non datur taxa quantitas pro quolibet die, sed datur aliqua soma, ut ex illa faciat necessarios sumptus itineris, & reddat rationem, & residuum quod superfuert. Quo supposito, fit

Relotutio prima. Si Monacho datur ad suam determinatam iter, v. g. transmigrationis ab uno Monasterio ad residendum in alio, aut aliter taxata pecunia, & superfit aliquid, potest retinere illud, & ad suam peculium reducere, sicut & alias elemosinas quas accipiat: & hoc etiam, quanvis fortè nil ex eo quod recipit, consumserit, eo quod non ad villas, & diuersoria, sed ad Conuentus Ordinis, qui in via, aut secus viam consistant diuerterit hospitandus, & sic est in praxi apud Benedictinos, & credo de Religionibus quibus sit in more habere peculium Religiosos, & concedi illis necessaria ad iter faciendum (quia non liceat, vel expedit mendicando iter facere, ex consuetudine, vel constitutione.) Et ratio est, quia quando Religio cõcedit illam taxatam quantitatem pro itinere, implicitè permittit, quod residuum possit, in alijs necessitatibus expendat. Sic tenet Gregorius de Valentia 4. tomo, disp. 10. q. 4. part. 3. Sic Molina tomo 2. de iustitia & iure, disp. 276. §. ultimo, vbi sic ait. Quod si Prælatus certam pecunie quantitatem alicui in itinere, vel alicubi commoranti quotannis ad sui sustentationem tribuerit,

Atunc quantum velit sibi subtrahere de sua sustentatione, possit largiri in elemosinas, vel alias honestas donationes, vel aliter decenter infumere. Si quid expenderet cum meretricibus, aut alijs flagitijs, non solum peccaret vtique bona Monastrij alienando, sed nec transferret dominium, accipiensque tenetur restituere Monasterio, quoniam, ut bene Abulensis ad cap. 6. Matth. 9. 37. ait, quod quæ ita infumere (esto ea iuxta subtraxerit sustentationi) non est Religiosi; sed Monastrij: nec Prælatus ad eum vsum potuit concedere facultatem, alienandi quidquid à Monasterio. Hec Molina.

B Sed dubitabis, an si Religiosus promississet mulieri propter turpem actum certam pecunie quantitatem, ut in eum turpem consentiret, teneatur solvere? non videtur teneri, quia ille actus quamvis peccaminosus, est pretio estimabilis, & sic debetur illi stipendium taxatum, & quod promissum est, sicut deberetur operario merces, seu stipendium itineris, seu laboris, super quod fuerit à Religioso facta conventio.

C Responderetur tamen negativè, quia qui nõ potest donare aliquam rem, nec promittere potest, & sic nec promissio obligabit; tum quia fuit rei illicitæ, tum rei impossibilis, nempe solutionis, quam non potest Religiosus, qui tamen peccabit mortaliter, non solum contra castitatem, sed etiam decipiendo illam mulierentem tali promissione, quam non tenetur, nec potest solvere.

D Sed quæres rursus. Quid si velit solvere Religiosus, & petente licentiam à Prælato, ad soluendam tantam pecuniam, dicendo quod illam debet, non declarando causam debiti: ex Abulensi citato, & Molina, responderetur, iniquè, & frustra petere talem fictam licentiam, quia ad dictos inhonestos sumptus non obtinet licentiam à Prælato, nec Prælatus potest concedere: & per consequens, non tenetur solvere, nec fit licitum, ex fraudulenta obtenta licentia.

E Secunda resolutio. Quando datur Religioso itineranti, seu aliquò profecturo, pro sumptibus itineris, quanti-

N. 108.

tas

tas pecuniz, non determinata quantitate pro singulo die, sed vt consumat quod necessarium fuerit, tunc non potest retinere sibi, nec suo peculio applicare quod residuum fuerit, & supersit de pecunia data pro itinere. Probatur, quia (vt supponimus) non adest licentia expressa, nec voluntas communitatis ad hoc, neque etiam præsumpta.

Ex ijs colligitur, quod Prælati, œconomus, administrator, seu procurator quicunque bonorum Monasterij, & officiales qui in negotijs Monasteriorum, & eius facultatibus versantur, non possunt pro quolibet die assignatam alijs Religiosis assumere quantitatem pecuniz, vel esse securius, illam non assumere, sed moderatos sumptus in sua quotidiana sustentatione facere, ex pecunijs & bonis quæ habent præ manibus, & si fortè aliquos sumptus profanos, seu superfluos faciant, suis pecunijs, & bonis sequestratis, id est, depositis adscribant, & non communitatis.

N. 109.

Ex suprà hic dictis, & specialiter quæst. 15. num. 102. manet resolutum, quod non debet damnari consuetudo multis in locis recepta, quod Religiosis vtriusque sexus concedatur, & assignetur pro suo vitu, & vestitu, quod labore manuum, vel scientia, aut arte lucrentur, vt Monialibus videmus concedi, & Religiosis, totum, vel partem stipendij, pro vestitu, & alijs sumptibus necessarijs. Quod esse iure permissum, ait Ioannes Andreas, & Abbas in cap. cum ad Monasterium, de statu Monachorum, qualiter autem in licitis debeat consumere, vel sibi, ad similes honestos sumptus quandocunque faciendos reseruare, diximus præcedentibus numeris.

QVÆSTIO XVIII.

Quanam licentia requiratur Prælati, ad hoc, vt subditus possit aliquid dare ex suo peculio?

N. 110.

Materia huius quæstionis tetigimus sæpè quæstione 12. Hic rursus nihilominus attingemus, explicando, qualiter accipiatur, & distinguatur facultas, seu licentia: pro quo notandum, licentiam aliam esse expres-

sam, aliam tacitam. Expressa est, quæ conceditur voce, seu scripto, & expressè. Tacita licentia est, quam probabiliter præsumptam vocatas D. Thom. 2.2. q. 32. artic. 8. ad primum: & est, quæ si à Prælato peteretur, illam concederet. Aduerte tamen diligenter, hanc tacitam licentiam dupliciter posse declarari. Primò, quando subditus certo scit, quod si petat licentiã à Prælato, non denegabit: sed simul scit Præ-

B latum velle, quod nil fiat sine eius licentia expressa. Secundo, quando pefigna probabilia credit id, quod facit, placere Prælato, etiam si non petatur licentia expressa. Ita Fr. Ludouicus Lopez 1. tomo Instru&torij conscientiz, cap. 156. Fr. Emanuel. in summa, 1. part. cap. 3. num. 3. & 2. part. cap. 33. num. 3. dicto 6. Ioannes de la Cruz lib. 1. cap. 3. dub. 3. Gerson, Alphaberto 34. vbi ait, quod tunc dicitur subditus aliquid facere sine licentia Prælati, quando probabiliter credit, quod si Prælatus sciret illum id facere, referret. Sic Authores citati. Nec existimo contrarium dicere Miranda tomo 1. art. 16. conclus. 2. quauis verbis discreper; dicit enim ex Caietani doctrina, in Summa, verbo, furtum, & 2.2. q. 66. artic. 3. quem sequitur Nauarrus, aliud esse furtu, quoad substantiam rei esse contra voluntatem domini; & aliud esse cõtra voluntatem eius, quoad modum: vnde consequenter, loquendo Caietanus ait; quod quando factum est contra voluntatem domini, tantum quoad modum, non teneri restituere, secus si quoad substantiam, & sic contingere in nostro casu.

C Sed certè hoc admissò, est maxime dispar ratio, nam in nostro casu, substantia rei est recipere aliquid sine licentia, quod est contra votum paupertatis, ac si fiat, per consequens delinquit, Ijs suppositis.

E

Notandum secundo, quod maxima versatur differentia inter hos duos actus, quibus (si sine Prælati licentia fiant) frangitur paupertatis votum, scilicet accipere, & donare: nam in acceptione alicuius rei, quam adquiret Religiosus, si accipiat, & occultet possessionem, imò & proprietatem illius, videtur velle apprehendere, dum Religio-

N. 111.

gio.

gioni, seu Monasterio, cui acquiritur possessionem, & dominandam, occultando, subtrahit exercitium iuris disponendi, & insistendi; imò & cum re vera dominium rei illius donatæ nõ adquirat, quia incapax est, & Monasteriũ, ac communitas adquirat, illicitè utitur etiam usu simplici Religiosus illa re, sine licentia & voluntate communitatis: donando verò aliter, frangitur paupertatis votum; nam quando quis extraneo donat aliquid, spoliat communitatem. Sed quia de ijs aptius in sequenti capite sic.

N. 112.

Prima resolutio. Ad recipiendum quantitatem considerabilem, sufficit licentia interpretariuz Pralati, secundo modo explicata, scilicet, quòd cognoscat subditus per signa probabilia, quòd illud fieri placebit Pralato, etiã si non petatur licentia expressa; & hoc quòd de recipiẽdo dicimus, intelligendum est etiam de donando. Teneat nostram sententiam Frat. Ludovicus Lopez, Nauarrus, Cruz, & ferè omnes, & habetur in lege, qui, ff. de rebus hered. & in cap. 2. de rescriptis, dicitur, quòd eadem est ratio, taciti, & expressi, regulariter loquendo: quòd latissimè ibi probat Glossa autoritate Iurisperitorum, in capit. expressi, ff. de regulis iuris.

N. 113.

Sed difficultas est in assignando, quando datur talis licentia tacita: nam in diuersis Religionibus hoc diuersimodè est in praxi, imò & in vnaquaque Religione, credo diuerso modo praticari, quòd scilicet latiore, & ampliore habeat licentiam pro ijs, sicut & pro alijs rebus Religiosus, senex, & qualificatus, prãditus litteris, prudentia, praxi, & maturitate morũ, quam diuersa maturitatis, experiẽtiæ, probationis vitæ, & antiquitatis, seu iuuenis: & ideo, difficile est regulam generalem assignare, sed secundum praxim debet indicari. Et quidem in Congregatione sancti Benedicti Hispania, cum strictione hanc video obseruantiam praticari à grauibus, doctis, & obseruantibus Monachis, dum nec librum, nec quid aliud emere sine licentia consueuerint, nec aliud facere existentes in Monasterio, sine dicta expressa licentia audent. Ad hoc autem,

quòd est accipere aliquid, etiam pecunias, per legem, & consuetudinem receptum est, quòd etiam intra Monasterium existentes Religiosi per spatium viginti horarum, possint recipere, & retinere, & intra has horas petant licentiam ad deponendum, vel habendum, & non dispendere possint. Et quantum ad pecunias, quòd in depositario repõnantur, & non expendantur, est etiam præceptum: quantum verò ad libros, & alia supellectilia, sufficit quòd publicè in cubiculo manifestè constituantur inter alias res, hoc est, ex usu.

B

Dubitatur hic, an ad dandam huiusmodi licentiam requiratur causa, & specialiter ad donandum de peculio.

N. 114.

Respondetur, & sic secunda resolutio. Requiritur causa iusta ad donandum, & Pralatus ad concedendũ, quòd Religiosus faciat donationem ex suo peculio (de quo hic loquimur.) Hanc resolutionem sumpsimus præcedenti questione 12. num. 91. & 92. pro tertia resolutione illius questionis, & probat Nauarrus in cap. non dicatis, num. 20. quæ autem quantitas, & qualis debeat esse causa, relinquatur arbitrio prudentis, & boni viri, cui (ex lege 1. ff. de iure deliber. & 1. de causis de officio delegati) relinquatur, quòd in iure non est expressum: ad quòd quidem arbitrandum considerata sunt multa, nempe, persona, locus, tempus, & finis in quem licentia conceditur, quantitas rei concessæ donari, aut etiam recipi, necessitas, utilitas, personæ qualitas, iuxta præcedentem num. & si sit persona publica, vt Magister, Concionator, Superior, œconomus; vel priuata persona: aduerte etiam, non posse Pralatum dare maiorem licentiam alijs, quam sibi possit assumere. Notat similiter, loco citato Nauarrus, quòd si talis licentia ad donandum, non sit iusta, peccabit subditus si illa utatur, quantum offeratur à Pralato, qui sua sponte concedat, ex cap. requiritis, §. nisi rigor, & ex cap. exig. 1. quest. 7. quòd est valde notandum.

C

D

E

Vnde, si subditus vi, dolo, aut metu inuito suo Pralato pro extorquenda licentia, sic illam extorqueat, quòd alijs illi minimè concederetur, tunc

N. 115.

non

non licitè faciet virtute illius donatio-
nem, sicut nec quiquam aliud, quod
licentiam necessario requireret. Sic
tenet Nauarrus citatus vbi suprà, &
probat ex capit. Abbas, cum Glossa,
de ijs quæ vi, & metu, ex lege pri-
ma, ff. & est idem quòd dicit, & do-
cet Bernardus, quòd licentia extorta
non est licentia.

Sequitur deinde, & aduertant ma-
ximè Prælati, (& quicumque guberna-
tuum habeat exercere potestatem)
quòd si Prælatus concedat tales illicitas
licentias, & facultates, v. g. ad ha-

*Permit-
tens Pra-
latus vñ
rerū inde
centium
pauperi,
peccat.*

*Illiqui de-
bet, & po-
test impe-
dire cul-
pas, impu-
tatur a iu-
re, si tole-
ret.*

bendas res indecè res statui, delicias, B
superfluas, profanas, & similiter, incò-
petentes Religiosis, peccauit grauiter.
Ex cap. error, dist. 83. vbi hæc habentur
verba. *Error cum non resistitur appro-
batur. & veritas cum minimè defensa-
tur opprimitur. Negligere quippe, cum
possit deturbare peruersos, nil est aliud,
quam fouere. Nec caret scrupulo socie-
tatis occultæ, qui manifesto facinori de-
sistit obuiare:* ad quod faciunt tria se-
quentia huius 83. distinct. capita, & de-
creta ex Innoc. Greg. VII. & Anacle-
to, qui pro blandientibus iniquis. *Nil
(ait) illo Pastore miserius, qui gloriatur
luporū laudibus.* Iudicat enim Pòtífex,
quòd eo magis gregi suæ nocet, quo
lupo placet.

QVÆSTIO XIX.

*In quorum differant, & in quo conue-
niant donationes, quas facere possunt
uxores, filij, serui, à donationi-
bus Religiosorum.*

N. 116.

PRO intelligentia supponendū, quòd
sepius de seruitute Religiosi, de ab-
dicatione dominiij omnium bonorū
mediante voto, diximus, & simul quo-
modo donatio sit quædam translatio
dominiij rei quæ donatur, & definiatur
à D. Tho. 2.2. q. 106. præcedenti n. 5.
vt supr. vnde vt supponitur dominium,
definitur, quòd est *datio liberalis.* Secū-
dò, hic scièdum, & recolendū breuiter,
quid vxor, quid filius, quid seruus, pos-
sint donate, & obiter quis, & quid do-
nari queat: nam donans cū sine obliga-
tione, sine onere, sine contractu, sine at-
tentione ad aliquid quòd extra se præ-

stet motiuum, nec vt debitum, ex iusti-
tia, fidelitate, promissione, vel benefi-
cio recepto, nõ obeatur, sed ipsa benigni-
tate, & magnificentia; quãto aliquis
plus distat ab habendo dominio, tanto
est potius impotens ad huiusmodi fa-
ciendas donationes.

Pro quo terciò notandum, quòd pro
Reipublicæ secularis tuendo, & guber-
nãdo statu, statuuntur leges, modū impo-
nentes donationibus, quæ inter homi-
nes fiunt: vnde saltem in foro consci-
entiæ, quolibet etiam leui incusso metu,
non valet, nec qui ob hanc causam rem-
issam partem debiti, iterum furtiuè,
vel secrete recipiat, non peccabit, se-
cundum Adrianum apud Nauarr. cap.
17. num. 4. & Syluest. verbo, donatio,
1. q. 12. §. 16. & nec valet donatio, quã-
tumuis libera, si sit prodiga, hoc est,
omnium bonorū generaliter, vt supi-
fere leges, ex D. Thom. 2.2. q. 117. vel

N. 117.

811. M

*Adrian.
Syluest.
Nauar.*

D. Tho.

si ex hac parte imprudens, & tam co-
piofa, quòd non maneant facultates ad
competentem sustentationē; ex eodem
D. Thom. 2.2. q. 32. & lege civili: & sic
quòd si iuret non obligetur, cū talis iu-
ramenti materia, sit contra bonos mo-
res, imò & cõtra ius naturale, sed secu-
rius erit petere relaxationē, quòd qui-
dem cauere necessariū fuit, quia vt ait
Chrysológus, quid debeat, aut quid det
non respicit vis amoris. Sed quidem,
si semel ita inepte donatum, iterum

*S. Petr.
Chrysol.*

possit sine mendacio, & malis me-
dijs recuperare, non tenetur resti-
tuere: & etiam fortè erit ratio hu-
ius, quòd carent tales donationes, de-
bita aduertentia, & competenti de-
 liberatione. Imò, & ex lege penulti-
ma, donationes quæ excedant assign-
natam ab ipsis quantitatem, annull-
lantur, nisi autoritas iudicis inter-
ueniat, quòd vocant, insinuare. Imp-
pediuntur etiam parentes à dona-
tionibus faciendis, etiam aliquibus
filijs, in præiudicium cæterorum, si
fiat in primis non emancipati, & ma-
teria considerabili. Quòd dico: nam
si quantitatem quam aliàs potest pa-
ter dare extraneo, vt dominus qui-
dem suorum bonorum, quæ liberè
hæreditauit, vel elaborauit: ac per
consequens, potest illorum dominium
pro libito trãsferre in vñ lege permis-

N. 118.

los quantitatem, quam alijs licitè donaret, fariùs filio. Dixi quòd donatio non fiat filio non emancipato, quia vsquedum emancipatur, est aliquid patris, & actus liberalitatis ad alterum ordinant. Dixi, quòd de quibus loquimur debent esse donationes, id est, perfectæ, & propriæ donationes, id est, spontaneæ, quia de donationibus, quas pater faciat filio eximie obedienti, & officioso, qui vtilissima obsequia parenti præstiterit, vel in magna, & solerti procuratore arduæ litis, pro liberatione, seu incolumitate expugnata in tramite vitæ periclitantis, in iurgio volentis gladio nudo parentem invadere, quem filius debellet, tunc non erit talis concessio, & contributio vera, & perfecta donatio, sed remuneratio, quæ non est actus liberalitatis, sed iustitiæ, aut gratitudinis; sicut neque erit actus liberalitatis, nec perfecta donatio, si pater filio in delicto comprehenso faciat litis expensas, quia vel ad illas, & penam pecuniariam delicti soluendum per legem, & iudicem compellitur; & sic nõ donatiuè, & liberaliter recipit filius, & tanquam partem legitimæ, vnde ad collationem, & partitionem debeat dictam quantitatem afferre; quia non ex liberalitate, sed ex iustitia processit talis largitio: si verò ex liberalitate fiat talis expensa, & redemptio, si non sit maximè præiudicialis alijs filijs, non illicita est, nec in partem legitimam filij computanda; tum quia dominium, & liberam administrationem, quæ ex omni iure naturali gentium, & civili habent parentes bonorum, quæ habent labore, industria, arte, aut libera (sine vinculo fundato) hereditate, non strinxere sic leges Regni, nec Imperatoriæ: tum quia non debet graue videri reliquis filijs, quòd pater in tramite, & ærumna oblata filio consumat aliquid, sicut quisque vellet quòd sibi in simili angustia carceris, vel infirmitatis, cum æquali, vel maiori sumptu subueniretur: tum etiam quia in bonum & honorè totius familiæ resultat, quòd aliquis ex illa, ob defectum defensionis non cadat à causa; & si criminalis sit, liberetur ab aliqua ignominiosa pœna. Et sic sumptus in hac expeditione facti non tam liberales sunt, quàm æqua, & prudens œconomica administratio; si-

cut nec quando cum filio præ cæteris ingenuo, prædico, vel præclaræ indolis, ingenioso ad studia, vel ad equestria exercitia expedito, & strenuo, in decorem, & honorè totius familiæ; vel in academijs, & studijs immisum, cum sumptuoso, moderato, & competenti victu, quantum tres filij domi ex mensa patris degentes non consumant, vel in equis, vestibus pretiosioribus ornet, quibus, ludis, exercitijs, & comitibus nobilissim, & procerum assistens, totam familiam, & reliquos fratres illustret, ac nobilitet. Nec etiã libera donatio, nec liberalitatis virtutis est actus, si in sacrificijs celebrandis, vel aliquibus sumptibus pietatis, & Religionis plura infumat (quod prudentia mensurandum est) quia quæ Deo offeruntur, & oblatio ex fide, & charitate procedat, non solum est meritoria ipsi, sed latifactoria, & impetratoria familiæ, seu ijs, pro quibus offertur. & sic de alijs.

Donationes autem liberales, in N. 119.

quacumque quantitate considerabili, quas faciat vir vxoratus post contractum matrimonium, suæ vxori, dum non fiat per legatum, aut testamentum, sed per donationem, quæ vocatur, inter vivos, & est absoluta, liberalis, & perfecta donatio; quia solum habet pro causa, motiuo, & sine liberalitatem, aut etiam per donationem, quæ non tam perfecta donatio est; quia est, & vocatur donatio causa mortis (quasi quæ mortem præuisam, seu intuitum mortis, habet pro causa donandi, & non liberalitatem.) Hanc annullant leges, scilicet lex 1. ff. de donat. inter vir. & vx. & assem. Nauarr. in man. capit. 17. verum est tamen, quòd quauis legatum testamenti sit semper validum, & possit, ac debeat executioni mandari, post mortem donantis: vt habet communis, & Iason in l. frater, ff. de cond. indeb. ac donatio causa mortis facta inter coniugatos solum valeret, si ante mortem tradita fuisset res donata, & etiam firmaretur iuramento. De validitate, aut nullitate talis donationis, causa mortis inter coniuges factæ, quando ante, vel post traditionem rei traditæ intervenit mors civilis alterius ex coniugibus, nempe donantis, disputauimus latè supra, tract. 6. per sex quæstiones tertij capit. Exclu-

Exclu-

Excluduntur etiam alia largitiones inter vxoratos, vt si delicti cōscijs vir, & quod inquiratur à iudice ad pœnā, & confiscationē bonorū, donec illā vxori, iure donationem, & tradat bona donata, quia ista donatio non ex animo liberali, nec virtute procedit, sed fraudandi fiscum.

N. 120.

Ex quibus constat, quòd quāuis pater habens filios, & familiā, possit virtute dominij, & liberæ administrationis, aliquas facere pro beneficijs receptis remunerationes moderatas, & tales liberales donationes, propinquis, seu amicis, imò & pro suo libito, & facultatibus dare elemosynas, sine mulieris consensu. Nec quantitas in ijs cōsumpta possit à filijs in quintā partē bonorum morientis patris cōputari, si notabile grauamē inde non receperunt: vt tenet Ioan. Gutier. lib. 2. practicarum quæst. q. 68. in fine, Tellus, in l. Tauri 23. Tamen possent, si receperint tale grauamē, cū cōseruare bona patētes filijs, sit ex iure naturæ, quæ indidit, sicut procreare filios, sustentare, prouidere conseruationi, bono, & alimentis, & diuino. Paul. *Non enim debent filij patribus thesaurizare, sed parentes filijs:* & ex iure ciuili patet ex legibus adductis; & ad hanc obligationē iustā, & debitā largitionē reducitur, quod ex bonis in matrimonio acquisitis nō diuisis, adhuc possit pater dotare filiam ad nuptias, dos enim locum habet alimētorū, quæ etiam spuria filia debentur: & si legitima naturalis filia sit, dotem determinatam potest accipere, quæ si tempore mortis patris videatur minoris quantitatis, illa quæ illi attingeret, si non renuntiationem excessus iuratam fecerit in patrem, vt alio filio, vel reliquis filijs tribuat, poterit petere lationem, sicut si excedens fuerit (quasi deteriorata sint bona) debet reddere excessum: certum est enim, quòd pater viuens ex proprijs bonis potest diuisionem suorum bonorum facere, & cuiuscunque filio dare suæ substantiæ legitimam partem, cum dicto onere restituendi, vel accipiendi partem augmentatam. Quibus suppositis, responderetur ad quæstionem, & quæ ad materiam donationis pertinent, vide apud Nauarrum, Lopez, Manuelem Rodri-

quez, Siluestr. verbo, donatio, &c.

A Resolutio prima. Impedimentum quòd habent parentes ad liberam faciendas has donationes, diuersum est ab eo quòd habent vxores, Religiosi, serui, filij: & probatur, quia pater respectu bonorum suæ familiæ, habet ius in illis siue administrandi, si pertineat filijs ex hereditate aduēticia, vel ex matre, quæ iam obiit, siue ius dominij, & proprietatis; vnde habet potestatem liberam administrandi illa, vel etiam pro libito de illis disponendi in vsu legè permittos: ex quo fit, quod non impediatur ex defectu potestatis ad donandum, (quod est vnus ex modis disponendi de rebus) quod esset quasi intrinsecum impedimentum, sed solum ex lege quæ præscribens modum, quantitatem, formam, & donatarios, quibus donationes fieri possent. **B** At donationum quas faciunt vxores, filij Religiosi, & serui, impedimenta ad donandum, proueniunt ab intrinseco, nempe, à defectu libertatis, & dominij rerum.

C Resolutio secunda. Donationes quas faciunt vxores, saltem aliquæ donationes impediuntur ab extrinseco, nempe, à lege. Patet ex dictis, nam cū habeat, absolutè loquendo, dominium bonorū suorum, & sint plurium iurū capaces: hinc est, quod legum autoritas debeat interuenire, vt à taliū dominio, vsu, & administratione priuetur. Hæc conclusio nota est apud Legis peritos, qui tot legibus Imperatorijs, Regijs, & specialium Regnorū, impediti vident vxorū donationes: & quāuis alicuius partis notabilis bonorū, vel dotis, præcipuè in nobilissimis fœminis, Regiis, aut alijs ingenuis Comitissis, aut Ducissis, sit in vsu sequestratio bonorum, & reddituum, pro qualitate, & conditione, & huius quantitatis, si copiosa sit, possit quantiosas facere pro libito donationes, & expensas: tamen si prodigæ donationes sint, & expensæ in rebus non licitis, potest maritus præcipere ne fiant, & mulier teneatur obedire.

D At absolutè loquendo, & ex legibus Castellæ, administratio omnium bonorum vxoris, imò dotis, & arrarum, traditur marito reddēda postquam matri-

N. 121.

N. 122.

monium dissoluatur. Ex quo constat, quod ab extrinseco, id est, à lege impediatur vxori administratio suæ dotis; habet egnome maximū locū: vnde si in damnū dotis maritus donet largē, & prodigē, in fraudē, & nocimētū suū, aut alteri matrimonij, (si habeat) aut aliorū propinquorū, suis ipsius mariti propinquis, aut filijs, si ex alio matrimonio, vel aliās habeat, tunc occultē (si sine contentione, aut molestijs non possit recuperare) potest tollere, & reseruare tantam quantitatem. Sic Gregor. Lop. lib. 8. titul. 4. p. 5. glos. penult. Eman. Rodrig. in Summa, verbo, donatio, cap. 92. num. 4. Nauarrus, & alij: & vrget magis, si sint filij, & propinqui vxoris in extrema, vel saltem maxima necessitate.

N. 124.

De mysticis coniugatis, Episcopi cum sua Diocēsi, Parochi cum Parochia, certum est quod tum de bonis suæ administrationis potest Episcopus donare alicui Monasterio aliquod Beneficium Parochiale, quod sit iuris Patronatus laicorum, annuente, & concedente licentiam Patrono, & reseruando ius iurisdictionis ad visitationem, & Regimen Diocesānum: & quanuis ad profanas alias donationes excedentes decimam partem reddituum indigeat Episcopus consensu Capituli, tamen ad ædificanda Monasteria Ecclesias, alendos pauperes, aut seruitia, & beneficia remuneranda, nō solum Episcopi, sed & Beneficiati possunt, imō & tenentur de eo quod ipsorum competentē sustentationi supersit expendere sic. Ita Nauarr. lib. 3. consiliorum, de don. cons. 5. fol. 196. & Rodrig.

N. 125.

Secunda resolutio. Donationes liberae perfectæ, illæ nempe, quæ à iure vocantur, *inter viuos*, quas Religiosi faciunt, eidem legibus, iuribus, & rationibus mensurantur, iudicantur, seu annullantur, ac filiorum nō emancipatorum, & sub potestate patria, quo ad bona legitima, quorum pater habet dominium, aut administrationē, qui causa mortis, seu per testamentum possunt donare; & similiter Religiosi ante professionem: & sicut serui, qui se ipsos strictissima lege vendiderunt.

QVÆSTIO XX.

A *Vitium præter obligationem voti paupertatis, sint alio iure prohibita donationes Religiosorum?*

R Espondetur, & sit resolutio affirmatiua. Quod adhuc præter obligationem, seu prohibitionem ad faciendas donationes, & personis Conuētus, vel Ordinis, & etiam externis, quæ habent Religiosæ personæ vtriusque sexus, ratione voti paupertatis, extat nouū ius, & constitutio Clem. PP. 3. addita anno 1594. Kalendis Iunij, quæ explicant Authores, qui post illam scripserunt de voto paupertatis Religionis, vt Ioan. de la Cruz, Gregorius Sairus, Eman. Rodr. 2. tom. qq. Reg. q. 47. Euseb. de Herrera in decisionibus Moralibus de statu Religionis, dec. 10. imō & ex professo, & à Prælato cōpulsus, edidit R. P. F.

C Frācisus de Sosa ex Ordine sacro Minorum, & postea Episcopus Oxomēsis in lib. sub hoc, tit. Explicatio cōstitut. Clem. PP. VIII. de largitione munerū prohibita Regularibus vtriusque; lexus: vbi manifestatur sufficiens (in primis) dictæ constitutionis intimatio intentionem constantē esse PP. obseruationis illius, iterum, atque iterum consulti.

D Explicatur in illa, quomodo nil noui, præter ea quæ in iuribus antiquis continentur. Et similiter, quomodo solum liberae & spontaneæ largitiones prohibeantur, & non illæ quæ improprie dicuntur largitiones, & non ex libertate mera, sed intuitu alicuius latæ dictæ iustitiæ, quare remunerationes potius, & gratificationes decidebant, quia attendendo ad beneficium antea receptū, vel officiosum opus sibi exhibitum conferuntur.

E Declaratur etiam expressum motiuum Pontificis, in dicta constitutione, quod ad duo capita refertur; quod scilicet patrimonium Christi cum Fidelium æquitate expendatur, & substantijs Monasterij, quæ pro sustentandis personis Deo dicatis, & Regulari studio vacantibus est instituta, non expendatur temerè, leuiter, & prodigē, cū propinquis seu amicis Prælati administratoris,

N. 126.
Donationes Religiosorum nouo, & speciali iure prohibita.

F. Frac. de Sosa in explic. consti. de largit. muner.
F. Ioā. de la Cruz. Sairus.
F. Man. Rodr.
F. Euseb. de Herr.
F. Frac. Suar.
F. Ant. de Hinoj.
F. Lud. de Mirā.
F. Lud. Lopez.

non

non in lautioribus epulis, seu conuiujs ex leuitate animi Prælati (non ap reuocata, magnificentia) nec liberalitate in hospitandis magnatibus, seu in talibus prodigijs largitionibus. Et secundò intendit Pontifex vitare munerum largitiones, siue regularibus fiant, siue intra Religionem potentibus, ex ambizioso animo, & intentione consequendi dignitates.

Constituit vltimò Pontifex, pœnas contra transgredientes, nempè, priua-

tionem, & inhabilitationem, quæ intelliguntur, vt explicabimus, de officio habente honorem, vt Superioris Monasterij, vel Prouinciæ: non autem priuat officio, quòd non habet præcedentiam, vt Lector, Confessarius, &c.

Fundatur ergo ista impotentia, ad donandum in seruitute Religiosi ingenua, quia quod habet est quasi bona serui, vt cum communi tenet Hinojosa in Decisionibus, verbo, votum.

N. 127.
Fr. Ant.
de Hino-
josa.

CAPVT SECVNDVM.

De ijs, quæ infringunt paupertatis votum, si fiant independenter à potestate, & voluntate Prælati.

CONTINET VIGINTI QVÆSTIONES.

Quæstio 1. Quæ quantitas sit sufficiens expensa, aut donata, sine licentia Prælati, ad peccandum B
contra paupertatem.

Quæst. 2. Vtrum Religiosus, qui sibi furtim aliquid accipit, ex communi, aut ex eo quod alteri attributum est, proprietarius sit, siue res sit consumptibilis vsu, siue non?

Quæst. 3. Vtrum Religiosus possit C
sine licentia Prælati, donationem recipere?

Quæst. 4. Vtrum Religiosus aliquid recipiens, etiam in quantitate magna, aut considerabili, si ponat palam in cella, sicut alia, peccet contra paupertatem?

Quæst. 5. Vtrum si Religiosus ex loco communi, vel officina Mo-

nasterij aliquid accipiat, solum ad vsu suum, peccet contra votum paupertatis?

Quæst. 6. Vtrum Religiosus occultans aliquid Prælati, tam ex ijs quæ accepit sine licentia, quàm ex ijs quæ ex illa, vel illud vbra scribat in memoriali annuo, peccet contra votum paupertatis?

Quæst. 7. Vtrum si Religiosus petat licentiam ad emendum ex suo peculso libros, v. g. Theologia, possit eam licentiâ, & numeros, insumere in libros prophanos?

Quæst. 8. Vtrum si Religiosus non sit animo paratus relinquere omnia quæ habet ad nutum Prælati, sit in statu damnatus?

Quæst. 9. Vtrum licentia Prælati
A. 2 4 obien.

obtentâ, non tamen executioni mandata, quando illius iurisdictionis cessavit, valida sit?

Quæst. 10. Vtrum Religiosus possit emere aliquid sine licentia Prælati, non soluta pecunia, & cum animo peccandi licentiam antequam soluat pretium?

Quæst. 11. Vtrum Religiosus possit aliquem facere contractum?

Quæst. 12. An ad aliquem numerum Missarum celebrandarum possit obligari Religiosus per contractum, sine Prælati licentia, & conventionem facere de quantitate stipendij, sine putantia, & solutionis?

Quæst. 13. Vtrum Religiosus aliquid in ludo insumere possit?

Quæst. 14. Vtrum qui lucretur à Religioso, ultra quantitatem assignatam num. 35. teneatur restituere, siue habeat licentiam, siue non?

Quæst. 15. Vtrum de ratione ludi sit, quando Religiosus deperdit pecuniam ultra quantitatem assignatam, quod debeat restituere id quod lucretur? Solet hic disputari specialiter.

Quæst. 16. Vtrum Religiosus id quod illicitè deperdit ludo, restituere teneatur, & quomodo faciendum?

Quæst. 17. Vtrum de ratione ludi sit, ut quis lucrari non possit plus à collusore, quam iste posset ab eo licitè lucrari, & ille deperdere?

Quæst. 18. Vtrum intra limites

A quantitatis, quam potest Religiosus ludo deperdere, si non apparet pecunia quando deperditur, & ludatur, teneatur qui lucretur restituere.

Quæst. 19. Vtrum Religiosus eo solum quo ludat ludo prohibito, vel per leges Cænonicas, vel sue Religionis, desinat transferre dominium rei, quâ deperdit?

B Quæst. 20. Vtrum attrahens aliquem ad ludum, possit licitè ab illo aliquid lucrari, quod non teneatur restituere?

QVÆSTIO I.

C Quæ quantitas sit sufficiens expensa, aut donata, sine licentia Prælati, ad peccandum contra paupertatem?

Hæc quæstio diuersa est à q. 11. præcedentis, capit. vbi, quasi supponendo, vel remittendo ad hoc caput, & quæstionem, & supponendo simul, obligari sub peccato Religiosum, ad non donandam, recipiendum, vel consumendum aliquid sine licentia, disputabimus, ad qualem quantitatem licitè Prælati concedere posset facultatem. Diuersa etiam est ista quæstio, à decima octaua, & vltima præcedentis primi capituli, vbi ex dicta suppositione resoluimus, quæ facultas Prælati requireretur, expressa, aut interpretatiua.

In hac ergo difficultate variæ sunt opiniones. Mendoza in suis Quodlibetis quæstionibus, quæst. 3. dicit, sub correctione aliter consentium: quod quantitas duorum argenteorum, siue dragmarum, quod Hispanè dicitur, *dos reales*, si recipiantur, retineantur, seu expendantur, sine Prælati licentia, & etiã contradicente, non esse materiam violationis voti paupertatis, nec peccati mortalis. Hæc sententia probari posset. Primò, quia vt communis tenet opinio, vt sufficit ad constituendum pecca-

N. 10.

Ioan. de Mend.

peccatum mortale contra votum paupertatis, & illa quantitas quæ sufficeret ad peccatum mortale in materia furti; quorum autem hoc sit, esset longum recensere. Vide Gregorium Saurum, latè, & optimè tractantem. Secundò, quia eadem est ratio, violandi paupertatis votum, per donationem, & consumptionem pecuniæ; ac de retinendo illam, si vtrunque sine licentia sit. Sed vt ait Fr. Eman. tom. 3. quæstionum Regularium, q. 39. artic. 10. §. penult. conclus. 8. ad condemnandum aliquem, vt proprietarium, ex causa retinendi pecunias sine licentia, non minor quantitas sufficeret, quam quatuor dragmarum, id est regalium Hispanè, reales: ergo, &c.

N. 2. Sed hæc sententia disciplicet multis in illo, quod vltimo addit, scilicet, quod etiam contradicente Prælato: nam nullo modo potest negari, quod licitè posset (specialiter aliquibus personis) negare Prælatum, & rationabiliter quidem licentiam, ad expendendum duas dragmas. Sic Miranda tomo 1. artic. 17. Manuel Rodriguez loco citato, & alij. Sed omnibus, & sine speciali causa non iustè negaret.

Alij solum hoc extendunt ad vnam dragmam, seu regale. Sic Corduba de casibus, q. 109. Nauarr. in commemoratione, quo supposito sit prima resolutio.

Si adsit licentia interpretatiua, secundum modo explicata, vt supra præcedenti cap. quæst. 18. num. 110. & num. 114. & sic Religiosus in rebus licitis impenderet quantitatem pecuniæ, quæ si sciret Prælatum, vt conijci potest per signa, non indignè ferret, non peccaret. Patet ex dictis q. 18. cap. 1.

N. 3. Resolutio secunda. Quantitatè duarum dragmarum, semper moraliter loquendo, creditur permittere Prælatum, dum aliud non exprimat, & per consequens, si consumantur, recipiantur, vel donentur (dummodo non adsit contradictio Prælati, vel contemptus) non erit peccatum mortale, quanuis pluribus vicibus diuersis (quidem) omnino fiat. Probatum ex rationibus pro prima sententia, & explicatur per sequentem resolutionem.

N. 4. Resolutio tertia. Probabilius est,

A quòd etiam sine attentione ad aliquam Prælati licentiam, dummodo quidem non adsit contemptus, nec contradictio donare, expendere, vel recipere duos regales, non esse peccatum mortale. Probatum, tum ex paruitate materiæ; tum ex aduersis rationibus, pro præcedenti resolutione.

Neque obstat quod aliqui dicunt, nempe, quòd si quantitas duorum regalium sine licentia possunt expendi à Religioso, labefactaretur multum obseruantia Regularis, & voti paupertatis, cum hoc admisso, debeat admitti etiam, quod quandoocunque occurrat occasio infumendi illos duos argenteos, & vna non dependeat ex alia, possit licitè fieri, & per consequens, erit sæpè contingens: & perinde, quòd in fine anni reperatur magna summa consumpta, donata, & ablata à communitate, hoc inquam non obstat. Nam respondetur, quòd si ista ratio aliquid cõuinceret, resultaret etiam inde, quòd nec vnam dragmam, seu regale, posset quis infumere sine licentia Prælati: & quòd esset quantitas, seu materia, sufficiens ad peccandum contra paupertatem; quòd negat expresse Corduba, & Nauarr. vt vidimus supra, ad calcem num. præcedentis, & omnes. Nò etiam ex duplicatis (contingentibus vicibus) donationibus, seu consumptionibus quantitatibus multo minoris, ex multiplicatione inquam, ex qua sine dubio posset contingere magna summa, in fine anni reperiretur consumpta, & detracta à communitate; sed quidem cum hoc per accidens contingat, & præter intentionem Religiosi, qui nihil cogitat de donando, nec expendendo alias aliquas pecunias, quando has duas dragmas, seu regales, expendit. Durum videtur quòd ista donatio duarum dragmarum, quæ sola indiuiduè, & distincta à qualibet alia debet considerari, & vbi tam parua adest materia, sit sufficiens ad peccatum mortale, præcipuè cum à minori, vel maiori materia ex se, & ex circumstantijs sumpta, communiter à Doctoribus id iudicetur, vt habet Cano 2. 2. q. 186.

C Ex quo intelligitur differentia quæ est in nostro casu ab illo, in quo excommunicatione data contra demolientes

N. 5.

Cano.

N. 6.

vineam, comprehenduntur singuli, & qui cunque singularis, qui quantumvis paruum vuarum quantitatem furatus fuerit. Nam hic stipulantur in facto isti demolitores vineæ, & ibi intenditur principaliter restitutio, seu reparatio damni illati domino vineæ; at in præfenti observatio voti paupertatis: quod constat etiam, nam votum obligat (vt suo loco diximus) secundum intentionem vouentis, nec ad aliud obligat, nisi ad id quod vouens se intendit obligare, & non credendum aliquem voluisse cum tali rigore, & serupulo voluisse.

N.7.

Sed quæres quid dicendum sit, si in aliqua Religione esset lex quæ præciperet sub pœna excommunicationis, vt ultra viginti quatuor horarum nullus Religiosus haberet apud se pecunias, aurum, vel argentum, & quod intra illud spatium non possit aliquo modo expendere, nisi ad vtrumque obtinisset licentiam à Prælato, vel Superiore, cui ex ordinis statu ista potestas assignata sit, vt habet in speciali Congregatio sancti Benedicti Hispaniarum, in cap. 34. num. 9. legum, auctoritate Apostolica dispositarum, anno 1610. vbi in cap. 34. num. 9. prædicta sub dicta pœna, & alijs iniunguntur: & ita strictè, vt postquam aurum, argentum, & gemmas expresserit addiderit, *ni dinero alguno*. Nam certè (quidquid sit de iure communi, & obligatione voti paupertatis, vbi non expressa aliqua videtur esse restrictio exprimens quantitatem) de rigore horum verborum constitutionis, scilicet, *ni dinero alguno*, non videtur posse intelligi quantitatem duorum regaliû permissi.

Quomodo ergo rigor præcepti divini, & naturalis, v. g. furti, ex parvitate materiæ mitescat, & à fortiori positivum Religionis, & Prælati, si parvæ materiæ applicetur. Vide Caietan. in Summa, verbo, furtum. Petr. de Navarra lib. 3. de restitutione, cap. 1. num. 4. Eusebium de Herrera in suis decisionibus moralibus, de statu Religiosis. I r. vbi de quantitate necessaria ad peccandum mortaliter in illicitis, & prohibitis sumptibus, assignat pro media, inter diuinctas opinionés, quæ

Caietan.
Petr. de
Navar.
Euseb. de
Herrer.

A tuor dragmas, & non aureum, id est, vnde decim: vt Soto de iust. lib. 5. q. 5. nec aureum, octo marapetinos, vnam dragmam, vt Gerson, Nauarrus, Corduba.

Soto.
Gerson.
Navar.
Cordub.
N. 8.

Nihilominus non audeam asserere incursum in dictâ excommunicationem legis, illum qui (sine contemptu) duos regales retineret, cum ad incurrendam excommunicationem requiratur, quod præcesserit peccatum mortale, & ad hoc materia sufficiens: & etiam si vsque ad quatuor regales, vt doctè probat Herrera citatus.

B

Quando autem Prælatus expressè contradicat hanc quantitatem duarum dragmarum non expendi, seu super hanc quantitatem præceptum ponat, & censuram, & ad hoc vt ad mortale obliget tale præceptum, quod prærequirit excommunicatio, diuersa quidem ratio est, & tangit illam difficultatem, quam supra præcedenti tractatu huius primæ partis tetigimus, vbi ex Gabriele Vazquez, & Valentia, diuersè sentientibus discussus; an ex sufficienti materia, vel an ex virtute, seu vi obedientiæ attendatur ratio obligandi, præceptum, & obedientia Prælati: vbi Lectorem remittimus.

N. 9.

Sit vltima resolutio, absolutè, & generaliter loquendo. Probabilius est non contra paupertatis votum, licet fortè contra præceptum particulare Religionis (etiam cum censura appositum) peccare mortaliter illum, qui retineret quantitatem duorum regaliû, vel consumeret, sine licentia modo explicato, quantum attinet ad votum paupertatis: nam quantum attinet ad votum obedientiæ, & non præcepti, semper mihi probabilior visa fuit opinio Valentia, citati num. 3. tractatus præcedentis, de obedientia, vim obligandi intentioni potius Prælati, quam materiæ præcepti tribuentis.

N. 10.

D

E

QVÆ

QVÆSTIO II.

Vtrum Religiosus qui sibi furtim aliquid accipit, ex communi, aut ex eo quod alteri attributum est, proprietarius sit, siue res sit consumptibilis vsu, siue non?

N. 11.

Respondetur, & sit resolutio nostra affirmatiua. Nec excusabitur dicendo, nolle vsurpare talis rei dominium, sed vsu tantum. Nam respondetur, non solum dominium, sed & vsu rei, (vt supra diximus) esse interdictum Religioso, si fiat absque licentia expressa, vel tacita, aut præsumpta, vt in vltima quæstione præcedentis capituli manet explicata. Sic Azor lib. 12. quæst. 6. & communiter omnes Doctores, Greg. Sairus sua clau. lib. 9. cap. 16. num. 20. dicit hoc esse intelligendum, etiam si res essent necessariae, & etiam inexcusabiles; & assignat hanc rationem. Nam si sibi accipit, vt sibi debitam illam rem, intendens habere ius ad illam, & ad bona communia Monasterij, exercet actum dominij, (vt constat) cum nulla petita licentia; & quasi insinuans, & intelligens, nullum alium præter se ipsum habere dominium, à quo debeat dependere, & petere licentiam: si autem rem illam non vt suam assumit, committit furtum, quia vsurat rem alienam, inuito domino, qui est communitas, & tenetur restituere: & allegat pro se Antonium de Corduba in Summa quæst. 109. & Petrum de Nauarra, lib. 3. de restitutione, cap. 1. part. 6. dub. 3. num. 155. Vide infra, vbi queritur, vtrum Religiosus aliquid teneatur restituere Monasterio.

Corduba
Azor.
Petr. de
Nauar.

N. 12.

Sed quæres, quanam quantitas sufficiat ad peccatum mortale in hac materia? Respondetur, & sit secunda resolutio, cum Ioanne Azor, vbi supra: sufficit ad constituendum aliquem in statu peccati mortalis, surripere, seu assumere ex communibus bonis, seu sequestratis in vsu particularem alicuius alterius Religiosi, illius rei, seu pecunie quantitatem, seu valorem, qui sufficeret ad peccatum mortale, in materia furti. Ex dictis manet probata nostra resolutio, vbi aduertendum hæc

A vrgeri, si ad donandum extraneis surripiatur.

Notandum, quòd cum hac limitatione intelligenda est nostra doctrina, quòd Religiosus petierit iam à Prelato rem (quidem) necessariam ad victum, seu vestitum, seu aliàs, nempè, cibum ad necessariam sustentationem, seu competentem vestem, & negauerit, seu non concesserit: in hoc casu enim, ad effectum medicina comparandæ, quæ Medicus iudicet esse necessariam, vel vestis, aut expedientis rei, aut similis,

N. 13.

B poterit Religiosus ipse sumere (caute quidem) vt evitetur scandalum pauperum: & non ex bonis illis quæ alteri sequestrata sunt, & alicuius particularis peculium, seu depositum pertinent. Citat Azor eundem Petrum de Nauarra, vbi supr. num. 196. Et ratio manifesta est, nam in isto casu, nec committitur furtum, cum illud quòd surripit, seu potius assumit Religiosus de bonis communitatis, non accipit inuito domino (saltem rationabiliter) quia secundum rectam rationem, non potest egrè ferre communitas, domina bonorum, quòd Religiosus accipiat sustentationem, seu subsidia necessaria debita, non ipsi ex iustitia formalis commutatiua (cum ipse non habeat ius aliquod, nec sit capax illius, vt videbimus) sed iustitia legali, & ordinatione, ac instituto Religionis, quòd disponit, & ad praxim reducit legem charitatis, & naturalem, secundum quæ Religionis Monasteriorum, & communitatum bona debent expendi in necessitatibus, victu, & vestitu Religiosorum.

Azor.

D Nec similiter Religiosus talis, in isto casu dicto, ageret contra votum paupertatis: non enim accipit rem quasi ad illam habeat ius aliquod, sed ad vtendum illa vsu simplici, seu vsu facti, ad quem quidem vsu, (absolute loquendo) est necessaria licentia, sed ista in tali casu conceditur à præcipuo Prelato, disponente in editione legis, quòd inquam bona communitatis deputentur talibus necessitatibus, & subsidijs subditorum.

N. 14.

E Hinc intelligitur, quomodo seruus, seu mancipium, conuenire possit in iudicio dominum suum, si ille denegat *Quo titulo conuenire possit*

N. 15.

lo conuenire possit

Et seruus
domini
ante iudi-
cium.

victum necessarium, & vestem compe-
tentem; quamvis nec præcesserit con-
tractus, nec inter seruum, & dominum
possit esse vera iustitia: & similiter in-
telligitur, quo iure, titulo, seu ratione,
in Religionibus admittuntur lites su-
per huiusmodi bona, siue quando à
Pralatis demandantur res ad vestitum
competentes, seu ad legalem, & regula-
rem assignatū, quæ neglexit, vel omif-
sit concedere, pro exigentia temporis
à constitutione præfixi, seu necessitate
Religiosi.

Et horum ratio est, quia sicut Reli-
giosus tenetur seruire Monasterio, &
communitati, ita communitas tribue-
re illi necessaria. Sic Eman. Rodrig. to-
mo 3. quæstion. q. 29.

QVÆSTIO III.

Vtrum Religioso possit sine licentia
Pralati donationem recipere?

N. 61.
F. Frac.
de Victo.

IN hac re, prima sententia est Vi-
ctoria, posse scilicet Religiosum
(seclusa aliqua speciali prohibi-
tione) recipere aliquid sine Pra-
lati licentia, dum tamen habeat ani-
mum petendi illam, quando expendat
receptam quantitatem, specialiter si id
quod recipit non sit pecunia, sed li-
ber, aut aliquid mobile, & semel re-
ceptam non occultet Religiosus, sed
in cella habeat publicè, sicut & alia su-
pellestilia. Sic Victoria, & alij.

N. 17.
Nauar.

Contraria sententia Nauarri in cap.
pit. non dicatis, num. 16. q. 12. & ex
cap. Monachi, & cap. cum ad Monaste-
rium, de statu Monachorū, vbi dicitur,
quod si Religioso fuerit aliquid spe-
cialiter destinatum, non præsumat il-
lud accipere, aut retinere sine licentia
Abbatis: & lib. 14. titul. 7. p. 1. & se-
quuntur quamplures.

N. 18.

Pro qua sit resolutio. Accipere, vel
adquirere ab alijs aliquam rem nota-
bilis valoris, aut pecuniam, sine Supe-
rioris licentia, est ex genere suo pecca-
tum mortale. Probat, quia cum Re-
ligiosus sit incapax dominij talis, sta-
tim adquisit illud Monasterium, &
ideo illi tenetur tradere. Si autem ex-
plicet, donans suam voluntatem, illam
esse, quod fiat donatio Religioso cum

Ali conditione, vt Monasterium non
adquirat dominium, tunc peccat mor-
taliter Religiosus, recipiendo dona-
tionem, & tenetur restituere ei qui de-
dit: vt post alios notat Siluester alle-
gatus à Miranda, vbi supra: & idem
habetur in Trident. sessio. 25. de Re-
gularibus, cap. 2. vbi postquam dixit.

Syluest.
Mirad.
Concil.
Trid.

Quod nulli Regulari liceat aliquid, vt
propriam possidere, addit: sed statim
ea Superiori tradantur, Conuentuique
incorporentur. De qua re quatuor ex-
tant decisiones Cardinalium, quas af-
fert Marcilla lib. 1. tractat. 12. cap. 3.

B quæ omnes docent verba Concilij esse
intelligenda vt iacent: solum addunt,
quod tunc Prælatus debet ex tali do-
nato, vel adquisito primò subuenire
necessitati Religiosi, qui accepit, vel
cui donatum est; & adquisit talem
rem, & quod superest incorporetur
Monasterio. Tene hanc Manuel. Rod.
3. tom. quæstionum Regularium, q. 29.
artic. 10. Miranda tom. 1. q. 28. art. 6.

F. Petr.
de Marc.

C Fr. Ioan. de la Cruz lib. 1. cap. 3. dub.
3. Solum hic aduertit, quod recipere
rem, etiam pecuniam, animo manife-
standi eam Prælato, non indicarem ef-
se peccatum, imò apud Benedictinos
Congregationis Hispaniæ, sic est in-
praxi, excepto si res accepta sit pecu-
nia, nam de pecunia, argento, auro, aut
gemma, est specialis prohibitio, & lex,
vt intra spatium viginti quatuor hora-
rum petatur licentia, & cum illa depo-
natur in deposito, explicabitur amplius
sequenti quæstione.

F. Man.
Rodr.
Fr. Lud.
Mirand.
F. Ioa de
la Cruz.

QVÆSTIO III.

Vtrum Religiosus aliquid recipiens,
etiam in quantitate magna, aut confi-
derabili, si ponat palam in cella, si-
cut alia, peccet contra pau-
pertatem?

E

Prima Resolutio. Scandm est
consuetudini, præcipue si non
sit pecunia. Et probatur, nam si
hoc videtur à Prælato, & non
punitur, nec est aliqua lex prohibens,
videtur esse interpretatiua licentia,
dum tamen scribatur talis res, sicut re-
liquæ in memoriali rerum, quas qui-
cunque habet ad vsum in sua cella, &

N. 19.

tradi-

Azor.

traditur Prælati consuetis temporibus, & etiam sit inter reliquas res, quas habet in cella sine occultatione aliqua, quando à Prælati visitatur cubiculum. Idem putat Azor dicendum, si aliquis recipiat nummos, vt libros emat, habendos in vsu, & palam, si peculiaris lex Religionis id non prohibeat, qualem habent Benedictini Congregationis Hispaniæ. Quo supposito.

Probatur nostra resolutio, quia quidquid hoc modo habetur, subijcitur Superioris potestati, & voluntati, vt bene Azor 1. tom. lib. 12. cap. 12. q. 3. ad hoc enim videtur esse interpretatiua licentia, nisi contrarium sit admissum in vsu, quasi res (quidem) grauis.

QVÆSTIO V.

Vtrum si Religiosus ex loco communi, vel officina Monasterij, aliquid accipiat solum ad vsum suum, peccet contra votum paupertatis?

N. 20.

Resolutio sit affirmatiua, si res sit alicuius momenti, & nulla (etiam interpretatiua) licentia sit.

Notandum tamen cum Azor vbi supra, quod si aliquis accipiat rem ad vtendum illa pro aliquo tempore, reddendam tamen ipsi loco, aut officinæ, vnde tulit, postea: & hoc intendat, & impleat, non per hoc frangere votum paupertatis, cum hoc non debeat vilo modo credi esse contra voluntatem Prælati, saltem rationabilem.

QVÆSTIO VI.

Vtrum Religiosus occultans aliquid Prælati, tam ex ijs quæ accepit sine licentia, quàm ex ijs quæ ex illa, vel illud non scribat in memoria- li annuo, peccet contra votum paupertatis?

N. 21.

Turrecr.

c. nõ dic.

Ioa. Az.

Nauar.

F. Man.

Roar.

Resolutio est affirmatiua cum Cardinali Turrecremata, in cap. non dicatis, artic. 5. & Nauarr. ibi, & Azor supra quæst. 3. Rodriguez, & alij. Sed istius resolutionis, & Authorum doctrina, sic intelligenda est. Si scilicet

A Religiosus talem occultet, & celet re, eo quod credat Prælatum ægrè laturum, & ablatum ipsam, tanquam superfluum, vel aliàs non licitam: secus autem esset, si tantum occultet, ne reprehenderetur, eo quod sine licentia accepisset expressa, & præ verecundia; quia aliàs res licita esset, & communiter concessa de similibus licentia, semper concedatur.

B Et etiam credo excusari Religiosum occultantem rem illam, credens probabiliter Prælatum ablatum, si videat. Præter hoc casus non excusaretur aliquis à peccato mortali, nec liberaretur, dicendo esse paratum ad tradendum illam rem, si Prælati præcipiat, non enim videtur habere talem animi præparationem, qui sic occultaret rem, præter in dictis casibus, quos diximus. Et idem videtur sentire Antoniù de Moure in suo Examine Theologiæ Moralis, cap. 6. part. ad 2. Decalog. præceptum, nu. 11. vbi ait, quod Religiosus subtrahens oculi Prælati rem ab ipso permissam, timens ne sententiam mutet, & tollat, non frangit votum paupertatis.

Moure.

QVÆSTIO VII.

Vtrum si Religiosus petat licentiam ad emendam ex suo peculio libros, v. g. Theologia, possit eam licentiam, & nummos insumere in libros prophanos.

D

Sit resolutio negatiua, quia in magna, aut sufficienti quantitate peccauit mortaliter, qui id faciat, quia verisimiliter existimat Prælatum non daturum licentiã. Ita Man. Rodrig. supra, constit. 4. idem existimo dicendum, si petat licentiam ad emendam imaginem, vel vestem, & emat aliquid comestibile, si autem res aliàs sint licitæ, in hoc.

N. 22.

F. Man. Rodr.

E

Sit resolutio secunda. Si res in quas expendit sunt (quidem) necessariæ, non peccauit Religiosus, licet ad alias emendas licentiam petierit, secus si sint superflue, aut inutiles.

N. 23.

Probatur, quia ex eo quod petijt licentiam pro imagine, & ad illam emendam, seu vestem accepit, sequitur quod

quod nullo modo habuit ad res comestibiles, & inutiles.

At verò, si licentiam adeptam, & nummos consumat in res quidem necessarias, aliàs ad quas comparandas credi deberet Prælatum æquè libenter licentiam fore concessurum, non credo peccatum committi: unde nec etiam si libros emat, nõ quidem Theologiae vt petijt, sed aliquantum prophanos, de quorum emptione non dubitat Prælatum permitturum.

QVÆSTIO VIII.

Virum si Religiosus non sit animo paratus relinquere omnia quæ habet, ad nutum Prælati, sit in statu damnationis?

N. 24.

Respondetur, & sit resolutio affirmatiua, & est communis sententia. Imò addunt aliqui quòd tunc tenetur quis tales res à se abdicare, ex quo colligitur, quòd si Religiosus paratus esset dimittere quæ habet, ad præceptum Prælati, fundendo tamen quærelas, & murmuraciones, huius non esse tutam conscientiam, cum constet, tunc licentiam quam habuit à Prælato, fuisse magis improbis precibus extortam, quam spontaneè concessam, & esse illius generis concessionè, quæ permissio est, ad euirandum maiora mala.

N. 25.

Sed quæres, an si auferret Prælatus à Religioso aliquid, & ille appellaret ab illo Superiore ad alium, vel ad alios Superiores, imò & antequam auferretur haberet talem animi præparationem, esset talis in tuta conscientia?

Respondetur, quòd si res essent multum necessariæ, & de praua intentione Prælati constaret in ablatione illarum, vt si competentes imagines, libri, vestes honestæ, & secundum statuta, & quantitas peculij, & pecuniæ, & hæc, & alia suppellectilia quæ conlucuerunt in religione permitti alijs eiusdem qualitatis personis, vel plura pro indigentia, & imbecilliori salute, quam aliquis habeat, & hæc sine speciali causa auferat Prælatus. Si in hoc casu aliquis ab ipso appellaret, secundum licitam modum, & licitam appellationem, ad Su-

periozem sui immediati Prælati, seu Superioris, licita esset appellatio: si autem hæc non adsint, scrupulosa videtur pluribus Auctoribus talis appellatio: nec satis est quòd aliquando contingat, quòd ex mandato, sententia, seu declaratione Prælati Superioris præcipiatur Prælato inferiori, quòd reddat Religioso illud, quòd ab illo abstulit; nam (vt diximus) forsan ad duritiam, seu ad cor minus nudum, & enodatum amore honorum temporalium, permittitur, seu conceditur.

B Imò & attendendo, quòd si appellationibus intra limites, & iudices Religionis non deferatur, poterit timeri quòd ad iudices extra deferatur, vbi Religio multum decoris, & altimationis deperdit, si causæ Religiosorum, & ea quæ inconsideratè ibi deducuntur coram externis iudicibus tractentur: quòd maximè attendant in visceribus Iesu Christi, obsecro omnes, & quòd aliquando iuri suo cedant, & vt matris suæ Religionis (inquam) cum aliquo proprio dispendio, bono, & honori consulant.

N. 26.

QVÆSTIO IX.

Virum licentia Prælati obtenta, non tamen executioni mandata, quando illius iurisdictio cessante, valida sit?

D

Explicatur sic, Quando quis habet licentiam ad infumendum centum nummos, v. g. & antequam illos infumat, ille Prælatus moritur, vel aliter potestatem amittit: Quæritur tunc an possit Religiosus cum dicta, & sine noua licentia? Et eadem est ratio apud Benedictinos Hispanæ Congregationis, quando Abbate extra Monasterium existente, petat aliquis licentiam à Priore Conuentus, qui quidem ex legibus specialiter, cap. 33. num. 5. & num. 10. disponitur esse in absentia Abbatis Præsidentem, & antequam redeat Abbas ad Monasterium ex absentia, non sit licentia Prioris executioni mandata, V. g. nummi infumpti, donati, aut quid aliud, si existente iam domi Abbate velit illa facultate data à Priore, vti.

N. 27.

Notan.

Notandum breviter, quod absentia lupremi Superioris, in quolibet Conventu, & quolibet Ordine diversimode, sumitur quantum ad præsens institutum; & sciendum, quando transit potestas, & facultas dandi aliquas licentias ad secundam personam Conventus, seu Superiorem post Prælatum. Nam ad dispendium in rebus parvi momenti, seu in virgensi necessitate, cui decurrendum est, & lubet gravis periculum in mora, absentia Abbatis, seu lupremi Prælati, sufficiens est, seu solum quod realiter, & verè exierit domi, & ad populum, seu civitatem ubi est Monasterium, vel proximam illuc visendi causam, ut ad aliud negotium virgès, sed neque etiam quod intra claustra Monasterij, in hortu, nemore, aut secretiori, aut remotiori loco; sed sufficit, & est sufficienter absens Prælatus, si iam quiete communitate ad multam noctem se Abbas in cubiculo dormiendi, & quiescendi causa se receperit, & intus se clauseric, aut infirmitatis causa: tunc, & similibus causis ad dispendium in præceptis, constitutionum, & regula, pro rebus domesticis, & licentijs ordinarijs, absens Prælatus iudicatur, & Prior facit officium Præsidentis. Vnde si Religiosum ad delictum, vel fugam prædictam, posset incarcerare, & incarcerationi gravi superuenienti periculo vitæ, & vinculis pro tunc solvere, & ad id quod Religiosi ingrediantur in cellam alterius (quod sub peccato mortali ad as est prohibitum) dare licentiam, poterit, si contingat aliquo accidenti subitaneo periclitari; & non solum hoc, sed ex consuetudine pensandum est in Religiosis, quid in maiori, seu distinctiori absentia, minori, aut breviori Prælati maioris, possit concedere secundus Superior. At in dicta Congregatione Benedictinorum Hispaniæ, in dicto cap. 33. num. 5. & sequentibus, specialiter num. 10. sufficienter id quod generaliter contingit, disponitur. Quibus supponitur, sic

N. 29.

Resolutio prima. Si in absentia Prælati fuit aliqua licentia petita à secundo Superiore, sine cautela, aut

A fraude; & de se, quæ de se tunc esset adimplenda; & per accidens non fuit ita executioni mandata, valida remanet, & adhuc redeunte, & itante domi præcipuo Prælato, potest adimpleri. Probatur, quia etiam si necessitas non præcisè pro illo tempore virgeret, quando Prælatus abest, & subditus iter, quod non protunc intendebat arripere, nec rem talem emere, aut aliquid donare, tunc velit, & reducat ad faciendum hæc, & licentiam petendam à secundo Prælato, eo quod Prælatus principalem cognoscit male illi affectum, & ex captata experientia, noverit ex pravitate animi, vel de simili conditione, & anata negaturum; tunc certum est, quod non iniquè agit subditus in exigendo licentiam petere a primo Prælato. Sed quidem, si res pro qua licentia petitur de se, non in absentia facienda est, & tempore absentia, sed post tres aut quatuor dies, quando iam Prælatus redit, & credebatur rediturus, certum est quod adest cautela, & quod est reverentia, & repugnancia, ad hoc quod est subij. i. vero, & legitimo Prælato.

Sed quæres, an quando eligitur novus Prælatus, taliter expirent licentia à Prælato præcedente concessa, ut necessarium sit illas revalidare?

N. 30.

D Respondetur, quod licentia concessa à præcedenti Prælato, sunt in dupli. ci differentia, aut enim sunt particulares, & ordinariæ, hic, & nunc concessæ, aut sunt illæ generales, quæ conceduntur pro toto anno in initio Quadragesimæ, v. g. ut est apud Benedictinos Hispaniæ, quando conformiter ad constitutiones porrigitur Prælato memoriale omnium rerum quæ habent ad usum Religiosi, setone de more, etiam pro toto anno petuntur, & conceduntur aliquæ licentiæ particulares. Quo supposito, respondetur, & sic secunda

Resolutio. Licentiæ primi generis, nempe, particulares, & ordinariæ, si adsit causa modo dicta, & sine fraude, aut cautela petantur, valent eo modo, quo manet explicitum. At licentiæ secundi generis, scilicet, annuales, & generales, non expirant cum concedente. Prima pars patet

N. 31.

Bb

cx

ex dictis. Probatur secunda, quia istæ licentiæ sunt gratiæ, quas (vt dicunt Iuristi) concedunt Prælati, nomine dignitatis.

QVÆSTIO X.

Verum Religiosus possit emere aliquid sine licentia Prælati, non soluta pecunia, & cum animo petendi licentiam antequam soluat pretium.

N. 32.

Respondetur, & sit nostra resolutio. Quod si Religiosus habeat licentiam præsumptam, quam supra assignauimus, vel emit quasi conditionaliter, dependenter à licentia, & sub illius rati habitatione, bene potest emere aliquam rem sine expressa licentia: si autem aliter emit, peccabit. Probatur, nam quando emit, & fecit conventionem, disposuit de illo pretio, seu pecunia, & alienauit illam, ratione contractus, inducens sibi obligationem solvendi.

N. 33.

Quod si dicas, non commissum fuisse peccatum, cum realiter pecunia non sit consumpta, tradita, vel transacta, imò nec debitam est contractum. Respondetur tamen, quod quamuis talis Religiosus liberetur ex hac parte à peccato, ex alia autem non effugeret peccatum mortale, quia contra iustitiam fecit proximo deceptionem, cum dolo.

N. 34.

Sed quæres adhuc, an in hoc casu, teneatur Religiosus petere licentiam ad solvendum illud debitum, & an sufficiat dicere se hoc debere, sine eo quod manifestet causam debiti. Respondetur sub distinctione, si enim res pro qua obligatus est, fuit licita, tenetur petere licentiam; & si ab hoc Prælato negetur recurrere ad alium, sufficit tamen dicere, se habere tale debitum, si non possit (inquam) rescindi illa venditio, quia res illa fuit vsu consumptibilis, & iam consumpta est, vel alienata: si autem aliqua via contractus, possit rescindi, quia res permanet, tenetur petere licentiam pro emenda tali re, sine eo quod decideret se iam illam emisse; & si licentiam non ob-

A tineat, tenetur reddere rem illam, illi à quo emit: nec venditor item Religioso poterit mouere, quia contractus reuera fuit invalidus, quamuis cum culpa Religiosi. Si autem causa debiti sit illicita, v. g. ludus, aut actus inhonestus, nec tenetur solvere, nec licentiam petere; quia ad hæc, nec Prælatus potest dare.

N. 35.

B Hic tamen advertendum est, cum Molina 1. tom. de iust. & iur. disp. 140. in quod diximus, intelligendum esse de obligatione ciuili: nam loquendo de obligatione naturali, dixit, quod si interuenit vera iniustitia in tali contractu ex parte Religiosi, qui quasi foratus est aliquid, confertur tunc obligatio naturalis restituendi damnatum datum, & hoc non impedit status Religionis: unde licet sæpè excusetur à culpa exequendi talis obligatione, curare tamen tenetur talis Religiosus, pro sua virili parte, quantum potest, & patitur suos status satisfacere, vt si aliquid obtinere possit, quod ex Prælati facultate ipsius liberæ dispositioni relinqueretur, inde teneatur restituere. Si verò nulla culpa iniustitiæ interueniat, nullam omnino contrahit obligationem, quia contractus ex natura rei fuit nullus. Quæ doctrina admittenda mihi, videtur in contractibus alijs licitis, non verò in omnino illicitis, cum Religiosus non habeat velle, vel nolle, sine licentia Prælati, hæc autem non præsumi potest in rebus illicitis. De licitis, vide doctrinam Hostiensis, & aliorum, quæstione sequenti.

Hostiens.

QVÆSTIO XI.

Verum Religiosus possit aliquem, esse re contractum.

Respondetur, & sit resolutio. In re gravi non potest Religiosus contrahere cum aliquo contractum, sine facultate tacita, vel expressa Prælati, vel Conuentus, sub mortali, siue per contractum obliget Conuentum, vel non. Patet ex dictis, cum faciat per fraudem, vel per iniustitiam, quod non manente Conuentu obligato, maneat ligatus qui contraxit cum illo.

N. 36.

Secunda resolutio. Si Religiosus habuit sufficientem licentiã ad contrahendum,

N. 37.

dum, vel si resideat ex legitima causa, & licentia, extra Monasterium, vel alibi, studiorum causa, aut alia; tunc obligabitur Monasterium ad id quod Religiosus recta ratione contrahit: & si moriatur, tenebitur solvere illius debita: attendita tamen qualitate personæ, & rationabili quantitate debiti, respectu negotij, vel ministerij quod illi fidebat Monasteriũ. Tenet cum Innocent.

Innoc.

Panor.

Nauar.

Azor.

Ubi nota primò, quòd vt colligitur ex cap. delictum, de regul. iur. in 6. ex delicto Monachi nõ posse obligari Monasteriũ. Secundò, quòd si ex contractu Religiosi Monasteriũ cõmodũ reportauit, vel res est apud ipsum, de hoc cõueniri poterit super hoc ab Ordinario: Ita Azor, & Panormit. Vide 2. p. tract. de paupertate constituyente potestatem Prælatorum, cap. 2. à nu. 62. vsq; 64.

N. 38.

e. delict.

QVÆSTIO XII.

An ad aliquem numerum Missarum celebrandarum possit obligari Religiosus per contractum, sine Prælati sui licentia & conuentionem facere de quantitate stipendij, seu pitantia, & solutione?

N. 39.

Respondetur, quòd in Religionibus, quibus est in more quòd omnes Missæ quas quotidie celebrant Religiosi residentes in Monasterio, debeant applicari pro ipso, aut intentione Prælati, & hoc est ex instituto, & legibus, nõ licet, nec dilatarè, & extèdere applicatiõem, Ita Pater Francisc. Suar.

Suarez.

Secundò, in Religionibus, vbi ex lege est, & cõsuetudine, secũdũ diuersũ Monasteriorũ dispositiõem, quòd omnibus Sacerdotibus permittatur aliquibus diebus pro se, & ad captandã, pro necessitate pitantiã, & ita alijs grauioribus Religiosis, quòd omnes Missas quas celebrant sic pro se applicent: poterunt Religiosi cum proportione ad dies, contrahere obligatiõem Missarũ, quia à lege habent licentiã, quãdo autẽ nũmos, & pitantiã accipiunt quantitatis excedentis, manifestam Prælato debet, vt omnia quæ Religiosus acquirit.

QVÆSTIO XIII.

Utrum Religiosus aliquid in ludo insu- mere possit?

N. 40.

Pro intelligentia norandũ. Primò, quòd ludus alearũ prohibitus est sub mortali omnibus Religiosis, inò & Clericis, Beneficiatis existentibus in Sacris; si sit ludus in magna quantitate. Sic Soto lib. 4. de iust. & iur. q. 5. ar. 2. ante concl. 4. Nauar. in Manuali, c. 19. n. 9. Michael Salò, 2. 2. q. 4. de dominio, art. 6. concl. 2. Greg. de Valent. & alij; & colligitur ex cap. inter dilect. de excess. Prælator. vbi Clericus iubetur deponi ob aleæ vsum, quæ pœna nisi ob peccatũ mortale poni non solet. Quæ omnia confirmantur in Concilio Trid. ses. 22. de reformat. cap. 1. Nomen ergo aleæ includit omnes ludo; qui præcipuè nituntur fortuna, vt sunt taxilli, thesares, ludi cartarũ, inter quos multi insolenti aduertentia potius consistunt, & numeratione attenta: quos aliqui hac ratione extrahunt (quãuis cartis ludatur) à ratione alearum. Ludi qui in hac prohibitione non continentur, eò quod nec aleæ vocari possunt, nec in fortuna consistunt, sunt ludus, qui a xedrez dicitur, qui in attentione, & notitia motuũ cõsistit; & ludus pilæ qui in agilitate: ludus de trucos, seu at golla, & de bolos, & similes, qui in dexteritate, & exercitatione prompta membrorum consistunt.

Soto.

Nauar.

Salon.

Greg. de

Valent.

Concil.

Trid.

D

Notandum secũdò, quòd id quod diximus, est intelligendum, vbi abrogatæ per non vsum tales leges non sint, aut per contrariã cõsuetudinẽ, quãdo scilicet Superiores vident talem legẽ violari, & non reprehendunt, nec puniunt; verum tamẽ est, quòd hic modus enerationis legum, in legibus, & prohibitionibus similibus, non habet locum; nam quãuis hic, vel ille Prælatus luderet, & iam in magna quantitate, & fortè, videret aliquos subditos idem facientes, & toleraret: tamen si aduertet hanc tolerationem remissam ab alijs videri, nequaquam toleraret, inò & non est credendum, quòd in toto gremio alicuius Congregationis reformatæ, desint pro Prælatis, & subditis tepidis, & negligentibus, plu-

N. 41.

res Superiores, & subditi, obseruationis, & regula zelatores; nam aliàs non esset, nec diceretur Religio obseruans.

Nota tertio, cum Soto lib. 4. de iust. & iur. vbi supr. Quòd vltra mortale peccatum, vti vix licet ludis prohibitis, præsertim Religiosis, & Prælati, propter votum paupertatis.

Nota quarto, dupliciter posse intelligi hanc prohibitionem ludi Religiosis, & Clericis. Primò, vt sit sermo de prohibitione ipsius ludi, ita vt substantia præcepti, ista sit. *Non ludendū aleis,* & quòd iste modus sit qui prohibetur, nõ attendendo in prohibitione ad materiã remotã prohibitionis, scilicet, quãtita-tem parua, vel maximã. Secũdo modo, vt prohibitio sit absoluta de omni ludo, siue de se omni generi hominum sit prohibitũ per vniuersales leges, vt ludus aleæ, seu fortunæ, taxilorũ, & similitium, siue de ludo aliàs licito, vt in fine nu. 40. prohibito tamẽ Religiosis, quia per ludum etiam aliàs licitũ, transfer- tur dominiũ, seu possessio bonorũ, sicut per donationẽ, & similes alienationes, & consumptiones, & cõtra paupertatis votum sit. Ijs suppositis, sit prima resolutio.

Religiosus qui frequẽter luderet ludis alearum, seu alijs a lege generaliter prohibitis, peccaret mortaliter: secus si semel, aut itetum rarissimẽ, in nullius, aut paucissimi pretij quãtitate. Probat-ur prima pars, nam ius cõmune solum animaduertit contra aleatores, quod nomen sicut, & cætera similia, nomina verbalia, significant assiduitatẽ, & frequentiam actus. Hæc est cõmunis Authorum, quos citat, & sequitur Gregor. Sairus lib. 11. Clauis Regiæ, cap. 12. dub. 4. & Ioan. Azor. tom. 3. Institutio- num Moralium, cap. 27. q. 2. Salon. 2. q. 5. de dominio, art. 6. concl. 2. Nauarrus cap. 20. n. 12. Molina tom. 2. de iust. & iur. disput. 510. qui omnes affirmant, quòd quando ab Authoribus permittitur, & iudicatur, Religiosis quòd aliquã quãtita-tem expendant ludo, ex licentia Prælati expressa, vel præsumpta, hoc intelligitur, titulo, & causa honestæ recreationis; non tamen esset honesta recreatio in ludo prohibito, & amens, ac stolidus esset Prælati, (ait Molina) qui expressẽ, vel tacitẽ, talem

A concederet licentiam, & ex ijs manet probata secunda pars resolutionis.

Notandum tamen, quòd quamuis ludi cartarum omnes, (qui dicuntur los naypes) vulgariter iudicentur aleæ, & quod in fortuna consistant, iam ita aliqui modi, & artes inuenta sunt in illis, quòd recreationem studiosis, & graui- bus personis vnice afferant, & quòd honestam recreationem, quam ex tota æquitate captare possunt pro leuamine curarum gubernationis, & studiorum inde capent: & quamuis aliqui ludi in ipsis cartis, seu naypes, inueniantur pro cupidis, auaris, seu similibus personis, qui breuiter volunt exponere suas pecunias ludo, & vel amittere cito, vel duplicare, vt vocatur pintas, parat, & similes, tamen illis sunt alij ludi, qui improprie aleæ vocantur: quia vt diximus, in attentione, numeratione, circumspectione, & industria consistunt, vt primera, & alij; de quibus nõ credo procedere doctrinam.

C Secunda resolutio. Insumere in ludo licito ex licentia Prælati, vel Prælati, potest pro qualibet occasione (non frequẽti tamẽ) sed causa honestæ recreationis, præcipue extra Monasteriũ, dũ absit scandalum, etiã passiuũ, quòd dicitur, pusillorum, quãtita-tem sex regalium; & cũ persona aliàs venerabili, occasione iusta, vsque duodecim, & frequẽtius vsque duos regales, imò & Religiosus extra Monasteriũ de gens, causa studiorum, vel alia licita, ex licentia Prælatorum, qui habeat pro anno quantita-tem signatam, centũ aureos, potest pro toto anno insumere ludo quinque. Constat resolutio ex dictis, & hoc vltimũ specialiter, quia illa vigesima pars, & reliquæ assignatæ quantitates, prudenter iudicari possunt, quòd permittuntur.

Sed quæres, vtrum si sit constitutio Religionis quæ prohibeat talem ludũ, nempe, aleam sub præcepto, etiã in parua quantitate, peccet, qui solam illam parua quantita-tem ludat, quæ insumpta sine licentia, non esset sufficiens ad peccatum mortale?

Respondetur, & sit nostra tertia resolutio affirmatiua. Peccare (inquam) mortaliter. Et probatur, quia quamuis aliqui Doctores admittant aliquam modicam, seu parua quantita-tem, posse

Soti.

102. M

N. 42.

103. M

104. M

105. M

106. M

107. M

108. M

109. M

110. M

111. M

112. M

113. M

114. M

115. M

116. M

117. M

118. M

119. M

120. M

121. M

122. M

123. M

124. M

125. M

126. M

127. M

128. M

129. M

130. M

131. M

132. M

133. M

134. M

135. M

136. M

137. M

138. M

139. M

140. M

N. 44.

N. 45.

N. 46.

se

se infumere religiosum, sine licentia; semper tamē supponit hoc debere intelligi, nisi alias hoc fuisset prohibitū.

Probat̄ur secundo, quia licet talis quantitas sit parua respectu cōsumptionis, si foret in re (aliā) licita, nō tamen est parua respectu ludi prohibiti, quia quod per tale præceptū prohibetur precipue, est actus ille indecēs, & prohibitus, per iura nō solū Religiosis, sed Clericis, aut Beneficiatis, ludus (inquā) qui principaliter consistit in fortuna: & talis ludus, seu actus ludendi, in hoc ludo fortunæ, est absolutē completus in quantumlibet parua quantitate. Probat̄ur tertio, quia materia ludi prohibiti, seu quantitas quæ in illo expenditur, quantumuis parua, est materia prohibitionis sub peccato mortali; quia quantumuis in se parua sit, est sufficiens respectu obedientiæ: nā vt supra præcedenti tractatu diximus, ex Patre Franc. Suar. & alijs, materia præcepti, & obedientiæ, quantum ad sufficientiā requisitā ad mortale, non attendēda est tantū ex parte substantiæ physicæ rei præcepti, quantum ex circumstantijs moralibus, cū sit materia moralis. Istæ autē circumstantiæ, magnæ quidē sunt, ijs precipue calamitosis temporibus, vbi pecuniæ cupiditas tā effrēnata reperitur, vt nacta occasione exponendū forte pecuniæ, in ijs ludis fortunæ, in quibus breuiter sperantur duplicandæ, & multiplicandæ, est maxima occasio, quod ex quantumuis parua, & exigua quantitate, ad magnā perueniatur præcipiti, & effrenato progressu: quæ est sufficiens causa, vt ex eius attentione omnino interdicatur quicūq; ludus aleæ, vel fortunæ, in quantumuis minima quantitate.

Et si quæras, quid si nullum pretium, nec aliqua quantitas, etiā minima, huic ludo fortunæ exponatur, sed tantū vitando ociositatē, & loco colloctionis inter duos amicos, sicut in alia actione deberent exercitari, ludant aleis, & forte nuces, aut castaneas, an tunc sit peccatum mortale?

Respondetur, & sit quarta resolutio. Si verba prohibitionis ludi sint absoluta, & directē contra ludū profertur, & ludum aleatū vetent, eo modo quo loquantur, obligantur sub mortali, Clerici, vel Beneficiati, si sint aleatores, id est, frequentantes cū assiduitate ludos

Aleæ, seu fortunæ; Religiosos autē si habeant legē, seu constitutionē Benedictinorū Hispania, quæ in c. 46. n. 7. & 8. prohibet actū ludendi, si ludant, etiā si in nulla, aut paucissima quantitate, & in quolibet actu, seu vice, secus autem, si non ludus, sed quantitas prohibeatur. Explicatur resolutio nostra. Nā bene potest contingere, & de facto cōtingit, quod prohibeatur seorsim qualitas ludi, vt in iuribus citatis videm⁹, quod sup. nu. 30. contra Clericos aleatores proceditur, nulla facta mentione de quantitate, debeat, necne esse parua, vel maxima: & in ijs, & alijs iuribus (vt videmus ex Soto, & alijs) cōprehenduntur etiam Religiosi, sed certē pro ijs, & specialiter pro Benedictinis Hispana Cōgregationis, & pro alijs Religiosis quæ similes habeant constitutiones seorsim prohibentur aleæ, & separatē, & seorsim quantitas quæ si sit magna, non solū ludo aleæ, sed quolibet ludo aliā licito, prohibetur. Verba cōstitutionis Benedictinorū, dict. c. 46. hæc sunt. *Man-*

B *damos que ningun Monge. &c. juegue juego alguno de los vedados y prohibidos por prematicas Reales; ni a otro q̄ parezca mal a los moradores, aora sea por el juego q̄ se juega, aora sea por la cãridad del precio, ò valor q̄ se juega, q̄ dexamos al arbitrio. &c.* Adijcitur pœna priuationis Abbatia, Prælati, voti actiui & passiuī, reliquis. Et similiter credo disponi in pluribus alijs Religiosis: vnde probatur prima pars resolutionis, nam cū præcepto de prohibitione ludi aleatū sit distinctū, & pro violatione imponitur tā graue suppliciu.

C *Vnde constat, quod si Religiosi inter se intra Monasteriū luderent aleis, & in magna quantitate, licet non restitueret obligatio restitutionis, cū proprietates maneat apud Monasteriū, & Prælatos, tamen peccarent Religiosi mortalitertum quia ludus est prohibitus, & materia grauis; tum propter scdalu: & ideo*

D *peccata sunt graues, vt scilicet Clericis suspensio, & Religiosis priuatio, quæ quidē non nisi ob materiam peccati mortalis, nunquā in lore consueuerūt apponi, certū est quod solū ipse ludus sine attentione ad quantitatem, sit materia peccati mortalis. Et ex hoc manet probata*

E *secunda pars.*

Et confirmatur, nam nullus vnquam dubitauit, quod iuste intra limites infirmæ deliberationis, & imperfectæ rationis vsus (tempore impubertatis scilicet) exardescunt ira parentes, pedagogi, aut tutores pupilarum, qui ipsorum optimæ educationi inuigilant, si cartarum ludum, vel etiam retentionem apud se illos videant habere hoc damnū, quod præuident, & propterea tenere illos puniant.

Notandum etiam circa dicta verba constitutionis Benedictinorum, quæ etiam est conformis iuri communi, & rationi, quod in prima illa parte prohibitionis, quæ est de qualitate ipsi ludi, dicitur, quod ludus omnis interdicitur, qui aspicientes offendat vnâ ex duabus causis ibi assignatis, nempe, quia vetitus, vel quia talis sit alias, vt ædificet male, aut displiceat aspicientibus, quod contingere potest in ludo alias non vetito; vt si Religiosus ludat in Monasterio, aut alibi, vbi à secularibus videri possit, aut cum illis ludo pilæ, quod quamuis nec sit vetitus, neque ex alia parte quantitas non sit magna, erit tamen peccatum, magis, vel minus graue, respectu scandali quod Religiosus dederit, si vt (est præcisum) exuatur habitu, vel occultet ad expedire ludendum pilæ, aut alio simili: & hæc duplicata, & distincta ludorum prohibitio, non habito respectu ad quantitatem magnam, vel parvam, repetitur expressè in Concilio Trident. sess. 22. decreto de reformatione, cap. 1. vbi ex iuribus, & antiquioribus Concilijs commendatur Episcopis, in titulo huius capituli cura specialis, de vita & honestate Clericorum: & circa medium dicitur. Statuit sancta Synodus, vt quæ aliàs à summis Pontificibus, &c. de Clericorum vita, ac simul de luxu, comestationibus choreis, aleis, luxibus, ac quibuscunque criminibus, &c. fugiendis sancita fuerunt, in posterum iisdem pœnis, vel maioribus, &c. obseruentur. Hæc sunt verba Concilij aliquibus alijs similibus interpositis, vbi cœstat, quomodo ludi seorsim, & alex seorsim prohibeantur.

A QVÆSTIO XIII.

Vtrum qui lucretur à Religioso vltra quantitatem assignatam num. 35. teneatur restituere, siue habeat licentiam, siue non?

N. 30.

S It prima resolutio: Religiosus in Monasterio existens, vel extra, si ludat & deperdat maiorem quantitatem assignata, vltra peccatum quod committit, non transfert dominium pecuniæ deperditæ: & ideo qui illam lucretur, & tenuit, tenetur restituere, etiamsi Religiosus habeat licentiã infumendi in quos voluerit vsus, maiorem quantitatem, v. g. habeat licentiã ad infumendum centum dragmas, & deperdat vigintiquatuor. Sic expressè Joseph Angles in Floribus, 4. sententiarum, part. 2. quæst. de ludi restitutione, dub. 1. prop. 4. & Ludovicus Lopez, 1. part. Instructorij, cap. 33. Emanuel Rodriguez part. 1. Summæ, cap. 189. conclus. 4. Sairus lib. 11. Clavis, capi. 12. dub. 4. & idem Emanuel, tom. 2. quæst. Regul. 9. 37. art. 3. Et probatur ratione, quia vt supra dictum est, Prælatus cum sit solum dispensator, & non dominus terræ Monasterij, non potest dare licentiam, nec sibi recipere ad infumendum facultates in res prophanas, & lege prohibitas: ergo cum quidquid habeat Monachus sit de Monasterio, non potest in tales vsus, etiam de Prælati licentiã, alienare, etiamsi expressè talem concedat licentiã, neque etiam si in præsentia ludat, saltem si sit in magna quantitate, illa scilicet quæ excedat honestam recreationem, vnde secularis tenetur restituere.

Vnde constat quam improbabilis opinio, dicentium, quod omnem illam quantitatem, quam ex licentiã Prælati data cum hac generalitate, vt infumat in quos voluerit vsus, possit Religiosus expendere ludo ex suo genere licito, nam illa licentiã expressè adhuc data non valetet. (vt diximus) Et deinde, quia (supponendo quod talis licentiã non daretur expressè) extat regula iuris admissa, scilicet, quod in licentiã generali non includitur id, quod in particulari petitū denegaretur.

Con

Constat secundò, quòd hæc doctrinâ militat maximè in illis Religioni- bus, & Religiosis, quamuis lege, aut statuto particulari inuisibiliter obseruato, prohibètur ludi in omni prorsus pretio, & quantitate, vt credo de Patribus Societatis Iesu, & etiam de Patribus Minoribus, & Discalceatis, & alijs in quibus nullo modo esse, nec iudicaretur aliqua præsumpta licentia, sicut in Benedictinis, & alijs Religiosis à communi secularium frequenti conuersatione, & commercio, & instituto separatis, vbi aliqua solatia, & ludi aliqui honesti, aliquando permittuntur ad solitudinis tedium subleuandum. Pro Religioso intra Monasterium existente, diximus iam, quòd siue frequentia, siue scandalo, ex licentia Prælati expressa, vel præsumpta, possit cum Religiosis loco honesto, & circumstantijs seruatis deperdere, quoties se offerret occasio, etiam cum secularibus honestis, & decentibus, vsque duos regales pro qualibet vice omnino distincta: ex quo dno oportet deducere.

Primum, quòd cum licentia, quando non est expressa, sed præsumpta, dicatur talis, quia prudenter loquendo, præsumitur quòd tali occasione talibus personis non denegaret Prælati, si assisteret, talem licentiam, & concessuram, si in communitate diuersarum qualitarum Religiosorum reperiantur; non ex eo quòd qualificatus aliquis, aut grauis, & senior, præsumptam licentiam credat habere, vt occasione talibus oblati, exponat ludo in qualibet duos dragmas, debet Religiosus inferioris qualitatis, ætatis, & venerationis, credere Prælatum idem velle illi esse permissum.

Secundum, quòd de Religioso extra Monasterium existente, multipliciter possumus loqui, quantum ad præsentis institutum. Primum enim cum Monachina dicta disp. 520. §. Religiosus. Qui ex licentia summi Pontificis degit extra Monasterium, vel esset à Monasterio expulsus, vel haberet commoditatem, & administrationem independentem à Monasterio suo, & Prælato, quâuis non bene faciat prodigendo suas pecunias, imò & peccet pro quantitate, & qualitate ludi, perdit tamen, &

Aransfert dominium: vnde, qui lucratur non tenetur ad restitutionem in quacunque sit quantitate, non magis quam ille secularis, qui vt nuper diximus lucraretur à Religioso qualificato, de quo debet præsumi habere licentiam præsumptam duos regales, & multiplicatis occasionibus, distinctis quidem, & independentibus.

Secundò, possumus loqui de Religioso itinerante ex licentia Prælati, reuersurus ad assignatum tempus: & de hoc iam diximus, quòd ex ijs quæ pro itinere, & honestis sumptibus, & expensis sibi aliter traditis, non prodige, (quidem) aut temere exponendo se, vt indecenter contra Religionis statuta mendicet, aut extorqueat cum scandalo sustentationem: si aliter ergo, vel moderando sustentationem, aut ex suo peculio, si secum portet, & habeat licentiam infumendi illud in quos uoluerit licitos vsus: iste in occasionibus

Concurrenti cum continentibus, solatium aliquod capiendi per ludum, vbi decet status, & Religionis, non patitur iacturam, poterit in ludo licito (de quo loquimur) dependere vsque sex regales, in qualibet occasione omnino distincta ab alia, nec moraliter coniuncta cum alia; quòd contingit, si eadem via, seu ad eandem ciuitatem, negotij causa, secularis, & regularis iter facientes in diuersorio, æstiuo tempore, in meridie, vel nocturno in hieme post recitatas horas, & alijs ex obligatione completis, velint societatem continuantes ludere, & Religiosus ea vice deperdat sex regales, tenebitur surgere à ludo; & ita verè & realiter relinquere, & cessare ab illo vsquedum totaliter, sine aliqua cautela, aut fraude relinquunt, aut surgant à ludo collusores: & regulariter loquendo, pro illo meridiano, vel pro illa nocte, non ad ludum redeant, nec erubescat Religiosus, qui gloriatur de suo statu, & professione paupertatis, ad hanc moderatam quantitatem restringi, quando illustres & nobilissimi seculares, qui affertant potius prudentes, modesti, & studiosi videri, quam prodigi, temerarij, & profani, surgunt à ludo, & aperca facie dicunt sufficere, adhuc minorem iacturam, & etiam pro similibus occasionibus, si

maio-

maiores extent circumstantiæ qualifica-
tarum personarum, specialiter fitalis
sit Religiosus, & in rarissima occasione
in longo itinere semel oblata, (quod
prudens arbitrio relinquatur) si cum
grauissimis modestis simul personis,
quibus opponi, & quasi corrigere, & ex
dimissione ludi perditis sex regalibus,
videretur præsumptio, vel ignorantia
epicheia, quæ ibi attendi deberet, tunc
concedunt aliqui, non solum vsque sex,
sed vsque duodecim, posse ludi perdi, &
transferri dominium in collusores, ita
vt non tenerentur restituere intra di-
ctam quantitatem: dum tamen sit in lu-
do licito, nam sic est præsumpta licen-
tia, non aliter.

Tertio, de Religioso qui studio-
rum, vel alia causa, degat extra Mona-
sterium, longo, sed limitato tempore,
& habeat pro annua sustentatione, v.g.
centum aureos, poterit licite in ludo li-
cito deperdere pro toto anno, quin-
que ad hanc enim, vt quidam honestam
recreationem, videretur Prælaturam dare
licentiam quam potest, (inquam) id est,
ad ludum licitum, & non (quidem) pro-
hibitum lege superiore, & vniuersali-
tate, in qua ipse non potest dispensare;
ac per consequens nec facere, vt trans-
feratur dominium.

Quarto, possumus loqui de Reli-
gioso qui aliquo modo extra Monaste-
rium existat, & non est absolute extra
Monasterium, quia per octo, vel statu-
tos dies, in grangia, vel Priorato, pro
recreationibus statutis, in aliquarum
Religionum legibus deputato assistit,
quo in loco, & etiam quando per eos-
dem octo assignatos dies intra Mo-
nasterium ipsum datur Religiosis re-
creatio, & conceduntur Religiosis so-
lacia, & etiam aliquas pecunias in ludis
licitis expendere: vbi quantitas quam
licite possunt deperdere, ex licentia
præsumpta Prælati, non facile assignari
potest, dum pro omnibus octo
diebus aliquos doctos, & timeratos
seniores Monachos vidi, aliquando so-
lum credere duodecim dragmas, posse
ludo licito deperdi. Alios itidem Re-
ligiosos in maiore quantitate video, &
iudicare posse, & ipsos etiam ludere,
ita vt in qualibet occasione ex pluri-
bus, quæ se se offerunt in illis diebus,

A plus in qualibet perdere soleant: &
dum inter Religiosos eiusdem Con-
uentus constet ludus, dicunt Prælaturam
posse permittere, cum nullo modo ibi
repetiatur alienatio, nec translatio do-
minij illarum pecuniarum, ex vno Re-
ligioso in alium, sed tantum mutatio
sequestrationis, seu peccelij; & quod ho-
die est in peculio Petri, mane post lu-
dum reperiatur in peculio Pauli, &
semper inuariabiliter sub dominio Præ-
lati, & communitatis: vnde nec inter-
uenire (dicunt) peccatum, nisi adessent
ludo videndo seculares, & scandalum
paterentur, dum hæc vident: & multo
minus resultaret obligatio aliqua re-
stitutionis.

Quid tamen erit dicendum, si in lu-
do contingat esse Religiosum alterius
Ordinis, seu alterius Monasterij, Or-
dinis eiusdem, (loquimur enim de Re-
ligionibus quæ in comuni possunt ha-
bere bona) & simul ludat. An si ab illo
lucentur Religiosi huius Conuentus,
plusquam assignatam quantitatem, quam
possent singuli deperdere, teneantur il-
li restituere, vel è contra: & eadem dif-
ficultas est, & perior de seculari collu-
dente cum Religiosis.

Respondetur tamen cum Sair. lib.
11. Clavis Regia, cap. 12. dub. 2. Quod
si quilibet ex illis extranei: collusori-
bus nouit bene se ludere cum Religio-
sis qui non possunt alienare illam quan-
tatem quam exponunt deperdendam
in ludo: tunc si tales Religiosi lucentur,
non tenentur restituere seculari, seu
extraneo collusori; quia scienti, & vo-
lenti, non fit iniuria: si autem talis col-
lusor id ignoret, & credat Religiosum,
vel Religiosos illos secum ludentes,
posse deperdere illas pecunias, & trans-
ferre dominium illarum; quia id videt
sapius Religiosos, scilicet ludentes de-
perdentes, & solventes pecunias; tunc
Religiosus locraus, tenetur restituere,
proinde se deberet alter illi, præter in
casibus sequenti questione assignandis.

Quinto, & ultimo, possumus loqui
de Religioso illo, qui negotij litigiosi,
& grauis causa, assistat in aliqua Curia,
vel Regia Audiencia, vel Ecclesiastica,
& ex pecunijs sibi traditis ad sui susten-
tationem, & litigij expensas, in vna,
vel pluribus occasionibus sibi oblati,

& non (quidem) quaeritis cum Advocato, vel potius cum iudice, cuius affectum pium ad suam causam iustitiam per adversarios offuscantem indagandam, libenter ambit, & inquirat, ludat in maiori quantitate, quam qualibet ex assignatis, cuius taxatio in circumstantiis consistat, loci, temporis, & personarum, solum prudentis, & timorati viri arbitrum potest assignare, dum tamen (quod credendum non est de ministris graubus, Regijs, Iudicibus doctis, & pijs) non esset temeraria deperditio, & superfluitas ludi. Hanc doctrinam docuit grauisimus, pijsimus simul, & doctissimus Magister frater Dominicus Bañez Dominicanus Salmanticæ, in Theologorum schola Primarius, sicut accepit à Magistro Fr. Gasparo de Liendo Benedictino, Regente, & Primario quondam in pluribus Theologiae Collegijs Congregationis Hispaniæ, qui cum esset deditissimus discipulus, & auditor Magistri Bañez, hanc recitavit cum alijs, auduisse ab illo doctrinam inter legendum, & ratio ostendit: nam quamuis illa numerorum consumptio in tali ludo, & occasione ludus sit, hoc est, ex minus præcipuo fine: unde in ratiocinijs de expensis litis, scribet rectè, & verè procurator, Item triginta dragmas, v.g. consumpsi in quadam diligentia gratum faciendi ministrum.

Sit secunda resolutio. Non solum tenetur qui lucratur à Religioso aliquid in maiori quantitate, restituere illud Monasterio, vel Religioso, ut explicabimus, sed etiam Religiosus ille, tenetur restituere seculari, si ab ipso lucratur ultra quantitatem quam ipse Religiosus posset licitè deperdere, iuxta ea quæ infra dicemus.

Hic tamen solet disputari.

A QVÆSTIO XV.

Vtrum de ratione ludi sit, quando Religiosus deperdit pecuniam ultra quantitatem quæ assignauimus, quod debeat restituere id quod lucretur?

Solet hic disputari specialiter.

ET suppono id quod num. 48. in fine, diximus de Religiosis eiusdem Monasterij colludentibus, quomodo non transferunt dominium de ludo, ubi collusor est extraneus, & secularis, & Religiosus lucretur. Supponimus etiam ex dicendis, quod ille qui habet in mensa in eadem illa vice lucratum à seculari, cum adhuc non transferit ad dominium Monasterij, eo quod dum ludus non soluitur, semper est in tramite, & periculo, quod deperdat, potest ipse Religiosus, ibi ipso colludenti deperdenti restituere. Solum specialiter dubitamus, an quando Religiosus ex suo peculio, quod in rebus alijs licitis habet facultatem consumendi, si ex illo deperdat ceterum, v.g. regales; & secularis, vel extraneus lucretur, tunc an resultet obligatio restituendi, & cui incumbat.

Sit resolutio tertia. Secularis, vel Religiosi diuersi Monasterij, vel Ordinis, colludentes cum Religioso, vel Religiosis, tenentur restituere Monasterio, vel ipsis Religiosis deperdentibus, quantitatem illam quæ excedit id quod deperdere possent. Patet resolutio ex dictis.

QVÆSTIO XVI.

Vtrum Religiosus id quod illicitè deperdit ludo, restituere teneatur, & quando faciendum?

Resolutio prima. Religiosi deperdentes in ludo licito, de quo loquimur, aliquam quantitatem considerabilem, qualis esset vnus regalis, supra illam quam assignauimus, ex licentia expressa, vel interpretaria, præter peccatum quod committunt mediante paupertatis voto, quamuis id quod deperdunt, sit ex ipsorum deperdentium pecu-

peculio, tenentur restituere Monasterio suo meliori modo quo possint quantitatem deperditam.

Ista resolutio petit Doctrinam, & difficultatem infra tractandam, an Religiosus sit capax alicuius iuris restitutionis faciendæ; & ratio difficultatis est; nam cum restitutio sit faciendæ, tū ex bonis proprijs, quæ habeat restituens, tum mediante translatione dominij, quod utrumque opponitur statui Religionis, & Religiosi, qui nec potest habere proprium aliquid, quod est materia restitutionis: unde oppressus ære alieno, existit liber ab obligatione, & debito, si scilicet nil habeat proprium, nec habet ius, nec potest illud transferre, aut dominium, qui est modus, & actio restituendi. Pro cuius difficultatis, & resolutionis intelligentia.

Notandum est primò, quod quamvis Religiosus non verè, & propriè restitutionem facere potest, cum restitutio secundum, D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 1. & ex doctrina iuris in lege, quod si minor. §. restitutio. ff. de minoribus, & alijs locis, communi quadam ratione, & etiam per quid nominis definiatur sic. *Restituere est, iterato aliquem in possessionem, & dominium sue rei statuere; & sic, & per quid rei*, per eundem Angelicum Doctorem, in eodem loco. *Restitutio est actus iustitiæ commutativæ, quo damnum proximo datum restituitur*; in quibus definitionibus videmus includi rationem æquiratis & iustitiæ commutativæ interuenire essentialiter in vera & propria restitutione; tamen pro suo posse tenetur damno à se illato alicui occurrere, & recompensationem facere læsi, & damnificati proximi.

Pro quo est notandum secundò, quod quamvis apud plurimos Theologos, & generaliter apud Iuristas satisfactio, & restitutio ad eandem rationem iustitiæ, nempe commutativæ videantur pertinere, & constat ex cap. si culpa, de iniuria, & damno dato: in quo iubet Pōtifex, tū pro damno dato, quā pro iniuria debere satisfactionem fieri. Tamen in pluribus differunt, quæ refert Sayrus Clavi Regia, lib. 10. tit. 2. cap. 2. & nobis sufficiat vna differentia; quod cum restitutio habeat repa-

rare inæqualitatem factam iniquè, & violenter proximo in externis rebus, v. g. si quis auferat domum, vel pecuniam, hæc inæqualitas si debeat reparari, debet fieri per actum restitutionis, qui talis valoris domum, vel talis quantitatis pecuniam reddat illi à quo ablata fuissent: & per consequens cum æqualitate. At verò cum satisfactio versetur circa iniurias reparandas, quæ consistunt in actionibus, & passionibus proximo illatis, negatiuè, vt si honorè debitum, & competentem subtrahamus, vel conuijs, & opprobrijs afficiamus, aut violenter pugnis, aut flagellis, quæ damna per satisfactionem, & non per restitutionem reparanda sunt; cum non possit æqualitas realis in ijs constitui, sed moralis.

Notandum terriò, quod quando Religiosus de suo peculio quantitatem non licitam in ludo deperdit, ad duo tenetur; cum omni meliori modo quo possit teneatur damnum Monasterio illatum resarciri; Monasterium enim habet dominium, proprietatem, possessionem & plenam administrationem honorum, & etiam pecuniæ sequestratæ ex licentia Prælati, ad speciales vsus Religiosi, quod dicitur eius peculium; & illius solum habet ipse vsum simplicem, seu vsum facti (vt diximus.) Quando ergo Religiosus deperdit dictam excedentem quantitatem, auferit illam à communitate, quæ habet dominium; unde duo tenetur facere: primo suadere colludatam, vt restituat Monasterio, id quod ipse deperdidit; & si nolit collusor facere, ipse Religiosus, quamuis restitutionem Monasterio non possit facere, tenetur repatere, & intendere recompensationem; & iste actus cum sit sine æqualitate eo quod Religi-
sus non habeat rei alicuius dominium, ac per consequens nec possit transferri in Monasterium; pro eo quod abstulit ludendo, dicitur ex hac parte, satisfactio, vel quasi satisfactio; quia cum non faciat (ratione dicta) æqualem reparationem in bonis externis, moraliter intendit facere, *faciendo quantum in se est*: vt quando pro iniuria datur recompensatio, seu satisfactio. Facit ergo Religiosus, seu intendit facere quantum in se est, vt parti damnificatæ, seu

Monasterio reparetur damnum illatum per illum ludum, in quo pecunia perditā ablata fuit, si ex alia pecunia, quæ tunc est in eius peculio depurata suis specialibus indigentis, & necessitatibus, sequestrata iam, & separata ad hoc à bonis reliquis communitatis, cuius iam non sperabat communitas adiuuari, redeat communitati ipsi tantam quantitatem, quantum collusor lucravit, tulit, & noluit restituere, in qua actione non interuenit restitutio, cum tale dominium rei perditæ non iterum transferatur, cum illa pecunia peculij semper fuerit, & sit sub dominio, proprietate, & possessione, & hanc restitutionem, seu quasi, & etiam late diuina satisfactionem Religiosus sub mortali, præter peccatum mortale quod commisit ludendo, & deperdendo illam. Et hæc doctrina notetur pro restitutione, ad quam tenentur Religiosi, de quo infra.

QVÆSTIO XVII.

Vtrum de ratione ludi sit, ut quis lucrari non possit plus à collusore, quam iste posset ab eo licite lucrari, & ille deperdere.

EST casus in ludo recreationis, v.g. habet Religiosus licentiam deperdendi vsque ad sex regales, si cum extraneo ludat, qui potest deperdere licite duplicatam, aut maiorem quantitatem, an licite illam lucrari possit.

In hac re variant Authores, alij negant, alij affirmant vt Michael. Salon. 2. 2. q. 5. de dominio art. 6. & apud Sair. vbi sup. dub. 3. ex quibus questionem resoluemus.

Resolutio prima. Religiosus de licentia Prælati ludens quantitatem sex Regalium, non potest à suo collusore lucrari vno actu, vel iactu (quod Hispanice dicitur, *En vna mano*) plusquam sex regales, quos ipse potuit exponere, & exposuit iacturæ; quod si lutores sint plures, à quolibet potest integre sex regales lucrari. Probat, & explicatur resolutio. Quando plures in eadem mensa, vice, & ludo assunt, eadem seruatur æqualitas, ac si Religiosus cum vno

A solo luderet: Ergo si ex positis cum vno sex regalibus quos habet, sicut potest deperdere, potest cum maiori spe, cum vno, quam cum pluribus duplicare licite ab vno quoque tantam quantitatem, v.g. sex regales accipere: & per consequens, quod duplicatam, ac si cum vno ludens ex minori periculo solum adquireret duplicatam.

B Confirmatur: quia si ego potui deperdere solum, v.g. sex vno iactu, vel vice, aut manu (vt in aliquibus ludis cartarum contingit) à quocumque collusore lucraver decem à singulis, tenerer restituere cuiuscumque quatuor, & sic seruaretur æqualitas: Quod intellige cum Sairo, etiam si talis lucrator, in eodem die, aut alio, & eadem specie & genere ludi perdidisset illum excessum cum eodem collusore.

C Neque obstat quod eodem die, vel alio discontinuo ludo perdidisset cum eodem Religioso maiorem quantitatem; quia si Religiosus ille iuxta dicta, & dicenda, licite lucratus est, Monasterio suo adquisiuit, & iam Monasterium habet dominium illius.

D In vno singulari casu, dicunt aliqui hanc deficere regulam, & doctrinam, nec teneri collusorem lucrantem restituere illam quantitatem excedentem id quod posset deperdere, nempe quando prima vice seu iactu perdidit, v.g. sex regales permixtos, & interrogatus Religiosus qui illos deperdidit, à collusore seculari, vel alterius Monasterij Religioso, quando alias pecunias (præter sex regales deperditos) vult exponere ludo, an posset, & habet facultatem deperdendi amplius, & tantum quantum interrogans potest deperdere, & responderet, quod sic: tunc enim dicunt isti Authores, quod si rursus istam nouam quantitatem deperdat, non teneri lucrantem restituere. Ita Nauarrus in manuali, cap. 17. num. 12. Ludouicus Lopez, & alij quorum ratio est: quia fraus, & dolus nulli patrocinari debent, argamento capitis, ex timore, de rescriptis.

E Sed quidem hoc indicarem debere intelligi, dum lucranti lateret mentitum fuisse collusorem; nam eo ipso quod illi constat talem quantitatem, suam collusorem sine licentia perdidisse, cum

malis

Michael.
Salon.
Sairus.

N. 567

mala fide retineret, cum inde cognosceret sibi non fuisse translatum dominium; ac per consequens esse obnoxium restitutioni: non quidem titulo iniuste acceptionis, sed titulo rei acceptæ.

N.60. Colligitur ex ijs, quod si Religiosus in casu posito iam amisit, v.g. sex regales, si postea cum alijs pecunijs, quas perdere non poterat lucretur aliquid, tenetur illud restituere, cum non potuisset pecuniam, quam exposuit, exponere, nec deperdere.

N.61. Resolutio secunda. Potest Religiosus per varios actus, seu iactus ludi successiuos plura lucrari, quam posset deperdere. Explicatur nostra resolutio: si scilicet solum possit ex licentia expressa, vel interpretatiua Religiosus deperdere, seu exponere ludo, v.g. sex regales, & primo iactu, seu *primera mano*, cum duobus, vel tribus collutoribus triplicet, vel quadruplicet suam pecuniã, iam de sex regalibus habet viginti quatuor, & tunc iterum istam quantitatem viginti quatuor dragmarum exponere, & iterum duplicare potest, & sepè: unde si non adsit scanda um videntium, & qui hæc non capiunt, poterit iam non solum tantum quantum exposuit primo, v.g. sex regales, sed centum, & plures lucrari. Hanc resolutionem sic explicatam tenent Authores, hanc difficultatem attingentes: & probant Michael Salon, & Sairus citatus; & probant, quia in primo iactu, sicut & in sequentibus; semper exposuit ludo quod licite deperdere poterat de primo; seu de prima vice, quando sex regales exposuit; iam supponimus quod fuit ex licentia; de secundo, & sequentibus iactibus, quando duplum, seu quadruplum exposuit ludo, etiam videtur esse ex licentia Prælati, seu Monasterij, quia nondum adquisierat dominium illius quantitatis lucrata; eo quod dum durat ille ludus, seu ille actus confedendi ad ludum sine interruptione, semper pecunia existens immedia exposita est iacturæ, tum quia aliquando propter urbanitatem aliquando propter æquitatem, & quandoque ex iustitia, si contingat, v.g. minus securam partem primum, vel secundum infeliciorum actum illa vice fortiri, aut aliter, unde ludum teneatur conseruare, & non relinquere;

tunc pecunia non acquisita est Monasterio. In quo conueniunt etiam Doctores citati à Sairo, vbi sup. Bañes, Narrus, Valentia, Lopez, & alij.

Debitabis adhuc de Religioso existente, recreationis consuetæ gratia, pro statutis diebus in grangia, vel intra Monasterium; si ibi ob specialem causam, & commoditatem assignata sit conueniens, pro suis debitis temporibus, recreatio. An tunc Religiosus possit pro diebus illis obtinere licentiam insumendi in ludo licito duodecim regales, v.g. An hos possit pro diebus sequentibus recreationis deperdere, & ratio difficultatis est. Quia solum ad quantitatem sex regalium habet licentiam, & sic interrupto, & finito quocumque ludo, quæcumque quantitas quam in illo lucratus fuerit Religiosus transit ad Monasterium, & per consequens in diebus reliquis recreationis nõ licebit exponere, & expendere ludo, si excedat quantitas numerum duodecim regalium, de qua habuit licentiam.

Nihilominus fit resolutio tertia. Possit scilicet Religiosum lucrantem in vno ex primis diebus recreationis quantitatem quamcumque, vt manet explicatum deperdere diebus reliquis ultra duodecim regales, de quibus, vt de suo privato peculio, vel deposito habuit licentiam. Probat: quia omnes illi dies pro recreatione assignati, reputantur pro vno termino, & actu morali recreationis; & videtur velle Prælatum, vt quod ibi lucretur maneat expositum licite, vt id deperdere possit reliquis diebus assignatis; dum tamen in omnibus illa assignata quantitas ex peculio concessa ludi, non excedatur; bene verò lucrata. Vbi notandum, quod non loquimur de pecunijs quas Religiosi eiusdem Conuentus, ex suis pecunijs inter se ludunt; istæ enim si excedant, cum proprietates maneat apud Monasterium, non inducit obligationem restitutionis; quamuis committatur peccatum: sed loquimur de ludo, qui cum extraneo fiat.

N.62:

N.63:

QVÆSTIO XVIII.

Virum intra limites quantitatis quam potest Religiosus ludo deperdere. si non appareat pecunia quando deperditur, & luditur, teneatur qui lueratur restituere. Et idem de secularibus dubitatur: in hac re sunt duæ sententia, amba probabiles.

N. 64.

Negatiuam tenet Molina Theologus, d. sp. 51. Soto de iust. & iure, q. 5. art. 2. Couarruu. regul. peccatum, p. 2. §. 4. Nauarr. in Manual. cap. 39. nu. 17. ad quintum. Gutierrez de iuramento confirmatorio, p. 1. cap. 53. num. 1. & probant ex iure ciuili nouo, lege inquam 8. & 9. Imperatoris Caroli V. Hispaniarum Regis, vt habentur titulo 7. lib. 8. nouæ Recopilationis, quibus disponitur, quod qui aliquid ludo (aliàs) licito deperditur *credito*, id est, *sobre su palabra*, non teneatur illud soluere: & sic videtur, quod non solum in foro exteriori, & contentioso, sed neque in conscientia teneatur, quod videtur constare: nam in illis duabus legibus, (quæ auctoritate, & potestate legitima latae fuerunt) non solum prohibetur ludere *credito* ludis (inquã) licitis, & denegatur actio ad petendum, quod aliquis ita lucretur; sed etiam irritantur contractus, & annullantur promissiones, & obligationes quæ inde oriri possent, aut de ea re essent factæ.

Contrariam sententiam tenet Sairus, & plures Authores, quos citat Clauis Regia, lib. 11. cap. 13. loquendo enim vt in presenti, de ludo licito, fidelitatis, & fidei datæ; vrget obligatio, quod apud se probus vir facillè cognoscit, & quansã naturali iusta lege cõpelleretur, aut impelleretur, nec quietabitur facillè, dum illud quod *credito* deperdit, vel sub data fide, & verbo non soluat, quod cum iudicare sic de collusore debeat presumere, quo fidei similem datam impletet (vt potè naturæ rationali consonum, iniquum quid videtur agere nõ implendo. Vnde saltem in foro conscientia, cuius vim, & obligationem, nõ videtur conc. irritare lex externa) si ludas aliàs licitus sit, videtur manere obli-

Agationem. De eo quod deperditur *credito*, vel *sobre palabra*, udo illicito, non debere solui, tenent cum Authoribus primæ sententiæ, Toletus, & Iosephus Angles, & alij, cuius oppositum tenent graues Authores, cum inflet adhuc naturalis obligatio fidei datæ adimplendæ.

Ex quibus constat, & ex probabilitate vtriusque opinionis, quod quauis ex vna parte videatur, quod profana, & laica potestas potest irritare vim ciuilitum contractuum; & sic annullare obligationem ludentium ad translationem pecuniæ; tamen cum obligatio adimplendi fidem, nõ sic potest annullari: & sic probabiliter saltem defendi potest, quod in conscientia teneatur, qui *sobre palabra*, collusore aliam similem præstante fidem, & multo magis, si pecunias exponat, deperdit pecuniæ quantitatem; quam licitè potuit exponere ludo, soluere; & si non soluat teneri ad restituere. Sed quidem contraria probabilis.

C Sequitur secundo, quod etiam in opinione prima, quauis licitè & honestè secularis soluat quod *credito* perdidit ludo, ex quadam æquitate, & ingenuitate; tamen Religiosus, ex temeraria leuitate, quod a ludo illicito perdidit, nõ tenetur, nec potest soluere, si excedat quantitatem concessam.

Dubium est, quado quis iurauit se soluturum, quod *credito* perderet. Ad quod respondet Molina vbi supra, teneri soluere, & iuramentum implere, siquidem in soluendo non interueniat peccatum, vt cõtingeret in Religioso, posset tamen talis aliquid deperdens sub iuramento, repetere in iudicio post solutionem factam, quod soluit, si ludus erat illicitus, secundum Nauarr. in Manuali, vbi supra, Ioann. Gutierrez. num. 7. & 8. imò & ante solutionem, potest petere relaxationem iuramenti, qua obtenta non debet soluere, vt solet dici de iuramento pro solutione usurarum. Quorum vtrumque constat ex cap. debitores, de iure iurando: hæc tamen doctrina, quauis non placeat Molina, placet tamen Sairo vbi supra.

(.)

N. 65.

N. 66.

Molina.

QVÆSTIO XIX.

Verum Religiosus eo solum quo ludat ludo prohibito, vel per leges Canonicas, vel suæ Religionis, desinat transferre dominium rei quam deperdit.

N.67.

A Liquid ad hoc pertinens manet supra declaratum. Vnde fit Resolutio prima. Si quæcunque dictæ leges prohibentes ludum, annullent simul contractum, tunc & Religiosus, & secularis collusor, non transferunt dominium rei deperditæ. Hanc tenent Authores, qui asserunt non debere restitui, quod ludo deperditur prohibito, eo quod asserunt quod leges prohibentes aliquos ludos, solum concedunt repetitionem sic deperditi, & non annullant contractum. Et ex hoc fit satis aliorum Authorum opinioni, qui sentiunt cum Panormitano, & Paludano, quod solum eo quod ludo sit prohibitus per legem, fit contractus nullus rei deperditæ per ludum.

Panor.
Palud.

N.68.

Resolutio secunda. Quavis lex prohibens ludum, non annullat contractum transferendi dominium rei quæ deperditur, sufficiens est nihilominus ad hoc, ut id quod Religiosus ludens deperdit, non transferat in dominium collusoris: secus est in secularibus. Primam partem probauimus supra, & adhibuimus rationem: nam cum Religiosus non habeat dominium alicuius rei, nullo modo potest de illa disponere, nisi ex licentia expressa, vel præsumpta Prælati, qui nullo modo illam concedere potest ad ludum prohibitum: & hinc fit, quod illud quod Religiosus deperdit ludo prohibito, omnino sine licentia deperdat, & per consequens dominium non transferat; & quod si qui lucratur ferat, teneatur restituere.

Probatur secunda pars. Nam inter Regularem, & secularem, est in hac re maxima differentia, Religiosus enim non transfert dominium propter dicta; secularis vero, cum res suas libere possit alienare, si exponat ludo prohibito (licet male agat) transfert tamen dominium illarum, cum leges non annullent contractum.

A Potest hic dubitari, supponendo quod solum ob defectum licentiæ, obligatur secularis, vel extraneus, ad restitutionem rei, quam lucratur à Religioso. An si Religiosus improbis, precibus, vel aliter extorqueat, vel obtineat licentiam ad ludum prohibitum, tunc extraneus collusor lucrans teneatur restituere.

N.69.

Pro intelligentia supponendum, quod restitutio omnium quæ Religiosus deperdit illicitè, (cum sit incapax acquirendi, & obtinendi dominium) debet fieri Monasterio, si fuerit illius Ordinis qui est capax, & solum tunc fiet Religioso ipsi, si habeat facultatem administrandi bona Monasterij, vel grangie, vel sit persona talis satisfactionis, quod moraliter credatur traditurum Monasterio.

Quando restitutio fit facienda ipsi Religioso & non Monasterio.

C Quo supposito, ad obiectionem respondetur, teneri secularem taliter lucrantem restituere, cum talis licentia (ut potè) extorta, ac per consequens coacta, non sit licentia, sicut dicitur de voluntate coacta: & moraliter loquendo, secularem non potest latere dependentia, & incapacitas Religiosi; & quomodo licita administratio Prælati ad iniqua permittenda non se extendat.

D Quod si urgeas rursum, an si Prælati non quidem per hanc violentiam moralem præcise, sed quia vel ex pusillanimitate, leuitate, seu ignorantia, concedat Religioso, ut ludo prohibito deperdat aliquam quantitatem, acquirat lucrans dominium, & maneat liber à restitutione.

N.70.

Respondetur negatiuè, quia quomodocunque talem licentiam concedat Prælati, validè nunquam concedit: disponit enim contra superioris potestatem, quæ talis ludus est prohibitus.

E

QVÆ.

QVÆSTIO XX.

*Vtrum attrahens aliquem ad ludum,
possit licitè ab illo aliquid lucrari,
quod non teneatur resti-
tuere?*

Respondetur, & sit nostra reso-
lutio. Si attractio sit tam ef-
ficax quæ causet inuolunta-
rium, (altem mixtum, liberat
deperdentem ab obligatione soluen-
di, & a transferendo dominium rei de-
perditæ, non liberè, nec sufficienter ex-
positæ; ac per consequens, qui sic attra-
xit ad ludum, & tulit quod lucratus
est, tenetur restituere. Probat, & ex-
plicatur, nam si quis ad attrahendum
aliquem ad ludum, vtatur violentijs,
v. g. opprobrijs, conuicijs, & insulta-
tionibus, vel minis: aut etiam, si sit
Superior, aut dominus, cui inferior, sub-
ditus, seruus, vel famulus, non audeat
contradicere, v. g. obijciens, quod ex
misericordia, aut pœssanimitate non ludit,
aut quod egrè fert à ludo cum abstinere,
vel quod lucratum iam, non soluet:
vnde, quis ex timore verecundia non
audeat (vt volebat) cessare à ludo, &
eodem modo quomodocunque inui-
tum moraliter, & sic violenter inductum
ad ludum, non potest licitè lucrari; &
si lucratum tollat, tenetur restituere.
Tenent sic plures Authores, apud Sai-
rum vbi suprâ: quod debet intelligi,
nisi nona superueniat causa, qua ille qui
violentatus fuerit prius, iam sponta-
neè, liberè, & voluntariè iudat.

Sairus.

A Et si dubites. An sic attractus ad
ludum, si lucretur, & lucratum tollat,
teneatur ad restitutionem. Ratio dif-
ficultatis est, nam cum non possit de-
perdere, videtur quod nec possit lu-
crari.

N. 72.

Respondetur nihilominus affirma-
tiuè. Illi enim qui induxit non fit iniu-
ria, vt potè scienti, & volenti, sicut vio-
lenter inducto ad ludum.

Vltimo, solet dubitari, an qui om-
nino impeditur lege, aut iuramento
quod fecit non ludendi, possit dare al-
teri pecunias vt suo nomine iudat?

N. 73.

B Respondet Fulgosius, Authentica
interdictionis, cap. de Episcopis, & Cle-
ricis. Quod talis non liberatur à per-
iurio.

*Fulgos.
Auth. in-
terdici-
mus.*

Pro complemento doctrinæ huius
secundi capitis, supponendum ex dictis
in hac parte, tract. I. cap. 1. q. 5. in quo
constat Monachi status, & in quo dif-
ferat à Mendicantium Religionibus.
Supponendum etiam, quod nomē Mo-
nachi in Iure, aliquid super Religiosum
addit: & ex D. Thom. quod bona in cō-
muni habere, non derogat paupertati
voti. Vnde sine detrimento professio-
nis Monasticæ, dicunt aliqui esse de-
fectus Monachatus, posse habere bona
in communi: quod probant, quia illud
est essentialē, physice loquendo, sine
quo aliquid consistere, nec conservari
potest: & absque bonis, non potest
consistere Monachus, qui contem-
plationi, & solitudini vocans,
sustentatione certa
indiget.

*N. 74.
Nomen
monachi
aliquid
addit Re-
ligiosi no-
mini.
D. Tho.*

Finis Tractatus noni.





TRACTATUS

DECIMVS.

De clausura Regularium vtriusque Sexus.

HABET DVO CAPITA.

Cap. 1. De voto clausuræ Benedictinorum.

Cap. 2. De prohibitionem ingressus mulierum in Monasterijs virorum.

CAPVT PRIMVM.

De voto clausuræ Benedictinorum,

HABET TRES QVÆSTIONES.

Questio 1. Vtrum non obstante tali voto perpetuæ inclusionis, possint Benedictini licite egredi de Monasterio, & in quibus casibus?

Quest. 2. Quis Prælati habeat hanc tam necessariam, & magnam potestatem ad dispensandum in dicto voto, & dan-

dam facultatem, ad exeundum de Monasterio, ex aliqua ex dictis causis?

Quest. 3. Vtrum Religiosus dure & iniuste ante Superiorem tractatus, possit tunc conscientia illo inscio, & sine eius licentia à Monasterio exire, ut aseat Superiorem?

ALIQVA



LIQVA Manent dicta agētes de stabilitate, quam Benedictini profitentur, sed res grauis est: vnde specialiter notandum.

Quod cætera omnia vota sunt nobis Benedictinis, cum omnibus alijs Religionibus communia, solum enim addimus super obedientiam, continentiam, & paupertatem, votum perpetuæ inclusionis.

Circa quod deinde est aduertendum esse peculiare, etiam respectu totius Benedictini Ordinis in nostra Congregatione Hispaniæ, hoc votum perpetuæ inclusionis, & introductum in ipsa Cōgregationis erectione: cum enim, vt ex lib. Benefactorum Monasterij Regij sancti Benedicti Vallisoletani constat, Ioannes primus Castellæ & Legionis Rex, exosos haberet Religiosos vagantes, & per populorum viros discurrētes, & communicationi excusata secularium deditos, voluit coadere Monasterium quoddam Religiosorum eximie inclusorum, & qui se voto perpetuæ inclusionis adstringerent (vt videbimus,) quod vt executioni mandaret, suam Regalem Aulam Vallisoletanam, & castrum dedit, & consignauit in habitationem, Monasterium, & domum Monachorum, faciens, & impetrans ab Apostolica Sede, vt præexistentia Monasteria antiquiora sancti Benedicti in Hispania, huic à se fundato Monasterio aggregarentur. Hoc obtentum simul per Pontificium indultum, vt nullus deinceps ad habitum, & Religionem admitteretur, qui hoc votum perpetuæ inclusionis non emitteret, sub pœnis non gaudendi alijs priuilegijs. Ita specialiter Innocentius VIII. anno 1489. priuilegio Romæ dato, quod incipit, *Inter curas multiplices*, & est in compendio Bulla 65. fol. 228. pag. 2. num. 5. disponit, & similiter per alios Pontifices, vt Martinus Quintus, qui explicās & disponens, obseruationem perpetuæ inclusionis, & dispensans in aliquibus casibus, supponit, Congregationem hanc Benedictinam Hispaniæ, quæ

Bul. Innoc. 8.

A nunc eadem est, cum ea quæ tunc vocabatur Sancti Benedicti Vallisoletani, (& illud Monasterium pro capite habebat,) hoc habere pro inuolabili consuetudine, quod Monachi Benedictini solemniter cum alijs votis essentialibus, vouerunt perpetuam inclusionem. Et hoc dicit expressè Pontifex, ijs verbis. *Dilectis filijs Priori, &c. sanè, pro parte vestra nuper nobis exhibita petitio continebat, quod licet Prior, & omnes singuli Monachi, secundum eiusdem Monasterij consuetudinem reclusi existant, & tempore quo inibi eorum singuli professionem emittunt, solemniter, promittant perpetuam inibi seruare clausuram.* Hæc circa principium, & infra. *Nos igitur, &c. huiusmodi supplicationibus inclinati, &c. vbi plures casus (infra dicendos) excipit, quibus Monachi, ex licentia Superioris exire de Monasterio, possunt.* Et circa finem hanc restringens materiam, ait. *Volumus quod causis quibus exierint cessantibus, quæ citius potuerint ad monasterium redire teneantur.* Et Abbati sancti Claudij, extra muros ciuitatis Legionensis committit, vt etiam per censuras compellat redire ad Monasteriū taliter egressos, & foras existentes. Ita habetur in hac Bulla Martini V. expedita Romæ, anno 1428. quæ est 33. in compendio, & habetur fol. 74. pag. 2. Idem & ferè eodem modo habetur in Bulla Eugenij IIII. expedita sequentibus annis 1438. fol. 95. in cuius obseruationis conformitate, in constitutionibus apud Regale Monasterium sancti Benedicti de Sahagum, auctoritate totius Congregationis, imò & Sedis Apostolicæ dispositis, & postea confirmatis, disponitur in cap. 35. num. 2. fol. 104. Idē, quod in Bullis Eugenij IIII. Martini V. supponitur: & in Bulla Innocentij VIII. præcipitur, & verba constitutionis sunt. *Mandamos a los Abades de los Monasterios, que en ninguno dello sea admitido a profesion nouicio alguno, si en ella expressamente no professare el voto de la clausura, poniendo en la forma de la profesion aquella palabra, "Stabilitatem meam perpetuæ inclusionis." Y declaramos a los Abades, y a los Monasterios, por*

Bulla Mart. 5.

Bul. Eugen. 4.

*incapaces y inhabiles, para poder con-
tratar con el nouicio el ser admitido a
union con la Congregacion de otra ma-
nera: y por el consiguiente, ser inuvalida
la profesion.* Et ferè idem habet infra
cap. 4. nu. 44. quod caput est de noui-
tiji, & eorum professione.

Ex quibus manifestè constat, hoc
votum non casu esse introductum, vel
nil omnino addere regulæ obseruatio-
nis sanctissimi P. N. Benedicti.

Scio quidem aliquos antiquos hu-
ius instituti (graves quidem, & aliàs do-
ctos Monachos predecessores nostros) ex defectu notitiæ huius dicti pacti Pro-
fessionis nostræ, & solū sibi suasi, quod
omnis Benedictinorū professio, limi-
tabatur per illa verba apposita in pro-
fessione; scilicet, secundum regulam san-
ctissimi, &c. Quæ regula cum non præ-
cipiat talem strictam clausuram, iudi-
carunt nos Monachos huius dicti His-
paniæ Congregationis, solum profite-
ri clausuram regulæ sanctissimi P. N.
sicut & aliæ Congregationes huius in-
stituti, & per consequens iudicarunt
incuriam, negligentiam, seu ignorantiam,
aut imprudens serupulum il-
lulpetere à supra nominatis Pon-
tificibus Eugenio III. & Martino
Quinto, dispensationem dicti voti, pro
casibus in eorum Priuilegijs, & Bullis
contentis.

Notandum ultimo. Monachos omnes
sancti Benedicti duplici nexu ad
clausuram teneri, id est, ad non exeun-
dū de Monasterio sine licentia legitima
Prælati. Primò, sicut omnes Religiosi,
& hoc sub mortali, ex opinione Nauar.
& ferè omnium, & secunda (vt vidimus su-
prà ex c. 4. sel. 25. de Regul. tribus, apud
Teidentinum.) Secundò specialiter, ex
speciali voto stabilitatis, quā Benedi-
ctini ex dispositione regulæ proficētur,
quæ cum regulæ obligationem in hac
parte inducat solūm, non ad mortale
obligat: quia ex aliquibus idem sonat
stabilitas, quod clausura; vt notauimus
dicto præcedenti capit. Sed præter
has duas obligationes, Monachi
Benedictini Congregationis His-
paniæ ad clausuram, sub alia distin-
cta ab ijs; nempe, ex speciali voto per-
petuæ inclusionis, inducto quidem in
ipsa erectione Congregationis, vt vi-

dimus hic suprâ. Quod autem omnia
bus Religiosis semper fuerit inducta
clausura, quamuis non cum rigore no-
stri voti, iam manet probatum ex iure,
in capit. placuit, ex Eugenio III.
in præcedentibus.

Maneat igitur, certum tale specia-
le votum perpetuæ inclusionis, quod
emittunt Benedictini Congregationis
Hispaniæ, in ipsius erectione introdu-
ctum fuisse ex pacto voluntario, con-
uentione, & obligatione omnium Mo-
nasteriorū dictæ Congregationis, quod
expressè constat ex Bulla Innocentij
VIII. citata num. 2. in qua Bulla num. *Bull. In-
nocen. 8.*
3. talis forma profitendi disponitur à
Pontifice, his verbis. *Ego Frater
N. promitto stabilitatem meam per-
petuam inclusionis, &c.* Et infra in si-
ne num. 4. & priuilegio quinto, habe-
tur sic. *Et quia felicitis recordationis
Gregor. Paps III. prædecessor noster,
concessit quòd Monasteria eidem Mo-
nasterio subiecta, & subiicienda, &c.
gauderēt iisdem gratijs, & priuilegijs,
&c. etiā statuimus & ordinamus, quòd
Monasteria, &c. priuilegijs, & gratijs
huiusmodi, nisi seruatis, &c. & voto
perpetuæ clausuræ, nullatenus possint
gaudere.* Quibus suppositis, est

*Forma
professio-
nis Bene-
dictinor.*

QVÆSTIO I.

*Utrum non obstante tali voto perpetuæ
inclusionis, possint Benedictini licitè
egredi de Monasterio, & in
quibus casibus?*

PRo intelligentia notandum. Pri-
mò, multas dispensationes faisse à Pontificibus concessas Be-
nedictinis Congregationis His-
paniarum, ad licitè egrediendum de
Monasterijs, existente adhuc hoc vo-
to perpetuæ inclusionis. Ita concessit
Martinus V. ita Eugenius III. cita-
ti, & in locis, & Bullis citatis suprâ, nu-
2. vbi ferè idem sub iisdem verbis cõ-
ceditur, & in eisdem casibus exeundi
dispensatur. Et in primis, verba Mar-
tini Quinti sunt hæc, in dicta Bulla
anno 1418 quæ est Bulla 33. circa
principium. *Nos igitur, & huiusmodi
supplicationibus inclinati, cum Priore
conuentuali, successoribus suis singulis,
Mona-*

Monachis, & conuersis, presentibus, & futuris, vt Monachi, & conuersi ad Romanã Curiam, pro ipsius Monasterij vniuersalis Ecclesie Principis terræ negotijs, vel ad generale Regni, vel Prouinciæ, Synodum, aut famis mortalitatis, vel guerrarum temporibus, necnõ ad fundationem, & reformationem quorumcunque Monasteriorum, Prioratuum, & grangiarũ, & ad omnes Ordines recipiendos: & nihilominus infirmi, debiles, scandalosi, minus utiles, ac senes septuagenarij; necnon eleeli, seu postulati, aut prouisi, vt Monasterijs Ecclesiarum regiminibus præficiantur; & quoties verosimiliter præsumeretur, quod nisi ipsi Monachi, &c. pro ijs exirent, Monasterium ipsum, aut Religiosi eiusdem nimiam iacturam in spiritualibus, vel temporalibus paterentur, de præfati Prioris consilio, & licentia Monasterium exire licitè valeant, tenore presentium dispensamus, eisque super ijs licentiam elargimur. Hæc sunt verba Pontificis (aliquibus non sensum mutantibus subductis.) Priori autem ipsi iniungitur, vt cū ex dictis causis exire intendat, hoc fiat præcedente consilio, & licentia duarum partium Conuentus, & iuramento coram Capitulo Monasterij. Quod non exquisito colore, sed ex dictis causis, vel aliqua egreditur: de quo testes, & notarius, qui debent adesse fidem faciant. Hoc idẽ, & sub iisdem verbis, continetur in dicta Bulla Eugenij III. anno 1438. quæ est Bulla 46. in numer. 1. Extat tertio Bulla Pauli III. per Antonium Cardinalem, tituli 4. Coronatorum, viuz vocis oraculo, anno 1537. concessam; quæ est Bulla 47. & in Compendio, apud fol. 172. vbi in pagin. 2. hæc habentur, & sequenti fol. num. 2. supposita petitione, circa principium. Nos igitur attendentes, non satis expediens esse Prælati Regularibus, quominus cum suis, in ijs quæ humanorum corporum fert miseria, quoties id viderint expedire misericorditer, & p̄d agendi facultatem restringere, &c. Auctoritate domini Papæ, & de eius speciali mandato super hoc. viuz vocis oraculo, nobis factõ, vobis, vt tam pro cuitandis agritudinibus, & sanitate conser-

A uanda: quam aliàs Monachis vestris, &c. Tu Abbas generalis in tota Congregatione & vos Abbates, Priores, Præsidentes, & Prælati, in Monasterijs vestris, Monasteria illa exire, & per tẽpus de quo expedire videbitur extra illa permanendi, liberè, & licitè valeat; de consilio tamen, & consensu Capituli generalis dictæ Congregationis, cui dispensationes, & licentias huiusmodi, & quoties eidem Capitulo expedire videbitur, reuocandi, limitandi & alternandi facultatem referuamus dispensare, ac licentiam concedere liberè, & licitè valeatis.

B Vbi notandum. Primò, quod hoc indultum æqualiter concedit dispensationes ad exeundum de Monasterio, & ad esum carniũ, diebus aliàs omnibus fidelibus licitis. Et secundò, quod ad concedendam facultatem Prælati ad faciendas cum Monachis ambas dispensationes, vnã apponit causam, quæ est imbecillitas humanæ naturæ, cui aliquando necessaria est talis alimentum qualitas, & aliquando mutatio aeris, & recreatio extra Monasterium.

C Et tertio notandum, quod in hac Bulla fundati Patres huius Benedictinæ Congregationis, qui apud Regale Monasteriũ sancti Benedicti de Sahagũ disposuerunt constitutiones, & leges dictæ Congregationi, anno 1610. auctoritate ipsius Congregationis, & Apostolica, in cap. 35. facultate sibi ad hoc à Papa Paul. III. specialiter cõcessa, & ab alijs, disponunt, permittunt, & limitant, modũ quem singuli Prælati debent habere in ijs licentijs concedendis, & faciendis dispensationibus huiusmodi, specialiter in nu. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. quas dispensationes in Capitulo generali sequenti, quod fuit anno 1613. celebrato apud Regiũ Monasteriũ sancti Benedicti de Valladolid, adhuc declarauerunt, dilatauerunt, & extenderunt eadem auctoritate Patres dictæ Congregationis.

D Notandum quartò. In triplici statu quantum ad præsens statutũ potest cõsiderari Congregatio Benedictinorum Hispaniæ. Primò, pro illo tẽpore quod fuit ab erectione Congregationis, vsq; ad expeditionẽ Bullarum Martini V. & Eugenij III. Secundò, pro illis annis qui transierunt à tempore expeditionum Bullæ

Bullæ Martini V. quæ fuit 1428. & Bullæ Eugenij III. quæ fuit anno 1428. vsque ad annum 1537. in qua expeditione affuit Bulla Pauli III. qui fuerunt 109. anni. Tertio, pro annis, & tempore quod præterijt ab anno 1537. expeditionis Bullæ Pauli III. vsque ad annum 1563. Quibus suppositis, sit

Prima resolutio. Loquendo de obligatione huius voti perpetuæ clausuræ, certum est obligasse pro tempore illo quod pertransijt à foundatione Monasterij sancti Benedicti Vallisoletani, & erectione Congregationis Benedictinæ Hispaniæ, quæ fuit 1390. vsque ad expeditionem Bullæ Martini, quæ fuit anno 1428. obligasse inquam quandiu non compulit necessitas priorum Patrum exire ad lucrandam sustentationem, quam in executione aliquando non dedit Rex secundum pactum. Patet ex dictis.

Secunda resolutio. In casibus solis qui exprimuntur in Bulla Martini V. qui sunt ipsimet quos exprimit Bulla Eugenij III. vt habentur supra, num. 7. poterant egredi de Monasterio Monachi, qui illud votum perpetuæ clausuræ emiserant, qui fuerunt illi centum & nonem anni transacti ab expeditione prædictarum Bullarum Eugenij III. & Martini V. vnde nullus Prælatas pro tempore illo, potuit cum Monacho dispensare in voto prælatijs causis, nec in alio casu dare licentiam, v.g. ob recreationem, vel aeris mutationem gratia sanitatis: etiam est manifesta resolutio, & ex Bullis ipsis, & ex ijs quæ annotauimus patet.

Tertia resolutio. A tempore expeditionis Bullæ Pauli III. vsque ad præteritum annum 1635. liberè, & licitè potuerunt, & possunt Prælati dispensare in voto perpetuæ clausuræ, & dare licentiam suis Monachis, ad exeundum de Monasterijs, non solum in illis casibus assignatis à summis Pontificibus, sed in omnibus, & quibuscunque bene visam fuerit Prælato; quæ licentia sine præiudicio voti perpetuæ clausuræ, licitè, & sine aliquo scrupulo, exire de Monasterijs, & manere extra illud, poterant Monachi, potuerunt, & in præsentem possunt. Probat, quia in ipsa emissionem voti perpetuæ inclusionis,

A (vt omnibus constat, tradidere maiores, & docuerunt nos, & prædecessores nostros) solum vouemus talem clausuram, & perpetuam inclusionem, vt est in praxi, & consuetudine à tempore dictæ expeditionis Bullæ Pauli III. contra quam consuetudinem non prævaluerunt constitutiones Martini, factæ anno 1563. autoritate Pij V. restringentes dictas facultates, etiam Capitulis generalibus; quia (vt dicemus) nec in praxi fuerunt receptæ, sed animus, & intentio vouentis, distinguit votum à simplici promissione obligante nihilominus ex iustitia ad alterum, (si accipitur) quod supra simplicem promissionem addit votum, animo se obligandi sub peccato, ad id quod promittit: vnde hic animus se obligandi, essentialis est ad hoc vt obliget votum. Et hic est de seruanda clausura, secundum actualem consuetudinem, id est, expositam dispositioni, licentiæ, & dispensationi Prælati: ergo liberè possunt Prælati Monachis dare licentiam, & subditi exire de licentia Prælatorum. Valet consequentia: maior, constat ex supra dictis, tractatu de voto. Maior probatur, quia cum (vt dixi) à Magistris, & Prælati monentur nouitij professionem emissuri, vt quando professionem emittant, id attendant, quod tali animo emittant, quod solum se velint obligare, quatenus est in vsu. Tunc quia aliud est obseruatio clausuræ strictæ, ab eo quod est clausuræ, quæ est in vsu: vnde si quis compelleretur seruare clausuram ijs temporibus (quamuis votum perpetuæ inclusionis emississet) eo modo quo dictum est, cum rigore illo quo seruata fuit in principio erectionis Congregationis: vel etiam in rigore illo aliquatulum quidem moderato ex Bullis Martini, & Eugenij: iste talis sic compulsus pateretur iniuriam, & de Religione ipsâ conquereretur; quod ad id seruandum cogeretur, quod non vouit. Siquidem, si in illius mentem venisset talem sibi obligationem inclusionis induci, minimè professionem emississet, nec talem elegisset statum, cum eius intentio tantum se extenderit ad seruandum clausuram in vsu positam, & quam nouerat reliquos seruare.

Proba-

Probabitur amplius nostra resolutio, ex solutione argumentorum, quæ sine dubio magnam continent difficultatem. Vnde

Primo arguitur, & probare intenditur, quod siue loquamur de annis illis qui præterierunt ab anno 1563. in quo auctoritate Pij V. & ad instantiam Philippi II. Regis Hispaniarum, factæ fuerunt constitutiones Matriti: siue pro tempore quod præterijt ab illo anno, vsque ad præsentem 1635. non liceat, nec licuerit in alijs casibus, Monachos exire de Monasterijs, quàm in illis quos Bullæ Martini, & Eugenij, continent, ij enim votum perpetuæ clausuræ, quod Benedictini emittunt cum illa implicita intentione, tacita, & subintellecta, quod sic promittitur perpetua clausura, quod non intendatur seruari, quam seruant communiter alij, id est, non egrediendo de Monasterio vsquedum obtineatur Prælatus licentia, & cum illa possit toties quoties velit, egredi Parum, aut nil obligat tale votum perpetuæ inclusionis Benedictinorum Hispaniæ, cum sub peccato mortali ad talem seruandam clausuram teneantur etiam omnes Monachi cuiuscunque Congregationis Benedictini instituti; in dō & omnes Religiosi conuēntiales reliquorum sacrorum Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, quibuscum loquitur Concilium Tridentinum in dicto cap. 4. ses. 25. decreto de Regularibus, vbi omnibus id præcipit, vt supra num. 10 vbi citauimus Nauarrum, & alios, qui colligunt obligate talem obseruationem clausuræ iniunctam a Concilio, omnibus Regularibus sub mortali, ex pœna maxima quam ponit contra violatores.

Arguitur secundò. Nam summus Pontifex est præcipuus Prælatus omnium Religiosorum profitentium, & principalis acceptans vota: ergo quauis iste, vel aliquis alius Prælatus, acceptet professionem voti perpetuæ clausuræ facti, non absolutè, sed cum illa subintellecta conditione, quod solum illam perpetuam clausuram ueruet, quæ est in vsu, id est, clausuram seruandam, & de Monasterio non egrediendam, vsquedum adit præsentia

A Prælatus, si Papa non acceptat sic, sed absolutè, exceptis casibus à se expressis, vel confirmatis, vel Religioni; non incorporabitur taliter professionem emittens, vel manebit obligatus ad dictam perpetuam clausuram absolutè.

B Confirmatur, quia vt sape diximus, & specialiter supra de voto Religionis, & de solemnibus tractatu 2. Professio solemniter essentialiter includit contractum inter partes contrahentes: Religionem (inquam) acceptantem, & professum se tradentem. Ergo debet intelligi professio, secundum veram vtriusque intentionem. Antecedens patet: probatur consequentia, nam si quis promittat se Religioni verbis, non secundum communem sensum acceptis, vel aliud intendens quàm verba sonant, aut aliter, quam intelligit qui talem professionem acceptat, adest dolus, qui præualere non debet, nec releuare sic vouentem ab obligatione strictè, & propriè dicta, quam sonant verba sui voti: quod probant Authores Complutenses, in hac re cōsultati, vt videbimus, hac fortissima mixtione. Quando quis promittit alicui aliquid (esto aliud intendat,) & non ad id quod videtur promittere, se velit obligare, obligatus manet nihilominus. Non enim (dicunt) tantum debet attendi ad intentionem quam habet, quàm ad illam quam debet habere: vt de iuvene illo (affirmant) qui dedit fidem puellæ, & matrimonium promisit, vt violat, quod si violauit effectum, manet, quamuis sine intentione implendi promittat, obligatus ad matrimonium contrahendum.

C Arguitur tertio. Tum ex auctoritate quorundam Doctorum, quos diximus Complutensium, quos doctus quidam Magister paucis abhinc annis, (quanuis ferè quadragesima) consuluit, & mihi de eorum sententia, & iudicio fidem fecit: qui fuerunt frat. Hieronymus de Almonacir. Doctor de la Puente, Doctor Ramirez, qui acceptis, & visis constitutionibus Matriti factis, Bulla, & auctoritate Pij V. & alijs Bullis supra à nobis in hoc cap. citatis, iudicauerunt obligasse votum clausuræ perpetuæ: & ratione probant sic. Illæ constitutiones Matriti factæ disponebant

bant feruendam quasi obligatoriã quidem, & virtute Bullæ Pij V. confirmatam clausuram, eo modo quo verba sonant, præter in illis casibus expressis in Bullis Martini V. & Eugenij III. & suspendebant facultatem datam Capitulo generali, ad moderandum, & declarandum aliter votum perpetua inclusionis, seu clausuræ. Sed quia respondetur adhuc, quod non aliter obligatur quis voto clausuræ, quam intendit. Instatur etiam ratione, & fundamento ipsorum Doctorum, quod duplex est.

Primum, actus ille profitendi legitimus, & grauisimus est: ergo intendit qui proficetur, facere id quod Deo sit gratius in illa Religione, quam suscipit. Tunc sic, ille vult exire de Monasterio, præsupposito voto perpetuæ inclusionis, etiam cum Prælati licentia, ex sola quacunque causa sufficiente ad arbitrium Prælati, non erat legitimus, quia erat contra votum, & legem Congregationis. Ergo qui (præcedendo) illum intenderet, haberet sinistram intentionem, & non illam quam debebat habere, scilicet, de perfecta clausura obseruatione; nam qui dicit se profiteri Religionem Benedictinam Hispanæ Congregationis (dicunt isti Doctores) proficetur secundum claram, & vulgarem intelligenciam verborum vota, in quibus Religio, seu Congregatio consistit, & consuetudines contra illam.

Secundum fundamentum est, quia qui proficetur in manus Prælati, tenetur profiteri secundum intentionem acceptantis, qui est Prælatus, & specialiter Papa, qui præcipuus est (vt diximus): sed intentio Papæ, & sui Locutentis Prælati particularis, scilicet, est quod se obliget profitens legitimè ad clausuram, quæ de hoc instituto Congregationis Hispanæ est. Ergo, &c. Ratio, & consequentia constant: in ista prohibita ex lege, vbi sic statuitur de iuramento, cap. qui peierare, §. ex ijs, 21. q. 5. & cap. quæcumque eadem causa, & questione: vbi sic habetur ex Ildoro *Quacumque arte verborum quis iuret sic accipit Deus, sicut intelligit ille cui iuratur, id est, in cuius gratiam: & idem tenent omnes Doctores; & vt constat eadem est ratio in*

qui peierare.

S. Ildor.

A hoc, de voto, ac de iuramento.

Respondetur ergo ad hæc tria argumenta, pro confirmatione nostræ resolutionis. Et ad primum, scilicet, quod si clausuram perpetuam promittunt Benedictini Hispani, quod est in usu, id est, quod non possint de Monasterio exire sine Prælati licentia, hoc votum sic factum, frustraneum videatur esse, cum sine illo omnes Benedictini, & etiã alij Religiosi, ex virtute Tridentini citati ad id tenentur sub mortali. Respondetur ad hoc, in primis. Non præ hoc votum esse frustraneum, cum ex se specialem obligationem inducat, & sub peccato sacrilegij tales violatores voti liget. Secundò, nam negari non potest, quod quis se possit, & licitè, imò & studiosè, & laudabiliter, ad ieiunium, aliàs de præcepto, & etiam ad non furandum obligare. Tertiò, quia quamuis Regulares non obligaret præceptum dicti capituli Tridentini, per hoc votum, siæ dubio obligantur Benedictini, ad non exeundum à Monasterijs sine licentia Prælati. Quartò respon-

C detur. Quod quicumque alius Religiosus, etiam Benedictinus, dum non fuerit Congregationis Hispaniarum, & hoc quartum speciale votum de perpetua inclusione non emisit, sine scrupulo aliquo de Monasterio egreditur, eo ipso quod à legitimo Superiore licentiam obtinuerit, quamvis sciat sine

D aliqua sufficiente causa fuisse petitam, & elargitam; nil enim aliud continet mandatum, seu præceptum Concilij, nisi quod mandatum (id est, licentiam) obtineat ad exeundum. Benedictinis verò Congregationis Hispaniæ, non quæcumque licentia sufficit, sed dispensatio, quæ cum sit relaxatio iuris, & causam, & potestatem habentem, necessario requirit, & præsupponit debere esse sufficientem: quæ deficiente dispensatio manet nulla, & votum in sua vi, &

E per consequens committitur peccatum mortale contra illud, quando absque vlla causa daretur licentia, quod contingeret quando quis falsum assereret ad licentiam esse dandam, v. g. patenti infirmo aditæ, vel ab illo vocaretur, quod quædam sciret non esse sic. Quod aduertant maximè Monachi, qui sine causa, imò fingentes illam, licentijs à

Supra.

superiore extortis exeunt à Monasterijs. Quod quidem non ita esset scrupulosum, quando in veritate titulo recreationis, quis efflagitaret à Prælato licentiam, & obtenta sic licentia exiret, quamuis non iustificata videretur, nec de fatigatione cõstaret, hoc enim supplet Prælati licentia in hoc casu, qui moraliter est iudicandus. Et quinto ad hoc primum argumentum responderetur, multum (certè) operari tale votum perpetuæ inclusionis, nam cum vsus iste, & praxis exeundi ex licentia superiorum originem habuerit à Bulla Pauli Tertij, concedentis facultatem Capitulis generalibus declarandi, & moderandi, quæ hac vtendo facultate hunc modum seruandi clausuram disposuerunt, & hinc hæc praxis manauit, quo stante certum est hoc operari votum hoc quod emittimus Benedictini huius Hispaniæ congregationis, quod possit assignare casus, disponere modos bene sibi visos, Capitulum generale, seruandi sic, vel sic clausuram.

Neque contra hæc solutiones obstat, quod adhuc frustraneum videtur hoc votum perpetuæ inclusionis intellectum (vt dictum est) quia in ipsa met professione in alia particula illius, scilicet in illis verbis *stabilitas* in aliquorum opinione intelligitur clausura, id est permanentia in Monasterio, & non exire sine licentia: vide Manuel Rodriguez, sup.

Respondetur enim ad hanc objectionem ex precedentibus, quod in hoc speciali voto aliquid speciale vouetur, quod essentialiter pertinet ad contractum cum Religione acceptante profitemem, cum tali conditione se obligantem ex ipsa fundatione, & erectione Congregationis Benedictinæ Hispaniæ, olim sancti Benedicti Valli Solutani, quod non continebatur in voto stabilitatis, vt dictum est.

Pro solutione, secundi, & tertij argumenti est supponendum, quod pro illis annis qui præterierunt à tempore Bullæ Pauli Tertij, quæ fuit 537. vsque ad Bullam Pij Quinti, & promulgationem constitutionum Matrini ordinatarum virtute dictæ Bullæ Pij, qui fuit annis 1563. qui fuerunt 26. anni, non est dubium, quin vsus ille ex-

A eundi ex licentia iusta Prælati præualuit: & difficultas fuit, de sequentibus, 50. annis qui præterierunt ab anno 1563. in quo auctoritate Pij Quinti, promulgatæ fuerunt cõstitutiones Matrini factæ, vsque ad annum 1613. in quo promulgatæ fuerunt leges, & cõstitutiones, que ordinatæ fuerant anno 1610. in regali Monasterio Sancti Benedicti de Sahaguni, pro ijs enim 50. annis aliter est loquendum, quam de annis sequentibus ab isto dicto anno

B 1613. vsque ad præteritum 1635. qui sunt 22. anni, vnde ad argumenta pro hoc vitio tempore viginti duorum annorum, & de obligatione, quæ in præfenti adest. Respondetur sine dubio, verum, & securum esse, quod Prælati possunt, & potuerunt licitè, & validè dare licentiam suis subditis ad exeundum de Monasterijs, & extra manendi pro tempore, & ex causis sibi sufficientibus indicatis, quamuis sint alia ab ijs, quas Bullæ supradictæ Martini, &

C Eugenij continent, & assignant, & hoc operari illa in intentionem, quam ex consilio Prælatorum, & Magistrorum, habent nouitij profitemes; quando in professione illa verba emittunt, scilicet perpetuæ inclusionis; quibus verbis ad illam perpetuam inclusionem se intendunt obligare, quæ est in vsu, & est hæc quam diximus, scilicet, non exeundi sine licentia sub speciali culpa, & peccato violandi hoc votum: & hoc constat, quia sic plenè, & perfectè impletur contractus secundum intentionem vtriusque partis contrahentis. Nã

D de ipso proficiente argumentum etiam supponit, quod sub hac conditione profitetur, & se tradit Religioni, & Prælato: & de Prælato acceptante, & admittente etiam est certum, quod non solum immediatus, & inferior, sed etiã Papa qui est supremus Religiosorum Prælatas, admittunt professionem secundum hunc vsum, qui ortum habuit olim in Bulla Pauli Tertij, anno 1567.

E & nunc per hoc dictos præfentes annos per constitutiones Sahaguntinas reboratas, & confirmatas anno 1611. per Paulum, P.P. Quintum, vbi per primos quinque numeros dictæ cap. 53. vt apud librum ipsarum constitutionum continetur fol. 104. & 105, expli-

cat: Congregatio, seu qui eius nomine illas ordinauerunt quomodo clausura debeat dispensari per Prælatos, & ipsis assignatur modus dispensandi; quas quidem dispositiones Papa ipse ratificat, & approbat. Et quasi ipse se explicat, quod ipsam habet intentionem in acceptando, quam habent ex dispositione constitutionum; quas approbat particularis Prælati. Unde constat, quod secundum intentionem Papæ, etiam sine dolo ex parte profitentis fit legitima professio, & incorporatio. Et per hoc patet ad confirmationem, cum in eo sensu, in quo intelligit, qui acceptat, professionem clausuræ perpetuæ, promittit illam, qui sic vouet, & ex conventionione partium hoc important, & significant illa verba. Quæ sunt signa ad placitum, & idem esset de iuramento, sine intentione ducendi Virginem, nã si illa non illud credit intendere adolescentem, quando iurat, & permittit se violari ex illa verbali promissione, quam credit uterque fieri, sine intentione se ligandi, ad nihil aliud maneret ligatus, nec incontinentia feminæ aliam intenderet promissionem, aut pignus, quam colorem, vel excusationem suæ libidinis.

Quod si dicas debere congregationem ipsam in suo Capitulo generali, si quidem auctoritatem habet ab utroque Pontifice Paulo Tertio, & Quinto, declarandi obligationem voti perpetuæ clausuræ nonam concedere constitutionem, & legem, & formam etiam profitendi verbis proprijs, & significatiuis eius clausuræ ad quam de facto obligamur, scilicet ad clausuram vsitatum, & non aliter interrumpendam, quam si Prælati dispenseret, hæc est enim quam videmur vouere, & non illam, quam sonant ex communi acceptione perpetuæ inclusionis.

Responderetur. Quod quamuis non ita proprie ista verba *perpetua inclusio* dicerent, & significarent posita partium conventionione sic intelligentium, sufficienter, licet in sensu minus proprio, se intelligunt, hoc licet fieri quando adest causa (ex communi doctorum) nec adest mendum, nec fraus, siquidem nec verba sunt falsa, nec profertur animo decipiendi, in quo consistit mē-

A dacium ex mente Augustini in enchiridione, c. 18. & lib. contra mendacium, cap. 42. in fine, ex D. Thom. 2. 2. q. 126. art. 1. Alensi. p. 2. q. 121. membr. 1. S. Antonii. p. 2. tit. 10. §. 1. Sairo, Clauis Regia, lib. 12. cap. 2. num. 1. & sic communiter. Nec fatendum est, aut recognoscendum facile, quod in sufficienti proprietate desinant illa verba perpetuæ inclusionis significare clausuram dispensabilem a Prælato, qualis est quæ est in usu in Congregatione Benedictina Hispaniæ, nam perpetuitas inclusionis ligat perpetuo vouentem, & non aufert potestatem legirimè, & ex causa dispensantis, sicut contingit in voto perpetuæ continentiæ, quod dispenset Papa. Nec facile foret mutare formam profitendi, cuius tenor sufficere potest (ut vidimus) & scandalum gesseret, saltè passuum pusillis, & modicæ capacitatis, quod sine causa fuisset ablatum. Nec debet fieri.

C Ad tertium, ex rationibus, & Auctoritate tantorum Doctorum complutensium dicimus in primis loqui pro tempore, illo quo constitutiones Matrioni factæ vigere credebantur, quãdo ex ipsis, & auctoritate Bullæ Pij Quinti, qua confirmabantur, putabatur reuocata Bulla Pauli Tertij, & ablata facultas data per illam capitulo disponendi observationem clausuræ, ex voto: sed hoc iam nostris temporibus non vrget, nec certum est adhuc illas leges, & constitutiones in usu fuisse receptas. Et sic, qui illis temporibus vixerunt parentes nostri credendi sunt, vel illas credidisse non, obligasse vel si obligasse iudicauerunt obseruasse, cum toto rigore, quem continent.

D Ad rationes autem horum Doctorum pro alio tempore facilis est ex dictis solutio, nam si loquimur de primo tempore ab erectione congregationis, vsque ad annum 1428. & 34. expeditionum Bullarum, vel ob defectum impleti contractus ex parte Regis fundantis Monasterium caput congregationis, ea conventionione, quod Prælati admitterent promittentes perpetuam clausuram, dummodo Rex, quod promittebat impletet, de firmiter sitandis alimentis necessarijs pro Religiosis sic recludendis, quod quidem, ut ex

August.
Alens.
D. Tho.
S. Ant.
Sairus.

instrumentis, & traditionibus constat non fecisse, dicendum non obligasse; vel si ex licentia Prælati fuisset introducta cōsuetudo exeundi Monachos de Monasterijs, si licitè ex causa dicta, vel alia legitima introducta fuisset à primis Monachis licitè, qui illos fuerunt secuti, licitè illam profecuti sunt: si autem (quod credi non debet) sine licentia, & legitima causa introduxerint talem (iã non consuetudinem) sed abusum, fortè illi soli peccauere: & hoc pro omnibus statibus obseruetur, vbi similis militet ratio. Si verò loquamur de tempore, quo Bulla Pauli III. viguit, ab eius nempe expeditione vsque ad constitutiones Matrini ordinatas, & Bullam Pij IIII. an. 1563. & ab anno 1613. quo fuerunt promulgatæ leges Sahaguntinæ, autoritate Pauli V. confirmatæ, vsque ad præsens; certum est, nullo alio modo obligare votū perpetuæ inclusionis, quàm prout est in vsu, recepto quidem, & approbato per easdem Sahaguntinas constitutiones.

Nec contra hoc est fundamentum primum Doctorum Cōplut. legitimus enim actus exercetur, verus sensus assumitur verborum Professionis, & cōsuetudo legitima interpretandi perpetuam inclusionem non est contra Religionem ipsam, nec vouetur consuetudo contra Religionem, quam iudicant esse legitimam consuetudinem, & sensum verborum Prælati. Papa scilicet, & immediatus Prælati, & ipse emitens Professionem, sunt partes legitimæ, & validū celebrantes cōtractum.

Nec est certum vouentem Religionem teneri vouere clausurā (quæ perfectissima foret) nempe perpetuam, in illa rigorosa significatione; sed quam iudicat, audit, & videt, nec aliter de intentione Papæ scire potest, aut debet, esse de statu præsentis Religionis; sicut nec tenetur Religiosus ad perfectiōis modum profitendi, & instituendi vitā; sed ad illum, quem vouere scit. Nec etiam est certum, quod ille, qui non habet intentionem profitendi maneat ligatus voto, licet verba Professionis cum omni solennitate protulerit: nam cum (vt suo loco diximus) quanuis Ecclesia, quæ non iudicat de occultis, illum (si non aliter probet) non credat,

A & compeliat vitam Religiosam agere; tamen si abesset scandalum, posset licitè habitum dimittere, v.g. si ad aliam regionem, vbi non cognosceretur transfugeret, aliqua contingenti, & licita occasione parata: vel teneretur, si tale remedium, vel simile non adesset, nouā facere in manu Prælati professionem, vt licitè, & validè actibus, scripturis, & contra scribis posset interesse. Et hæc est communis Doctorum sententia, cū D.Th. 2. 2. q. 188. art. 1. Quod si animus se obligandi in professione desit, non manet obligatio. Vltimò, non debet iudicari, quod quis perfectissimū in quolibet genere opus velit profiteri, cum solum ad perfectiōem teneatur tendere per media, & obseruationem eorum Euangeliorum cōsiliōrum, quæ in votis essentialibus continentur: nec ad alia Euangelica maioris perfectiōnis consilia obligantur Religiosi, v.g. ad orandum pro inimicis; quia hæc sunt opera supererogationis, quæ non profitetur; nec reclusionem perpetuam in dicto rigore vouet; sed vsitatum.

B Pro complemento eorum, quæ ad hanc quæstionem primam spectant, notandum, quod cum (vt diximus) specialius clausura Benedictinos Hispaniæ Congregationis obliget, quàm alios Religiosos Benedictinos, ratione huius specialis voti, peccaret mortaliter Prælati concedens licentiā exeundi sine causa aliqua ex ijs, quas sufficientes iudicat ad dispensandum Capitulū generale, & eius Sahaguntina constitutio, c. 35. n. 3. cui delegatur talem declarationem cauendum: & licentia aliter data non esset dispensatio, sed Religionis dissipatio, in qua Prælati peccaret concedendo, & subditus hoc cognoscens illa vtēdo. Sed quia habet latitudinem casuum, in quibus constitutio Sahagunt. autoritate Pauli III. & Pauli V. sulta concessit, & declarauit huiusmodi licentias ad exeundum, voluit ipsos casus, & formalia verba hic ponere, dicto num. 3. *Declaramos, que añque por Bulas Apostolicas qualquier Prelado puede dar licencia a sus subditos para salir de casa, no obstante el voto de clausura quando les pareciere cōuenir; esta licencia ha de ser a disposiciō del Capitulo general: y assi interpre-*

D.Th.

Non ad omnia, quæ ad maiorem perfectiōnem ducunt, tenetur Religiosus, ratione status, & voti.

rando la dicha disposicion, ordenamos, que los Superiores Presidentes de los Monasterios puedan dar licencia a los Monges para salir de casa, quando juzgaren conuenir al bien comun del Monasterio, para alguna obra de caridad del proximo, o para consuelo particular del Monge, todas las vezes que le pareciere, como sea para boluer el mismo dia al Monasterio. Hec sunt verba formalia legis: ex quibus constat, quod ad hos tres casus, quos iudicat lex legitimus, poterit reduci quæcunque licita egressio. Secundo, quod arbitriū Prelati ad concedendum plures, vel pauciores à Monasterio egressus, quod ipsi tribuit constitutio illis verbis, *Todas las vezes que les pareciere, se extendit ad arbitrandum, vel iudicandum, si causa quæ proponitur, est, aut reducitur ad eas tres, quas constitutio assignat, vel si sufficiant dux, & non requirantur plures egressus ad vitendum, & consolandum secularem infirmum, vel si semel in hebdomada, vel sapius.*

De alijs pœnis, pro frangentibus clausuram, & modis quibus hoc potest contingere, videantur singularium Religionum constitutiones, & Benedictinorū Congregationis Hispaniæ, c. 36.

QVÆSTIO II.

Quis Prelatus habeat hanc tam necessariam, & magnam potestatem, ad dispensandum in dicto voto, & dandam facultatem ad exiundum de Monasterio, ex aliqua ex dictis causis?

Responderetur, & sit nostra resolutio. Quicumque Prelatus supremus in quolibet Monasterio, etiam cum æquali plenitudine Prior, Vicarius, seu quilibet Religiosus in absentia Superiorum, cui ex lege, & constitutione pertinet primus locus ad præsidendum in actibus communitatis, potest dare talem licentiam. Probat: quia siue Abbas ipse, siue Prior, aut alius Præfident, sunt equa iter delegati ad hoc à Papa, & Capitulo, & non procedit Abbas in hoc potestate ordinaria, quam aliàs habet; quod debet intelligi, si per Ca-

Apitulum generale, ob speciales causas; Abbatibus, vel alijs Superioribus subditis respectiue, per Superiores suos sit ad tempus suspensa ista potestas, vel impedita in perpetuum.

QVÆSTIO III.

Verum Religiosus dure, & iniuste à Superiore tractatus, possit tuta conscientia, illo inscio, & sine eius licentia, à Monasterio exire, ut adeat Superiorem?

B

Doctrinam huius questionis præcipuam remittimus ad tractatum de potestate Prælatorum Regularium, in part. 2.

vbi de concursu, vel de competentia inter mandatum Superioris, & inferioris Prælati agentes, ex magna parte respondemus huic difficultati. Interim respondit Nauarrus ex Baldo, c. *Nauar.*

C

ad nostram, de appellationibus affirmatiue; & addit in commento de Regularibus, n. 51. & commento 2. n. 61. id non esse contra Tridentinum, nec contra Bullam Sixti V. anno 1537. quia ibi supponitur, quod id fieret sine causa, nam tunc deberet expectari licentia: quia cum secundum Glossam in c. cum Pastoralis, 2. q. 7. argumento sumpto ex cap. ex parte de accusationibus. consensus ab eo pendens non est qui vexat iniquè, vel cuius culpam corrigendam, & emendam curamus. Vnde si euidenter constet, iniuste Religiosum à Superiore vexari, nec aliter se posse tueri, quam se Superiori præsentando; admittere hanc doctrinam; cum Ioanne Azor, 1. tomo Instit. moral. lib. 12. c. 11. d. 7. sed de hac euidencia alium prudentem virum adhibeat iudicem, vel consiliarium: aliàs non securam, & specialiter apud Benedictinos Hispaniæ, dicto cap. de clausura, in constitutionibus. Sed ad dictum

D

E

tractatum, 2. partis remittimus.

(c)

CAPVT SECVNDVM.

De prohibitione ingressus mulierum in
Monasterijs virorum.

HABET VNICAM QVÆSTIONEM.

QVÆSTIO VNICA.

Vtrum sit omnino prohibitus mulieribus ingressus in Monasterijs Monachorum, vel Religiosorum?

N. 1.

*Nauar.
Man.
Rodr.*

DVAM in hac re præbebit quoddam rescriptum ad modum Breuis, declarans intentionem Pij Papæ V. super huiusmodi prohibitionem, dicit enim, (vt ex Nauar. ro in Man. c. 27. nu. 52. in fine, & alibi) refert Man. Rodr. in explicatione Bullæ, in fin. super motum Papæ Pij V. notab. 5. n. 6. propè finem, § *El segundo argumento, &c.* Ad mediū, verb. ibi: *Esta explicacion pues la dio el sumo Pontifice q̄ hizo la ley, a quien tocò interpretar, y explicarla, durarà miétras durare esta ley.* Et paulo post, idē Eman. sequenti § *Empero en contra me bā replicado.* Respondet tacite obiectioni, quod scilicet nõ constat authenticè, de authoritate, veritate, aut certitudine huius, viuz vocis oraculi, & declarationis suæ mētis Pij V. vt illi debeatur fides integra, intra, & extra iudiciū. Dicit enim Eman. quod sufficientem fidem facit testimonium eximij talis viri Doctoris pij, & doctissimi Martini Nauar. & quod sic approbant, & in praxi ponunt Nuntius Apostolicus Hispaniæ, & Pœnitentiarij Romanæ Curie. Dicit ergo. *Nos Alexander miseratione diuina tituli sancti Ioannis Anteportani Latinam Præbyter Cardinalis, omnibus & singulis prædictas litteras inspecturis fidem facimus indubiam. & in verbo veritatis testamur, qualiter sanctissimus in Christo Pater Pius V. diuina prouidentia Papa, viuz vocis ora-*

Aculo nobis factò, dixit, & declarauit, fuisse mentem suam, & intentionem, quod eius littera sub forma Breuis, sub die 24. Octobris, anni Domini 1566. Pontificatus sui anno 1. edita, in quibus, mulieribus quibus ingressus Monasteriorum Regularium, cum derogatorijs clausulis, & irritantibus decretis, prohibetur, non comprehenderent solam, & comprehendant mulieres, habentes, & prætententes habere facultatem, & indulta ingrediendi huiusmodi Monasteria, sed etiam omnes quascunq; mulieres alias, tam in genere, quam in specie. Ita Ioannes Azor lib. 13. p. 58. in fine, allegans Nauarrum.

Azor.

Additur oraculo viuz vocis citato alia declaratio etiam viuz vocis, suæ ipsius mentis, & motus proprii ipsius Pij V. authenticata per Cardinalem Crauelium, die 25. Nouembris. anni 1569. quod non interdiceretur, sed permitteretur mulieribus ingressus (alias prohibitus) in claustris Religiosorum, & Monasterij partibus (scilicet) Capellis, causa, & tempore Processionis, Vigiliæ, Missæ, tumulationis, vel funerum defuncti, aut tale opus pium, & causa intrandi ad prædicationem, verbi gratia, occluso ostio Ecclesiæ à multitudine audientium, & tunc per portam claustrum ad Ecclesiam ingressus, dum in ijs ingressibus via recta procedatur, & sine detentione, & quod ad alias officinas, aut partes Monasterij ne accedant mulieres ingredientes diuertant. Ista etiam declaratio habet authoritatem, & refertur in actis, & ordinationibus generalibus, in Congregatione generali Minorum de obseruantia, apud sanctum Ioannem de los Reyes, To-

N. 2.

lerana ciuitate, anno 1589.

N. 3.

Pro quibus declarationibus est maximè notandum, quòd non sunt declarationes foræ mentis, siue voluntatis Põtificis; sed sunt declarationes ipsius legis, seu statuti, & sic habent perpetuam vim, dum lex ipsa, aut statutum, vel constitutio (cuius declarationes sunt) durat, seu non reuocatur: quòd non sic dicitur de declaratione voluntatis.

Notandum deinde, quòd aliqui Authores contra declarationem Pij V. seu explicationem mentis ipsius, dicunt, quòd (scilicet) finis Põtificis in prohibitione ingressus mulierum, fuit solus, quòd nullæ mulieres distrahent Religiosorum quietem, & quòd secularibus videntibus esset scàdalum, seu occasio casus talis mulierum ingressus, siue hic esset virtute facultatum, vel subreptiue, vel aliter: & quòd sic, non minus intenderit Pius V. comprimere audaces, & insolentes molestias mulierum, quæ virtute diuinarum facultatum, inuisit etiam Religiosis, & Prælati Monasteria ingrediebantur, & id faciebant deuotionis, titulo, aut colore, quòd non poterant pretendere mulieres alie, quæ tales facultates non habebant: & sic videretur solum loqui Pontificem Pium de illis mulieribus, quæ habebant facultates. Et hanc intentionem videtur declarare verba ipsa Pij V. in principio constitutionis posita, vbi sic dicitur. *Mulieres modestie matrimonialis oblite domus, & Monasteria, contra ipsorum instituta, prætextu litterarum, &c. ingredi audeant ipsis Abbatibus, &c. aliquando recusantibus, & renitentibus.* Et infra prope finem. *Districte prohibentes mulieribus prædictas (quidam) licentias, & facultates prætentibus:* vnde sine aliqua alia declaratione, colligitur hinc Pontificis, mens, & motus. Nihilominus respondetur, standum vltimæ, & posteriori declarationi huius declarationis, seu constitutionis, & legis, quæ est illa, quam ex Alexandro Cardinali adduximus in principio.

Et deinde respondetur, non esse inconueniens quòd Pontifex qui vtrumque dandum cupit auferre, & cauere, in primis expressit primum, id est, in sua ipsa primum edita constitutione, & dandum secundum in vniuersali oraculo: & cum contret, quòd fundamentum, & vltimatum

A intentum Pontificis, fuerit vitæ casus Religiosorum, & scàdalum secularium, videntium scèminas in Monasterijs virorum, & (vno verbo) cõsultere Religiosorum quieti, & profectui spirituali, sic intelligenda est eius mens: etiam si illam non declarasset expressè in vniuersali oraculo, secundum regulam illam Doctorum.

Quod (scilicet) rigor constitutionis odio, se tunc non est restringenda, sed amplianda ad similes casus, res & personas, quæ do si non extenderetur intentum legis, & legislatoris fraudaretur.

B Vnde si quis ponat interdictum in quadam ciuitate, ad suburbana obligat, ex cap. si quis ciuit. de sentent. excommu. tradit Nauarr. in Man. c. 27. n. 52, in fin. & tenent communiter Iuristæ, includi in prohibitione vnius casus alteram, in qua militat eadem prohibitionis ratio, & quòd hoc non fit extensione vnius ad alterum, sed inclusione.

Vbi notandum, & assertit Eman. Rodrig. in explicat. Bullæ circa hunc motum prop. Pij V. n. 9. ad fin. quòd cum Apostolica Sedes, & multi summi Põtifices, suam mentem esse expressam declarauerint, quòd omnino vitanda sit Religiosorum conuersatio cum mulieribus, specialiter ex epistola Papæ ad Abbatem Valentinum:

C & assertit Gratianus in decreto 18. q. 2. c. peruenit, quòd maximè conducit ad credendum, quòd idem intenderit Greg. XIII. voluisse, scilicet, impedire quoscumque mulierum ingressus, cum alias intentione ipsius, quòd est impedire ea quæ quietem Religiosorum impediunt, fraudaretur, nulli enim dubium esse potest, quòd si redderet licentiam scèminas, quæ illas habent, inhabiles ad ingressus, traderet illas facultates, cartas, & licentias igni, vt sic sine illis expeditiores, sine prohibitione Papæ, intrarent in Monasterium Regularium.

D Certum est tamen, quòd diuersè iudicandus foret quis mulierem introducens virtute motus prop. Pij V. qui ex tua libera voluntate mulierem in Monasterio introduceret, sine attentione ad aliquam facultatem, aut licentiam, quam non habeat, quam ille qui id faciat innoxius alicui facultati, seu licentiæ quam habeat. Videatur Eman. Rodrig. in explicatione Bullæ, prope finem Codicis, vbi ad litteram ponit motum proprium hunc Pij, expeditum Romæ, die 23. Octobris,

N. 4.
Regula:

Nauarr.

Eman.
Rodrig.

Gratianus
mus.

Eman.
Rodrig.

anno

anni 1566. de hac prohibitione ingref-
sum; & cōsequēter ponit Motū prop.
Greg XIII. Idibus Iulij, anni 1575.
Pij V. successoris immediati, addens
pœnas contra dicta violantes, Regu-
lares, Prælatos, & subditos, admitten-
tes, & mulieres intrātes, & sic est in vi-
ridi observātia, & observāt Romæ Pœ-
nitentiarij, & Nuntij Hispaniæ Specia-
lem etiā Bullam habent circa hanc pro-
hibitionē Benedi&ini, ab Eugē. Papa
III. & per Nicol. Francū, vt ex Cōpē-
dio, & ab alijs Pōtificibus, Minores, &
Prædicatores, vt tradit Man. Rodr. in
Cōpedio generali, & F. Ioā de Cruz in
sua Epitome, hoc titul. de privilegijs.

F. Ioā de
la Cruz.

N. 5.

In Motu proprio Pij, (vt diximus)
ex eius verbis intentum colligitur inci-
pit etiam post generalia *Quia igitur Re-
gularē vitā (vt accepimus) seu quietē
multum perturbant mulierū audacia,
ingredi Monasteria præcedentiū cōtra
ipsorum Religiosorū instituta prætextu
confessionalium, aut aliarum litterarū.
Et post pauca. Huic rei providere volē-
tes, ex propria scientia, motu, & potesta-
tis plenitudine, districtē præcipimus,
prohibētes mulieribus, quidē prædictas
facultates. & licentias præcedētibz,
sub excommunicationis, &c. ne dictas do-
mus, & Monasteria ingrediātur. Et in-
fra. Abbatibus, Præpositis, Canonicis,
Monachis, fratribz, &c. sub priuatio-
ne officiorū, & inhabilitate in posterū
ad illa, & ad alia omnia, & suspēnsionis
à diuinis ipso factō sine alia declaratio-
ne incurrēdis: que latet ex. licēt Pij V.
intentionē; & similiter notabiliora ver-
ba successoris ipsius Greg. XIII cuius
integra cōstitutio est, vt diximus nuper
apud Rodriguez, inter alia que addit:
& in quo differunt istorum Pontificum
constitutiones, est, quod Greg. prohibet
ingressus mulierū, non solū in Mo-
nasteriū virorū, sed etiam feminatum,
cū Pius V. solū mulieribus prohibeat
Monasteria virorū. Exhibet etiā Gre-
gor. specialē rationem suæ prohibicio-
nis, quā ponit pro exordio suæ consti-
tutionis, dicens, *Remouere cupientes ea
que præbent impedimentū Monialium
quieti.* Et in illa comprehendit etiam
viros, qui ad Monasteria Monialium sub
eodem prætextu licentiā præcedunt
ingressum, seu aliter. Verba ergo præ-*

A ceptiua Gregor. ad hæc tria fundamēta,
seu capitula reducentor. *Primò. ibi scā-
dala amouere cupiētes, auctoritate præ-
sentiū reuocamus, & abolemus omnes
facultates ingrediendi &c. Secūdo, in-
hibentes eisq; qui illas obtinuerūt, sub
excommunicationis pœna, &c. Tertiò ne
ipsarū licentiā prætextu Monasteria,
huiusmodi quouis modo ingredi audeāt.*
Et vitra dicta, prohibet Gregor. in hanc
constitutionis ingressus in dictis Mo-
nasterijs mulierū, omnibus viris, cuius-
cunq; status: & quod quando ingrediā-
tur Monasteria prætextu licentiā, quas
obtinēt ab Episcopo, aut legitimo cō-
cedente, nō fiat adhuc ingressus pro libi-
to, sed ex causa necessaria, iuxta cap 5.
sel. 25. Trident. vbi ad quinque capita,
videtur reduci. Nem pē,

N. 6.

B

Primò, pro tempore quo Prælati vi-
sitant Monasteria Monialium, possunt in-
gredi propter celas visitandas & pau-
peritatis voti obseruationem: & in fine
visitationis, pro infligendis pœnis, pro-
culpīs cogitis in processu, seu progressu
visitationis. Secūdo, est licitus in-
gressus pro ædificijs, aut operibus Mo-
nasterij in interioribus partibus Mo-
nasterij, iacipiendis, ordinandis, & ali-
quando in progressu visitandis, & ali-
quando in progressu visitandis, & quid
simile de parte interioris ædificij cor-
ruente, aut ruinā minante, & similibus
causis. Tertiò, licet ingredi Monaste-
ria Monialium, ex licentia Episcopi, si
illi subint, alias sui Regularis Prælati,
mulieres seculares aliquas, quibus for-
tuito casu adueniat necessitas se tuēdi,
dum de adulterio accriminato, aut alia
causa graui finiuntur lites, & alibi vita
periclitaretur ab infidijs infestantiū ad-
necem, aut damnū graue, quod pruden-
ter timeatur, & Prælati iudicet. Et
quartò, Infantes vsq; ad septēniū, & dū
ad peccatū prouocare nō valeant: vnde
maiores dicta ætate (moraliter loquen-
do,) & etiā amentes, & fatui, cū ad pec-
catū non sint securi, prohibentur. Per-
mittuntur deinde puellæ minus viginti
quinque annorū, quæ educationis causa
admitti possunt: & etiā mulieres videt
honestæ, quæ similiter se adstringentes
Regulari clausuræ Monasterij, & Odi-
nis, cū licentia Prælati Regularis, cui
subint, siue secularis, & cōsensu Abba-
tissæ, & maioris partis Monialium, vitam

Conditio-
nes. seu
causæ li-
citi in-
gressus in
Monia-
liū Mo-
nasterijs.

D

E

honestè, & studiosè transigere eligant hac lege, vt ipsa, seu ancilla ad ipsas ministrandum admittat, si semel exeant, iterum sine nouis dictis solemnitatibus regredi, nec admitti possint.

N.7.

Et quinto, est licitus in Monasterijs mulierum ingressus Prælatis Regularibus, vel secularibus, in casibus quibus prudenter iudicent id esse maximè expediens, vt si in electionibus Prælatarum (nò obstante lege Trident. ses. 25. c. 5. precipiente absq; aliqua exceptione, sed expressè, quòd non intret Episcopus, nec alius Prælatus, ad electiones; sed quòd ante cancellorum fenestellam, accipiat suffragia, & vota, & ibi audiat) comperiat, seu caurè conijciat futuras contentiones, & sollicitationes, seu violentias, perturbantes plenam & perfectam libertatem, & rectitudinem electionis. Nam in simili, & tali causa potest Prælatus intrare, vel committere, & intra accipere suffragia, vt in questionibus Regular. Rodrig. tomo 1. q. 47. art. 4. & 5. Reducuntur etiam ad hunc quintum casum, & secundum, illi qui sunt de necessitatibus contingentibus, seu occurrentibus, (non regulariter, sed necessario) vno vel alio tempore, vt de tumultu aliqua persona

Licite Religiosi id mune- ra Ecclesie xercenda, que inmore sint in gredium - tur in Monasterijs Monialium.

Monasterij, ad quod Prælatus, & numerus competens personarum ingredi possunt: & vsque ad sex Religiosos sacris vestibus indutos, ex aliquo Pontifice; nempè, Paul. III. Monialibus Urbis seu sanctæ Claræ: quamuis, & in more est, quòd & sine sacris vestibus, & fortè maior numerus pro Missa, & Officio concinendo intra Monasteria audiui intrare, ex consuetudine aliquorum Monasteriorum. Ad administrandam Eucharistiam habitualiter egrotanti, cui sit pene impossibile ad Chorum, & locum communem accedere, etiam est licitum toties quoties prudenter visum fuerit Vicario, consulto Prælato, spiritali solatio, & deuotionis seruore, & desiderio deuotæ Religiosæ prolixo morbo laboranti: & pro ista, & alijs in validudinario potest permitti ingredi confessarios. Ad ingressus alios virorem, seu foeminarum in dictis Monasterijs, pro similibus frequentibus, & inexcusabilibus necessitatibus, vt de ingresso Medici, Chirurgi,

A aut alterius talis ministri, seu mulieris aptæ ad Medici ministerium, quod alia domestica persona sufficienter non possit, aut sciat præstare, Artifices pro operibus incipiendis, prosequendis, seu visitandis, baiuli cum sarcinis intus deportandis, quæ in ipso vestibulo euolui non possint, & similibus, non solum possunt Prælati dare licentiam, sed & committere Abbatis, seu Prælata illas concedere per facultatem, seu commissionem in scriptis. Imò, & si aliter concedatur, sufficit: & video iam in pluribus Monasterijs Prælatas tales licentias concedere, quod credo ex licentia præsumpta, seu voluntate Prælati prudenter interpretata, quod hic, & nunc illud permittit, & vult: maximè si ad se cognoscat non esse facilem aditum, & occasio præteriret, & est conforme doctrinæ D. Thom. 2.2. q. 147. art. 4. dicentis, quòd non requiritur dispensatio Prælati, quando vel ipse adiri non potest, & quòd intenditur est in vsu: vel quando causa dispensandi est euidentis.

B Sed ad prohibitionem mulieribus impositam per has constitutiones Pontificum redeundo, notandum quòd in ipsis omnes mulieres comprehenduntur, etiam nobilissimæ, vt Ducissæ, Marchionissæ, Comitissæ, non autem Regina, seu Infantes, & micus Imperatresses, quarum magnitudo, tum à Pontifice præseruatur pro excella dignitate sanguinis, & status: tum ipsa mercauit inconuenientia, quæ Pontifex intendit cauere, & constat ex pluribus Iuribus, & Iuristarum, & Theologorum Proloquio, quòd *supremum non comprehenditur in odiosis*, & à paritate intelligatur Abbas, nec nomine Sacerdotis intelligatur Episcopus.

C Aduerte deinde, pœnas quas contra transgredientes ponit, & indicit vterque Pontifex. Pius enim Quintus sua constitutione, & explicatione oraculo viuz vocis, excommunicat mulieres ingredientes Monasteria virorum, ipso facto, & excommunicatione reservata Papæ, extra mortis articulum. Vbi nota obiter, quòd qui priuilegio Balth. Craciata gaudent, possint absolui à Confessario approbato per

Medici, Artifices ministri baiuli, possunt intrare cū consueta licentia.

D. Tho. Regulari cū ingressus.

Proloquiū Doctorum Theolog. & Iurist.

Nomine Sacerdotis in odiosis, nò intelligitur Episcopus, nec nomine Monachi Abbas.

N.8.

E

Aduerte deinde, pœnas quas contra transgredientes ponit, & indicit vterque Pontifex. Pius enim Quintus sua constitutione, & explicatione oraculo viuz vocis, excommunicat mulieres ingredientes Monasteria virorum, ipso facto, & excommunicatione reservata Papæ, extra mortis articulum. Vbi nota obiter, quòd qui priuilegio Balth. Craciata gaudent, possint absolui à Confessario approbato per

Ordi-

O dinary in vita semel, & iterum in mortis articulo. Prælati autem, & Religiosi ipsi præsumptibus introducere, & admittere mulieres, imponitur pœna priuationis officiorum quæ in præfenti obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & omnia alia, & suspensionis à diuinis ipso factò, sine alia declaratione. Has pœnas ponit Pius V. At verò Gregorius XIII. loco harum pœnarum, ponit contra huiusmodi introducentes excommunicationem maiorem latæ sententiæ, Prælatos, & Religiosos, loquitur tamen, limitando ad introducentes intuitu, & prætextu facultatum.

Notandum tertio, huiusmodi Apostolicas constitutiones existere in viridi obseruantia, hoc anno 1637. Pro quibus sit

Resolutio prima. Mulieres ingredientiæ Monasteria, & domus virorum, & etiam mulierum, sub prætextu facultatum antea obtentatum, incurrunt hanc excommunicationem. Constat resolutio ex ipso tenore constitutionum.

Secunda resolutio. Fœminæ quantumuis nobiles, etiam Marchionissæ, Comitissæ, aut Ducissæ, dum nõ In sancta, sicut Regina, vel Imperatrices (quas nec includit, nec vult comprehendere Pontifex) ingredientiæ Monasteria virorum, & mulierum, etiam sine attentione, prætextu, aut colore facultatû, sine licentia legitima, aut tali causa, incurrunt excommunicationem impostam ipso factò, & itidem Papæ reseruatam.

N. 9.

Resolutio tertia. Viri has constitutiones violantes, sub prætextu dictarum facultatum Pontificum prædecessorum, incurrunt excommunicationem maiorem Papæ reseruatam, & non solum priuationem, inhabilitationem, & suspensionem à diuinis. Si autem prædictas constitutiones violent, (id est, mulieres in suis Monasterijs introducant) sine tali facultatum prætextu, solum pœnas, & inhabilitationes incurrunt, & non excommunicationem. Hæc secunda pars constat ex Bulla, seu constitutione Pij, hoc statuentis expressè, & tales pœnas imponentis, & non excommunicationem viris. Prima pars probatur ex declaratione suæ ipsius

A mentis Pij, in qua (vt vidimus num. 1.) perhibetur Pontificem comprehendere velle ingredientiæ, introducentes, & admittentes mulieres in Monasterijs virorum, non solum quando hoc fit intuitu licentiarum, sed & quando id faciant sine tali prætextu. Ergo ex mente Pontificis, quomodolibet quis mulieres introducat prætextu licentiarû, aut aliter, sine tali prætextu, & titulo, incurreret pœnas ibi à Pontifice indutas. Secunda itidem pars resolutionis; quòd, scilicet, si quis mulieres introducat, quantumuis deprauato fine, vel ex malicia, dum tamen id non præstet intuitu, & prætextu facultatum, quas abolere intendunt Pontifices, & Iura, non incurrat excommunicationem, constat. Nam vnus ex duobus Pontificibus, qui huiusmodi ingressum mulierum prohibuerunt. Primus, qui fuit Pius Quintus, & extendit, ac declarauit suam prohibitionem ad istos ingressus, qui absque prætextu facultatû sunt, loquendo de viris introducentibus, non prohibet sub excommunicatione, sed sub alijs pœnis. Gregorius verò XIII. qui idem prohibuit, quamuis sub excommunicatione præcipiat, non solum fœminis, sed & viris introducentibus, expressè, & limitatè loquitur de ingressu, & introductione sub prætextu licentiarum, & facultatum.

Multi, quæ sunt digna scitu, & necessaria maxime, circa has constitutionem, vide apud Ioannem Azorium, lib. 13. institutionum Moralium, cap. 18. in fine, allegans Nauarrum, Fr. Eman. Rodriguez, in fine Codicis de explicat. Bullæ, in fin. vbi affert dictos duos motus proprios, seu cõstitutiones horum Pontificum, vbi differitur de Monasterijs, domibus, locis, in quibus prohibetur mulieribus ingressus, & qualiter hoc de claustris, & officinis interioribus, locis, seu hortis antiquis Monasterij, & sub illius pariete magistra, vel sub portis Regularibus, vbi Moniales sine licentia liberè conuertiuntur tempotibus, habitare, & assistere possunt; vide tractatum ex dispositione harum constitutionum, & iurium, ex Gregor. IX. & Innocentio III. Vide Ioannem de la Cruz in Epit. lib. 1. cap. 5. dub. 1. & Rodrig. vbi supra, in explicat.

N. 10.

Azor.
Nauar.
Manuel
Rodrig.

F. Is. de
la Cruz.

plicat. marus proprij Gregor. XIII. A
num. 15.

De causis licitè intrandi mulieres in Monasterijs, seu claustris virorum, vide apud dictos Authores; & specialiter de ingressibus ad claustra, occasione Processionis quæ per illa fiat, & ad interioris claustrum Capellas: & si fortè Processiones hæc sine instituantur per claustra, vt mulieribus hinc licitus præbeatur ingressus, & a silentia representationi, v. g. aut spe & aculo quod ob celebrationem solemnitatis in claustris Religiosorum fit, aut quid simile. Quid de ijs Processionibus extradinarijs, quæ a natio licitè reddere possint ingressum, cum taliter aff. & data occasio ingrediendi, des audare videatur Pontificis intentum: qualiter etiam ob Missionem celebratam in Capella claustrum audienda, vel in illo defuncto tumulando, & officijs assistendis liceat; vide eundem Eman. loco citato.

N. 11.
De ingressu
licito
mulierum
in claustra
virorum,
occasione
Missionis,
vel
Processionum.

Eman.
Rodr.

N. 12.

Numerus ancillarum nobilissimæ femine comitiæ dignitate & spatium intus manentibus si nita licite accessione intrandi, v. g. Missæ aut Processione. & alius titulis intrandi.

N. 13.

Prelatus & maddes introductionem mulierum eodem modo incurunt.

De comitantibus ancillis dominam, licitè in talibus Monasterijs ingredientibus, si ex licentia legitima fiat ingressus, & numerus præcisus personarum, ille qui moraliter sufficiat ad comitandam decenter dignitatem nobilis femine ingredientis, qui, & tempus intus manendi semel ingressam: & si ob vilitatem aliqui utulum liceat immorari, imò & prandium exiguum, collationuculam, scilicet, pro poculo aquæ bibendo ex fatigatione, calore, seu aliter, omnia prudenter debent pensari. Nec largè indulgendum, & Prelatos incumbit de ijs monere nobiles feminas ingredientes, vt à numero sodalium excelsu abstineant, & quod ætate, & moribus probatis, seculum ingressas ancillas, seu sodales eligant.

Aliqui dubitant circa pœnas quas Prelati, vel Religiosi incurrant, si contraveniant. An ab illis excusaretur Prelatus, qui non introduceret (quidem) ipse, sed iuberet, introduci mulieres contra præscriptum, & quod non operaretur constitutionum districtio, ultra rigorosam, & propriam significationem, & cum non ligare videatur, nec loquitur, nisi de introducendis, non debet ad mandantes amplius, nec illos comprehendere.

Ad hoc respondetur. Nihilominus tales mandantes comprehendendi ex regula nuper allata, quod scilicet lex pœnalis, & eius strictio, debet extendi ad similes casus, seu personas, non quidem expressè contentas, quando ex tali restrictione, non consequeretur intentum.

Quid de causis alijs introducendi mulieres, ob aliquod speciale bonum, sit dicendum. Si (v. g.) causa curanda ægritudinis Religiosi, ingrediatur femina, quæ illi infirmitati sola possit mederi, hoc legendum præbitura, æthico, aut quid simile. An quod

Respondetur admitiendo casus, & quod in ijs similibus, licebit concurrere circumstantijs, & licentia habita à legitimo Prelato, & causa sufficiente, moraliter loquendo, vt si persona cuius vitæ consulitur, sit adeo venerabilis, & magni momenti vtilitatis, & æstimationem afferens Religioni, aut communitati; & tunc tali femina ad applicandum remedium ingrediente Monasterium virorum præueniri debet, quod sine femina alia, sed comitata viris honestis, & lenioribus, committatis, qui ad cellam infirmi deducant, & postea inde egredientem vsque ad portam Monasterij comitentur.

Restat dicendum de præsumptione, in quo verbo pluri, plures ingressus mulierum intendunt excusare, dicentes, solum damnare Pontificem ingressum, & introductionem mulierum, quæ sit ex auidacia, cum violentia, seu quæ sit inuitis Prelatis, & Religiosis, vbi semper interuenite videtur contemptus. Huiusmodi verò, sic violentas mulierum introductiones, rarò aut nunquam contingere. Ad quod dicimus, & sit

Resolutio quarta. Quod quæcumque ignorantia, (dum quidem non esset est & ara) quantumvis aliàs crassa, & culpabilis, quæ à peccato non excusaret, excusaret à pœnis hic contentis, hoc enim important illa verba, præsumant. Præsumptio enim ad aliquid prohibendum faciendum, præsupponit certam scientiam prohibitionis facti prohibiti, quod adhuc perpetuas sciens, non contemnendo (quidem) legem, nec legistatorem, sed audens sine illo contentu facere prohibendum, ob speciales

N. 14.

Causa medicina
lis remedi
dij à sola
femina
utiliter
applicand
i, licitè in
gressum.

N. 15.

les fines; & hoc dicitur, *presumere*, quod prohibetur, & damnatur à Pontifice.

Hinc constat quàm longe distet ab incurrendo pœnas, qui sincero animo, & sine noticia huius specialis legis, seu constitutionis mulles semel, aut iterum introducat, vel admittat.

N. 16.

Quod aduertant maximè Prælati, ne fortè applicent incautè, aut ex nimio zelo pœnas huius constitutionis, illâ sine hac presumptione violentibus. Et aduertant simul, quòd nec sinât impunè; sed quòd alias pœnas ex consuetis, ex legibus Religionis, ad arbitriũ (inspectis circumstantijs) imponant de pœnis impositis in prohibitione, & de absolutione aliqua, notare oportet. Vbi aduertendum in primis, quòd secundum veriore sententiam, ipso facto quòd præcepto contrahentur, sciënter, & de facto incurruntur pœnz: hoc enim importât illa verba constitutionis Gregor. XIII. sine alia declaratione.

N. 17.

Prima pœna est, excomm. maior la. te sent.

Pœnz (ergo) sunt, excommunicatio maior ipso facto incurrenda, reseruata Papæ, præter in mortis articulo, fœminis (intellige) vsum rationis habentibus, & hæc pœna ex vtroque Pontifice.

Religiosis viris ponitur ipsa excommunicatio expressè, per Gregor. & antea pro anno 1436. imposita per Eugenium Quartum, vt in compendio Bulla 9. nam. 10. contra Monachos, & Religiosos introducentes, & admittentes fœminas in Monasterijs virorum, seu alijs introductas conuersatione aliquantulum diuturna detinentes in colloquutione, & conuersatione, vt ex mente Pontif. supra.

N. 18.

Secunda pœna, priuatio Beneficiorũ

Secunda pœna quæ additur contra Religiosos est, priuatio Beneficiorum, seu officiorum quæ in presenti habent, quæ officia sunt, Abbatiz, Prioratus, Generalatus, Prouincialatus; Prælatuz singulorum Monasteriorũ, vt Guardianatus, Prioratus conuēualis, Rectoratus, & similes; & officium Definitoris, in ordine illo in quo sint Definidores aliqui, qui iudices sunt, & vocantur super causas quæ per viam appellationis ad illos deferuntur, de iudicijs, & sententijs Generalis. Hæc

A omnia dicta officia quæ ex mente Papæ auferuntur à delinquentibus, & violentibus suam constitutionem, sunt illa quæ habent potestatem disponendi de bonis, & gubernandi: non verò priuantur alijs officijs, quæ nec administratiuam, nec gubernatiuam habeant potestatem, vt Concionatoris, Lectoris, Definitoris ordinarij, id est, non iudicis, Vicarij Chori, & conomi: imò & Prioris Prioratus non habentis plenam potestatem administrandi, & gubernandi, sed præsidendi, & administrandi ex commissione, & pro exiguo tempore.

B

Vbi notandum, quòd quamuis in aliquorum opinione, pœnz illæ, tam excommunicatio, quam reliquæ pœnz (quod quidem quantum ad excommunicationem sit certum) quòd eo ipso quòd aliquis quantumuis occultè, in actum exteriorem proruperit, excommunicationem hanc incurrat, sicut & prius per consummatum actum interiorem contraxerat culpam. Tamè alijs oppositum sentiunt de pœnis, nempe, priuationis officiorum, & priuationis, seu suspensionis à diuinis Officijs, & inhabilitationis, quæ pœnz à iudice Ecclesiastico solent imponi, Regularibus, & secularibus personis.

N. 19.

Dicunt enim isti Authores, quòd quamuis huiusmodi pœnz Ecclesiasticæ imposita sint, sub ijs verbis. Quòd aliquis incurrat dictam pœnam ipso facto, seu sic, eo ipso quòd perpetravit rem prohibitam, non incurritur cum effectu, ante iuridicam iudicis declarationem. In quo dicunt differre à pœna excommunicationis, quæ talibus verbis imposita, scilicet, ipso facto, re prohibita perpetrata incurritur. Sic sensere grauisissimi, & doctissimi Patres sacri Ordinis Minorum de Observantia, in Congregatione generali habita, apud Monast. insigne sancti Ioannis de los Reyes, in Toletana ciuitate, pro anno 1583.

D

E

Sed certè contrarium est certum. Pro quo sit nostra resolutio 5.

Pœnz Ecclesiasticæ priuationis, inhabilitationis, & aliæ, quas legitime imponat iudex Ecclesiasticus, si sub ijs verbis ferantur, quòd incurrat ipso facto, aut similibus, talem explicanti-

bus

N. 20.

*Caiet.
Cenar.
Cordub.*

bus, esse Iudicis mentem, vt sonant, incurruntur, & ante aliam distinctam Iudicis declarationem. Sic communiter & tenet Caiet. 2. q. 61. Couarruias, & alij, quos citat Corduba in suo questionario, lib. 1. q. 36. Et ad constitutionem Capituli Minorum respondet, hanc potuisse legem ferre, pro pœnis ab ipsa Congregatione pro suis clientibus, & subditis impositis. Resolutio patet, quia verba legis, dum iuri non opponantur, nec aliud ex mente Legislatoris debeat conijci, vt sonant debent obseruari: vt ex communi Iuristarum, & Theologorum.

N. 21.

Vnde constat, vt in individuo de effectibus priuationis hic impositæ, & alibi in iuribus, & decretis habeatur notitia; quod ab effectu omnium potestatum Ecclesiæ (quales in secunda sequenti parte, tract. 2. explicabimus ex professo) manet orbatus, seu impeditus Prælatus, qui taliter maneat priuatus: si enim irritet subditi votum patriæ potestate, non ablatum manet; sic nec si dispenset, virtute potestatis pollicis; sic nec si hæc eadem potestate sententiam ferat, aut præceptum, seu censuram decernat; nec valebit contractus alienationis, nec per illum transferetur dominium. Et vno verbo, cum hæc pœna priuationis Ecclesiastica instituta sit ab Ecclesia, ad instar priuationis realis, & physicæ, seu moralis; sic habet esse carentiæ formæ in subiecto apto. Vnde cum consequentia ad formam, postea hæc, ponantur, & ablata, auferantur: eo ipso quod quis à competente Iudice priuatur officio, nadata, & spoliatur illa forma, seu potestate officij, quæ est quasi forma illius; & cum hac potestate ampliori, vel strictiori, ordinaria, vel delegata, Episcopali, seu quasi Episcopali, Abbatiali, seu Prælatu inferioris, quamcunque habeat, & consequentibus effectibus ad tales formas, seu potestates.

N. 22.

De priuato ab officio, Abbate, seu Prouinciali, quorum est proprium in suo Monasterio, seu prouincia, exercere Prælatuam plenè ordinariam, seu quasi Episcopalem, quod idem est, dubitari solet; si immittat Religiosum ad Episcopum Diocesenum, cum epistolis dimissorijs, vt ab eo in sacris con-

Astituat, & Episcopo non admittente, eo quod sciat Prælatum esse priuatum officio, ordinandus Archiepiscopus Metropolitanum adeat, & vtendo iure suo, & supplendo negligentiam Prælati suffraganei, ordinet Religiosum, virtute dimissoriarum sui Abbatis Archiepiscopus, manebit Religiosus verè ordinatus, vt constat ex iure.

Et confirmatur. Nam saltem si Episcopus Diocesanus, virtute litterarum dimissoriarum Abbatis (quem sciat ipse esse priuatum, quia scilicet priuationis pœnam dictam incurrerit, vel aliã) ordinet Religiosum, tunc sine dubio manebit verè ordinatus. Ergo non est dicendum, quod ipso facto talis Prælatus mansit priuatus, id est, nudatus cum effectu Prælatu, seu potestate quasi Episcopali; cuius effectus proprius est dare validas dimissorias.

Respondetur, quidquid sit de ordinato in isto casu per Archiepiscopum; an validè maneat ordinatus; quod aliqui negant, cum non habeat potestatem ordinandi oues pertinentes ad suum Suffraganeum, nisi in negligentia sui Episcopi; & hæc hæc non adest, sed iusta denegatio Ordinis, quem iustè negat Religioso, qui dimissorias affert, non à vero Prælato; sed à non habente Prælatuam, à qua (vt dictum est) priuatus existit. N. 23

D De ordinato verò Religioso, ab Episcopo Diocesis, cui competit ordinatio, & qui admittere nihilominus voluit epistolas dimissorias priuati Abbatis, vel Prouincialis: dicendum quod verum Ordinem accepit, nempe ab Episcopo, seu Ministro legitimo, ex institutione Christi, & Ecclesiæ, & defectus dimissoriarum, nec ipsæ, intrant ita in essentia, & substantia ordinationis, & Ordinis, vt deficientibus, debeat actus annullari.

Et idem dicendum, si priuatus Prælatus; quantumuis incurta pœna priuationis, præsentet Episcopo Religiosum, per ipsum approbandum, ad audiendas confessiones.

Aliter autem esset dicendum, si N. 24
Abbas Monasterij esset simul Prælatus Ecclesiasticus villæ, seu territorij, cum potestate Ecclesiastica ordinaria, in omnibus casibus, etiam Beneficial-

bu-

bus, independenter ab Episcopo, vt Abbas sancti Facundi, & Najarenſis, & Sammonenſis, Monfortenſis, & alij Ordinis S. Benedicti in Hispania, postquam huiusmodi priuationem incurriſſent Beneficium alicui conferrent, & Canonice instituissent: nam hoc nullum eſſet, propter rationem dictam, & ſimiliter de alijs actibus, seu effectibus contentis ſupra, num. 21.

De Religioſo taliter priuato, dubitari ſolet, an teneatur ſtatim officiu, seu Præſaturam dimittere, ſiquidem legitime priuatus eſt illa. Et ratio difficultatis eſt, nam ſecundum leges ciuiles, tabeliones, & alij miniſtri Reipublicæ, imò & iudices, pœnas priuationis officiorum, ſimiles incurrunt, & etiã illi qui debitores ſunt, ratione rei acceptæ, non tenentur, nec ij ſtatim debitum ſoluere, nec illi officium dimittere ante iudicis condemnationem. Sic Caſtro, lib. 2. de lege pœnali, cap. 11. & alij, Nauarr. in Manuali cap. 17. num. 193. & 210. & de datis, & præmiſſis, notab. 55. num. 13. & cap. porro, de ſentent. ex commun. cap. Clerici, de immunitat. lib. 6. Cordub. lib. 1. quaſtionarij, 936.

Reſpondetur, quidquid ſit de profanis legibus, de debitore ſaltem hic non admittendo, poſſe licite differre ſolutionem, cum ſciat inuito domino rationabiliter detentorem eſſe rei illius.

Sed in noſtro caſu, teneri huiusmodi Religioſos Prælatos, qui incurriſſent talem pœnam priuationis officiorum, abſtinere ab exercitio, & adminiſtratione iuſtitia, & iurisdictionis Eccleſiaſtica, illis (ſpecialiter) functionibus, quæ ad regimen animarum ſpectant, vt irritandi, diſpenſandi, aut permutandi vota, & præcepta, vel leges, & exponendi Conſiſtores, iudicia facienda, & ſimiles, quæ eſſent inualida, & peccaret mortaliter.

Nota ſecundò, debere quidem cum omni ſollicitudine curare huiusmodi priuatum officio Religioſum, ad ipſi diſpenſationem, cum omni ſibi poſſibili breuitate, & medijs: non tamen tenetur dimittere officium, maxime ſi ſic reuelaret peccatum.

Tertia pœna eſt inhabilitatio ad ipſa officia, dignitates, & adminiſtra-

ationes, vt colligitur ex verbis vtriuſque conſtitutionis. Vbi notandum, teneri Religioſum qui ſic exiſtat ligatus, non admittere, nec acceptare electionem de ſe factam ad huiusmodi officia, & Præſaturas; & adhuc, ſi ſub obedientia præcepto (aliàs obligante ad mortale) non obediat, cautè diuertens ſcandalum, manebit in conſcientia ſecurus. Dixi cautè diuertendum ſcandalum, quia non deſunt colores, & decentes excuſationes ad non admittendas dignitates: fundatæ in humilitate, qua de ſe quis abiectè, & humiliter iudicans, & ſe ad honores, & ad regendum aliquos ineptum, & inſufficientem exiſtimans, recuset, & renuat Præſaturam, officium, ſeu dignitatem: & talis humilis, & modesta recuſatio, ſemper placuit, eximijs, & ſanctiſſimis antiquis Patribus Eccleſiæ.

Quarta pœna eſt, ſuſpenſio à diuinis, quam ſolus Pius V. ponit, & hæc duo includit. Primum, ſuſpenſionem ab officijs Ordinum maiorum, & minorum; ita vt non ſolum à miniſterio Presbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus; & hinc orationem in Choro ſolemniter, non poſſit dicere, & Officia celebrantis exercere non poſſit: imò nec ea quæ ex ritu Eccleſiæ diſponuntur, ſed etiã à miniſterijs Oliarij, Lectoris, Acolyti, & exorcisti manet ſuſpenſus: & ſolemniter hæc exercens, poſtquam pœnam dictam ſuſpenſionis incurrit, ſit irregularis.

Secundò etiam quod includit hæc quinta pœna eſt, ſuſpenſio ab officijs diuinis, ordinibus non deputatis, ſiue hæc diuina officia intra Eccleſiam ſiue extra Chorum exercantur: vnde hæc pœna manet quis priuatus officio canonicum in Choro Prophetias, Litanias, Reſponſoria, Lectiones, Antiphonas, & ſimilia: & extra Chorum priuantur alijs officijs diuinis non deputatis Ordinibus, vt baptizandi priuatus, præter in neceſſitate extrema, quod aliàs in nimis graui neceſſitate poſſit facere deſiciente legitimo miniſtro, & Sacerdote. Priuatur ſimiliter, ad ditione Miſſæ, hoc conferendi Beneficium Eccleſiaſticum, promulgandi, & decernendi cenſuras, ſi aliàs habeat iurisdictionem Eccleſiaſtica.

A quibus priuet pœna Eccleſiaſtica, inhabilitas.

N. 27. A quibus priuet pœna Eccleſiaſtica, que abſolutè vocatur ſuſpenſio.

N. 28. A quibus priuet pœna Eccleſiaſtica, ſuſpenſio ab Officijs diuinis Ordinibus nõ deputatis.

Caſtro.

N. 25.

N. 26.

fiaticam, & acceptandi selectionem de se factam.

Suspensus non excusat a privata recitatione hora rē Can. N. 29.

Vbi advertendum, quod per hanc pœnam, & suspensionem, manet adhuc adstrictus, qui taliter est suspensus, ad horas Canonicas recitandas, si aliàs ratione Ordinum, aut Beneficij tenetur, & hoc private.

Huiusmodi (ergo) suspensiones, illa inquam, quæ est ab officijs ordinibus deputatis, differt ab hac, quæ est ab officijs divinis ordinibus non deputatis; quod illa si violetur, inducit, & operatur irregularitatem, non, autem, ista. Qui enim hoc Officium divinum ordinibus non deputatum, v. g. acceptandi electionem de se factam, vel simile exercuerit, peccat mortaliter, sed irregularitatem non incurrit. Est communis.

De pœnis ijs restat sciendum, qui Prelatus, seu iudex habeat potestatem dispensandi, solvendi, vel absolvendi.

Pro quo sit resolutio. Ab excommunicatione maiori imposita contra mulieres ingredientes in Monasterijs, & Religiosos intraducentes, imposita iure ordinario, solus summus Pontifex (cùm sibi illam reservaverit,) per delegationem autem potest etiam absolvere, quicumque delegatam acceperit talem potestatem: vt est in primis, qui

virtute privilegij Bullæ Cruciatæ elegitur pro vna vice, Confessarius ex approbatione ab Ordinario, qui illum in casu absolvat. Sunt deinde Visitatores, & Præsidentes Congregationum sancti Benedicti, Calineasis, & Hispaniæ, ex Bulla 9. Eugenij Papæ IIII. num. 10. ea parte qua ab ipso lata fuit talis excommunicationis. Ac (prout tertius) à P. o V. & Gregor. XIII. referuntur Apostolicæ Sedi, per Bullam Martini V. de qua statim. Possunt absolvere deinde Religiosi Societatis Iesu, ex Bulla Pauli III. data Romæ die 2. Iulij, 1545. quàm ex authentico originali existente apud Collegium eiusdem Societatis Valentiæ desumptit Manuel Rodrig. & de verbo ad verbum translata addit in fine sui Codicis, de explicatione Cruciatæ, ad finem fol. 194 pag. 2. in qua conceditur Confessarijs illius sacre Religionis, quod ab omnibus peccatis, casibus, & censuris possint absolvere, etiam Sedi Aposto-

Man. Rodrig.

lica reservatis, quæ contenta non fiat in Bulla Cenz.

Vbi notandum obiter, quod quantum hoc privilegium, quod fuit expeditum anno 1545. videatur reuocatum per sessionem 23. Concilij Tridentini, quæ fuit sequentibus annis, nempe, 1563. in qua in cap. 15. decernitur, nullum Sacerdotem posse audire confessionem, nisi approbatus per Ordinarium. Tamen illa ampla potestas Societatis, virtute dicti sui privilegij Pauli III. absolvendi ab omnibus Pæpæ reservatis, non fuit per Tridentin. ablata, sed restricta, seu limitata ad solos illos Confessarios ipsius Societatis, qui approbatione ab Episcopo prius obtinissent, quod nunquam illa Religiosissima familia, nec timuit, nec recusavit.

N. Er.

Bullæ Paul. 3.

Hoc etiam dicendum est de Minoribus, & de Religionibus illis quæ habuerint communicationem, & extensionem privilegiorum, quæ alijs sunt concessa, & in posterum concedenda, quod (scilicet) de huiusmodi excommunicatione possint toties quoties absolvere Confessores (inquam) Societatis Iesu, & aliarum Religionum quæ illam communicant. Et hic modus extensionis ad privilegia concessa, & concedenda, constat ex quadam Bulla Clement. VII. pro anno 1525. quæ incipit, *Dum fructus uberis*: vt habetur apud eundem Rodrigæz in dicto Codice explicationis Bullæ, in hoc. Pro quo notanda etiam Bulla Martini V. quàm Collector privilegiorum vidisse refert apud Regium Monasterium sancti Benedicti Vallisoletanum, in qua Pontifex concedit Abbati, quod in foro conscientie possit suos Monachos absolvere ab omni excommunicatione, etiam Pæpæ reservata, & etiam dispensare in quacunque irregularitate orta à delicto, quamvis sit illius generis, quod solet sibi summus Pontifex reservare. Vnde potest dispensare in irregularitate illa, quæ oritur ex homicidio voluntario, occulto tamen, & ex magna sanguinis effusione, & membri mutilatione: cuius privilegij habent extensionem omnia Monasteria Ordinis, & aliorum, vt ex ipsorum Compendijs, & Bullarijs constat.

N. 32.

Man. Rodrig.

Notan-

Notandum maximè, & simul, quòd per hanc priuilegij, & Bulla virtutem, non possunt absoluere Prælati Religionum ab excommunicatione casuum Bullæ in Cœna Domini: de quo vide Emanuelem Rodriguez, dicto libro de explicatione Bullæ, §. 9. fol. 155. pag. 2. tit. Voto vitramarino, dubitat. 1. Et hoc debet intelligi (& explicatur in Bulla Benedictinorum) quòd homicidium hoc, de quo loquimur, cuius excommunicationis potest suos subditos absoluere, debet esse homicidium occultum, id est, quòd non sit notorium, & quòd iuridice probari non possit.

Et addendum, seu declarandum cum eodem Rodriguez, vbi supr. num. 129. ultimo §. quòd cum Rom. Pontifex non limitauerit, nec distinxerit, potest extendi hoc homicidium, de quo loquitur, ad quocumque homicidium occultum, siue voluntarium, factum à consilio, vel fortuito, & casualiter.

Vbi aduertendum, quòd (vt diximus) hic solùm fit sermo de huiusmodi absoluteione solis subditis, à suis Regularibus præstanda Prælati. Nam de absoluteione in hac, & in alijs censuris, & de dispensatione in irregularitatibus facienda secularibus, ex pluribus Bullis alibi latè; & sufficeret quòd accuratè congesit Emanuel Rodriguez in compendio Priuilegiorum.

De alijs pœnis dictarum Constitutionum, supponendum est, esse pœnas per Iura impositas, & per Ecclesiam institutas, ad mores corrigendos, solùm personas Ecclesiasticas ligantes: consistentes in ablatione officij, vel exercitij alicuius, pertinentis quidem ad Ecclesiasticum statum: & simul huiusmodi pœnas habere, quòd solùm debeant, & possint infligi per Potestatem Ecclesiasticam. De hoc vide: Egidium Choninc. libro de Sacramentis, & censuris, disputat. 13. de censuris in genere, num. 2. 3. & 4. vbi assignatur discrimen, quòd intercedit inter pœnam suspensionis, & depositionis.

Vt ergo de ijs pœnis suspensionis, priuationis, & inhabilitationis resoluamus.

A Notandum, quòd quanuis in rigore priuatio, inhabilitatio, depositio, (sicut etiam irregularitas) non sint censuræ Ecclesiasticæ, in rigorosa significatione; nec sint, suspensiones, scilicet illæ, quæ sunt secundæ speciei, ex tribus speciebus censurarum Ecclesiasticarum sunt ex communi Doctorum sententia solùm tres; nempe excommunicatio, suspensio, & interdictum, & solùm sint pœnæ Ecclesiasticæ, vt iam dictum est; tamen vocantur sæpe in

B Iure, hoc nomine suspensionis, vt notat Innocentius, in cap. finali, de excessibus Prælatorum; & ex cap. querenti, de verborum significat. tenet Abbas 1. parte, de Iudicijs: & notat Nauarrus, in Manuali Latino, cap. 17. n. 152. in fine.

Quo supposito, sic sumenda venit resolutio. Potest à suspensione à Diniis absoluere Generalis, Abbas, Prouincialis, & quicumque alius Prælati Regularis, habens, seu exercens in suos subditos Regulares potestatem quasi Episcopalem, iure ordinario, delegato, aut ex vi priuilegij, toties quoties contigerit esse necessarium, cum sit censura ex tribus.

C Probatur primò. Quia in constit. Pontificum Pij, & Gregorij, non reseruatur Papæ ista suspensio, seu censura, de qua in præfenti loquimur; cum etiam, quia ex priuilegio concesso per ipsum Pium Quintum, die secunda Iunii, anni 1571. vt habetur in fine libri explicationis Bullæ, apud eundem Emanuelem Rodriguez, conceditur Prouincialibus, & Prioribus Conuentualibus, vt possint suos subditos Regulares in foro conscientie absoluere in peccatis, & in irregularitatibus dispensare, vt Episcopi suos. Cuius Bullæ priuilegio gaudent quicumque habent communicationem priuilegiorum: & sic de hoc priuilegio participant Prouinciales, imò & singulorum Monasteriorum Prælati, seu Priores Conuentuales, Ministri, Guardiani, Rectores, seu quocumque alio nomine nuncupentur. Et citat Pontifex in ista Bulla Concilium Tridentinum, in his verbis. *Quia sacrum, æccumenicum Concilium generale Tridentinum concessit Episcopis, vt absoluere possent*

E Et

N. 34.

Innocent.

Abbas.
Nauarr.

N. 35.

N. 33.

Egidius
Choninc.

in foro anime seu conscientie, ab omnibus peccatis, & dispensare in irregularitatibus (prout sess. 24. cap. 6. habetur) ne Prior Conventualis, & superiores Pralati dicti Ordinis, &c. in hac parte deterioris conditionis, quam Clerici, aut seculares existant, &c. eisdem Priori, &c. ut ipsi per se ipsas idem omnino possint in Fratres, & Moniales dicti Ordinis, sibi subditos, tam quoad absoluendum, & dispensandum huiusmodi, quam alias quasunque facultates, eisdem auctoritate, & tenore, etiam perpetuo concedimus. Et facultas ampia, data in Concilio Tridentino, loco citato, Episcopis in hac parte, cognoscitur ex ipsius Concilij verbis, quæ talia sunt. Licet Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto, &c. Ex quo constat, quod Regularium pralatis participantibus privilegium Bullæ istius Prædicatorum, conceditur potestas, de qua loquimur, nam habent Episcopi talem facultatem, ut ex relatis verbis Tridentini constat.

N. 36.

Resolutio. A pœna inhabilitatis, & privationis officiorum possunt liberare, & in illis dispensare, v. g. cum Religioso sibi subdito, qui occultè mulierem introduxit, aut eam admisit in Monasterium, Pralati Regulares, qui habeant potestatem quasi Episcopalem.

Et probatur ex doctrina Innocentij, supra num. 3. allata, quod scilicet sub nomine suspensionis intelligi possunt istæ pœnæ. Et pro plena, & omnimoda quiete conscientiarum (specialiter pro Benedictinis) Religiosorum extat illa ampla, & generalis absolutio, & dispensatio, facienda semel in anno, primo die Lunæ, qui fuerit Quadragesimæ, quam Paulus Papa Tertius per quoddam viæ vocis oraculum, de quo fidelem facit Episcopus Sabinensis S. R. E. Cardinalis, tituli quatuor Coronatorum, quod dictus Pontifex, die decimaquarta mensis Aprilis, anno 1444. Congregationi sancti Benedicti Hispaniæ, olim Vallisoletanæ concessit, & Abbatibus, Prioribus, Præsidentibus, ut singulis annis, prima die Lunæ Quadragesimæ possint ab-

A solvere omnes utriusque sexus sibi subditos, ab omnibus eorum peccatis, ac censuris, aliisque pœnis propterea incurris, etiam in casibus quantumcumque Sedi Apostolicæ reservatis. Idem etiam Pontifex, sequenti anno 1445. die duodecima mensis Martij, per semetipsum, hoc eodem motivo, & desiderio quietandi conscientias, concedit eisdem Abbatibus, & alijs Pralatis eandem potestatem absoluendi ab omnibus peccatis, & dispensandi in omnibus irregularitatibus, pœnis, & censuris, quas incurrerint subditi, etiam Sedi Apostolicæ reservatis.

B Sed dubitari solet, pro complemento huius prohibitionis, quantum sint Monasteria virorum, quibus ingressus mulierum prohibetur. Et ratio dubitandi est: quia in aliquibus Religionibus Ecclesiæ, nempe sancti Benedicti Congregationibus, scilicet sanctæ Iustini in Italia, Cisterciensi (sancti Bernardi nuncupata) & Congregatione Benedictinorum Hispaniæ, sicut quæcumque Abbatis, seu Monasterium Abbatiale principale, seu independentis ab alio, participat perfectè essentiam Reipublicæ, cum apud se, & intra semet ipsam habeat omnimodam potestatem, gubernativam videlicet, politicam, & administrativam, ad gubernandum, & iudicandum res, causas, & personas, & administrandum bona, quæ iure ordinario residet apud Abbatem, sicut & quælibet Provincialis in omnibus, & singulis Monasterijs suæ Provinciæ: sic huiusmodi Abbatie, plures saltem, habent aliqua Monasteria eiusdem Religionis, & instituti, subiecta sibi, & unita, quæ in multiplici sunt differentia: quædam sunt Abbatis filiationes, quales sunt Sancti Mancij, prope Methimnam ad Riuem siccum, Sancti Bartholomæi in villa Methimnæ, quæ duo subduntur Regio Monasterio Sancti Benedicti de Sahagun; & Sanctæ Mariæ de Misericordia, in villa de Fromesta, cum duobus alijs talibus filiationibus Abbatij, quas habet Regium Monasterium Sancti Benedicti Vallisoletani; & alia huiusmodi Monasteria.

N. 37.

Alia

Innocent.


Alia sunt Monasteria vnica, seu annexa, inter quæ est triplex differentia adhuc, quod quidam sunt Prioratus; & cum prius fuissent Abbatia, auctoritate Apostolica, lege Prioratus vnica sunt, & conseruauerunt formam, & obseruationem competentem. Secundi generis sunt alij Prioratus, qui nunquam Abbatia fuerunt; sed occasione alicuius Parochie alicui Monasterio principali vnica, ad curam animarum, collectionem fructuum, & administrationem sacramentorum, seu ad aliquod opus pium, v.g. hospitium, susceptionem, aut curationem, consueuerunt deputari aliqui duo, vel tres Religiosi; vnus pro principali, & alij, qui sint so-

A cij. Et tandem Prioratus solent vocari grangia, in quibus constituuntur vnus, vel duo Monachi, ad beneficium, & administrationem.

Quo supposito, responderetur. In Abbatibus filiationibus, quæ tale esse Monasteriorum conseruant, & Monachi quieti, & ministerijs status, ex generalibus legibus, & specialibus ordinationibus Abbatis principalis adstringuntur, obligant dictæ Pontificum Constitutiones, & pœnæ. Non autem in quibuscumque Prioratibus, & grangijs, in quibus solum statuta generalia, & particularia sub pœnis legitimè impositis obligabunt.

Finis Tractatus decimi.





TRACTATUS

VNDECIMVS.

De Monialium clausura,

HABET DVO CAPITA.

Caput primum. De Reclusione ipsarum Monialium.

Caput secundum. De Reclusione Monasteriorum Monialium.

CAPVT PRIMVM.

De Reclusione ipsarum monialium.

HABET OCTO QVÆSTIONES.

Quæst. 1. Quo iure sit inducitur Mo-
nialibus clausura obligatio.

Quæst. 2. Utrum Concilium Tri-
dentinum, & iura citata po-
tuerint obligare ad seruandam
clausuram, feminas Religio-
sas illas, quæ nec voto clausuræ
se adstrinxerant, nec ex sua Re-
gula, aut professione, aut alio
modo?

Quæst. 3. Utrum contrarius usus
potuerit vim præceptorum, &
censurarum, quæ in Decretis, lu-
ribus, Bullis prædictis, & Con-
cilio continentur, euacuare?

Quæst. 4. An licentia, quam con-
cedi Prælatus, debeat dari in
scriptis, & à quo Prælato, &
quibus?

Quæst. 5. An prædictæ constitutio-
nes obligent etiam Nouitias.

Quæst. 6. An liceat Monialibus,
de Monasterio egredi, propter
alias causas, præter eas, quas
exprimit Bulla Pij V. data
1569. Ut num. 2.

Quæst. 7. Utrum has censuras, in
hac Bulla ultima anni 1569.
contentas, contra contraueni-
tes, incurrant quicumque Mo-
nialia.

nialem è Monasterio egressam
comitantur, aut excipiunt?

Quæst. 8. Utrum si aliqua Monialis
faceret Professionem, cum
hoc expressa conditione, ut non
teneretur ad clausuram, & quod
ad illam non possit adstringi,
hoc non obstante possit obligari
ad seruandam clausuram?

QVÆSTIO I.

Quo iure sit inducta Monialibus clau-
sura obligatio.

N. 1.

Fœmine
solènter
professe,
ex iure
ad clausu-
ram tenentur.

Tridët.

Respondetur in primis, notan-
do loca Iurium, in quibus dis-
ponitur, quod Religiosæ fœ-
minæ clausuram seruent. Nā
quanuis fundari possit in ipsa obliga-
tione seruandi vota essentialia, statum
Religionis constituenta, præcipuè ca-
stitatis votum; præceptum speciale est,
& specialis introductio, quod sic, &
non aliter, quam uouendo clausuram,
sit vera professio, & ex pacto obliga-
tio illa seruandi clausuram confurgit.
Sic ex cap. periculosa, de statu Mona-
chorum, in 6. ubi. *Sancitur, quod femi-
na tacite, vel expresse professa, cuius-
cunque Religionis, vel Ordinis fuerint,
perpetuam clausuram in suis Monaste-
rijs seruare debeant; ita ut nulli exire
liceat ex quacunque ratione, aut causa,
nisi tanto, & tali morbo euidenter la-
boret, ut cum alijs Monialibus, absque
grauissimo periculo, vel scandale com-
morari nequeat.* Hæc ibi. Deinde in
Concilio Trid. sess. 25. de Regul. p. 5.
renouatur hæc eadem constitutio, quæ
est Bonifacij Octau. & ex Concil. Ca-
bil. 2. c. 57. n. 2, & 63. ubi vniuersis Epi-
scopis, sub obtestatione diuini iudicij,
& interminatione maledictionis æter-
næ præcipit, ut in omnibus Monaste-
rijs sibi subiectis, ordinaria, in alijs ve-
rò, Apostolica autoritate clausuram
sanctimonialium, ubi violata fuerit, di-
ligenter restitui; & ubi inuolata est,
conseruari maximè procurent: inobe-
dientes, ac contraditores, per censu-
ras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, qua-

Acumque appellatione postposita com-
pescentes; inuocato etiam ad hoc, si o-
pus fuerit, auxilio brachij secularis:
quod auxilium ut præbeatur, oranes
Christianos Principes hortatur sancta
Synodus, & sub excommunicationis
pœna ipso facto incurrenda, omnibus
Magistratibus secularibus iniungit. Et
post subdit. Nemini Sanctimonialium
liceat post Professionem exire de Mo-
nasterio, etiam ad breue tempus, & sub
prætextu quocunque, nisi ex legitima

B causa ab Episcopo approbata, indul-
tis quibuscunque, &c. Item Pius V.
anno 1566. edidit aliam constitutio-
nem, cuius initium est, *Cura pastoralis,*
in qua renouit decretum Bonifacij 8.
& Tridentini Concilij: & ait, quod *Si
aliquæ Moniales forsan, qua consuetu-
dine etiam immemoriali, instituto, vel
fundatione Regule, animo obliuato,
huic clausura reluctentur. Ordinarij
locorum vnâ cum Regularibus Prela-
tis, &c. De mulieribus Tertiarijs om-
nium Ordinum, quæ solemne votum
emiserint, idem præcipit.* Et deinde

C anno 1569. in alia constitutione, quæ
incipit, *Decoris: sic. Sancimus, nulli
Prelatarum, seu Monialium, etiam
Carthusiensium, Cisterciensium sancti
Benedicti, Mendicantium, vel non, &
aliorum Ordinum Militarium, sta-
tutum, graduum, & conditionum, etiã
Regia profapia, licere exire, nisi ex cau-
sa magna, incendij, vel infirmitatis le-
pra, aut epidemie que tandem infirmi-
tas prædictorum Ordinum Superiores
quibus cura Monialium incumberet,
perspecta cum Ordinario loci, quanuis
aliis exemptis existant, & in scriptis
approbata: & tunc solum pro tempore
necessario præcisè existeret extra Mona-
sterium, aliter autem, quàm præfertur,
egredientes seu licentiam quomodo docun-
que cõcedentes, &c. Nec non tales Mo-
niales, quando egrediantur, comitâtes,
ac illarum receptatrices personas, siue
laicas aut seculares, vel Ecclesiasti-
cas propinquas, cõsanguineas vel non,
excommunicationis maioris lata sen-
tentia vinculo, statim eo ipso, absque
aliqua declaratione subiaccere, & cõtra
Superiores licentias, aliter quàm præ-
fertur concedentes, alijs pœnis procedit
Pontifex.*

D *Regia profapia, licere exire, nisi ex cau-
sa magna, incendij, vel infirmitatis le-
pra, aut epidemie que tandem infirmi-
tas prædictorum Ordinum Superiores
quibus cura Monialium incumberet,
perspecta cum Ordinario loci, quanuis
aliis exemptis existant, & in scriptis
approbata: & tunc solum pro tempore
necessario præcisè existeret extra Mona-
sterium, aliter autem, quàm præfertur,
egredientes seu licentiam quomodo docun-
que cõcedentes, &c. Nec non tales Mo-
niales, quando egrediantur, comitâtes,
ac illarum receptatrices personas, siue
laicas aut seculares, vel Ecclesiasti-
cas propinquas, cõsanguineas vel non,
excommunicationis maioris lata sen-
tentia vinculo, statim eo ipso, absque
aliqua declaratione subiaccere, & cõtra
Superiores licentias, aliter quàm præ-
fertur concedentes, alijs pœnis procedit
Pontifex.*

E

N. 2.
Pius V.

N. 3.

Est ergo resolutio affirmatiua, esse per iura inductam clausuram Monialibus: quod ex ijs locis Concilij, Iuris, & Pontificis relatis constat. Cum occasio iustificationis huius prohibitionis rigida, non parcentis propriae vitae cuiuscumque Monialis; quanuis enim propria, & particularis vita infirmæ Monialis periclitetur, dummodo ex ipsius infirmitate (vtpote contagiosa) reliquis nocere non possit, prohibeatur, & non licitus iudicetur egressus.

Possit disputari hic, an liceat alicui, mortificationis causa, sic prodigere suam incolumitatem, & vitam, vt excusetur à iuseptione medicinae, à Medicis vnice utilis iudicata ad infirmitatem; vt exemplum præbait viro- rum poenitentium austeritas erga seip- sos, qui vt passiones effervescentes, & carnem domarent, infirmitates, dolores, vlcera, ad imitationem Christi per- tulerunt, & ad ostentandam hilaritatem animi, & promptitudinem, qua pro ip- so patiebantur: & quod hoc non sit teatate Deum, vide Sairum lib. 4. clauis Regiæ, c. 7. dub. 12. n. 12. fol. 253. col. 1. Adest huic doctrinae, sanctorum Monachorum, Doctorum simul auto- ritas; vt Bernardi, qui in epistola ad quosdam Monachos, qui de situ Mona- sterij infirmo, dolentes suis continuis habitualibus infirmitatibus, pharma- cis continuis utebantur. Reprehendit hos Bernardus, obijciens, quod sibi frequentia hac mederi, & prouideri de- decebat imitatores Christi, & statum Religiosi ad perfectionem contendenti- tis. Limitat hanc doctrinam Nauarrus, scilicet, quod tunc medicinam liceat recusare, quando ex non accipiendo non sequatur de proximo inuolabili- ter, euidenter, & immediate mors: vt si sit suppressio vrinae, lateralis dolor, & euidentia medica, & Medicorum man- dato balneus, vel sanguinis euacuatio iudicentur conuenientes, vtilis, & ne- cessarij, si quis patiens non ac-

quiesceret: quod in tali casu non lice- ret.

Sairus.

Bernard.

Nauarr.

QVÆSTIO II.

Vtrum Concilium Tridentinum, & iura citata potuerint obligare ad seruandam clausuram fœminas Religiosas illas, quæ nec voto clausuræ se ad- strinxerunt, nec ex sua Regula, aut Professione, aut alio modo?

N. 4.

Respondetur, & sit prima resolutio affirmatiua. Probat. Potest quæcumque Religio in suo Capitulo generali, imò & quicumque Prælatus ponere præceptum de rebus conductibus ad obseruationem votorum essentialium, & etiam ad obseruationem, & decentiam status Religiositatis: ergo a fortiori summus Pontifex, qui est vniuersalis Prælatus; & Concilium, quod est tota Ecclesia simul, potiori iure poterunt præcepta ponere super obseruationem clausuræ, quæ tam præcisè necessaria est, præcipue in fœminis, ad obseruandum votum castitatis. Consequentia probatur, seu confirmatur ratio proposita. Primò, quia nulli est dubium, posse omnibus modis sibi possibilibus, Matrem, & Dominam domus recludere, & in maxima custodia, & clausura continere famulas, filias, & ancillas, & de facto facere vitandis periculis violandi pudicitiam, & propter decentiam specialis status, & dignitatem illius specialis, & priuatæ familiæ. Ergo hoc non videtur denegandum Matri Ecclesiæ, erga filias, quibus plura incommoda, & pericula, contra essentialia castitatis votum, & alias obseruationes regulares, ex egressionibus à Monasterio pararentur.

Secundò probatur ex autoritate; est enim nostra resolutio, communis Doctorum opinio: & post multas rationes grauissimas, quas affert Miranda, affirmat se à fide dignis audisse, oculatis præsentibus testibus disputatum ex professo, & tractatum late in Concilio Tridentino, an Ecclesia hoc potuerit præcipere, & quod vnanimi Patrum consensu fuisset acclamatum, & posse, & conuenire hoc imponi præceptum: & certè nulli potest esse dubium, quod duo, quæ præcipiuntur in hoc capite 5. §. Concilij; primum scilicet, quod

Monia.

Miranda.

Moniales non egrediantur, postquam vota essentialia emiserunt: & lectum, scilicet, quod nulli personæ liceat, cuiuscumque conditionis existat, ingredi intra claustra Monasteriorum Monialium, & conuenire, tum ad modestiam, honestatem, studiosam, & ingenuam conuersationem, tum ad securum, seruandum votum castitatis, & quod utrumque potuisset validè etiam præcipi ab Ecclesia, imò & à quocumque Prælate, respectu suorum subditorum.

QVÆSTIO III.

Utrum contrarius usus potuerit vim præceptorum, & censurarum, quæ in Decretis Iuribus, Bullis prædictis, & Concilio conueniuntur, euacuare.

N. 6.
Azor.

Respondetur, & sit nostra resolutio affirmatiua; cum Azor i. tomo institut. moral. lib. 13. cap. 9. dub. 1. Et ratio est. Nam fieri potest, ut Constitutiones Pij Quinti, & etiam Decretum Concilij Tridentini non sint alicubi usû receptæ, & ita in eo loco vim non habebunt, quia non sunt usû receptæ. Et addidit iste Autor, quod in huiusmodi Moniales ibi ad clausuram uat altringendæ, esse cogendas, & compellendas ad talem clausuram seruandam, nequa aliqua constitutione Pontificia, quæ consuetudinem contrariam præxistentem abroget. Vbi aduertendum, quod si in illa regione, aut loco antè Concilium derogata fuerit per non usum, vel non fuerit recepta dicta constitutio Bonifacij VIII. sequitur, ut illic Moniales ad clausuram seruandam minime teneantur, nisi autoritate Episcoporum, aut aliorum Superiorum ad illam compellantur; quod (ut vidimus) fieri posse, & debere certum est. Hæc Azor, loco citato; quanuis F. Ludouicus de Miranda, omnes Moniales nunc obligandas ad clausuram seruandam, asserat, non obstante contraria quocumque usu; sed in re non dissentit à nostra resolutione, nec doctrina allata.

Azor.
Miranda.

A QVÆSTIO IV.

An licentia, quam concedit Prælatus, debeat dari in scriptis, & à quo Prælate, & quibus?

N. 7.

Summa venit resolutio, & ex ipsa Bulla Pij Quinti resultat responsio, ad utramque partem quæstionis: Ex Bulla enim constat utrumque, & quod licentia debeat in scriptis dari, & quod si Moniales sint subiectæ Ordinario loci, huius solùm licentia sufficiat; tamen si Prælate Regulari subditæ sint Moniales, ultra Prælati Regularis licentiam, requiratur etiam Episcopi, vel Ordinarij loci licentia, quæ etiam in scriptis concedatur. Sic communiter Auctores, & ex professo Hieronymus de Leiva Archiepiscopus Montis Regalis, in suo examine Episcoporum.

QVÆSTIO V.

An prædictæ constitutiones obligent etiam Nouitias.

Negatiuè respondetur. Nam Concilium Tridentinum, & constitutio Bonifacij Octauæ, loquuntur de Monialibus expressè, vel tacitè professis.

N. 8.

Et si dubites, an in Constitutionibus dictis comprehendantur Abbatissæ, Priorissæ, vel aliæ Monialium Prælatæ? Respondetur, comprehendantur non obstante, quod nomine Monachi non intelligitur Abbas in odiosis, & quod sic videretur dicendum de Prælatissæ, seu Abbatissæ sceminarum; nam diuersa reperitur ratio inter Abbatem, & Abbatissam, quantum ad gaudendum, vel non gaudendum hoc privilegio: quo eximatur Abbas ab ijs, quæ odiosa sunt in statu Monachali, quem habet, nec comprehendatur in rigorosis statutis nomine Monachi, cum Monachus appelletur ad fauores: Abbatissa enim, & Prælatissa sceminarum comprehenditur in ratione, qua illud Monialibus iniungitur, clausura scilicet; quæ quidem (ut constat) tam necessaria est ad obseruationem voti castitatis, in Priorissæ, & Abbatissæ, quam in alijs scemijs Religiosis subditis: & Abbas

in Ecclesia habet gradum dignitatis, excedentem statum ipsum Religionis, in quo persistunt reliqui Religiosi, & Monachi, qui ad illum non peruenerunt: habent enim Prælati, & Abbates (vt infra suo loco, de obedientiæ voto agentes dicemus) potestatem non solum domesticam, seu economicam, vt patres familias in domesticos, Parochus in suos Parochianos, Abbatissæ, seu Prælatæ feminarum in Moniales, sed etiam politicam, ordinariam, & quasi Episcopalem, quæ illis singularis est.

QVÆSTIO VI.

An liceat Monialibus de Monasterio egredi, propter alias causas, præter eas, quas exprimit Bulla Pij Quinti, anno 1569. vt num. 2.

N. 9. **R**espondetur, & sit resolutio affirmatiua, cum Nauarro, c. de Regularibus, num. 48. & Bulla 2. Pij Quinti anno 1569. Primo scilicet, tempore, vel occasione incendij Monasterij, vel Populi, quando vnde quaque ignis minetur proximè Monasterium, & iam iam penè occidat egressum, si differatur. Secundo, causa lepræ, quæ plures potest inficere sodales. Et tertio, causa epidemæ, seu pestis grassantis in Monasterio manifeste, & quæ plures attigerit; vbi reliquæ, quas minatur, & non tetigit, licitè possunt exire, vt certum periculum euadant, approbata causa, vt dictum est. Præter hos ergo casus (ait Nauarrus, possunt exire Moniales. Primo, si bellum ingruat, vt hostes Moniales euadant. Secundo, si talem morbum Monialis patiatur, qui quantum non sit inficiens, nec contagiosus reliquis sodalibus, iudicetur à Medicis, infirmam (si non exeat) ex illa infirmitate morituram; & horum duorum casuum est causa, & ratio eadem: nam iura, & leges humanæ non obligant tam seuerè, vt ad mortis periculum inducant. Et tertio, causa exeundi est, si Monialis eligatur, seu postuletur in Prælatam alterius Monasterij: & hoc semper debet fieri cum prædicta licentiâ; in alijs vero omnibus casibus,

A si pericula euidenter non insent. Sed hanc secundam causam exeundi, pro vitanda propria infirmitate, & tuenda vita, & incolumitate, non omnes admittunt, vbi iura non explicuerit aliter consuetudo.

QVÆSTIO VII.

Virum has censuras in hac Bulla vltima anni 1569. Pij V. contentas contra contravenientes, insurrant quicumque

B *Monialem de Monasterio egressam comitantur, aut excipiunt?*

Hæc respondendo sit nostra resolutio. Non incidunt in illa excommunicatione, qui in aliqua sibi oblata occasione compulsi, extrema, vel grauissima necessitate alicuius Monialis, quæ v.g. egressa procedit de Monasterio, illam vel comitentur, vel hospitentur, aut domi excipiant, ad tuendum illius vitam, vel famam. Hanc tenet Nauarrus, vbi sup. num. 51. secus autem si quis conscius de leuitate, & animo resolutio Monialis exeundi illi citè de Monasterio non dissuadeat; sed tacitè, vel expressè insinuet, se illi suum fauorem, & auxilium non negaturum, si à Monasterio egressa ad se cõfugiat; taliter, inquam, quod si tale non expectaret Monialis, de Monasterio non exiret: hoc enim intendit Papa in dicta constitutione, anni 1569. vt in fine numeri 2. in illis verbis videre est. *Nec non illas comitantes, excommunicationis maioris.*

N. 10.

Nauarrus.

QVÆSTIO VIII.

Virum si aliqua Monialis faceret professionem, cum hac expressa conditione, vt non teneretur ad clausuram, & quod ad illam non posset adstringi; hoc non obstante possit obligari ad seruandam clausuram?

Respondetur, & sit resolutio; quod si admittatur semel, illam Monialem taliter profitentem, habuisse intentionem profitendi, & esse realiter Professam, posse quidem obligari, & adstringi

N. 11.

adstringi ad seruandam clausuram; nã talis conditio est quasi non apponita. Secus tamen esset si professio non fuisset valida; quod contingeret, si talis Monialis nollet realiter profiteri quando professionem emisit, & esset quasi suspensa professio. Certum est enim quod si voluit professione ligari, & voluit simul dictam conditionem sibi seruare, reuera manet professa, & obligari potest ad seruandam clausuram: & ratio est quia inepte apponita fuit talis con-

ditio, tum quia cum illa intendebat euertere & annullare id quod pacificebatur cum Religione, quæ nisi clausuram vouentem nec acceptabat; tum quia auferre curabat à Religione potestatem economicam. Quæ sicut mater prouideret de voto castitatis absolute emisso seruando, & potestatem gubernatiuam, politicam simul ad statuendum sub peccato, & sub nullitate professionis, quod professio aliter facta esset nulla.

CAPVT SECVNDVM.

De Reclusionione monasteriorum monialium.

HABET QVINQVE QVÆSTIONES.

Quaest. 1. Utrum impositum sit præceptum generale, & censura obligans omnes vtriusque sexus personarum, ne ingrediantur in Monasterijs Monialium?

Quaest. 2. Utrum huiusmodi præcepta, & censura sint abrogata per non usum.

Quaest. 3. An liceat ingressus ad Monasteria Monialium medicis, Chirurgi, fabris, & alijs huius generis hominibus.

Quaest. 4. Utrum liceat Episcopis, & alijs superioribus Religionum dare facultatem, ut admittantur in Monasterijs Monialium educationis titulo puella, & etiam alia ob alias causas?

Quaest. 5. Utrum liceat, Prælati dare licentiam, ut ancille se-

culares recipiantur, ut seruiant communitati, vel etiam alicui Moniali in particulari?



Supponendum primò (id quod supra dictum est) potuisse imponi præceptum, & censuram comprehendentem omnem personam vtriusque sexus, & cuiuscunque qualitatæ, & conditionis, ne ingrediantur clausuram Monialium.

Supponendum secundò, per clausuram Monasterij Monialium, intelligi claustra, & officinas interiores Monasterij: & vt explicuit de hoc per schedulam inter legendum interrogatus Salmanticæ Sapientissimus Magister Ioannes Alfonso Curiel, Primarius Theologiæ in illa Vniuersitate Professor; & celeberrimus in orbe ijs temporibus: *Illæ est clausura Monialium quantum ad præsens institutum interdicta (scilicet) qualibet Monasterij pars, vbi licitè Moniales egredi possunt.*

Ex quo colliguntur duo: primum, quod

N. 1.

N. 2.

Curiel.

N. 3. quod quædam receptacula quæ solent esse iuxta portam regularem Monasteriorum Monialium, quæ vulgari sermone appellantur, *Recibimientos*, esse verè, & propriè clausuram Monasteriorum Monialium, nec ibi seculares seu quomodolibet exteras personas posse illuc intrare: Secundum quòd Ecclesiæ Monialium non sunt quantum ad præsens institutum clausura, nec externis personis interdictæ, cum per Bullas Pontificias prohibitus sit ad illas egressus Monialium: vnde sit.

QVÆSTIO I.

Virum impositum sit Præceptum generale, & censura obligans omnes vtriusque sexus personas, ne ingrediantur in Monasterijs Monialium?

N. 4. **R**espondetur, & sit nostra resolutio affirmatiua, quòd constat ex constitutione Bonifacii Octauæ, de statu Reg in 6. & ex Concilio Tridentino, sess. 25. de Regularibus, cap. 5. vbi hæc sunt formalia verba: *Ingrèdi intra septa Monasterij nemini liceat cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrendæ. Sane autem tantum Episcopus, vel superior licentiam debet in casibus necessarijs. Neque alius vllò modo possit etiam vigore cuiuscunque facultatis, vel indulti, hætenus concessi, vel in posterum concedendi. Intellige Episcopum in Monasterijs sibi immediate subiectis, vel Summo Pontifici, item Prælatos Regulares in suis.*

N. 5. **Siluester.** Vbi nota, & sit secunda resolutio. In sede vacante potest hanc licentiam concedere Capitulum, quòd probat Episcopi succedit, & est communis opinio.

QVÆSTIO II.

Virum huiusmodi præcepta, & censura sint abrogata per non usum.

N. 6. **R**espondetur, & sit resolutio affirmatiua; sicut ad similem quæstionem, & tertiam in numero in præcedenti capite. Quod scilicet, vbi usus, & consuetudo adsint sub illius obseruantia, illi non præiudicando est intelligendum.

B Quo supposito, dico non facile dammandum esse usum aliquorum Monasteriorum Monialium Ordinum Militariarum, in quibus cum sola licentia Priorissæ ingrediuntur non solum mulieres, sed etiam viri: vt apud Monasterium sancti Ioannis Zamorense, & sanctæ Crucis Vallisoletanum; cum enim huiusmodi Monasteria gubernentur plerumque per grauissimos, & Doctissimos viros Consilij Ordinum, vel per tales viros ab ipsis electos, & approbatos, quibus latere non est credendum dictas prohibitiones, & tandem in huiusmodi usu consentiant, credi debet, vel quòd has constitutiones nunquam in talibus Religionibus admiserint, vel quòd gaudeant aliquo privilegio exemptionis. Idem iudico dicendum de Monasterio sancti Quirici Vallisoletano, Monialium Ordinis Cisterciensis, subiecto olim Abbati seu

D Præsidenti Monasterij sancti Benedicti Regalis Vallisoletani Congregationis Hispaniæ pleno iure, vsque ad annum 1632. in quo Ordinatio loci se subiecerunt Moniales, ab obedientia antea præstita dicto Monasterio, & Abbati: ab ipso Abbate absoluta, & dimissa. In quo quidem Monasterio vidi, & peramisi, secundum immemorabilem præexistentem consuetudinè, vt mecum octo, vel decem Monachi, tempore receptionis, vel & acceptationis habitus, & professionis alicuius Monialis, ad Vesperas præcedentis diei, & ad Missam maiorem sequētis ingredirentur. Et idem dico de alijs similibus vrbibus: cum Ioanne Azor. tom. 1. institutionum Moralium, libr. 13. c. 8. q. 2. quæ multis multi alij, & Miranda inde sagris Monialibus, art. 3. oppositum sentiant,

Monasterium Monialium, sancti Quirici Vallisoletani, subiectum pleno iure, Monasterio sancti Benedicti Vallisoletani, vsq; ad annum 1632.

Azor. Miranda.

tiant, scilicet quòd absolutè loquendo talis vsus, vel similes potius naturam abusus, & corruptelæ quam vsus, & consuetudinis videantur participare; pro ijs sit secunda resolutio.

N. 7.

Cam secura conscientia Religiosi illi quos Prælatus ille iubeat in Monasterijs illis ingredi, vbi talis sit consuetudo, temporibus consuetis, possunt intrare.

Licitum est obedire Prælato, vbi non est euidens, & euidenter, vel iniquè præcipere.

N. 8.

Probat, quia secundum communem regulam semper est obediendum Prælato, vel saltem licet, dum non apparet euidenter esse peccatum, quod præcipit, vel cum euidencia cognoscitur cum ignorantia præcipere.

Tertia resolutio probabile est tuta conscientia cum licentia quidem legitima, posse quemcunque in dictis Monasterijs Monialium ingredi, quamuis non adesset Prælati præceptum. Probat, quia hunc vsum probauere doctissimi, & grauissimi Religiosi, & videntibus quidem Prælatis, à quibus quandoque (vt vidi) ad intrandum in dictis Monasterijs Monialium in occasionibus dictis non præceptum, sed licentiam, ad ingressum nominatos, & post assignationem, & intra cum sancto, & studioso sine, v.g. vt consobrina, sororis, vel cõsanguineæ cellam, supellectillè, an sufficientia, & accommodata existerent, iudicarent, & de necessarijs prouiderent, aut si in cella infirmarum iaceret monialis aliqua, hac occasione visitasset, aut alijs similibus licitis causis.

N. 9.

De Monialibus quidem sanctæ Claræ, & Conceptionis sub familia Franciscana contentis, cum Miranda est nostra quarta resolutio.

Miranda.

In Monasterijs harum nullus potest intrare sine licentia Summi Pontificis, exceptis illis de quibus fit mentio in Regula sanctæ Claræ edita per Urbanum, & contentis in constitutionibus Benedicti 12. Probat: nam sic statutum esse (ait Miranda) per Martinum Quintum, quem adhuc non vidi, & credo referentem.

(?)

QVÆSTIO III.

An liceat ingressus ad Monasteria Monialium Medicis, Chirurgis, fabris & alijs huius generis hominibus?

Respondetur, & sit resolutio prima. N. 10.

Est resolutio affirmatiua: tenet Nauarrus, quem sequitur Azor, vbi sup. dub. 6. & explicatur, nam duo requiruntur ad hunc licitum ingressum causa, scilicet legitima, & licentia Episcopi, vel Prælati illius Monasterij: vbi aduertendum maximè, quòd licentia, quæ ad tales ingressus est necessaria; nõ requiritur, quòd sit pro qualibet vice, sed in generali in initio anni, vel alio simili modo, quòd certum iudico; impossibile enim foret pro singulis casibus, qui quidem frequentissimè in euitabiles, & cõtingentissimè se offerunt, Prælatum adire; vnde mihi placet,

C quòd Ioannes de la Cruz, in Epitome de statu Religionis, lib. 1. cap. 5. D. 1. concl. 3. posse scilicet Prælatum concedere in scriptis hanc licentiam generalem, committendo Abbatissæ, quòd quando talis casus, & occasio se offerat vtendo licentia sibi (quasi in administratione commissa) permittat Medicum, seu similiter necessariam personam, Monasterio, vel particulari Moniali ingredi, quoties necessarium videatur, & non requiri adhuc voluntatem talis Prælati expressam in ijs dictis casibus, nec verbo tenus prolatam, sed sufficere præsumptam, & interpretatiuam, quòd est iuxta Doctrinam, D. Thom. 2. 2. quæstion. 147. articul. 4.

*Ioann. de la Cruz.***D**

vbi ait: *Non requiri superioris dispensationem, quando causa non seruandi legem est euidens, aut superior adiri non potest, maximè si consuetudo ita habeat, & hoc placet Nauarr. cap. statuimus, num. 6. &*

D. Tho. Nauarr.

tenet Miranda de Monialibus, quæst. 2. art. 2.

conclus. 2.

(:)

QVÆ.

QVÆSTIO III.

Virum liceat Episcopis, & alijs superioribus Religionum dare facultatem, ut admittantur in Monasterijs Monialium educationis titulo Puella, & etiam alia, ob alias causas?

N. 11.

Declaratio Cardinalium

Quoniam mulieres admitti possint in Monasterijs feminarum.

Prima resolutio est affirmatiua, & probatur, nam hoc non est prohibitum in Decretis Concilij Tridentini, nec alijs Apostolicis constitutionibus, & per consequens, nisi per particularia Religionis illius statuta hoc sit prohibitum, licet: vel si prohibuerit vsus contrarius immemorabilis, aliàs est certum, & sine dubio posse recipi puellas huiusmodi: & sic declaratum est per Cardinales Sacri Concilij Tridentini interpretes, qui declarant. Idem esse intelligendum de puellis, quæ ob egestatem domi suæ tuto degere non possunt, & forte illis ea conditione alimenta præstentur, ut in Monasterio constituantur, idem dicendum etiam de Virginibus, quæ delectæ sunt ex Collegijs, seu Domibus fundatis in populis (pietatis gratia) ad educandum puellas, & alendum, donec idonea se offerat occasio eas in matrimonium constituendi: Par etiam est ratio de puellis parentibus destitutis, iusta, & competenti dote carentibus. Et etiam de viduis, quæ honestatis causa in Monasterijs se ab de re curant. Imo, & de coniugatis, si aliàs illarum vita periclitetur, nec aliter in loco tuto sint ob suspicionem adulterij, aut alia occasione, & de feminis de nouo conuersis ab scanda-losa, & vitiosa vita, & sint iam bonæ estimationis, & famæ: in quibus omnibus casibus potest peti, & concedi licentia ab Episcopis, vel Prælati secundum prædictam Cardinalium declarationem. Seruandæ tamen sunt sequentes conditiones. Prima est, ut licentia Superioris talis Monasterij, vel Episcopi (si ipse sit immediate subiectum) sit in scriptis, & deinde, quod concurrat etiam assensus, Monialium per suffragia. Secunda conditio, ut taliter ingredientes non secum ferant ancillas, secum in Monasterio habituras. Tertiò, ut legibus clausuræ Mona-

Asterij constringantur, & eas seruent, cæ Domine, quam famulæ, & non exire à Monasterio queant iterum admittenda, & reuersuræ, nisi infirmitatis causa, aut conualescentiæ necessariæ ad Meditorum consilium. Quarta conditio, ut tales seculares dictis, vel similibus causis à Prælati approbandis in Monasterijs habitantes eo vestitu, & ornato sic moderato, & honesto incedant, qui quidem deceat castas, & modestas virgines, & cohabitationem cum Monialibus Deo sacratis, quibuscum viuunt. Et vltima, ut in Monasterio nõ ultra annum 25. commorentur, quamuis hanc conditionem vltimam solum crediderim seruandam cum virginibus illis, quæ titulo educationis, & nõ alio recipiuntur. Hac fere omnia affirmat Miranda, Manuel Rodriguez, & Ioannes Azor, vbi sup.

B Mirada. Manuel Rodr. Azor. F. I. de la Cruz. N. 22.

C Est tamen hic aduertendum, quod quamuis Emanuel Rodriguez, in compendio, & Fr. Ioannes de la Cruz, in sua Epitome, lib. 1. cap. 5. D. 1. affirmant esse quandam declarationem prædictis obstantem, quoad receptionem mulierum in Monasterijs in liti pendencia adulterij, vel aliàs, tamen propter Farinacius Iurisconsultus Romanus doctissimus, & versatus, refert ex practica in Curia Romana seruata circa intelligentiã, & praxim, capitis 5. sess. 25. de Regularibus, posse Ordinarium, vel Prælatum puellas in Monasterio collocare ad tempus, donec lites finiantur, & mulieres suspectas de adulterio, donec lites finiantur similiter, dum modo seruentur supradictæ conditiones. Quibus sic annotatis, & suppositis. Probatur nostra resolutio.

D Quia auctoritatem, & licentiã Episcopi, vel Prælati petit Concilium Tridentinum, & causam sufficientem ad ingressum in Monasterijs Monialium, sed huiusmodi causæ cum ijs conditionibus sunt sufficientes: ergo, &c.

E Vnde videtur licitus ingressus in huiusmodi Monasterijs nobilissimæ femine, Ducissæ, &c. ex dicta licentiã, si in seculo propter aliquam rationem, vel necessitatem nõ potest licite manere, seruatis dictis conditionibus, imò, & cum famulis competentibus decentiã status in Monasterio, & imbecillitatem per-

Conditio- nes, ut femina seculares in Monialium Monasterijs admittantur.

Mirada. Manuel Rodr. Azor. F. I. de la Cruz. N. 22.

Farin.

N. 13.

N. 14.

personæ & teneritudinem Et idem iudico dicendum, in casu quo sint in Monasterio plures vetulæ debiles, & infirma, quibus non possit sufficienter ministrari, nisi famulis secularibus, & similibus casibus.

QVÆSTIO V.

Verùm liceat Prælati dare licentiam, ut ancilla seculares recipiantur, ut seruiant communitati, vel etiam alicui moniali in particulari?

Bulla Pauli 3. **R**esolutio est affirmatiua: & constat in primis ex Bulla Pauli III. anni 1530. concessa Monialibus sanctæ Ciuaræ, Provinciæ Castellæ, vt Provinciales, & Abbatissæ Monasteriorum possent assignare certum numerum secularium feminarum seruientium: in alijs verò Monasterijs, siue participant hoc privilegium, vel non, licite possunt tales admitti ancille, nisi per Regulam, vel per constitutiones, aut alias sit hoc prohibitum, præcipue tamen, si non sint aliquæ, vel sufficientes laicæ ad talia ministeria deputata.

N. 16. Probat: (& est doctrina notanda) quia necessitas, quam petit Trident. non debet esse absoluta, logica, aut metaphysica, extrema, aut strictissima; sed moralis, & rationalis, qualis est ista, vt notat Miranda, de Monialibus, q. 2. art. 1. & 4.


Secunda pars dubij, & resolutionis,


quod scilicet idem debeat affirmari de ancillis, pro Monialibus particularibus, singulari cuiuscunque seruitio deputandis: Probat ex Nauarro in 4. commentario de Regulis, super c. statumus, n. 66. & 67. qui ait, hoc esse concedi cuidam penillustriamæ femina; imò ait omnibus concedi posse; si ferè omnes Moniales alicuius Monasterij sint nobilissimæ, & sit vsus immemorabilis habendi tales ancillas quamlibet Monialem. Hoc etiam tenet Miranda, pro Tertiarijs, & Monialibus Ordinum militarium. Pro alijs autem credo licentiam peti ab Episcopo, Papa, aut Nuntio, præter licentiam particularis Prælati: & sine licentia Ordinarij, vel Pape, aut Nuntij, non audeam, nec consulerem ingressui, ob materie grauitatem, nisi in graui, & euidenti necessitate; notando semper talem necessitatem nõ debere esse (vt diximus) extremam, nec grauisimam, sed moralem, & qualem plerunque requirimus ad dispensandum in alijs præceptis Ecclesiasticis posituis, & prohibitionibus: & sic quauis licentia dicta nõ debeat dari sine causa rationabili, & manifesta, ex dictis iuribus, & ex c. periculoso, ex Bonifacio 8. de statu Monach. in 6. renouatum ex dicto decreto Tridentini, & ex extrauaganti Gregorij 13. addentis, *Quod non solum debeat esse causa dispensationis necessaria, sed vrgens*: sed nullo modo debet esse extrema, sed moralis.

N. 17.

Nauarr.

Finis Tractatus vndecimi.





TRACTATUS

DVODECIMVS,

De transitu ex vna Religione, in alteram.

HABET VNICVM CAPVT.

Caput vnicum. De licitè transeuntibus ex vna Religione ad alteram.

De hac materia instituit ex professo tractationem Martinus Bonacina Mediolanensis, primo tomo, tractatu quinto, quest. 2. usque ad 12. inclusivè, per 7. §.

CAPVT VNICVM.

De licitè transeuntibus ex vna Religione ad alteram.

HABET NOVEM QVÆSTIONES.

Quest. 1. Quæ sit Religio strictior, & arctior, ad quam licitè fiat transitus ex alia laxiori?

Quest. 2. Quid faciendum, si talis transitus, alias licitus, fiat ex animi leuitate, aut temeritate?

Quest. 3. Vtrum liceat in aliquo casu ad laxiorem Religionem transire?

Quest. 4. Vtrum Religiosus transiens ad dictam laxiorem Religionem, ex licentia sic adeptâ, vel petita & non adeptâ, deficientibus necessarijs, iuxta suppositum secundum, num. 2. huius capituli ad medium, sit apostata, & incurrat excommunicationem dimittentis habitum,

bitum, contentam in capite Ne Clerici, vel Monachi, & in 6.

Quest. 5. Verum si quis cum tali licentia, & intentione transiendi exeat à suo Monasterio, vel iam receptus respiciat, an teneatur ad primam, & propriam suam Religionem reuer- ti, & in illa teneantur illum admittere?

Quest. 6. Utrum transiens ad aliam Religionem, vel ex vno Monasterio ad aliud, quod di- uersis legibus, & statutis vi- geat, teneatur nouam facere Professionem in secundo, ad quod transijt?

Quest. 7. Utrum ex Ordine Mi- norum, aut Capucinum, sit licitus transitus ad Carthusiã, vel e contra?

Quest. 8. Utrum Religiosi Men- dicantes possint transire ad non Mendicantes?

Quest. 9. Utrum sint in Iure aliqua alie prohibitiones, circa transitus caterorum Religioso- rum?

N. r.



N hac re, supponen- dum est primò, x D. Thoma, 2. 2. qu. 187. artic. 1. transitum ex vna Religione ad aliam, nisi propter ma- gnã utilitatem, vel necessitatem, non esse laudabilem, tum propter hoc, quòd offenditur iustè Reli- gio relicta; tum quia faciliùs, & com- modiùs proficit quis in Religione illa quam coluit, & nouit iam, quàm in alia, ad quam de nouo transmigrat. Vn- de Monachi, & Patres antiqui non fa-

cilè hunc transitum permittebant.

Suppono secundò, licere ex Iure Canonico, transire ex vna Religione ad aliam, dummodò fiat studio melio- ris, tutioris, & sanctioris vitæ, vt con- stat ex c. licet, de regul. & 19. q. 3. cap. mandamus. Non autem debet ille trà- situs fieri leuitate, temeritate, odio, vindicta, contemptu, vel alia qualibet animi perturbatione (vt ibi dicitur) deinde ne fiat cum detrimento, & ia- ctura Religionis, à qua receditur: in eodem c. licet. Deinde vt Religio, ad quam quis transit, non solùm sit arctior ex Regula quam profiteretur; sed etiam ex constitutionibus: nam sub Regulis, v.g. sancti Benedicti, sancti Augustini, & alijs, sub qualibet militant diuersæ Religiones, inter quas est maxima dif- ferentia, & sunt alie sanctiores, strictio- res, & perfectiores, ob speciales con- stitutiones, quas singulæ habent, vel maiorem obseruationem ipsius Regu- læ, quæ adhuc durent, & sint in viridi obseruantia, & hic, & nunc omnibus circumspectis sit asperior, & durior. Sic habent Innocentius, Hostiensis, Ioan- nes Andreas, Abbas, & alij communi- ter Iuristæ, in cap. licet, de regulis.

Requiritur deinde petitio licent- iæ: quanuis hæc licentia, vel facultas non concedatur, expectandum nihilominus est responsum debito, & con- gruo termino, ac tempore; & tunc qui- dem, si Prælati non respondeat, aut facultatem denegeret, aut inane, fal- sam, aut iniustam causam obtendat, po- test transire, nullo alio expectato (se- cundùm Innocentium, & Abbatem:) si tamen superior videatur niti causa verosimili, tenetur Religiosus non sta- tim transire, sed ad alium Superiorem recurrere, qui suo iudicio totam cau- sam decideret; si autem sine tali licentia quis transeat, reducendus, & reuocan- dus est. Sic Hostiensis, Ioannes An- dreas, Panormitanus, Rosella, Navar- rus, Azor, cap. 14. lib. 12. & non suf- ficere, si post egressum facultas petat- ur; hoc enim præiudicium maximum pararet Religionibus, si ab ipsis ela- berentur, & euaderent indisciplinati, & temerarij huiuscemodi Religiosi, hoc facerent, & colore, vt extra Monaste- rium confluentes, ipsi inde licentiam

N. 2.

Innocent.
Io. Andr.
Hostiens.
Abbas.

Panorm.
Rosella.
Navarr.
Azor.

efflagitarent; hoc enim cauetur pluribus priuilegijs, quæ habent plures Religiones, quæ credit Azor concessa esse, ne transitus ab vna Religione ad alteram fieret temerè, leuiter, aut cum incommodo, vel cum dedecore Religionis, vt satis manifestè constat ex dicto c. licet.

N. 3.

Priuilegium 51. Benedicti-nortii singularissimum.

Supponendum tertio, quòd ab ijs priuilegijs, quæ communiter habeant fortè aliæ sacræ Religiones, tam ad retinendum proprios, quàm ad admittendum extraneos Religiosos, à summis Pontificibus concessi, differt, & est singulare priuilegium illud, quod habent Benedictini Congregationis Hispaniarum, concessum ab Eugenio Papa III. Priori sancti Benedicti Vallisletani, die 3. Kalendas Decembris, anni 1446. quod in compendio priuilegiorum sancti Benedicti dictæ Congregationis quinquagesimum primum, & est in fol. 107. in quo quidem prohibetur. Primò, ne quis Monachus tacite, vel expressè professus huius Congregationis, possit transire ad aliam Religionem mendicantem, vel non mendicantem, præter Carthusiensem, vigore alicuius cuiuscumque indulti, quod de hoc expressam mentionem non faciat. Secundo, quòd nullus possit ex hac Religione transeuntes recipere; & quòd si recipiat aliquis Prælatus alterius Religionis, vel persona cuiuscumque conditionis, & qualitatis existat, & requiratur ijs litteris, vt remittat Religiosum admissum, cum bonis omnibus, quæ secum intulerit, & intra sex dies à requisitione cum ijs litteris non restituerit dictam Religiosum Benedictinum, cum bonis quæ tulit secum, suo Monasterio, tam ipse admittens, & retinens admissum, quàm auxilium præstans, quomocumque ipso facto excommunicationem soli Papæ extra mortis articulum reseruatum incurrat. Tertio, quòd ipsi taliter transeuntes, nisi intra dictos sex dies intra suum Monasterium, vel ad suum Monasterium redierint, recipiantur postea redeuntes, vi, aut voluntate redeant, vt fugitiui, & Apostatæ. Quarto, quòd isti Religiosi sic redacti possunt à suo Prælato Regulari absolui ab excommunicatione, & irregularitate, & ab inha-

Abilitate, & infamia, ratione apostasie contractis.

N. 4.

Vbi pro ijs absolutionibus, & dispensationibus, quæ possunt præstare Benedictinis Congregationibus Hispaniæ ipsorum Prælati, & etiam pro suis proprijs, & conuenientioribus fortè locis: sed quia ad conscientiarum quietem maximè pertinent, & ne è memoria labatur, libere decreuimus eorum aliqua, quæ multorum Pontificum liberalitate, & gratia, habent Prælati huius Hispaniæ Benedictinorum Congregationis, quòd possint suos Religiosos absoluerè à quibusque censuris & pœnis Ecclesiasticis, tam per priuilegia ipsis concessa, quàm per communicata ab alijs Religionibus, vt latè satis diximus supra, in præcedenti tractatu quarto, cap. 4. numero 31. 32. & 33.

C

Et ultra ibi adductas concessiones, ad quas Lectorem remittimus, extat in dicto compendio quoddam oraculum viuæ vocis, Fratri Ioanni de sancto Vincentio, Monacho, & Procuratori in Curia Romana, pro suo Conuentu sancti Claudij Legionensis, & ad infra dicenda delegato à Priori generali Fratre Ioanne de Azebedo, per Martinum Papam Quintum datum, anno 1436. qui fidem facit: & est priuilegium, seu oraculum viuæ vocis, in compedio dicto quinquagesimum tertium, vbi in fol. 111. pag. 2. ante medium, inter alia, quæ concessa dicuntur à Martino felicis recordationis Papa Quinto, sic dicitur. *In nomine Prioris dicti qui fidem facit. Item concessit, quòd tam ego, quàm nostri successores in foro conscientie, huius Monasterij Monachos ab omni possimus excommunicationis sententia absoluerè, etiamsi talis sit, quam ipse Summus Pontifex reseruare consuecit; & cum eis super omnem irregularitatem, etiam in illis casibus, in quibus Papa sibi vicem reseruabit, in morte videlicet, & in membrorum truncatione, & enormi sanguinis effusione, valeamus dispensare, dum tamen aliquod horum trium notorium non sit, & hoc propter scandalum.*

E

De casibus in Bulla Cenzæ contentis, cum quotannis à Papa reseruentur, cum

A cum quaestione privilegiorum regularium quantum ad hoc non possunt, nec in crimine hæresis possunt, quia ablata prius ista potestate etiam Episcopis sicut, & regularium Prelatis per Tridentinum sess. 24. cap. 6. de reformatione, solis fuit de nouo Episcopis concessa, & loquitur de occulta, & non notoria, aut ad forum contentiosum redacta, aut reducibili. Quod de absolutione ab alijs censuris dicendum est, quod non absoluerent suos subditos Prelati regulares à censuris ad instantiam partium expeditis, & incurtis, possunt etiam ab inhabilitationibus, & alijs pœnis Ecclesiasticis. Vide Manuel Rodriguez, tom. 1. quaestionum regularium, q. 20. art. 2. Ioannem de la Cruz, in Epitome libr. 1. cap. 6. à dub. 10. & ampliam concessionem omnium harum censurarum, irregularitatum inhabilitationum, & pœnarum, concessam per Martinum Quintum Benedictinis, ut in compendio, solum excludendo casus Cœnz. Quod autem non requiratur, nec intelligatur per illa verba in foro conscientie, quod talis absolutio debeat fieri in Sacramento pœnitentiæ, & confessionis, sed quod extra confessionem, omnino est vera doctrina, & tenet, Peña, Victoria, & Medina, citati ab Enriquez, tom. 1. lib. 7. cap. 18. & simul, quod dicti Religiosi ipsi in dicta hæresis censura incurti, Episcopos possint adire, & ab illis absolui.

Peña,
Victoria,
Medina.
Enriq.

Nauarr.
Enriq.
Ioann. de
la Cruz.

Notandum enim, quod Religiosi, qui ab Episcopi iurisdictione exempti sunt, ad effectum huius beneficii absolutionis captandi ex licentia superiorum illis subijci possunt. Ita Nauarrus, Enriquez, & alij, quos citat Fr. Iuan de la Cruz, lib. 1. Epitome, capit. 6. dub. 14. conclus. 2.

QVÆSTIO I.

*Quæsit Religio strictior, & arctior,
ad quam licite fiat transitus
ex alia laxiori?*

Respondetur, & sit resolutio nostra, cum D. Thom. 2. 2. q. 187. art. 1. & cum omnibus; probabile quidem esse, quod ad hoc, ut licite fiat transitus ad aliquam Religionem, non sufficere esse arctiorem, & asperiores ex institutis regularibus; sed requiri esse quidem perfectiorem, & fructuosiores, pro qua opinione adducit plures rationes Azor. tom. 1. institutionum moralium libr. 12. cap. 14. dub. 20.

N. 5.
D. Tho.

Azor.

Secunda resolutio: probabilius est illam Religionem, ad quam licite potest fieri transitus attendendam precipue penes modum, & institutum viuendi asperiores, & duriores: sic Canonista, ut ait Ioannes Andreas, cap. sane de regul. & ex cap. licet de regul. & etiam tenent plures Theologi, quos sequitur, Azor. loco citato, & probatur, quia huiusmodi transitus conceditur in iure, ob tutiorem vitæ rationem. Vbi autem talis vigor, & asperitas reperitur, securior videtur modus; ergo, &c. & hoc quidem est in praxi, & videtur tenendum, & non segniter defendit Author libri nunc denuo editi Remz in

N. 6.

Ioannes
Andreas

D fauorem Religionum austerioris obseruantie cultui, & psalmodiæ dediturum; Contra illam Epistolam centum propositionum dicatam, & directam Illustrissimo cuidam Cardinali, quem instruere conatur quidam neotericus Theologus, minus strictioris (ut colligitur) professor Religionis, ut ad suam (vtpotè suo iudicio perfectiorem, quæuis laxiorem, id est, non asperiores) dirigat nepotem, statum Religionis desiderantem, & suam ipsam Religionem computeat (ut digniorem) retorquet ille diuus Author autoritates, & doctrinam Diui Thomas, cum dexterritate, contra hunc pro se illam primo adducentem.

QVÆSTIO II.

Quid sit faciendum si talis transitus, aliàs licitus, fiat ex animi leuitate, aut temeritate?

N. 7.
Abbas,
Innocēt.
Azor.
Ioannes
Andreas

Respondetur, & sit nostra resolutio, cum Innocentio, Abbate, Ioanne Audrea, Azor, vbi suprâ; nunquam esse standum verbo Religiosi petentis transitum, nec superioris illum denegantis; sed alterius maioris viri iudicio. Sicut quando Religiosus vexatur contra fas, & ius à suo Prælato.

QVÆSTIO III.

Utrum liceat in aliquo casu ad laxiorem Religionem transire?

N. 8.
Innocēt.

Ioannes
Andreas

Sit nostra resolutio affirmatiua, cum Innocentio, & alijs, in quibus casibus. Primò, si in Religione in qua existit, regula, & constitutiones non seruentur. Nam vt supra in secunda suppositione diximus num. 2. non est attendendum solum ad regulam, & constitutiones arctiores, sed quod presens viuendi ratio, quæ seruetur sit arctior, & anterior, quod intelligendum esse, dicit Ioannes Andreas, si in illa Prouincia non sit Monasterium aliquod, aliud eiusdem sui Ordinis, vbi hæc seruentur, nec probabiliter expectari possit in suo Monasterio dicto reformandam fore vitam iuxta constitutionem, & regulæ formam. Secundò potest dari casus, in quo liceat ad laxiorem Ordinem transire, etiam si vigeat statutum arctius in proprio Monasterio, quando scilicet subest iusta causa, quæ superiori sit nota, & ab illo licentia in scriptis obtineatur à Prælato Ordinario, qui debet esse talis potestatis (ordinariæ inquam) quia hæc est necessaria ad incorporandum, & per consequens ad dimittendum. Causa autem iusta erit, continua infirmitas prudentum, vel Medicorum iudicio, ab eis occupationibus, habitu, & alijs inenitabilibus obseruantijs, causata; erit etiam causa, si offenderit apud omnes, qui generaliter illum odio prosequantur: Causa

Causæ, in quibus licet ad laxiorem transire.

A poterit itidem esse, si tractetur dare, & inhumanè, quis in illa Religione, vel Monasterio, à quo non permittatur ad aliud eiusdem Religionis transmigrare. Ijs, & similibus causis (vt dictum est cognitis) dicant talem licentiam posse dare superioribus, esse de iure communi Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, quos refert, & sequitur, Azor, vbi supra, cap. 15. quæ causæ sufficientes; si non ad sint, tenet Azor, & alij, nec Papam posse dare licentiam ad Religionem laxiorem, cum non possit votum, & debitum Deo, sine aliqua iusta causa in minus bonum commutare. Et idem dicendum de transitu, ad aliquam æqualem. Aduertendum tamen causam ex dictis minus grauem sufficere Papa, & Prælati strictè necessariam.

Innocēt.
Hostiens.
Ioannes
Andreas
Azor.

Sed quæres: si aliquis sicca causa ad laxiorem Religionem ex licentia extorta licentia transeat, vel sine debita licentia transijt, ad strictiorem, & facti poenitens, ad melioremque mentem redactus velit ad primam Religionem, & sibi competentem redire, & non recipiatur, vel quia adductæ, & prouectæ ætatis reperitur, vel ægritudinibus oppressus, an in illo casu possit iste tuta conscientia remanere in seculo?

N. 9.

Respondetur petendam à Papa licentiam, quam non denegabit.

N. 10.

Quòd si istes adhuc, quod si huic Religioso non sit possibilis aditus ad Papam, vel ob paupertatem, vel ob imbecillitatem corporis, desideret tamen, & faciat quantum in se est, vel ad redeundum ad primam Religionem, vel ad recurrendum ad Papam, quid sit in hoc casu dicendum? Nam sibi videtur imputandum, quod sibi ipsi imposuerit impossibilitatem.

Respondetur tamen, quod in isto tramite ita urgent dictæ impossibilitates, vt causa omnino sufficiens iudicetur, vt Prælati strictioris Religionis à quo debuit habere licentiam, supposito, quod non vult admittere reuertentem, det illi licentiam ad persistendum in laxiori. Sed quid dicendum si in ista Re-

li.

ligione, ad quam illicitè transijt; hoc cognito expellatur, an licite maneat in seculo. Nullum vidi disputantem, sed iudico teneri pro viribus apud Supremos Prælatos causam agere, & victus, nec consequens in vlla Religione admitti, manere securum in seculo.

QVÆSTIO III.

Vtrum Religiosus transiens ad dictam laxiorem Religionem ex licentia sic adepta, vel petita, & non adepta, deficientibus necessarijs iuxta suppositum secundum num. 2. huius capituli ad medium, sit apostata, & incurrat excommunicationem dimittentis habitum contentam, in c. ne clerici, vel monachi, & in 6.

N. 11. **R**espondetur, & sit resolutio, quòd quamuis aliqui Authores negent; probabilius est incurrere talem excommunicationem, cum Azor, & alijs quos refert.

QVÆSTIO V.

Vtrum si quis, cum tali licentia, & intentu transeundi, exeat à suo Monasterio, vel iam receptus respiciat, an teneatur ad primam, & propriam suam Religionem reuerri, & in illa teneantur illum admittere?

N. 12. **R**espondetur supponendo quòd loquimur non solum de transeunte ad laxiorem Religionem; sed de quocumque etiam illicito transitu nēpe, ad strictiorem, si fiat sine debita, & legitima licentia. Quo supposito.

Respondetur, & est resolutio affirmatiua, quia dum nouam professionem in secunda Religione non emisit, non amisit ius ad primam.

(:)

QVÆSTIO VI.

Vtrum transiens ad aliam Religionem, vel ex vno Monasterio, ad aliud, quòd diuersis legibus, & statutis vigeat, teneatur nouam facere Professionem, in secundo, ad quòd transijt?

Respondetur, & sit resolutio affirmatiua, cum Nauarro, & communi, & probatur. Quia nisi mediante professione non incorporabitur, nec fiet filius professus huius secundi Monasterij, ac Religionis, nec valebit, suffragium ferre, nec erit capax officiorum, beneficiorum, & dignitatum Ordinis, vt docet Nauarrus, conf 60. de regularibus, ex cap. cum singula, de præbendis in 6. imo, nec habebit locum in sedendo, & suffragium ferendo, iuxta tempus in quo professio nem emisit in secundo, in quo perfluit Monasterio.

Nota tamen cum Frederico citato à Nauarro, vbi supra, quòd si Monachos vnius Monasterij eligitur in Abbatem, Priorem, vel Præfectum alterius Monasterij, & Ordinis; non eo ipso, quòd confirmatur in præfectura, & eam exercet, videtur tacitè professionem emittere in illo Monasterio cui præest; sed debet emittere.

Nota secundo, cum eodem Nauarro, teneri quemlibet talem Religiosum sic, vel aliter transeuntem professionem rite emittere, id est cum anno integro nouitiatus, & probationis, & reliquis omnibus requisitis, iuxta Tridentinum, sess. 25. cap. 15. vt probat Azor.

Dubitatur hic, an queat Prælati choro deputatum ad laicos transferre, causa humiliationis desiderata, supplicij, vel ineptitudinis. Negat Nauarrus, & alij; affirmant Tamberinius; sed sub distinctione iudico de laicis eiusdem professionis affirmandum, negandum de alijs.

(:)

QVÆ.

N. 13.

Nauarr.

N. 14.
Fredericus.

N. 15.
Nauarr.

Nauarr.
in capit.
quando,
q. 21. nu.
20. de cō-
secrab. di-
stinctio. 1.
Tambur.
de iure
Ab. tom.
2. disp 10.
q. 13.

QVÆSTIO VII.

Vtrum ex Ordine Minorum, aut Capucinorum sit licitus transitus ad Carthusiam, vel è contra?

N. 16.
Sineest.

Respondetur supponendo testari Siluestrum, verbo Religio. 4. q. 6. in Academia Parisiensi fuisse declaratum à Theologis, & Iuristis, licere Carthusianum transire, ad Dominicanos observantes plene, & perfecte suam regulam cum constitutionibus; quod si ita est licebit ad Capucinos, & ad Minores transire; com Capucini prætant suam institutum esse strictius, & durius; & sic resolutio nostra est, quòd iuta conscientia potest fieri transitus ab uno ex quolibet horum ordinum, dum fiat studio, & amore melioris vitæ. Sic Nauarrus, vide Azor, vbi sup. cap. 14. dubit. 16. in libr. duodecimo suarum institutionum.

Nauarr.
Ioannes
Azor.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum Religiosi Mendicantes possint transire ad non mendicantes?

N. 17.

Respondetur, & sic nostra resolutio, possunt transire ex licentia Pontificis, si vt supremus Ecclesiæ Pastor, & gubernator in hoc iure positivo dispenset; quòd quidem ad arctiorem Religionem; & hoc ex causa incrementi spiritualis permittit, vt sup. num. 2. & absolute loquendo strictior est Religio mendicantium, quam illa quæ est non mendicantium. Quod autè ad non strictiorem Religionem quis transeat, & non ad laxiorem, vt è mendicantibus ad non mendicantes quis transeat, iuris positivi Ecclesiastici est. Probatum quia in iure non annullatur, sed plestantur huiusmodi transitus; vt constat ex clemantina, vt Professores de regul. vbi sancitur, vt tales transeuntes maneant privati voto ac iuo, & passiuo, nec possint habere officium, aut regimen animarum per se, nec per alium exercere, etiam si tranferant autoritate Pontificia; vbi ad-

Clem. vt
Profess.
de regul.

Avertendum nomine officij intelligi officia quælibet in Religione fieri solita secundum Panum Immolam, & Azorium, dub. 12. c. 14. & etiam officium publicum annuntiandi verbum diuinum, docendi publice Theologiam, aut ius Canonicum, & ultra dictas pœnas extat inter extraneas communes de regul. excommunicatio Pontificia Martini 5. quæ incipit, *viam*, ipso facto, & Papæ reservata contra eosdem mendicantes transeuntes ad non mendicantes quacumque facultate id faciant; ex quo sequitur.

Paul. In
mola.
Azor.

B

Primò, quòd si non solum autoritate Pontificia; sed licentia Prælatorum id fiat, quamuis ista pœna incurrantur factum tenet, & legitimus Religiosus manet impetrando absolutio-

N. 18.

Secundò, quòd si cause, quas, sup. num. 8. q. 3. huius tract. & capicis adsint, Prælati ordinarij poterit dare licentiam, & cum non interueniat tunc culpa, sed licite fiat: tamen securius pro habilitationibus, & dispensationibus in pœnis erit gaudere indulto aliquo Papæ.

C

QVÆSTIO IX.

Vtrum sint in iure aliqua prohibitio- nes circa transitus caterorũ Religiosorum?

D

Respondetur in Tridentino sess. 14. de reformatione, cap. 11. hoc esse sancitum: *Nemo cuiuscunque ordinis Prælati, vel superior vigore cuiuscunque facultatis aliquem ad habitum, & Professionem admittere possit, nisi vt in Ordine ipso ad quem transfertur sub sui superioris in claustro perpetuo maneat, ac taliter transfertur, etiam si Canonicorum Regularem fuerit, ad Beneficia secularia, etiam enrata omnino incapax existat.* Et in sess. 25. de regul. cap. 19. dicitur: *Nemo regularis cuiuscunque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem, nec detur licentia cuiuscunque Regulari occultè ferendi habitum, &c.* Pius Quintus, anno 1569. abrogat facultates omnes concessas præter ius com-

N. 19.

Pius Pa-
pe V.

com-

Azor.


commune recipiendi, vel retinendi Religiosos alterius Ordinis, etiam laxioris. Verba Papæ, quæ omnia comprehendunt, vide apud Azorium, lib. 12. cap. 14. dub. 12. Etiam Pius III. in alia constitutione, quæ incipit. *In sublimi*, &c. restrinxerat facultatem summo Pœnitentiario, præcipiens ne concederet Religiosis licentiam standi extra Monasterium, propter infirmitates, & similia impedimenta, nec etiam pro subuentione parentum, vel aliorum consanguineorum, nisi obtena licentia suorum Superiorum; & quod in talibus facultatibus transeundi de Religione in Religionem, in casibus à Iure permissis apponatur clausula, quod perpetuò ibidem in claustro Domino famulari teneantur; & quod Apostatis beneficium ab-


solutionis non concedatur, nisi ea lege expressa, vt statim ad claustra proprii Ordinis redeant, vel ad alium Ordinē transeant, æqualis, vel arctioris obseruantia, vt ibi perpetuò vitam agant; & quod nec etiam concedat illis, vel alijs translatis ab vna Religione in aliam, vt Beneficia Ecclesiastica obtineant, nec illis vt mercenarij deseruiant, nec alias, etiam de Superiorum licentia, extra claustra quomodolibet degere.

Solet vltimò dubitari, de legitimo ex Monasterio hærede bonorum transeuntis; sed de hoc suo loco diximus: vbi constat, quomodo in prima legitima professione primum Monasterium (si capax sit) alias legitimi alij in seculo heredes obtineant hereditatem.

N. 202

Finis Tractatus duodecimi.





TRACTATUS

DECIMVSTERTIVS.

De alia distincta mancipatione, qua, mediante voto solenni continentia, priuatur homo bonis delectabilibus præcipuis corporis.

HABET VNICVM CAPVT.

Cap. vnicum. De voto Castitatis.



NON expedit parum ad seruitutem ingenuam Religiosi status constituendam, continentia, quam Religiosi vouent, obseruatio. Unde cum id, quod speciale habet castitas, qua parte est materia specialis huius voti præcisè, solum ad nostrum pertineat institutum, hoc solum & breuiter attingemus, ne aliquid intactum relinquamus: & ad Auctores, & Doctores Theologos, Scholasticos, & Morales, de virtute Castitatis, essentia, perfectione, subiecto, & obiecto attinet specialiter congruentia, de illius voto, personis Ecclesie addictis; vide Toletum in sua institut. sacerdot. lib. I. c. 2.

CAPVT VNICVM.

De voto Castitatis.

HABET VNICAM QVÆSTIONEM.

Quæst. unica. Vtrum votum perpetua castitatis constituat essen-

tialiter seruitutem ingenuam Religiosi, & statum in Ecclesia;

QVÆST.

QVÆSTIO VNICA.

Virum votum perpetua castitatis constituat essentialiter seruitutem ingenuam Religiosi, & statum in Ecclesia?

N. 1.
Trid.

B Reuiter, & paucis expediuit Trid. Synodus: tractatura enim in 25. & vltima sess. de Regulari statu, per 22. capita, in speciali decreto de Regularibus, & Monialibus, solum in 1. cap. commendando obseruationem votorum essentialium, inter reliqua castitatis votum recenset, vnde pro dicendis.

N. 2.
Aristot.

Notandum in primis, quod (vt constat ex Philosopho, 1. Ethic.) Bonum delectabile corporis, & a fortiori eius precipua delectationes, quæ sunt veteres, annumerantur inter tria precipua bona hominis. Idem docet D. Tho. 2. 2. q. 186. ar. 7. quando ait, quod Religiosi, per votum castitatis mancipant (liberum aliis) vsum corporalium commixtionum, & delectationum, & in statu matrimonij permittunt; ex illo Pauli, *Si nupserit virgo, non peccabit*; imò & laudabilem: quæ quidem libertate tali bono fruendi se priuant homines, quando huic iugo Religionis, & stricto seruitutis statui se mancipant, qui hoc votum castitatis emittunt. Hanc Angelicam virtutem castitatis commendat Christus, & Ecclesia, Doctores, & Patres. Vide in 7. to. Biblioth. vbi Monachus Palestinus, Antiochus nomine, tribuit castitati, quam adhuc Gentilis coluit Nazianzenus, meruisse quod a SS. Virgine, & S. Ioanne Euangelista doceretur in fide. Et Iulianus Diaconus Tolet. in proemio ad lib. de Deipara laudib. tribuit castitati Ildelfonsi auctoris libri fauores B. Virginis, & Leocadia.

D. Tho.

1. Cor. 7.

*Antioch.
Monac.*

*Iulianus
Diac.*

N. 3.
*S. Basili.
Conc. Ca
uillon.
Magist.
Sentent.*

Notandum secundò, quod quauis ex S. Basilio ad Amphiloquium, in suo canone 40. & ex Conc. Cautilonensi, & Magistro Sentent. in 4. dist. 36. seruis, seu mancipijs non sit licitum contrahere matrimonium, imò nec possibile, quod validum sit, precipue sine facultate dominorum: tamen secundum aliorum, & communem sententiam, seruis non est essentialiter, & naturaliter impeditum coniugium; imò est licitum, & (quod magis est) si aliis legitimè contrahant

A matrimonium serui, est validum, quauis fiat inuitis dominis, vt videtur supponere Paludanus in 4. dist. 36. q. 2. a. 2. cõcl. 4. Ricard. ibi, a. 4. q. 2. Sotus dist. 35. q. 1. a. 1. ad 2. Sãchez lib. 7. de Matrim. disp. 22 & communiter Doctores super c. 1. de coniugijs seruorũ, vbi expressè vide Aegid. Choninc. de Sacram. disp. 31. de impedimentis, dub. 2. n. 31. Et ratio est manifesta: quia seruus verũ dominium habet sui corporis, sicut & animæ; nec istud pertinet ad dominum ratione seruitutis: & sic potest trãsferre seruus, & de illo disponere per coniugium, pro libito, & voluntate propria. Et manifestatur ampliũ, aduertẽdo ex locis vtriusque Iuris auctoribus citatis a Sãiro, & alijs, quos citat in sua clau. lib. 9. c. 6. & Aegidio citato; quod ex duplici ratione serui (quocũque titulo seruus sit) & loquimur de actionibus, quæ per corpus, & eius membra, & facultates exercentur. Vna est, & dicitur ministerialis, lucrativa, & externa, quæ absolutè loquẽdo est domini, & in eius obsequium debet ex iustitia impendi, vt quod seruus exercent frequẽs domesticum ministerium, in obsequium patriis familias, pro viribus, & potest, in re vineam, seu hortum, euertere domũ, baiulare, seu transportare supellectilẽ, exercere artem, qua pollet, & similia, quæ in obsequium, cõmodum, & iocundum fieri debeant, secundum diuersum seruitutis genus: de quo in 2. p. Aliã, seu alias actiones corporales habet etiam quicunque seruus, quæ ad conservandã vitam, seu individuum necessariæ sunt, vt comedere, bibere, dormire, & similes; in quibus habet dominũ seruus, & non dominus, sicut nec in ipsa vita, corpus, & membra, quorum quodlibet si tollat, deperdit seruum, qui per Indicem auferri debet: vt in 2. p. Et ad has proprias actiones serui, & quæ sub dominio domini sunt, reducuntur illæ, quæ non ad cõseruationem personæ, aut individui, sed ad cõseruationem speciei pertinent; quales sunt generatio, & procreatio filiorum. Quibus suppositis.

*Palud.
Ricard.
Sotus.
Sanchez.*

*Agid.
Choninc*

Sairus.

*Actiones
quib' sub
iectatur
seruus do
mino: &
quibus nõ
subiectatur.*

C absolutè loquẽdo est domini, & in eius obsequium debet ex iustitia impendi, vt quod seruus exercent frequẽs domesticum ministerium, in obsequium patriis familias, pro viribus, & potest, in re vineam, seu hortum, euertere domũ, baiulare, seu transportare supellectilẽ, exercere artem, qua pollet, & similia, quæ in obsequium, cõmodum, & iocundum fieri debeant, secundum diuersum seruitutis genus: de quo in 2. p. Aliã, seu alias actiones corporales habet etiam quicunque seruus, quæ ad conservandã vitam, seu individuum necessariæ sunt, vt comedere, bibere, dormire, & similes; in quibus habet dominũ seruus, & non dominus, sicut nec in ipsa vita, corpus, & membra, quorum quodlibet si tollat, deperdit seruum, qui per Indicem auferri debet: vt in 2. p. Et ad has proprias actiones serui, & quæ sub dominio domini sunt, reducuntur illæ, quæ non ad cõseruationem personæ, aut individui, sed ad cõseruationem speciei pertinent; quales sunt generatio, & procreatio filiorum. Quibus suppositis.

E Resolutio nostra est. Seruitus ingenua Religiosi status constituitur essentialiter per votũ essentialiter castitatis, sicut & aliorum paupertatis, & obedientiæ.

N. 4.

Hæc

H. e est certa, & constat ex institutione Ecclesie, Clem. *cxviii*, & ex Trid. sess. 25. c. 1. de Regularib. & communi DD. specialiter D. Tho. qui expressè negat verè Religiosos esse Commendatarios, qui vtuntur matrimonio: manet enim probata ex dictis, quia per votum castitatis priuāt se naturali bono.

N. 5.

Resolutio 2. Fortiori vinculo, & titulo potiori constituit seruū votum castitatis Religiosum, quā civilis, seu egalis quæcunque seruitus, seruum quemcunque, seu mancipium.

Probat ex dictis, confirmādo doctrinam primæ præced. resolut. ex ijs, quæ in principio huius partis, tract. 1. c. 1. attulimus, ex eodē D. Thoma, colligente sufficientiam mediorem, quæ necessaria sunt ad studium perfectionis, & ad tendentiam ad illam (in qua consistit perfectionis status) ex castitatis, paupertatis, & obedientiæ votis.

N. 6.

Et explicatur, notando, & supponendo ex ijs, quæ in 2. parte huius operis ex professio dicemus, agendo de potestate dominatina, & seruitute: quod in quacunque ex tribus, quæ in iure civili reperiantur seruitutibus, ex autoritate (inquam) Reipublicæ, transferente dominium hominis à natura liberi, propter delictum, & in supplicium, & poenam illius in alterum; ex contractu, quo quis legitimè ab altero vendatur, vel ipse se vendat: vel tertio, ex bello iusto, in quo aliquis victus, & additus morti, seruetur à victore, à morte licitè sibi inferenda, & à vita seruata, dicitur seruus, vbi ex iure gentium introducitur hæc seruitute, implicitè paciscuntur; victor seruans, & hinc dominus; & victus, à morte seruatus, & hinc seruus, quod vita seruata in vtriusque bonum, & commodum conuertatur: & ex duplici humana adione corporis, quam habet seruus, illa quæ ad proprii indiuidui commodum, & conseruationem est necessaria, vt sumptio cibi, potus, & somni, alienius solatij, & intermissionis laboris, seruo ipsi referuetur; sicut & corpus, & membra, & etiam actiones corporales, quæ ad conseruandam

Vita seruata victore in bello iusto à victore, vtriusque seruatur, & manet adstricta tacito pacto inter vtriusque, vt actiones diuidantur.

A speciem pertinet, vt generatio, & procreatio prolis: domino autem victori, & seruatori vitæ serui, aut aliter habenti dominium illius, pertinent actiones aliæ corporeæ externæ, lucratiuæ.

Ex quibus sic conficitur, & adstruitur argumentum, & ratio, pro nostra doctrina, & resolutione secunda. Quantumvis dura seruituti additus, liber manet adhuc ad statum matrimonij, imò non impeditus, ex vi seruitutis, ad carnalem cõmixtionem: sed ex vi castitatis (ampliùs si sit castitatis perpetuæ, & votum solène) omnino priuatur hoc delectabili bono, & statu cõiugij: ergo.

Ex quibus constat, strictiorem constitutere seruitutem Religionis statum, consistentem essentialiter in castitatis voto: siquidè per illud priuatur homo coniugio, & matrimonij vsu, nullis seruis interdicto, aut impossibili.

Hic solet disputari, quàm licitum sit votum (contra hæreticos hanc excellentem virtutem exprobrantes) cuius laudes à sacris DD. Athanasio, Ambrosio, Cipriano, Hieronymo, citatis ab Eusebio de Herrera, in suis decisionibus, de statu, decis. 7. p. 1. prope finè, extolluntur. Vnde, & ex doctrina Pauli præferentis castitatē coniugio constat, esse materiam voti; vt quod de maiori bono factum, & emissum semel, nec ob inuadentia tela nequissimi, & immundi spiritus fornicationis ignea, & improbas carnis tentationes, potest violari, vtpote iure diuino obligans expressè, Aug. lib. 1. de adulterinis coniug. c. 5. dicente sic; *Illis qui se non continent, utique expedit nubere; qui autè uerint continentiam, nec licet, nec expedit.* Vide Card. Bellarminū lib. 2. de Monachis, c. 14. & à cap. 2. vsque 30.

N. 7.

Euseb. de Herr.

August.

Bellarmin.

D De incompatibilitate voti Religionis cum matrimonio, quando quoduis alterutrum præcedat, & specialiter de voto Religionis, cum promissione facta fœminæ, iurata ducēdi in matrimonium, vel ipsa dehonoreta, aut corrupta, si votum Religionis sit præferendū, & quæ ad hæc continent, diximus ex professo sup. tract. 3. c. 2. q. 5. ad n. 9. vsq; 29.

N. 8.

*De obligatione, qua ad castitatem
remanet virtute voti in Clerico
degradato, & Religioso
eiecto.*

IN hunc locum remissimus ad cal-
cem capituli 1. tract. 3. disputate, an
votum solemne castitatis, quod ex
institutione Ecclesie emittant im-
plicitè qui sacros Ordines suscipiunt,
remaneat in Sacerdote, vel sacris initia-
to, & obligatio ad tale votum castita-
tis, quando actualiter fuit solemniter, &
iustè degradatus. Et idem de Religio-
so eiecto per sententiam.

Pro intelligentia est notandum pri-
mò quòd degradatio (secundùm Inno-
centium, & Hostiensem in c. qualiter, 2.
n. 10. de accusat. & Felinum) est depo-
sitionis perpetua Ordinis suscepti, & est
pœna Ecclesiastica, & canonica, id est,
per sacros Canones instituta, quod de-
bet intelligi, depositionem esse secun-
dùm vsum illius Ordinis, à quo depofi-
tus, vel degradatus fuit, vsum (inquam)
legitimum; non verò omnem vsum, quia
degradatus Episcopus, si ordinet aliquè,
peccabit quidem gravissimè, & Ordine
confitetur; & similiter Sacerdos de-
gradatus graviter peccans consecrabit
vinum, & panem, vt ait Archid. in cap.
quod fit, in fin. de consecrat. dist. 2. & de
communi testatur Gemin. in cap. de gra-
datio, §. poterit. in fin. de pœo. in 6.
Priuat tamen degradatio officio, & be-
neficio Ecclesiastico, quæ in Ordine
fundantur; non releuandi ab obligatio-

A ne recitandi Horas canonicas: ex com-
muni sententia cum Siluest. ex cap. dolentes,
de celebrat. Missarum. Priuat etiam pri-
uilegio, & immunitate fori.

Siluest.

Diximus, priuare degradationem,
non tollere omnem vsum, vt probabi-
mus. Et ratio est. Nam Ecclesia, vt ait
Toletus, instruat. l. 1. c. 50. nequit aufer-
re characterem Ordinis semel impres-
sum, vt ipsemet Toletus, vbi sup lib. 2.
c. 15. cum Theologis definit: quia sci-
licet, est potestas quædam spiritualis,
quæ indelebiter imprimitur in animæ
potentia. Vide ibi istum auctorem, de
forma, modo, ministro, & speciebus de-
gradationis.

*Chara-
cter quid
sit.*

B Notandum secundò, circa ius, in
quo fundatur impedimentum Sacerdo-
tis degradati, ad coniugium, & obliga-
tionem ad seruandam continentiam; quòd
ita remanet validum, & efficax impedi-
mentum, quantum firma, valida, & im-
mobilis potentia in anima in sacris cõ-
stituti, Subdiac. vel Presbyr. ad actus
sacrificandi, & consecrandi; quam nullus
dicit, ratione aliqua, aut iure fultus, esse
inualidam, si Sacerdos degradatus con-
secrare panem, & vinum, aliàs legitimè,
& ritè intendat, & verba consecrationis
cuius materię respectuè dispositæ pro-
ferat super materiam (inquam) panis, &
vini.

*Sacerdos
degrada-
tus ma-
net cum
voto ca-
stitatis.*

C De professo Regulari per sententiam
eiecto, sub distinctione dicimus; quòd si
professio declaretur nulla, & in sacris
non sit, matrimonium potest ducere; si
verò existat in sacris, tenetur ad castita-
tem, propter dicta.

*Biectus
qui possit
nubere:
& qui
nō possit.*


*Quid sit
degrada-
tio.*

Archid.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

TABVLA AVTORVM, QVI IN HOC OPERE
 citantur, nec ex nominibus, & pronomnibus geminantur.

Abulensis.	Capitaquensis.	Hefichius Ep. Hier. Mascardus. (laet.
S. Ambrosius.	Couarruias.	Hostiensis Cardin. Niceph. Carthagi.
S. Antonin. de Flor.	Cosmas Philiarens.	P. Henriquez è Sec. Nicolaus de Lira.
F. Ant. Perez, Arch.	Cæsar de Graffis.	F. Hier. de Llamas. Ofilus.
S. Anselmus.	Cæsar Baron. Card.	Hic. de Leiva Arch. Plutarchus.
Adrianus.	Castro.	Hippolitus.
Ant. de Butrio.	Cano de locis.	Herbeus.
Arcualo.	Calsiodorus.	Hojeda.
Antoninus Diana.	S. Cirillus.	Ioã. Alfons. Curiel.
Antiochus Adbas.	S. Dionisius.	Ioã. a Solorzano.
Ægidius Choninch.	Dominicus Bañez.	D. Ioã. a Solorzano.
Alexander de Alas.	Dominicus Sote.	Ialen.
Alexander Scotus.	Durandus.	Iacobus Menochius
Archidiaconus.	Dominicus Frâcus.	Innocentius.
Ancharranus.	Domin. de Geminis	Imola.
Afcani Tâburinius.	F. Didac. de Valdes	S. Ildesofus D.
A'ciatus.	Eurhimius.	F. Ild. de Chinchilla.
S. Athanasius D.	F. Enseb. de Herrera	F. Ildesof. de Leon.
Aristoteles.	P. Emanuel Sa.	S. Joan. Chriofom.
S. Augustinus D.	F. Eman. Rodriguez	Ioannes Andreas.
F. Aug. Benaüence.	Elaías Abbas.	F. Ioann. Taulerus.
Abbas antiquus.	Emasuel Dacosta.	Ioannes Azor.
Abbas Iunior, idest,	Festus.	Ioannes Sanctius.
Panormitanus.	S. Fulgent. Rup. D.	F. Ioan. de Médoza.
Angelus.	S. Fug. Altig tanus.	F. Ioan. de la Cruz.
Augustinus Barbosa	P. Frâciscus Suarez.	S. Ildorus D.
Arnoldus Vbion.	F. Facund. Torres.	S. Iulianus.
Ambr. Calepinus.	Felinus.	F. Iosephus Angles.
Alfonsus Vivaldus.	Federicus de Senis.	Ioannes de Driedo.
Albertus Magnus.	Franc. Tolet. Card.	Ioannes Maior.
Albericus.	F. Franc. Vitoria.	Ioannes de Pletea.
Antonijs de Moure.	Fulgosius.	Ioannes Tritemius.
F. Ant. de Cordoba.	D. Ferd. de Salazar.	Ioannes Gutierrez.
F. Ant. de Inojosa.	D. Ferdin. Pizarro.	Ioannes Gutierrez.
P. Auila.	F. Franc. de Sosa.	Ioannes Bachonus.
Acuña.	P. Franc. Aguado.	Ioann. Bened. &us.
S. Bernardus. D.	Gratianns.	Inlius Clarus.
S. Basilius D.	Gabriel.	Iustus Lypsius.
S. Bonanentura D.	Guillelm. Benediçi	Ioannes Gerson.
S. Beda D.	Gambarus.	Leonardus Lefius.
F. Basilius de Leon.	P. Gabriel Vasquez.	Lalius Zechius.
Baldus.	S. Gregorius M. D.	F. Ludonicus Lopez
Bartholem. Casane	S. Gregorius Theol.	Ludonicus Molina.
Bartolus.	P. Greg. de Valéria.	F. Lud. de Miranda.
F. Barth. de Medina	Gregorius Sairus.	Lud. Blofius Abb.
Card. Alexâdrinus.	F. Greg. de Alfaro.	F. Leãd. de Granada
Cabedus.	Gregorius Lopez.	Lipomanus.
Cuiacius iuris D.	Guillelmus.	Michael de Medina.
Campanilus.	Ginebrardus.	Malderus.
Cassianus.	Gotfredus.	Martinus Nauarro.
Caldas.	Gózález de reg. cãc.	Martin. de Ledesma
Caieranus.	Humbertus.	Martin. Bonacina.
Calderinus.	S. Hieronymus D.	Michael Salon.
Cæsar Lamberrinus.	F. Hehr. de Villalob.	Moya.
		Marfilus.
		Menchaca.
		Mascardus. (laet.
		Niceph. Carthagi.
		Nicolaus de Lira.
		Ofilus.
		Plutarchus.
		Reyrosa
		Rubios.
		Rubios.
		Imola.
		Proclus. (ro.
		de S. Audama-
		Layman.
		Farinacius.
		Citadinis.
		Chryfolog.
		Damianus
		Marcilla.
		Nauarra.
		Arragena
		discip. Aug.
		Lorca.
		Francus.
		Paludanus.
		Sãdonal
		Philincius. (Ep.
		Putco.
		Quaranta.
		Rosella.
		Bellarmin.
		de Curte.
		Rupertus Abbas.
		Ricardus.
		Raimundus Card.
		Siluefter.
		Sozomenus.
		Scotus.
		Simeõ metapcrastes
		Simancas.
		Sarmentus.
		de Freitas.
		Salgado.
		Tiraquellus.
		Tabiena.
		D. Thomas.
		Thomas Sanchez.
		Turrecremata.
		Viuentius.
		Veroius.
		Veracruz.
		Valens Imperator.
		Valentinianus.
		Zabarella Card.
		Zenedus.
		Zabacillos.


INDEX TRACTATVVM,
 qui in prima parte huius operis
 continentur.

- Tractatus primus.* De essentia status Religionis.
- Tractatus secundus.* De natura votorum, specialiter Religionis, & quas conditiones requirant.
- Tractatus tertius.* De voto ingrediendi Religionem, & qualiter sit interpretandum, & de Regularium votis.
- Tractatus quartus.* De admittendis in Religione, & quas debeant habere conditiones Nouitij.
- Tractatus quintus.* De egressis, dimissis, & abductis à Religionis ingressu; de deponentibus habitum, incapacibus, & seductis.
- Tractatus sextus.* De anno probationis, & de pertinentibus ad Nouitios, & etiam aliquo modo ad Professos.
- Tractatus septimus.* De seruitute ingenua, quæ per votum obedientiæ inducitur; & ipso obedientiæ voto.
- Tractatus octauus.* De ingenuis seruis, quantum ad politicæ potestati Prælatorum subiectionem; & modo, quo tales serui iudicialiter debent puniri (Religionis utpote) seruitute ingenua, & spontanea, non legali constricti.
- Tractatus nonus.* De paupertatis voto.
- Tractatus decimus.* De clausura Regularium vtriusque sexus.
- Tractatus undecimus.* De Monialium clausura.
- Tractatus duodecimus.* De transitu ex vna Religione in alteram.
- Tractatus decimus tertius.* De alia distincta mancipatione, qua, mediante voto solemni continentiæ, priuatur homo bonis delectabilibus præcipuis corporis.



INDEX CAPITVM,

QVÆ IN SINGVLIS TRACTATIBVS,
primæ Partis huius operis continentur.

TRACTATVS PRIMVS HABET VNICVM CAPVT.

Cap. vnicum. *Religionis statum ex tribus votis essentialibus constare,*
Tractatus secundus habet duo capita.

Cap. 1. *De definitione voti, & quid sit promissio, & facta Deo.*

Cap. 2. *De libertate requisita ad votum, specialiter Religionis.*

Tractatus tertius habet quatuor capita.

Cap. 1. *De varijs modis vouendi Religionem.*

Cap. 2. *De subiecto voti, seu de ijs, qui possunt vouere Religionem.*

Cap. 3. *Qua vota possit Religiosus emittere, & an illa possit Prælati
irritare.*

Cap. 4. *De dispensatione, & commutatione votorum, quæ emittant Reli-
giosi.*

Tractatus quartus habet tria capita.

Cap. 1. *De commendatione status Religionis.*

Cap. 2. *De impeditis ad statum Religionis assumendum.*

Cap. 3. *De Religioso ad Episcopatum assumpto.*

Tractatus quintus habet quinque capita.

Cap. 1. *De fugitiuis, apostatis, & eiectis.*

Cap. 2. *De deponentibus sua Religionis habitum.*

Cap. 3. *De eiectis à Religione.*

Cap. 4. *De impedimentis ad statum Religionis, ex Bulla Sixti Papæ V.*

Cap. 5. *De prohibentibus, & impediens ingressum Religionis.*

Tractatus sextus habet sex capita.

Cap. 1. *De computatione anni probationis, eius continuatione, seu continui-
tate.*

Cap. 2. *De ijs, quibus gaudent Nouitij, & in quibus subduntur Prælati.*

Cap. 3. *De bonorum temporalium Nouitij donatione, & dispositione.*

Cap. 4. *De hærede bonorum ingredientis Religionem.*

Cap. 5. *Cui adquirat Religiosus professus.*

Cap. 6. *De alimentis proficientium.*

Cap. 7.

Tractatus septimus habet vnicum caput.

Cap. vnicum. *In quibus teneantur Religiosi gubernatiua potestate Pralat-
torum Regularium, & quibus competat?*

Tractatus octauus habet vnicum caput.

Cap. vnicum. *De modo procedendi in iudicijs, specialiter Regularium.*

Tractatus nonus habet duo capita.

Cap. 1. *In quo consistat paupertatis votum.*

Cap. 2. *De ijs que votum paupertatis infringunt.*

Tractatus decimus habet duo capita.

Cap. 1. *De voto clausurae Benedictinorum.*

Cap. 2. *De prohibitione ingressus mulierum in Monasterijs virorum.*

Tractatus vndecimus habet duo capita.

Cap. 1. *De reclusionione ipsarum Monialium.*


Cap. 2. *De reclusionione Monasteriorum Monialium.*


Tractatus duodecimus habet vnicum caput.

Cap. vnicum. *De licetè transuentibus ex vna Religione ad alteram.*

Tractatus decimustertius habet vnicum caput.

Cap. vnicum. *De voto Castitatis.*





INDEX QVAESTIONVM,

QVAE IN SINGVLIS TRACTATIBVS,
& Capitibus primae Partis discutuntur.

EX TRACTATV I.

*Caput vnicum continet quinque
quaestiones.*



Quest. 1. Vtrum de essen-
tia status Religionis sit,
se adstringere ad aliqua
vota,

Quest. 2. Vtrum qui-
libet Religiosus tenea-
tur vobere omnia consilia Evangelica,
vel quae sint de essentia sui status.

Quest. 3. Vtrum haec vota, quae con-
stituunt essentialiter Religionis statum,
sic debeat fieri, quod duret per totam
vitam eorum obligatio.

Quest. 4. Vtrum Religiosus, licet
non vouerit omnia Evangelica consilia,
teneatur illa seruare.

Quest. 5. Vnde attendenda sit maior
perfectio in Religionibus.

EX TRACTATV II.

Caput primum habet 7. quaestiones.

Quest. 1. Quid sit votum, & in quibus
actibus consistat.

Quest. 2. De natura promissionis, &
ex quibus actibus consistat.

Quest. 3. Quod, & quate debeat esse
propositum requisitum ad promissio-
nem, & ad votum.

Quest. 4. Quale debeat esse secundum
propositum, seu actualis assensus in ob-
ligationem requisitam ad votum.

Quest. 5. Circa ultimam particulam
definitionis voti, scilicet, quod debeat
esse de re meliori, vel maiori bono: &
an sit melius vouere, quam non vouere.

Quest. 6. Vtrum qui fecit antea vo-
tum de re incompatibili cum statu Re-
ligionis, possit ingredi, & profiteri sine
dispensatione.

Quest. 7. Vtrum sit licitum, & vali-

dum votum, de non intrando Religio-
nem, vel non assumendi Religionis sta-
tum.

Caput secundum habet 6. quaestiones.

Quest. 1. Quae, & quanta debeat esse
deliberatio, ut valeat votum Religio-
nis, vel professio.

Quest. 2. Quae inaduertentia inuali-
det votum, quod quis emittat Religio-
nis.

Quest. 3. Vtrum votum factum ex ig-
norantia sit obligatorium.

Quest. 4. Vtrum ignorantia, seu dece-
ptio circa motiuum, seu finem principa-
lem, annullat votum Religionis.

Quest. 5. Vtrum votum, specialiter Re-
ligionis, factum ex metu cadente in vi-
rum constantem, sit validum.

Quest. 6. Vtrum votum Religionis fa-
ctum ob malum finem, v.g. propter va-
nam gloriam, sit validum.

EX TRACTATV III.

Caput primum habet 18. quaestiones.

Quest. 1. Quid teneatur facere, qui
promisit intrare Religionem, non de-
terminando hanc, vel illam in particu-
lari.

Quest. 2. An qui vouit specialem Re-
ligionem; si in Conuentibus illius in sua
Prouincia non admittatur, teneatur ex-
tra, alias adire.

Quest. 3. An ille, qui vouit Religio-
nem in communi, teneatur ingredi Mo-
nasteria non reformata, si in alijs non
admittatur. Et quae dicantur non refor-
mata.

Quest. 4. Vtrum qui fecit votum Re-
ligionis in communi, satisfaciatur ingre-
diendo Ordinem sancti Iacobi, Cala-
trauz, &c.

Quest. 5. Vtrum qui vouit Religio-
nem

nem in communi, vel in particulari: si quia ignorat Grammaticam, non recipiatur in principali gremio illius Religionis, sed laicorum, teneatur ingredi, vel discere Grammaticam.

Quaest. 6. An ille, qui absolutè vouit Religionem, sciens esse necessariam Grammaticam, vt admitteretur ad Chorum (quod intendit) si non admittatur, teneatur habitum laicorum assumere.

Quaest. 7. An ille, qui vouit ordinè laicorum, vbi tales debent scire artem, ignorans hoc statutum, teneatur addiscere talem artem, etiam si difficilis sit.

Quaest. 8. An ille, qui sciens Grammaticam, voro Religionis factus, & sufficienti diligentia facta, nihil cogitans de dicta habitus diuersitate, si solùm admittatur ad habitum laicorum, teneatur recipere.

Quaest. 9. Vtrum qui vouit Religionem, teneatur statim petere habitum, & ingredi, ita vt per ipsum non stet quòd differatur.

Quaest. 10. Vtrum qui vouit Religionem, teneatur non solùm ingredi, sed & profiteri in illa.

Quaest. 11. Vtrum qui non solùm vouit Religionem, sed etiam perseverare, & profiteri in illa, teneatur non solùm habitum sumere, & ingredi Religionem, sed perseverare, & profiteri.

Quaest. 12. Vtrum qui vouit Religionem, & dubius est an promiserit periclerantiam, & profiteri, teneatur emittere professionem.

Quaest. 13. Vtrum ille, qui vouit se futurum votum de Religione, in generali, vel in particulari, teneatur illam ingredi.

Quaest. 14. Vtrum, seu ad quid teneatur ille, qui vouit se non morituum extra Religionem.

Quaest. 15. Vtrum qui vouit certam aliquam Religionem, possit ingredi aliã.

Quaest. 16. Vtrum si quis promiserit Religionem ingressurum, vel seruire per totam vitam Hospitali, tale votum sit de Religione, dispensabile, vel qualiter obliget.

Quaest. 17. An qui emisit Religionis votum, si eligatur in Episcopum, hoc non obstante teneatur ingredi Religionem.

Quaest. 18. Vtrum qui post votum

solemnè emissum, expellitur à Religione, propter deprauatos mores, teneatur ad vota essentialia.

Caput secundum habet 6. quaestiones.

Quaest. 1. Vtrum pueri possint vouere Religionem.

Quaest. 2. Vtrum tale votum puero- rum possit à parentibus irritari.

Quaest. 3. Vtrum solus pater, an etiam mater, & tutor possint irritare illa vota.

Quaest. 4. Vtrum Episcopi, & Clerici, & alia Ecclesiastica Dignitates possint facere votum Religionis.

Quaest. 5. Vtrum coniugati possint facere votum Religionis.

Quaest. 6. Vtrum seruus possit vouere Religionem.

Caput tertium habet 13. quaestiones.

Quaest. 1. Vtrum Religiosus possit licite aliquod votum emittere.

Quaest. 2. Vtrum in particulari possit Religiosus aliqua vota facere, & quae vota non possit.

Quaest. 3. Vtrum omnia vota Religio- rum possit Praelatus irritare.

Quaest. 4. Vtrum Praelatus regularis possit in praesenti irritare omnia vota illa, quae Religiosus fecit cum conditio- ne implendi quãdo sit sui iuris, v. g. Epi- scopus, quod sperat.

Quaest. 5. Vtrum possit Praelatus Re- ligiousi irritare vota Religiosi emissa ante Religionis ingressum.

Quaest. 6. Vtrum Praelatus regularis possit irritare vota Nouitiorum.

Quaest. 7. Vtrum vota Religiosi de li- centia Praelati emissa, vel quae ipse con- firmavit, possit ipse, vel eius successor irritare.

Quaest. 8. Qui sint Superiores regula- res, qui habent hanc potestatem irritã- di vota sudditorum.

Quaest. 9. Vtrum aliquis extra Reli- gionem, possit irritare Regularium vota.

Quaest. 10. Vtrum Abbatisa, & aliae feminarum Praelate, possint vota sub- ditarum irritare.

Quaest. 11. Vtrum requiratur aliqua causa ad irritandum vota sudditorum.

Quaest. 12. Vtrum peccet Religiosus, peten-

petendo sine causa à Prælato irrationem alicuius voti.

Quæst. 13. Vtrum si subditus petat licentiam ad faciendum opus quod vult, non dicendo se votum de illo emisisse, an in isto casu, si licentia negetur, maneat irritatum votum.

Caput quartum habet 8. quæstiones.

Quæst. 1. An Prælati Religionum externarum habeant potestatem dispensandi vota subditorum Regularium, & an hæc sit ordinaria.

Quæst. 2. Vtrum habeant isti Prælati hanc potestatem dispensandi omnia vota subditorum, etiam transeundi ad aliam Religionem.

Quæst. 3. Vtrum Prælati Religionum possint dispensare vota Nonnitarum.

Quæst. 4. Quænam sit hæc potestas in Religionibus, ad dispensandum vota secularium.

Quæst. 5. Quæ causa requiratur ad legitimè in votis dispensandum.

Quæst. 6. Vtrum liceat illi, qui potest commutare, & dispensare, uti absoluta dispensatione, si commutatio sufficiat ad subueniendum necessitati, quæ urget.

Quæst. 7. Vtrum ad commutandum vota, ultra potestatem quæ necessaria est, requiratur adhuc iusta causa.

Quæst. 8. An quod dicitur de commutatione votorum, intelligatur etiam si vota sint iurata.

EX TRACTATV III.

Caput primum continet unicam quæstionem.

Quæst. unica. Vtrum liceat inducere aliquem ad statum Religionis.

Caput secundum habet 6. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum possit admitti in Religionem aliqua mancipium, aut seruus.

Quæst. 2. Vtrum possit in Religionem admitti ille, qui se obligavit alteri ad faciendum aliquid incompatible cum statu Religionis.

Quæst. 3. Vtrum possit iura conscientie habere, & statum Religionis assumere ille, qui a re alieno ita oppressus

est, ut datis suis omnibus facultatibus, non potest suis debitis sufficienter satisfacere.

Quæst. 4. Vtrum coniux post matrimonium possit ingredi Religionem, vel statum Religionis assumere.

Quæst. 5. Vtrum Episcopi, & alie personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ, possint in Religionem admitti, & ipsam ingredi.

Quæst. 6. Vtrum sit sufficiens impedimentum ad non ingrediendum in Religionem, habere pro tunc parentes nimia egestate laborantes.

Caput tertium habet 6. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum Episcopalis dignitas sit in pedimentum ad admittendum & retinendum Religionis statum.

Quæst. 2. Vtrum Religiosi ad Episcopatum assumpti, teneantur renuntiare, aut resignare prius omnia, quæ habeant in Religionem.

Quæst. 3. Vtrum Religiosus, qui sit assumptus in Episcopatum, & consecratus, possit in ordine officium tenere.

Quæst. 4. Vtrum talis Episcopus, si Episcopatum renuntiet, teneatur ad Religionem redire.

Quæst. 5. Vtrum Prælati regularis teneatur redeuntem Episcopatum renuntiantem Dignitatem Episcopalem admittere.

Quæst. 6. Vtrum talis Episcopus, qui legitime Episcopatum renuntiavit, & admissus est in Monasterio, possit officia Religionis, & Prælaturas acceptare.

EX TRACTATV V.

Caput primum habet 5. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum Religiosi fugitivi inquirendi sint, & compellendi, ut ad Religionem redeant, secundum iura.

Quæst. 2. An de iure speciali Religionum requirendi sint fugitivi, & quas penas incurrant.

Quæst. 3. Quis sit, & qui dicatur Apostata in iuribus, & quas penas incurrat.

Quæst. 4. Vtrum Apostata verus, iam receptus, & absolutus ab excommunicatione, & mendatus, possit in illa Religionem eligi in Abbatem, aut Prælatum.

Quæst.

Quæst. 7. Quibus expensis debeant inquiri, teneri, capi, & sustentari huiusmodi fugitivi, & apostata.

Caput secundum habet 6. questiones.

Quæst. 1. Quid sit relinquere habitum temerè; & an sit idem, quod illicitè dimittere.

Quæst. 2. Vtrum dormiens sine habitu incurrat semper iuris excommunicationem, aut qui in cubiculo magna parte diei pro calore, aut alia causa nudatur.

Quæst. 3. Vtrum sic sine habitu persistens, quando excommunicationem non incurrat, peccet mortaliter.

Quæst. 4. Vtrum qui suæ Religionis habitum retinens illum occultat, alio habitu superimposito, ita ut exterius non appareat proprius habitus, incurrat excommunicationem textus.

Quæst. 5. Vtrum qui sine debita licentia habitum alterius Religionis assumit & per consequens contra ius, incurrat hanc censuram deponentium habitum suæ Religionis.

Quæst. 6. Vtrum sit aliqua poena imposita contra Religiosos ad studia se conferentes sine debita licentia, & qualis hæc licentia debeat esse.

Caput tertium habet 11. questiones.

Quæst. 1. Vtrum Religiones, & Monasteria habent ius eijcendi Religiosum à Religione.

Quæst. 2. An Monasterium illud à quo Religiosus eijcitur, teneatur præbere illi alimenta quibus sustentetur.

Quæst. 3. Propter quæ vitia, & morum depravationem possit Religiosus à Monasterio expelli.

Quæst. 4. Vtrum ipse eiectus iam emendatus à vitio, pro quo fuerat eiectus, teneatur reuertere ad Religionem, & instare Prælatos ut recipiatur.

Quæst. 5. Vtrum iuste eiectus à Religione, maneat verè Religiosus in seculo, & extra Monasterium degens.

Quæst. 6. Vtrum eiectus legitime, si alias emisisset simplex votum Religionis, non determinando aliquam, teneatur alias plures intentare, vel maneat securus in seculo, virtute eiectionis.

Quæst. 7. Vtrum maneat (absolutè loquendo) tuta conscientia in seculo, qui eiectus fuit à Religione.

Quæst. 8. Cui acquirat Religiosus ille, qui à suo Monasterio, aut Religione fuit eiectus.

Quæst. 9. An in casu, quo Monasterium non acquirat bona eiecti, cui talia bona acquirantur, cum eiectus maneat voto paupertatis adstrictus.

Quæst. 10. Vtrum in aliquo conueniant, seu in aliquo differant Religiosi eiecti à Religione, cum apostatis, & fugitiuis.

Quæst. 11. An Religiosi eiecti gaudeant immunitatibus Clericorum, ac fori Ecclesiastici.

Caput quartum continet unicam questionem.

Quæst. unica. Quæ impedimenta assignentur à Pontifice, ad hoc ut aliquis in Monasterijs, & Religione possit admitti.

Caput quintum habet 2. questiones.

Quæst. 1. Quod crimen committat, & ad quid teneatur qui aliquem reuocauit ab ingressu Religionis, vel ingressum iam inducit ad dimittendum habitum, & non profitendum.

Quæst. 2. An ad restitutionem aliquam faciendam teneatur ille, qui reuocat aliquem ab ingressu Religionis.

EX TRACTATV VI.

Caput primum habet 6. questiones.

Quæst. 1. Vtrum nouitiatus, seu probationis annus, debet esse vnus, & continuus.

Quæst. 2. Vtrum iste annus probationis debeat esse à quintodecimo ætatis Nouitij anno, vsque ad decimum sextum.

Quæst. 3. Vtrum Nouitius habens completos annos ætatis decem & sex, postquam impleuit annum probationis, debeat statim admitti ad professionem, aut eijci à Monasterio.

Quæst. 4. Vtrum si aliquis expleto probationis anno habitum ex sua voluntate dimittat, vel eo priuet illum Reli-

Religio, vel Prælatus; si alius Prælatus ingrediens de nouo, vel ipse quidem sit, re melius considerata, seu ex specialibus vel nouiter cognitis rationibus, vellet illo auuente illum iterum recipere, possitne virtute anni probationis transacti, admittere illum ad professionem.

Quæst. 5. Vtrum Religiosus professus iam in vna Religione, possit sine nouo probationis anno, in alia quam eligit, profiteri.

Quæst. 6. Vtrum in aliquo casu possit quis, non obstante dispositione Tridentini, ante annum probationis completum, professionem emittere.

Caput secundum habet 6. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum Nouitius in Religione approbata, in Ecclesiastico ordine non constitutus, nec tólura, gaudeat immunitate ferri.

Quæst. 2. Vtrum Nouitius subiaceat seculari potestati Ecclesiasticæ, & laicæ.

Quæst. 3. Vtrum Nouitius teneatur seruare constitutiones, statuta, & præcepta regulæ illius Religionis.

Quæst. 4. An Prælatus Religionis possit punire Nouitios pro defectibus, & excessibus in nouitiatu commissis.

Quæst. 5. Vtrum Nouitius possit Ecclesiasticos Ordines suscipere.

Quæst. 6. Vtrum Nouitius assumi possit ad Prælatum, & dignitatem.

Caput tertium habet 12. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum Ecclesiasticæ Concilij Tridentini dispositiones valeant circa bona, & res profanas, & possint annullare obligationes, & renuntiationes, quæ fuerint firmatæ iuramento.

Quæst. 2. Vtrum donatio inter viuos iurata, & per ipsam translata res ante ingressum Religionis, vel professionis valeat.

Quæst. 3. Circa conditionem Concilij, quòd donatio fiat intra duos menses: dubitatur, an facta ante, sub conditione, quòd valeat sequuta professione, & non aliter; valeat professione sequuta, id est, impleta conditione.

Quæst. 4. Vtrum si renuntiatio facta ante hos duos menses Concilij, valeat, si ante Nouitius ligatus sit voto simplici.

Quæst. 5. Vtrum donatio ante duos menses facta, & iurata, adhuc valeat antequam Nouitius professionem emitteret.

Quæst. 6. Vtrum facta donatione legitime, & ritè, valeat, si Nouitius moriatur ante professionem.

Quæst. 7. Vtrum sufficiat ad renuntiationem faciendam licentia Prælati Regularis illius Monasterij, vel totius Congregationis, aut Ordinis; vel requiratur etiam licentia Ordinarij, aut Vicarij loci.

Quæst. 8. Vtrum in di&is verbis Concilij, scilicet; nulla quoque renuntiatio, &c. prohibeatur Nouitio facere testamentum.

Quæst. 9. Quæ solemnitas requiratur in testamento Nouitij, vel volentis ingredi in Religionem, in casu, quo testamentum, & non donationem sit conditurus.

Quæst. 10. Vtrum testamentum factum annulletur per professionem antea factam.

Quæst. 11. An Nouitius, qui ante duos menses anni legalis, sed paulò ante professionem (quam anticipat ob periculum mortis) fecit donationem, vel testamentum, possit si conualeat, reuocare.

Quæst. 12. Vtrum quando renuntiatione bonorum legitime, & tempore prescripto facta ab aliquo, mutat propositum, & eligit non profiteri, valeat adhuc donatio, quanuis qui illam fecit, maneat orbatus bonis.

Caput quartum habet 16. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum eo ipso, quòd quis profiteretur in Religione capaci hereditandi, nulla donatione facta, vel testamento, adquirat statim Monasterium proprietatem, & ius ad bona profitentis, pro illius vita.

Quæst. 2. Vtrum vsusfructus bonorum quæ proficens relinquit alicui heredi per testamentum, vel aliquam voluntatem, pertineant ad Monasterium, in quo emittit professionem, pro eius vita.

Quæst. 3. An legitimæ, dotes, & alimenta filiorum, descendantium, & legitimorum heredum, debeant statim illis tradi eo ipso, quo ipsorum pater professionem

tionem emittat in Religione capaci bonorū, vel debeat retinere Monasterium pro vita sui Religiosi.

Quæst. 4. Vtrum debeat legitima sua portio, ascendentibus, quando ille, qui non habens legitimos descendentes decedit è vita ante illos.

Quæst. 5. Vtrum filijs naturalibus, & non legitimis pertineat aliqua legitima portio bonorum profitentis, quando Monasterium in quo proficitur, est capax bonorum in communi.

Quæst. 6. Quid, vel quæ pars bonorum profitentis, siue testamento, aut legitima renuntiatione, pertineat Monasterio capaci, si ille qui proficitur habeat filios.

Quæst. 7. Vtrum post professionem possit Religiosus annullare, mutare, vel declarare suum antea factum testamentum.

Quæst. 8. Vtrum possit simpliciter & absolute à summo Pontifice facultas concedi Religioso ad condendum testamentum.

Quæst. 9. Vtrum si Novitius moriatur sine testamento, pertineant eius bona Monasterio.

Quæst. 10. Vtrum beneficium Ecclesiasticum, quod quis habet ante ingressum Religionis, possit Novitius iam professus retinere, & quando debeat renuntiare.

Quæst. 11. Vtrum aliquis possit hereditare beneficium quod habebat Novitius, per ipsius renuntiationem, vel pertineat Monasterio.

Quæst. 12. Vtrum legatum quod habet quis pro vita sua, ut recipiat aliquos redditus annuos, pro suis alimentis, possit donare alicui, vel Monasterio.

Quæst. 13. Vtrum Novitius ante professionem possit relinquere sibi ipsi aliquid in testamentum, dandum sibi post professionem, vel pro vna vice, vel per singulos annos, ut annuales redditus.

Quæst. 14. Ad quod Monasterium pertineant bona Religiosi transeuntis ex vna Religione in alteram.

Quæst. 15. Vtrum feuda, & maioratus pertineant ad Monasterium capax bonorum, in quo aliquis emittit professionem.

Quæst. 16. Vtrum emphyteosis, quam forte habeat proficiens, pertineat ad Monasterium in Religione capaci.

Caput quintum habet 4. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum Religiosus legata sibi ab aliquo, possit acceptare.

Quæst. 2. Vtrum legatum factum Religioso, sub conditione ne acquirat, neque se intromittat Monasterium, pœna nullitatis, valeat.

Quæst. 3. Vtrum Ordini, seu Congregationi adquiratur quidquid Religiosus acquirit, an Monasterio, in quo professus est.

Quæst. 4. Cui adquiratur quod donatur Religioso, pro suo libito dispensandum.

Caput sextum continet unicam quæstionem.

Quæst. unica. Vtrum liceat pro Religionis ingressu aliquid donare, vel accipere.

EX TRACTATV VII.

Caput unicum habet 15. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum virtute voti obedientie introducta sit potestas Prælatorum: qui tales sint, & quæ possint præcipere.

Quæst. 2. Vtrum reneatur subditus obviare in actibus interioribus.

Quæst. 3. Quid sit, & quid dicatur esse secundum regulam, quod ut dictum est, potest percipere Prælatus: & quid est contra regulam, & quid excedat.

Quæst. 4. An abstinencia, v.g. à carnibus, mandata in regula, possit à Prælato præcipi Religioso, si ante professionem fuit à Pontificibus dispensata, & derogata.

Quæst. 5. Vtrum quidquid mandatur per regulam, vel constitutiones, obliget sub mortali.

Quæst. 6. Vtrum Prælatus possit præcipere sub pœna peccati mortalis observationem eorum, quæ in regula solum obligant sub veniali.

Quæst. 7. Vtrum iuste possit imponi præceptum sub mortali, de alijs rebus, quæ non continentur in regula, tamen necessariæ sunt ad bonum regimen Religionis, vel alicuius Monasterij, aut personæ.

Quæst. 8. Vtrum Prælatus possit præcipere

cipere sub mortali res parvi momenti, v.g. silentium, hic, & nunc, & quis surgat, aut non ledeat, & alia huiusmodi.

Quæst. 9. Vtrum Prælati, & Superiores magis teneantur seruire regulam, quàm subditi.

Quæst. 10. Vtrum Prælati possit aliquid iulle præcipere, ex cuius tamen executione aliquid scandalum sequitur: & vtrum in tali casu subditi obedire teneantur.

Quæst. 11. Vtrum in aliquo casu Prælati inferior possit præcipere aliquid contra præceptum Prælati superioris, & subditi teneantur obedire.

Quæst. 12. Vtrum cessante causa legis, aut præcepti impositi, cesset vis obligandi, lex, & præceptum.

Quæst. 13. Quandiu durent præcepta illa particularia, quæ solent Prælati suis subditis imponere.

Quæst. 14. Vtrum Prælati, & Principes supremi teneantur legibus, & statutis communibus, ab ipsis solum, vel etiã cum Capitulo simul factis, aut in Congregatione.

Quæst. 15. Vtrum si præcipiat Prælati (sicut & præcipit Ecclesia) recitationem officij, præcipiat sub eadem obligatione, attentionem in recitando.

EX TRACTATV VIII.

Caput unicum habet 2. questiones.

Quæst. 1. An teneantur Prælati Religionum facere inquisitiones, & visitationes generales.

Quæst. 2. An teneantur Regulares, pro sua Reipublicæ gubernatione, & propria utilitate, denunciare delicta, & defectus; sub qua obligatione, & quo ordine; an precedente correctione fraterna.

EX TRACTATV IX.

Caput primum habet 20. questiones.

Quæst. 1. Quid promittant proficentes, per votum paupertatis.

Quæst. 2. Vtrum de licentia Prælati possit Religiosus aliquid possidere, non obstante paupertatis voto.

Quæst. 3. Quis sit usus rerum, quem

habent Religiosi in particulari.

Quæst. 4. Vtrum quando quis habet usum rerum consumptibilium, possit dare alteri, vt si Religiosus det portionem carnis, obsonij, vel panis sibi ad propriam sustentationem taxatam, ex dispositione Ordinis.

Quæst. 5. Vtrum Religiosus possit de licentia Prælati habere ad usum modo explicato magnam supellectilem rerum superfluarum, & pretiosarum.

Quæst. 6. Vtrum Religiosus de licentia Prælati possit habere aliquam partem, seu quantitatem pecuniæ specialiter, & separatim depositatam, ipsius Religiosi vsibus deputatam, & à bonis reliquis Monasterij sequestratam, ad modum peculij seruorum, seu militum.

Quæst. 7. An comparabile sit cum paupertate Religiosi status, habere ius, titulum, aut facultatem ad exigendum, & recipiendum aliquos annuos redditus, & ad hoc possit Prælati licentiam concedere.

Quæst. 8. Vtrum possit Religiosus, de licentia Prælati habere villam, seu grantiam sibi vnicam, vt reddat Monasterio quotannis certam quantitatem, & reliquum sibi retineat. Et idem, si Beneficiũ regulare sit.

Quæst. 9. Vtrum Religiosus possit habere aliquam pensionem super aliquod Beneficiũ, de licentia Papæ.

Quæst. 10. Vtrum Prælati possit concedere licentiam Religioso, vt expendat peculium in quos voluerit vsus, etiam profanos.

Quæst. 11. Quantam licentiam possit Prælati Regularis concedere, ad donandum extraneis de bonis Monasterij, vel ipse concedere, & donare.

Quæst. 12. Quantam licentiam possit Prælati Regularis concedere subdito, ad donandum de suo peculio, vel sibi assumendum, seu expendendum.

Quæst. 13. Vtrum œconomus, aut legitimi administratores bonorum Monasterij, possint aliquid donare.

Quæst. 14. Vtrum Prælati possit de bonis Monasterij assumere sibi libros, imagines, vel duplicatas vestes.

Quæst. 15. Vtrum quando datus est Religioso vsus liber, seu dispositio bonorum, reddituum, aut Cathedre stipendium, aut simile, pro annuo victu, & ve-

fitu, ita vt nihil aliud petat, possit de ijs, quæ super sint, dare eleemosynam, facere donationem, aut alias licitè insumere.

Quæst. 16. Vtrùm peccet contra votum paupertatis Religiosus extra Monasterium degens, aut in itinere, donando aliquid, aut consumendo vltra id, quod requiritur ad honestè, & secundum suum statum iter faciendum.

Quæst. 17. Vtrùm ex pecunijs, quas communitas dat Religiosis, pro sumptibus itineris, aut sustentatione congrua, si extra morentur, si aliquid super sit, hoc residuum sibi, & suo peculio retinere Religiosi ipsi possint.

Quæst. 18. Quænam licentia requiratur Prælati, ad hoc vt subditus possit aliquid dare ex suo peculio.

Quæst. 19. In quo differant, & in quo conveniant donationes, quas facere possunt uxores, filij, & serui, à donationibus Religiosorum.

Quæst. 20. Vtrùm præter obligationem voti paupertatis, sint alio iure prohibita donationes Religiosorum.

Caput secundum habet 20. quæstiones.

Quæst. 1. Quæ quantitas sit sufficiens expensa, aut donata sine licentia Prælati, ad peccandum contra votum paupertatis.

Quæst. 2. Vtrùm Religiosus, qui sibi furtim aliquid accipit ex communi, aut ex eo, quod alteri attributum est, proprietarius sit, siue res sit consumptibilis vltro, siue non.

Quæst. 3. Vtrùm Religiosus possit sine licentia Prælati donationem recipere.

Quæst. 4. Vtrùm Religiosus aliquid recipiens, etiam in quantitate magna, aut considerabili, si ponat palam in cella, sicut alia, peccet contra paupertatem.

Quæst. 5. Vtrùm si Religiosus ex loco communi, vel officina Monasterij aliquid accipiat solum ad vsum suum, peccet contra votum paupertatis.

Quæst. 6. Vtrùm Religiosus occultans aliquid Prælato, tam ex ijs, quæ accepit sine licentia, quàm ex ijs, quæ cum illa, vel illud non scribat in me-

moriali annuo, peccet contra paupertatem.

Quæst. 7. Vtrùm si Religiosus petat licentiam ad emendum ex suo peculio libros, v.g. Theologiæ, possit eam licentiam, & nummos insumere in libros prophanos.

Quæst. 8. Vtrùm si Religiosus non sit animo paratus relinquere omnia, quæ habet ad nutum prælati, sit in statu damnationis.

Quæst. 9. Vtrùm licentia Prælati obtenta, non tamen executioni mandata, quando illius iurisdictio cessauit, valida sit.

Quæst. 10. Vtrùm Religiosus possit emere aliquid sine licentia Prælati, non soluta pecunia, & cum animo petendi licentiam antequam soluat prærium.

Quæst. 11. Vtrùm Religiosus possit aliquem facere contractum,

Quæst. 12. An ad aliquem numerum Missarum celebrandarum possit obligari Religiosus per contractum, sine Prælati licentia, & conventionem facere de quantitate stipendij, siue pittance, & solutionis.

Quæst. 13. Vtrùm Religiosus aliquid in ludo insumere possit.

Quæst. 14. Vtrùm qui lucretur à Religioso vltra quantitatem assignatam, teneatur restituere, siue habeat licentiam, siue non.

Quæst. 15. Vtrùm de ratione ludi sit, quando Religiosus deperdit pecuniam, vltra quantitatem assignatam, quod debeat restituere id quod lucretur.

Quæst. 16. Vtrùm Religiosus id quod illicitè deperdit ludo, restituere teneatur & quomodo faciendum.

Quæst. 17. Vtrùm de ratione ludi sit, vt quis lucrari non possit plus à collatore, quàm iste possit ab eo licitè lucrari, & ille deperdere.

Quæst. 18. Vtrùm intra limites quantitatis, quam potest Religiosus ludo deperdere, si non apparet pecunia quando deperditur & luditur, teneatur qui lucretur restituere.

Quæst. 19. Vtrùm Religiosus eo solum quod ludat ludo prohibito, vel per leges Canonicas, vel suæ Religionis, desinat transferre dominium rei, quam deperdit.

Hh Quæst.

Quæst. 20. Vtrum attrahens aliquem ad ludum, possit licitè ab illo aliquid lucrari, quod non teneatur restituere.

EX TRACTATV X.

Caput primum habet 3. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum non obstante tali voto perpetuè inclusionis, possint Benedictini licitè egredi de Monasterio, & in quibus casibus.

Quæst. 2. Quis Prælatus habeat hanc tam necessariam, & magnam potestatem ad dispensandum in dicto voto, & dandam facultatem ad exeundum de Monasterio, ex aliqua ex dictis causis.

Quæst. 3. Vtrum Religiosus durè, & iniustè ante Superiorem tractatus, possit tuta conscientia, illo inscio, & sine eius licentia, à Monasterio exire, vt adbeat Superiorem.

Caput secundum continet vniam quæstionem.

Quæst. vnica. Vtrum sit omnino prohibitus mulieribus ingressus in Monasterijs Monachorum, vel Religiosorum.

EX TRACTATV XI.

Caput primum habet 3. quæstiones.

Quæst. 1. Quo iure sit inducta Monialibus clausuræ obligatio.

Quæst. 2. Vtrum Concilium Tridentinum, & iura citata potuerint obligare ad seruandam clausuram, scilicet feminas Religiosas illas, quæ nec voto clausuræ se adstinuerant, nec ex sua Regula, aut professione, aut alio modo.

Quæst. 3. Vtrum contrarius vsus potuerit vim præceptorum, & censurarum, quæ in Decretis, Iuribus, Bullis prædictis, & Concilio Trid. continentur, euacquare.

Quæst. 4. An licentia, quam concedit Prælatus, debeat dari in scriptis, & à quo Prælato, & quibus.

Quæst. 5. An prædictæ constitutiones obligent etiam Nouitias.

Quæst. 6. An liceat Monialibus de

Monasterio egredi, propter alias causas, præter eas, quas exprimit Bulla Pij Quinti, data anno 1569.

Quæst. 7. Vtrum hæc censuras in hac Bulla vltima anni 1569 contentas, contra contrauenientes, incurrant quicumque Monialem à Monasterio egressam comitantur, aut excipiunt.

Quæst. 8. Vtrum si aliqua Monialis faceret professionem, cum hac expressa conditione, vt non teneretur ad clausuram, & quod ad illam non posset adstringi, hoc non obstante possit obligari ad seruandam clausuram.

Caput secundum habet 5. quæstiones.

Quæst. 1. Vtrum impositum sit præceptum generale, & censura obligans omnes vtriusque sexus personas, ne ingrediantur in Monasterijs Monialium.

Quæst. 2. Vtrum huiusmodi præcepta, & censuræ sint abrogatæ per non vsu.

Quæst. 3. An liceat ingressus ad Monasteria Monialium, Medicis, Chirurgis, fabris, & alijs huius generis hominibus.

Quæst. 4. Vtrum liceat Episcopis, & alijs Superioribus Religionum, dare facultatem, vt admittantur in Monasterijs Monialium, educationis titulo, puellæ, & etiam aliæ, ob alias causas.

Quæst. 5. Vtrum liceat Prælati, dare licentiam, vt ancillæ seculares recipiantur, vt seruiant ipsi Communitati, vel etiam alicui Moniali in particulari.

EX TRACTATV XII.

Caput vnicum habet 9. quæstiones.

Quæst. 1. Quæ sit Religio strictior, & arctior, ad quam licitè fiat transitus ex alia laxiori.

Quæst. 2. Quid faciendum, si talis transitus, aliàs licitus, fiat ex animi leuitate, aut temeritate.

Quæst. 3. Vtrum liceat in aliquo casu ad laxiorem Religionem transire.

Quæst. 4. Vtrum Religiosus transiens ad dictam laxiorem Religionem, ex licentia sic adeptæ, vel petita & non adeptæ, deficientibus necessarijs, iuxta suppositum secundum, num. 2. huius capituli ad

ad medium, sit Apostata, & incurrat excommunicationem dimittentis habitum, contentam in cap. ne Clerici, vel Monachi, & in 6.

Quæst. 5. Vtrùm si quis cum tali licentia, & intentione transeundi exeat à suo Monasterio, vel iam receptus resipiscat, an teneatur ad primam, & propriam suam Religionem reverti, & in illa teneantur illum admittere.

Quæst. 6. Vtrùm transiens ad aliam Religionem, vel ex vno Monasterio ad aliud, quod diversis legibus, & statutis vigeat, teneatur novam facere professionem in secundo, ad quod transijt.

Quæst. 7. Vtrùm ex Ordine Minorum, aut Capucinatorum, sit licitus transitus

ad Carthusiam, vel è contrâ.

Quæst. 8. Vtrùm Religiosi mendicantes possint transire ad non mendicantes.


Quæst. 9. Vtrùm sint in Iure aliquæ generalis prohibitiones, circa transitus cæterorum Religiosorum.

EX TRACTATV XIII.

Caput vnicum habet unicam questionem.

Quæst. vnica. Vtrùm votum perpetuæ castitatis constituat essentialiter seruitutem ingenuam Religiosi, & statum in Ecclesia.

AD MAIOREM DEI GLORIAM, PRIMÆ
Parti, & editioni Reipublicæ Regularis seu Regularium
Praxis, finem imposuimus, die septima Aprilis,
Anno M. D C. XL.



ad Cathedram vel Sedem
 Quid sit & Vnde Religio monachica
 et poline tradit ad non indolentem
 Quid sit & Vnde sit in Interdictione
 et prohibitionis, eius transiens esse
 totum Religiozum.


EX TRACTATU XIII.

Capitulum unum habet unumque que
 finem.
 Quid sit & Vnde sit in Interdictione
 et prohibitionis, eius transiens esse
 totum Religiozum.

AD MAIOREM DEI GLORIAM, PRIMUS

Part. & editioni Religioze Regularis seu Regularium
 Provis, sine inuoluntate, die Iovis Aprilis,
 Anno M. D. C. XL.

ad meliorem & potius salutem ex
 contrarium, in die mensis doli
 tum, contentum in cap. no. C. in cap. vel
 Monachis, & mo.
 Quid sit & Vnde sit in Interdictione
 et prohibitionis, eius transiens esse
 totum Religiozum.
 Quid sit & Vnde sit in Interdictione
 et prohibitionis, eius transiens esse
 totum Religiozum.
 Quid sit & Vnde sit in Interdictione
 et prohibitionis, eius transiens esse
 totum Religiozum.



REPUBLICA

REGULARIS

PRAXIS

REGULARIUM.

AUCTORE

MAGISTRO

F. FVLGENTIO

DE OVIDIO.

SECUNDA

PARS.

REPVBLICÆ
REGVLARIS
PRAXIS
REGVLARIVM.

AVCTORE
MAGISTRO
F. FVLGENTIO
DE OVIEDO.

SECVNDÆ
PARS.

REPUBLICA

REGVLARIS

PRAXIS

REGVLARIVM.

AVCTORE

MAGISTRO

F. FVLGENTIO

DE OVIDIO.

SECUNDA

PARS.

INDEX TRACTATVM
Secundæ Partis.

- Tractatus primus.* De Prælatorum officio, dignitate, & præcedentia statibus Ecclesiæ debita, vnicum capus habet.
- Tractatus secundus.* De potestate Prælatorum Ecclesiæ in genere.
- Tractatus Tertius.* De potestate gubernatiua Prælatorum regularium, seu tertio ex tribus Ecclesiæ militantis gladiis, virtute voti obedientiæ.
- Tractatus penultimus seu quartus.* De potestate administratiua, & dominatiua Prælatorum Regularium, & ea parte qua est ipsius fundamentum. De paupertatis voto.
- Tractatus vltimus.* De alienatione bonorum Monasteriorum, & Ecclesiæ.

INDEX CAPITVM.

- Caput vnicum Tractatus primi. De ordine, gradu, & præcedentia statuum, & dignitatum Prælatorum Ecclesiæ militantis, & quis cuique pertineat locus?
- Caput vnicum Tractatus secundi. De potestatibus diuersis quæ inter homines reperiuntur.
- Caput vnicum tertii Tractatus. De potestate regulari, & eius multiplicitate.
- Caput vnicum Tractatus quarti, seu penultimi. De incapacitate Religiosi ad aliquod ius.
- Caput vnicum Tractatus vltimi. De varietate bonorum Monasterii, quæ alienari possunt, & causis, & modis, quibus licet alienantur.

INDEX QVÆSTIONVM

Secundæ Partis.

EX TRACTATV I.

Quæst. 1. A quo sumenda sit, & attendenda præcedentia, & excellentia status Religionis, & Prælatorum illius, & Ecclesie.

Quæst. 2. Quem gradum, & præminentiam singulæ dignitates Ecclesie inter se habeant.

EX TRACTATV II.

Quæst. 1. An super hominem à natura liberum sit introducta aliquo iure aliqua potestas.

Quæst. 2. Vtrum in Ecclesia sit Potestas gubernatiua? Quo iure introducta? Et quotuplex sit?

EX TRACTATV III.

Quæst. 1. Vtrum Prælati regulares habeant super regulares subditos potestatem dominatiuam.

Quæst. 2. Vtrum Prælati regulares habeant super subditos regulares potestatem gubernatiuam. Specialiter patriam, & æconomica, & quibus cõpetat.

Quæst. 3. Vtrum habeant regulares Prælati, super regulares potestatem ordinariam iurisdictionis polyticam, & etiam delegatam?

EX TRACTATV IIII.

Quæst. 1. Vtrum Religiosus sine Prælati licentia se possit alicui obligare.

Quæst. 2. Vtrum Religiosus possit esse testamentarius, absque licentia Prælati.

Quæst. 3. Vtrum Religiosus possit Prælaturam acceptare, & ad illam sit capax.

Quæst. 4. Vtrum Regularis possit sine Prælati licentia admittere administrationem, vel procurationem.

Quæst. 5. Vtrum Religiosus, aliàs Iurisperitus, possit esse Aduocatus in secularibus causis vtriusq; fori, ciuilibus, & criminalibus: & idẽ quæritur de Clericis secularibus.

Quæst. 6. Vtrum possit Religiosus negotiari, emere, aut vendere, & ad hoc requirat Prælati licentia, & adhuc si cum illa liceat.

Quæst. 7. Vtrum Regularis, vel secularis in sacris, teneatur in foro conscientie soluere alcualam, seu gabellam ea-

rum rerum, quas stricta negotiatione vendit.

Quæst. 8. Vtrum Religiosus possit esse depositarius.

Quæst. 9. Vtrum Religiosus, etiã Prælatus, sit capax officii Iudicis, & iudicia secularia ualeat facere, quando Conuentus talem habet iurisdictionem.

EX TRACTATV V.

Quæst. 1. Quid nomine alienationis in præsentem materia intelligatur?

Quæst. 2. Vtrum possint aliqua bona Ecclesiastica, qualia sunt Monasterii, alienari aliquo modo ex dictis?

Quæst. 3. Vtrum locatio bonorum immobilium Monasterii ad decennium, aut ultra facta sine solemnitate necessaria, ad reliquas alienationes sit licita?

Quæst. 4. Vtrum locatio bonorum mobilium, vel immobilium pretiosorum seruabilem, sine solemnitatibus, & causa, ultra triennium sit valida?

Quæst. 5. Quæ causæ, & solemnitates requirantur ad alienandum immobilia, & mobilia pretiosa alienatione, etiam late sumpta.

Quæst. 6. Vtrum ad dandum terras in feudum, seu emphyteosum requirantur prædicta solemnitates, si fiant per totam vitam, vel annos?

Quæst. 7. Vtrum Generales Ordinũ possint reualidare alienationes à subditis factas in utilitate quidem factas: sed sine solemnitatibus iuris?

Quæst. 8. Vtrum emptor teneatur restituere Monasterio rem emptam, sine solemnitatibus supra positis?

Quæst. 9. Vtrum Prælatus possit repudiare aliquod legatum, vel rem donatam, aut legatam immobilem alienare, sine solemnitatibus?

Quæst. 10. Vtrum ad vendendam aliquam Capellam in Ecclesia Monasterii, vel aliquem eminentem, locum pro sepultura, requiratur, quam assignauimus solemnitas necessaria ad alienandum bona immobilia Monasterii, licentia inquam, & alia?

Quæst. 11. Vtrum concedere ius patronatus alicui extraneo Ecclesie, vel Monasterii, sit alienatio?

MORALIS
OPERIS DE REPUBLICA
REGVLARI

SECUNDA PARS.

De potestate varia Prælatorum Regularium,
 Tertio ex tribus Ecclesiæ militantis gladijs,
 & de Prælatorum officio, dignitate, & præce-
 dentia, gradu, & Ordine, ac stati-
 bus Ecclesiæ debito.

PROEMIVM.

In prima precedenti parte egimus de ingenua seruitute Re-
 ligiosi, & nobili subiectione status Religionis, quas operatur
 votorum essentialium emissio in Religione, per sedem Apo-
 stolicam approbata. Restat agendum in hac secunda parte de
 potestate Prælatorum, quæ tertium gladium Ecclesiæ huic
 militanti tribuit; sicut enim pro secularibus, Ecclesiasticis,
 & laicis constituitur duplex potestas gubernatiua, residens apud Prælatos
 Ecclesiasticos, & Principes laicos in vniuersali hac militanti, & visibili
 Ecclesiæ. Ita in ipsa, pro regenda hac tertia (& ab ipsis distincta) Regula-
 ri Republica constituenda est tertia distincta gubernatiua potestas, vel ter-
 tius eiusdem Ecclesiæ militantis gladius, quam potestatem adhuc ampliorem
 (quia etiam est dominatiua) constituit votorum emissio.

Habent ergo harumduarum partium mutuam inter se habitudinem, argu-
 menta; relatiuè enim dicuntur gubernatiua potestas, & subiectio: dominium,
 & seruitus. Quare discusso vno, de altero correlatiuo necessum est disputare.

SECUNDÆ PARTIS.

TRACTATUS PRIMVS.

De Prælatorum officio, dignitate, & præcedentia statibus Ecclesiæ debita, vnicum caput habet.

Disputandum hic necessario duximus in primis, & quasi probemialiter ad hanc secundam partem, & specialiter ad secundum, ac sequentem eius tractatū (qui de potestate gubernatiua est) de præcedentia, loco, seu gradu, ipsorum Ecclesiæ Prælatorum, ex illo Aug. in Psal. 86. primo locum inueni, vbi sedeas, postea te minare iudicaturum; gubernanti enim primò locus (id est competens, & præeminens sedes) est preparandus: vndè seorsim hoc est tractandum.

CAPVT VNICVM.

De ordine gradu, & præcedentia statuum, & dignitatum Prælatorum Ecclesiæ militantis, & quis cuique pertineat locus?

Quest. prima. A quo sumenda sit, & attendenda præcedentia, & excellentia status Religionis, & Prælatorum illius, & Ecclesiæ.

Questio secunda. Quem gradum, & præminentiam singula dignitates Ecclesiæ inter se habeant.

In æqualitas, & locorum præcedentia necessaria maxime est in nostra hac visibili, & militanti Ecclesia, vt imitetur, & vestigia triumphantis, & primitiuorum teneat, in qua cum

maxima reperiatur discretio, & diuersitas, ita, vt Beati, & cōprehēsores, alter alterum tā latè excedat in gradu, vt sit differētia, & distantia (verbis Pauli) qua stella differt à stella in claritate tamen, mediante compagine charitatis quicumque suo loco manet, contentus nemo inuidet, irascitur nemo, &c. Quia tamen dum non euacuatur, quod ex parte est, & aliàs inter perfecti status professores cōtingat suboriri aliquas controuersias, quas supponens Concilium Tridentinū ses. 25. de regularibus, cap. 13. remittit Episcopo cōponendas in concursibus, & processionibus, oportet ostendere pro concursibus, & cōfessionibus, in dictis processionibus, & alijs publicis comitijs, & confessionibus, & assistentijs, ac cōcursibus etiam priuatis, quis cuiusque Prælato, statui, & etiam cōmunitati, Religioni aut familiæ, seu speciali Dignitati, aut officio, vel Reipublicæ pertineat locus, & præcedentia. Pro quo fit prima quæstio.

QVÆSTIO I.

Quo sumenda sit, & attendenda Præcedentia, & Excellentia status Religionis, & Prælatorum illius, & Ecclesiæ.

Num. 2.

PRo quo notādum est. Primò, quòd concilia, & iura grauius verbis singulis gradibus debitam præcedentiam conseruandam, cultum, & honorem debitum iniungunt: vt colligitur ex list. 89. cap. ultimo ex Rubricis, & Pontificibus Bonifacio, & Gregorio dicentibus. *Conseruare gradū, & ordinem distributionem, Ecclesiasticam unitatem. Extāt etiam ponderabilia verba Tridentini contra inuertes hunc Ecclesiasticum graduum, & locorū ordinem, & debitam præcedentiam, nec exhibentes prælaturis, & Dignitatibus Ecclesiasticis honorem, & cultum debitum in cap. 17. sessionis 25. de reformatione; quæ talia sunt: non potest sancta Sinodus non grauius dolere audiens Episcopos aliquos suæ Dignitatis oblitos Pontificiam dignitatem non leuiter debonestare, qui cum Regum ministris, Regulis, & Baronibus in Ecclesia, & extra indecenti quadam demissione, vel, vt inferiores ministri altaris nimis inigne non solum loco cedunt, sed etiam personaliter illis inferunt, &c. Et paucis interpositis prosequitur: præcipit, mandans eisdem, vt tam in Ecclesia quàm foris suum gradum, & ordinem præ oculis habentes, ubique se Patres, & Pastores esse*

Ameminerint. Reliquis verò tam principibus, quam cæteris omnibus, vt eos paterno honore, ac aebita reuerentia prosequatur. Hæc Tridentinum. Vide quæ infra, num. 12. 1. lib. decretalium, tit. 33. ex Innocentio 3. cap. Solita super quæ verba aduertere oportet imprimis, quòd omnes illi Prælati qui in populis fidelium patriam pastorem, & Episcopalem, seu quasi Episcopalem dignitatem, potestatem, & iurisdictionem habent, in hoc decreto Concilij comprehenduntur. Deinde quòd extat declaratio Cardinalium, huic cap. Concilij, quam in vltima editione voluminis Decisionum Rotæ, & Cardinalium declarationum pro anno 1630. Lugduni edita, in Camera dimidiæ quartæ, ubi inter quadraginta additas declarationes Cardinalium à Magistro Ioanne Gallemart, prius digestis quingentis depromptis ex quarto volumine Decisionum Rotæ, hæc declaratio habetur huic decreto. *Congregatio Concilij censuit decreto præseruare ne dum dignitates quæ habent administrationem cum iurisdictione, sed etiam illas dignitates, quæ pro talibus habentur in Ecclesia, V. G. Cardinalis, & Dignitates Cathed. Ecclesiæ.*

CNota secundo, quòd de familijs Religionis, & specialibus Religionibus quantum ad præsentem difficultatem eodem modo loquendum est nobis, ac de alijs reipublicis specialibus Ecclesiæ secularibus; siue sint Ecclesiastica, vt Capitula Canonicorum Ecclesiarū Cathedralium, aut Collegiatarum;

Num. 3.

rum, siue sint respublicæ sæculares profana seu laicæ, quæ quidem nēpē Capitula, seu Cabildi eo nobiliores sunt alijs Communitatibus, Collegijs, Congregationibus, aut confraternitatibus Clericorum, etiā fundatis autoritate Ordinarij, & cū potestate ipsius ordinandi mandata, & pœnas cōtra transgressores, & vi coactiua exequendi, & de reipublicis innobiliorib⁹ oppidis, villis, & ciuitatibus, quorū Capitula dicta Hispanè Regimientos, o Aiuntamientos, habent in residuum vulgus, populum, & vicinos plenam potestatem gubernatiuam, imo, & dominium, & imperium altū, & bassum, (quale explicuimus) Quod præcedunt, & excedunt in æstimatione, & honore, & cultu ipsi debito ista dicta Capitula Ecclesiastica, & laica habentia apud se ple. orē potestātē gubernatiuā; cōmunitates Ecclesiasticas inferiores, aut inferioris oppidi (dicti *aldeas seu concejos*) quia apud hos non est plena potestas (quāuis aliquādo cōtingat aliquē populū huiusmodi inferiorem seu *aldecam* habere numerum maiorem incolarum, quā aliqua ciuitas) habent enim limitatam, & exiguam potestatem ad se, & incolas regendos, quæ ideō vocatur *pedanea*, quasi paucis pedibus dimensibilis, & ad iudicia parui momenti faciēda, ad tenues solutiones compellendum, & in criminalibus negotijs præambula iudicij tantum modo exequenda, quale esset capere delinquentem, & rixantes, seu aliter in fraganti comprehensos, & summariam probationē recipere, & similia minutiora iudicij, & ea tandem exequi, quæ fortē sapiunt magis potestatem domesticam, & familiarem (vt alij qui explicant) quā politicam, & iudiciale. Illam scilicet, quæ perfectē ordinaria iurisdicō est, ad rempublicam seu ciuitatem gubernandam; potestas verò *pedanea* solum habet incipere, & præuenire causas omnes, & iudici ciuitatis remittere; villæ autem, & ciuitates (vt quidem respublicæ completæ, integræ, & independentes) habent apud se, & per suos iudices plenam quæcumque exercere iudicia, & etiam habent in bonis ipsius ciuitatis seu villæ, quæ dicuntur proprios de la ciudad, & in bonis etiam priuatis, & specialibus incolarū dominium, & imperium, quod explicuimus, alto, & vaxo, istud ad bona reipublicæ administranda, illud ad disponendum de bonis specialibus vicinorum, si vrgeat

A causa boni publici, aut alia ex causis (vt in 2. tract. suo loco dicemus) & ista præcedentia, & nobilitas, vel titulus populo potest aduenisse, vel ex liberalitate, & priuilegio Principis aut propter eximios viros inderotos, insignes armis, aut litteris, aut alia causa, de quo infra.

B Nota tertio. Quod cū dignitas, & nobilitas cuiuscunque reipublicæ, seu communitatis assilat penes legitimum caput ipsius, quæ est mysticū corpus, illi personæ exhibēda erit, & debetur reuerentia, honor, cultus, & præcedentia, quæ est caput; quia vt tale est, nēpē præcipua, & princeps pars compositi illius dignitatē præferret, & repræsentat. Quæ communitati seu Reipublicæ debetur in concursu cum alijs cōmunitatibus (vt dictum est) vel alijs inferioribus.

C Et idem dicendum. Si pro aliquo comitio conuocatis cōmunitatibus, & assistentibus pro singulis illarum Prælati, seu Præfectis ex causa deficiēte, aliquo Prælato alicuius communitatis legitime nominetur priuata (aliās) illius cōmunitatis persona, cui quidem locus suæ Republicæ debitus pertinebit. Et hoc obseruatur in omnibus Republicis, & Religionibus, & est iuri communi consonum, quamuis ex speciali iure in obseruatissima Cisterciensium familia, & Congregatione, aliter per cōstitutiones sit dispositum (scilicet) quod nō attendatur ad præcedentiam locorum in comitijs, & concursibus generalibus, & publicis, seu priuatis nobilitas, & antiquitas Abbatiarum, vel Monasteriorū, sed ipsorum Abbatum.

D Nota quarto. Quod honor, qui alicui exhibetur æquiuocē dicitur de amore seu benignitate, qua aliquem prosequimur, unde benefacere est honorare, vt declarant Doctores super quartum Decalogi præceptum, & præcipuē Hieronymus lib. 2. comment. in Matthæū: honor in scripturis (ait) non tantum in salutationibus, quantum in elemosynis, & munerum oblatione sentitur, & hic honor charitatis, & beneficentiæ debetur æqualiter omnibus, siue superiores sint, siue inferiores, secūdu illud Pauli, cui honorē, honorē; cui vectigal, vectigal. Et alibi: viduas honora, quæ verè viduæ sunt, id est, pascē, & foue, & etiā dicitur honor, & cū proprietate de honore venerationis, reuerentiæ, & cultus, quæ alicui exhibetur (vt declarabim⁹ statim) &

Num. 46

Num. 51

Num. 61

hanc

Cathecisim⁹ Ro.

hanc differentiam inter hos honores explicat Cathecisimus Romanus, tractatu 4. Quarto præcepto Decalogi nu. 7. vbi dicit, qui veneratur non semper diligit, sed timet; qui diligit non semper veneratur, sed amat. Modos exhibēdi honorem, qui sunt 26. vide apud Cassianum 1. part. à confid. 12.

Num. 7.
Honoris
def.

Honor ergo propriè dictus, seu veneratio alicui debita, de qua loquimur, definitur sic: honor est cultus, seu reuerentia exterior, quæ alicui personæ exhibetur, propter aliquam excellentiam ipsius. Sic Dominicus de Soto, lib. 4. de iustitia, & iure quæst. 6. art. 3. ad 5. & lib. 5. quæst. 9. art. 1. nec ab illa differt definitio Angelici Doctoris 1. 2. quæst. 2. art. 2. & 2. 2. quæst. 63. art. 3. quæ talis est: honor est protestatio quædam reuerentiæ, & præminentia exhibita ab eo, qui honorat, illi qui honoratur per aliquem actum internum, vel externum, per quas diffinitiones in primis, cognoscitur discrimen maximum inter honorem, & famam; quod fama ex Theologorum sententia, & Canonistarum apud Sayrum Clavi lib. 1. num. 4. est clara opinio, & æstimatio bona inculpatæ vitæ voce manifestata, quam de aliquo habent homines: honor verò non præcise respicit virtutem, sed dignitatem. Hinc constat de primo fundamento seu radice honoris, & præcedentiæ, quod est idem honoris, & famæ. Nempè excellentia seu inculcata vita.

Num. 8.
Prim. fundam.
honoris.

Nota quintò. Quod secunda, & principalior radix honoris seu cultus, & præcedentiæ (de qua loquimur) est perfectio, & excellentia eius, qui honoratur, quæ quidem sicut est participatio quædam excellentiæ, & perfectionis diuinæ, ita debetur alicui personæ, secundum quod participat magis illas perfectiones diuinas per quas nobis amplius innotescit diuinitatis altitudo, & sublimitas. Vndè cum potesimum istæ Dei perfectiones sint, *bonitas, sapientia, potentia*, creaturæ, quæ videantur de ijs perfectionibus participare magis, debent habere, & iudicari nobiliores, & digniores maiori cultu, & veneratione.

Tertium fundamentum præcedentiæ status, seu personæ est gratia, familiaritas, famulatus, in ingenuo ministerio Principi supremo, nobilitas militia litteraturæ gradus.

Vndè attendendo primâ perfectionem,

Anempè *bonitatem*: Homines virtutum studiosi, perfectionis sectatores, status Religiosi, vitam honestam collentes in maiori debent haberi honore, ex maiori (inquam) participatione diuinæ bonitatis. Quàm alij homines qui carnaliter seu minus studiosè vitam componant, secundum illud, quod honor est præmium virtutis & vt docet Angelicus Doctor 2. 2. quæst. 93. art. 3. Senes, & ætate confecti honorandi sunt, non ideo præcise, quia plura tempora peregerunt, sed quia senectus est signum virtutis, ex illo. Sapientiæ 4. *Ætas senectutis vita immaculata*. Attendendo similiter ad secundum fundamentum, & radicem honoris, participationem scilicet Diuinæ sapientiæ, etiam est certum, quod ex omni iure sapientes sunt digni honore, secundum illud Ecclesiastici 37. Sapiens in populo hæreditabit honorem, & hoc est cõsonum rationali naturæ, vt appetitus, & pars inferior subiiciatur rationi, & ex lege naturæ, si innocentiæ status duraret, & secundum naturam integram, ab hominibus sapientibus, & doctibus, animæ superioribus præditis, deferrent stolidi, & rudes, & reuerentiam præstarent, ac honorem.

C Eodem modo videtur dicendum de radice seu fundamento 3. honoris participatione (scilicet) Diuinæ potentia. Quæ participatio triplex esse potest. Prima est participatio Diuinæ potentia, seu potentia humana participata circa *esse naturale*, secundum quod magna est dependentia filij à patre, qui illum genuit, & dedit esse naturale, & in hac excellentia fundatur inferioritas, & subiectio naturalis filij parentibus honor, & cultus quæ debet illis exhibere iure ipso naturæ, & non minus fundatur ista præcedentiæ, & cultus debitus in dependentia, secundum *esse spirituale*, &

D hæc excellentia seu superioritas cognoscitur in patribus spiritualibus, & magistris, confessarijs, & his qui nos ad finem, & participationem in Sacramentorum, seu ad statum Religionis ad miserunt, & incorporauerunt, quibus hoc esse spirituale debemus, & simul paternum honorem, & præcedentiæ iuxta illud. Ecclesiastici 44. *Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros*, & Pauli 1. Corinth. 4. *Vt filios meos charissimos moneo*, & statim: *Nam in Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui*, & iuxta illud. Platonis de legibus, & Arist. 8. Ethicorum, cap. 1. & 3. *Dijs, Parentibus, & Ma-*

Num. 9.

Plato
Aristo
gig-

istis æquivalens reddi non potest. Secundū A esse temporale resplendet etiam, & participatur ab aliquo diuina perfectio potentie secundum quam magis, vel minus communicata à secularibus, laicis; Regibus, & Principibus debetur cultus, præcedentia, & honor, tanquam Patribus temporalibus sub quorum protectione, & regimine nostra in pace possidemus, quietam, & tranquillam vitam ducimus, quo sensu 1. Regū 24. appellauit Dauid Saulem Regem Patrem suum, & in 4. lib. Regum cap. 5. Naaman Sirum Præpositum, & Gubernatorē Sirie vocauerunt vasalli Patrem.

N. 10.

Nota sextò. Quòd alio tertio principio, seu ab alia tertia radice potest pertinere alicui iste cultus, & debita præcedentia, nēpè gratia, & liberalitate Principis Reipublicæ, vel alicuius, qui id possit præstare, & vellit alicuius profapie descendentes non solum reddere immunes sed exemptos, & præmeritis loci, & etiam singularem personam, & hoc vel remunerando egregia facinora, vel liberaliter concedendo, secundum illud Esther, cum Asuerus Rex super equum suum iussit ascendere Mardocheum, & per plateas cum triumpho, & vestibus Regiis circumducicū voce præconis acclamatum, vt ab omnibus honoraretur: sic fieri homini quem vult Rex honorare, & sæpè supremi Principes seu Respublicæ seculares aut regulares aliquem sibi gratum, dignum, aut de se benemeritum specialibus præmeritijs, priuilegijs, & honoribus decorant sine iniuria reliquorum Populi, quibus præfertur.

N. 11.

Notavltimo. Quòd diuersi modè (vt patet partim ex dictis) potest alicui personæ dictus cultus præcedentie, & honor pertinere non solum respectu diuersorū trium fundamentorum, seu radicum honoris, sed quia aliter participat ipsa fundamenta. Quia scilicet, vel est particulare in diuiduū, seu persona status illius, cui honor talis competit, vt Religiosus, Canonicus, &c. qui propter sui status reuerentiā præponuntur. Alio modo, quia representant Conuentum, Ordinem, vel Communitatem illam, vt quando Prælatus nomine suæ Communitatis, vel aliquis ab ipsa nominatus, & institutus legitimè assistit alicui Congregationi, vel Comitio, aut tertio, quia talis persona habet, & possidet dignitatē aliquā, cui talis honor pertinet.

Ex quibus sit resolutio 1. Statui, seu N. 12. potius brachio Ecclesiastico debetur præcipuus cultus, honor, & præcedentia. Ad *status Ecclesiasticus.* secularē laicum brachium, & seruatur sic absolutè loquendo inter personas horum statuum (si concurrant.) Resolutio nostra est communis, quam rationibus probat Callaneus 4. p. Chatalogi, conf. 5. & in fine sequentis considerationis refert, quòd alias sex causas huius præcedentie affert Guillelmus Benedicti in sua repetitione, C. Rainutius in verbo mortuo, nu. 327. & 4. si laicus concurrat cum Ecclesiastico,

B huic debet laicus cedere loco in iuribus, cap. de Episcopis, & Cler. Innocentius 3. lib. Decretalium, titulo 33. cap. solite de maiori tate, & obedientia scribens Constantino Imperatori, qui ex illo Epistolæ Petri 1. cap. 2. vbi dicit Apostolus, subditi stote, &c. siue Regi tanquam præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, &c. astruere conabatur præcedentiam dignitatis Regiæ Pontificiæ, & Episcoporum, & præcedentia status laici statui Ecclesiastico duplicem habet comparationem huius habitudinis, & comparacionis statuum; dicit enim comparari, sicut anima cum corpore, & non excedere, nec superare magis animam in nobilitate, & perfectione corpus, quam excedit Ecclesiasticum, seu spirituale brachium. Et post medium comparat Ecclesiam diei, sicut, & luminare magnum ibi assignatum (quod est Pontificia potestas) Soli, & secularē, seu profanum brachium nocti, quam illuminat illud secundum magnū (sed inferius) luminare, quod est Regalis potestas nempe Luna, & huic Ecclesiastico statui comparatione profani pertinet ista præcedentia, cultus, & honor, ex quacumque ex assignatis tribus radicibus consideretur, vt de se constat. Vnde si alijs (vt videbimus) non specialis aliqua circumstantia obstat; quæcumque persona statui, seu militiæ Ecclesiasticæ adscripta, & in habitu, & aliter statum præferat, debet præcedere loco quacumque laicam personam, quod non ignorant, nec recusant ingenui. Vide quæstione sequenti de comparatione dignitatum multa loca iuris, vide in margine superiori.

C Secunda resolutio Inter Ecclesiasticas personas præcedunt regulares, id est, statū Religionis habentes, quod est, dicere statū Religionis dignum esse speciali cultu, honore,

N. 13. Stat. Reg. gularis.

more,

more, & precedentia loci, ita, vt si cætera sint paria, & duo Præsbyteri, vel duo Diaconi concurrant: ille, qui sit Præsbyter Religiosus, seu Regularis debet præferri honore, & loco sæculari Præsbytero. Hoc constat ex doctrina, C. ex auctoritate in 2. p. Decreti, causa 16. quæst. 1. & ex cap. doctos, ac probos Monachos, & ex cap. sunt nonnulli, & ex cap. hinc est, & ex cap. generaliter in eadem causa, & quæstione. In quibus omnibus capitibus, & locis iuris, vt supr. in quæst. 5. primi tractatus, & capit. 1. partis, num. 44. & duobus sequentibus, & num. 5. diximus, & explicuimus, quod tria huic nostro proposito conductentia reperiuntur 1. quod non opponitur statui Monachi, vel Religiosi (vt sic) dignitas seu ministerium præsbyterale, & predicationis munus, & Sacramentorum ministratio, si sit tamen cum facultate, vel sine præiudicio proprii Sacerdotis. 2. Quod hanc habere potestatem Religiosos seu Monachos (specialiter sancti Benedicti iudicauerunt iura, & Põtifices non modo licitum, sed etiam expediens Ecclesiæ, 3. quod Sacerdotij dignitas, & institutio in Præsbyteris sæcularibus, & regularibus, sit eadẽ nec ex illa (vt sic) possint vtriusque status, alter Sacerdos altiorem prætere locum, nec per consequens sæcularis Sacerdos habere speciale gremiũ, hierarchiam, seu ordinem (quem vocant S. Petri) per quem distingui, & præferri intendant Sacerdotibus Franciscanis, Prædicatoribus Benedictinis, vt expressè circa finem incitato capite. De Dignitatibus, & Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum est diuersa ratio, vt quæst. sequenti, pro hac vide cap. generaliter concluditur sic. *Ecco sufficienter monstratum est, quod Monachis Præsbyterij, honore decoratis, à Populo electis, ab Episcopo institutis eadem liceant, quæ alijs Sacerdotibus. Probatyr hoc etiam, ex similitudine consecrationis, non enim in consecratione eorum aliud dicitur, & aliud in consecratione aliorum. Quæ omnia sunt verba Leonis dicto cap. & concludit paucis interpositis. Ecco communis est benedictio, unde igitur diuortij? Quali dicat, distinctio unde?*

N. 14.
Arg.

Contra hoc opponitur illud capit. 7. Synodi Romani, sub Siluestro Papa in 2. p. Conciliorum, vt habetur 1. part. decreti distinct. 93. Capit. à Subdiacono, vbi sic assignantur per hæc verba. *Porrò, Põnti-*

fici, Præsbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus Subdiacono, Acolitus, Acolito, Exorcista, Exorcista Lector, Lectori, Hostiarus, Hostiaro Abbas, Abbati, Monachus. In omni loco representet obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ.

Et Augetur difficultas, ex illo Hierony *Solutio.*
mi aduersus Vigilantium, adducto in causa 16. quæst. 1. cap. Hinc est, Monachus nõ Doctoris, sed plangentis habet officium, & ex eodem ad Eliodorum in eodem cap. alia causa est Monachi, alia Clerici. Respõdetur tamen ad omnia hæc, ex eodẽ cap.

Hinc est circa finẽ, vbi dicitur. Voluit ergo (ait Gregorius Papa, cuius est hoc decretum) Hieronymus distinguere, inter personam Monachi, & Clerici, ostendens. Quid cuiq; ex proprio officio conueniat; aliud enim conuenit cuique. Monachus sua, & aliorũ peccata deflẽdi habet officium. Ex eo quod Clericus, docẽdi, & pascẽdi populũ; nec admittendæ sunt, Glossæ, quas affert, Casaneus ad hæc, & alia iura. Quia textus non admitit, vt constat, Ratione etiam constat, quia (vt diximus) cultus seu honor

exibetur alicui propter aliquam excellentiam, sed status Religionis, supra Clericalem, seu Præsbyteralem addit excellentiam illam. Quam illi recognoscit Ecclesiæ. Quod eius essentia consistat intendẽdo, & itinerando ad perfectionẽ charitatis in qua consistit perquirenda, & adipiscenda perfectissimus Ecclesiæ militantis status, qui est Episcoporum, ergo Religiosus status, qui in illa tendentia, seu via ad hanc perfectionem charitatis consistit, quid perfectum habet dignum honore cultũ, & precedentia, quod non pertinet ad Præsbyteralem dignitatem, vt sic. Hic autem colationem facimus Religiosi status cum Ecclesiastico, qui in tonsura saluatur, & in rigore status non est, & confirmatur nam saltem in opinione Canonistarum (vt vidimus) 1. p. ille status, seu illa Religio

aliquam iura concedunt transitum ex illa, est illa perfectior sed ex statu Clerici sæcularis ad statum Clerici Regularis est transitus, & non e contra. Ergo, &c. 3. sed dices perfectionem status Religionis consistere in renuntiatione honorum, quod est vnum, & ex præcipuis bonis, quæ per vota essentialia Religiosus renuntiauit: ergo perfectior erit Religionis status, quo huic honori, & precedentis magis renuntiat. Primum respõdetur, non detrudere hu-

mili-

militati, virtutibus, & perfectioni Religio-
nis, quod status, seu familia, tali præmi-
nentia in cõmuni gaudeat, vt diximus de
dominio bonorum in communi. Secun-
dò. R. non tolli per dictam doctrinã, quod
Religiosus particularis loco cedere in
præparatione animi cuiusque sæculari
Sacerdoti procuret, imò & cum effectu
faciat (si aliàs non impediatur.) Et tertio
respondetur, quod Religiosus particula-
ris, cum incapax sit alicuius iuris, & iure
serui Religioni (tanquam Domino) viuat
præminentijs, sicut & alijs bonis Reli-
gionis vtatur vsufacti, nec ab hoc potest
abstinere in damnum Domini sui, nempe
Religionis.

N. 15.
Obiectio.

Neque obstat, quod in Ecclesiasticis ce-
tibus videmus quascumque communita-
tes, & capitula Clericorum sæcularium
precedentiorum obtinere locum, & in qui-
buscumque processibus Religionis
omnes præcedere, & capitula, seu Cabildos
Canonicorum sequi.

Solutio.

Respondetur enim. Primò, quod com-
munitates, seu Conuentus Religionum
conuocati, & concurrentes cum capitulis,
Cabildis, Congregationibus, seu Confrater-
nitatibus Clericorum sæcularium non
supponunt pro statu Clericali: sed pro
Monachali præcisse: vnde per accidens est,
quod illi singuli Religiosi sint Sacerdo-
tes, vel Clerici, imò in plurimum ad plu-
res huiusmodi conuocationes, maior pars
non portaret, sicut merè laicus Religio-
forum, quæ immittitur, ad funus com-
mittandum, vel aliter erit forte Reli-
giosorum, qui non adhuc sacris, vel mi-
noribus constituti, aut ex professione lai-
ci, nec ad sacrificium deputati; Congrega-
tio verò, seu Cabildo Clericorum suppo-
nit per se pro statu Clericali; talem enim
habitù Clericalè sæcularis merè laicus non
portaret sicut Religiosus potest suæ Reli-
gionis habitù. Secundò, R. Quod Canonici
Ecclesiarũ præcedentia cõceditur, quia
eorum capitulum cum suo Episcopo, De-
cano, & præcellentibus dignitatibus, re-
præsentat, & præferunt in illa Dicecesi,
territorio, vel populo, dignitatem totius
Ecclesiæ, vel potest dici de Parrochis
quod sicut seorsim sumpt, quilibet ex se-
cunda radice (scilicet) participatione po-
tentie, (ea parte, qua Patres spirituales
sunt) habent præcedere eos, qui Parro-
chi non sint, & à fortiori si congregentur.

A Et tertio, quod ex tertia radice gratia
(scilicet) legitime obtentatione remun-
erationis, vel aliter expedita mediante
suggestione, aut petitione alicuius par-
tis cum obreptione, vel non comparen-
te parte Religionis, & quod sic Summus
Pontifex, vel ipsius autoritate Nuntius
in aliquo Regno Legatus cum potestate
de à Latere id concedat alicui confrater-
nitati Clericorum, quod non attenderiat,
vel curauerint impugnare, aut contradi-
cere familiæ Religiosorum. Hoc non ob-
stat, quia quotiescumque Religiosus sta-
tus compareat, audietur.

B Constat ergo Regulare statum in Ec-
clesia præcedere laicum, & etiam Ecce-
siasticum sæcularem iuxta notata num.
11. & istam præcedentiam habere, & cul-
tum, ex omnibus tribus fundamentis: in
statu enim Religioso residet potestas ple-
na dominatiua, & gubernatiua, politica,
ordinaria, & æconomica. Quod est primũ
fundamentum, & simul reperitur ibi ma-
ior participatio perfectionum Dei iuxta
dicta num. 7. & etiam id ita huic statui no-
bilitas per supremos Principes Ecclesiæ,
& Reges.

C Vbi nota, quod sicut in statu Ecclesia-
stico sæculari reperiuntur diuersæ fami-
liæ, & Congregationes, vt confraterni-
tates Clericorum constitutorum in sacris
simplicium, Præsbyterorũ, Beneficiatorũ
Parrochorum, & Capitula, seu Cabildos
Ecclesiarum Colegialium, & Cathedra-
lium, & in quibuscumque ex his gremijs
sunt aliqua nobiliora, & præcedentia alijs,
si Capitulum, seu Cabildum Canonicorũ,
seu aliqua persona ex illo concurrat cum
Beneficiato Præsbytero, seu Parrocho
extra Ecclesiam suam, honor, præceden-
tia, & cultus exhibebitur Canonico, & in-
ter Canonicos diuersarum Ecclesiarum
illi reuerentia, & præcedentia debetur,
qui nobilioris Capituli, seu Ecclesiæ Ca-
nonicus sit, v. g. concurrente Toletana
Cathedralis Canonico cum aliquo alte-
rius Ecclesiæ, in Curia, seu alibi, extra pro-
prias Ecclesias, egrè ferret Toletanũ Ca-
pitulum, quod sub aliquo prætextu, aut
colore, illi qui alicuius alterius Ecclesiæ
Canonici est, cederet loco Canonici
Toletani, excepto casu, quod Canoni-
cus ille inferioris Ecclesiæ, vel adhuc non
Canonici, superiori aliqua vigeret dig-
nitate, & hoc quidem sine cõtrouersia esset.

Sis

N.17. Sic ergo in statu ipso Religionis sunt, & reperiuntur diuersæ plures familiae, Minorum, Minimorum, Heremitarum, Benedictinorum, Carmelitarum, & Societatis Iesu, Cartusianorum, Prædicatorum, & alij Ordines, qui Religiones verè, & propriè sunt. Quod dico propter Militares (qui ad brachium sæculare potius, quàm ad regulare spectant) quibus suppositis sit,

N.18. Resolutio tertia, inter Familias regulares, & Ordines Religiosorum Ecclesiæ, qui sunt autoritate Apostolica approbati reperitur distributio, diuersitas, & inæqualitas graduum, & per consequens præcedentia in honoribus. Patet ex comparatione adducta num. præcedenti huius status regularis, cum statu Ecclesiastico sæculari.

Et confirmatur ex rubrica cap. ultimi, dist. 89. vbi expressè dicitur *graduum, & ordinum distributionem Ecclesiasticam unitatem cui seruare.* Undè conficitur argumentum. Non minus Ecclesiastica unitas est necessaria in statu regulari; imò multo magis quanto de se petit, & requirit unitatem, quam Ecclesiasticus status non petit de se. Ergo Ecclesiæ autoritas, quæ confirmauit statum Religionis tribuens consequentia ad hanc formam, nèpè unitatem, concessit graduum, distributionem, & præcedentiam.

N.19. In adaptandis tamen regulis assignatis fundamentis, & radicibus honoris, & præcedentiæ huic, aut alteri familiae, Ordini, aut Religionis consistit maxima ex parte doctrinæ claritas. Nam præsupponendo ex dicendis, & quæ sup. ad calcem numeri 15. Quòd in hoc excedunt Religiosæ familiae, seu Religiosus status Ecclesiasticum sæcularem statum. Quod ille habet ex primo fundamento honoris, & præcedentiæ, hoc quod est habere apud se pleniorè gubernationem, & ampliorè potestatem iurisdictionis, & gubernatiuam notam præcedentiæ, quia in qualibet sacra Religione, v.g. Prædicatorum, Minorum, Benedictinorum, & alijs, est plena potestas, non solum dominatiua, & administratiua circa bona Monasterij, hereditatem aduentitiam, lucra, legata, donata, & actiones lucratiuas Religiosorum, sed & gubernatiua politica iurisdictionis ordinaria, simul cum economica, quæ potestates non reperiuntur ita in statu, & cõmunitatibus Ecclesiasticis sæcularibus.

A Quia nec Episcopus, nec Capitulum Canonicoꝝ possunt sic dominari bona acquisita per suum Capitulum, nec actiones lucratiuas ipsius, sicut Religio proprii subditi regularis, nec gubernatiuam potestatem habent super Canonicum, quæ dicitur æconomica, & patria, cuius virtute possint illius irritare vota, illum, sine forma iudicij pro leuibus culpis tanquam filium, aut domesticum corrigere, & sic de alijs duobus fundamentis sequentibus, vt sup. num. 16. eodem modo inter familias regulares summitur, & attenditur maiortas, & præcedentia. Videmus enim, quòd penes distributionem potestatis singulis Prælati in vna, aut altera Religione est diuersitas (vt statuimus) & latius alibi, licet non sit discrimen inæqualitas, aut differentia, vel præcedentia, cum omnes Religiones eo ipso, quòd exemptæ fuerunt per Pontifices, & iura, à iurisdictione Ecclesiastica ordinaria sæculari Diocesanorum, donatæ fuerint hac potestate, plena, dominatiua, & gubernatiua, ad bona, & personas cuiusuis Religionis. In secundo ergo fundamento differunt, & se se ad inuicem præcedunt Religiones, quia eo nobiliores sunt, & maiori cultu, præcedentia, & honore dignæ reperiuntur, quo plus participant bonitatem, sapientiam, & potentiam, vt explicuimus, & in tertio fundamento, & radice honoris, quòd illa Religio alia præcedat, quàm Princeps Ecclesiæ Christi Vicarius, alijs Religionibus prætulit mediatis specialibus gratijs, & priuilegijs, seu (quod idem est, & ad idem refertur) prius tempore aliquam regulam, institutum, ordinem, seu modum viuendi confirmauerit. Quibus suppositis sit resolutio 4.

D Quarta resolutio. Religionis, & Ordini sancti Benedicti, & cuiuscumque Congregationi seorsim sumptæ, dum sit immediate Sedi Apostolicæ subiecta, debetur inter omnes Religiones primus locus, præcedentia, & honor: & sic immediate reliquis Religionibus Ecclesiæ pertinet præcedentia iuxta ius, & possessionem adquisitionem. Prima pars probatur ex omnibus fundamentis positjs, num. 7. 9. & 10. Constat enim in primis illam perfectam, & plenam potestatem, quæ assignauimus dominatiuam, & gubernatiuam, non solum residere in Ordine sancti Benedicti, & singulis Congregationibus, vt fit, & con-

N.20.
De Bene
dictinis.

tingit in alijs sacris Religionib⁹, Prædicatorum, Minorum, & similibus, in quibus apud Congregationem, seu Ordinem ipsum r. si det potestas plena, perfecta, & ordinaria, quidquid sit, an in singulis Monasterijs; & an Priores conuentuales, Guardiani, Rectores, Commendatarij, verè sint propriè, & perfectè Præiati, vel habeant plenâ, & ordinariam potestatem super suos subditos conuentuales, & ad approbandâ alienationem bonorum (vt statuemus infra suo loco ex autoribus.) Atverò in Ordine sancti Benedicti, Congregatione Cisterciensi, & alijs, hoc est, singulare, & absque dubio, quòd apud singula Monasteria est plena dicta potestas. Et Abbas quicumque in suo Monasterio est verus, & perfectus Prælatus. Quantum ergo ad hoc, primum fundamentum hoc sufficiat, inter familias enim Religiosas, & sacras Religiones Ecclesiæ, quæ (vt diximus) vni voce conueniunt in hoc quòd constituunt vni vocè singularem statum cum omnimoda distinctione à duabus alijs Republicis, seu brachijs, laico, & Ecclesiastico, & à potestatibus, & legibus ipsarum manent exemptæ, & immunes & consequenter habet intra se ipsas quælibet Religiosa familia suas speciales leges, quæ obligant inferiores, & omnem potestatem, quælibet respectiue in suos subditos; sed in singulis Monasterijs non habent omnes Religiones (vt dictum est) plenam gubernatiuam potestatem, & in hoc excedunt à Religione & familia Benedictinâ, in qua non solum apud ipsum Ordinem in Congregationes diuisum, non solum apud quamcumque Congregationem, sed & apud quodcumque speciale Monasterium reperitur plena potestas ad omnem gubernationem, directionem, & iudicium faciendum.

N 1. Confirmatur, quia inter Respublicas, seu Ciuitates (si cætera sint paria) illa erit nobilior, quæ habet hoc nobilissimum esse Ciuitatis, & Reipublicæ antiquius, & à pluribus annis habuit intra se plenam hanc, & omnimodam potestatem, & iurisdictionem: quòd autem sancti Benedicti Religio, præcesserit multis annis omnes alias Religiones Ecclesiæ conuinceretur facile. Approbationes enim illius constat factas pro anno 595. & mille, & amplius post capere reliquæ à Papa approbari.

A Notandum, quòd quamuis à tempore Apostolorum fuerint in Ecclesia Religiosi viri, & perfectæ, ac Euangelicæ vitæ sectatores, vt D. Euangelista Marcus, Pachomius, Hilarion, Basilius Magnus, Augustinus, Fulgentius Ruspensis Afer. Qui omnes, & alij fuerunt Patres Monachorum, & Superiores, & Abbates nuncupabatur, quamuis improprie (vt videbimus) qui regulas, & instituta viuendi pro suis discipulis, & alumnis, in vno, vel pluribus Monasterijs commorantibus ordinauerunt. Et aliquando ex permissu, vel approbatione Episcopi Dicecesani loci laudabiliter in communi viuentes, huiusmodi Religiosi Domini famulabantur, vt habet Abbas Panormitanus in cap. finali de Religiosis domibus, & hoc faciebant sine aliqua instituti, seu regulæ confirmatione, aut recursum ad Sedem Apostolicam. Hoc durauit à temporibus Basilij Magni, qui pro Orientalibus Monachis, seu Heremitis composuit regulam ante tempora sancti Patris Benedicti, qui in Occidente similiter primus Legislator fuit. Vnde si ab ordinationibus regularum specialium, & institutionum viuendi communiter, daretur Primatus, & Patriarchæ Religionum titulus, non B. Benedicto, sed B. Basilio Magno; imò, & alijs antiquioribus Patribus Monachorum, qui pluribus annis ante Basilium pro suis discipulis regulas ordinauerunt, concedendus foret. Sanctus enim Benedictus in Occidente solum, & non in tota Ecclesia, neque in Oriente fuit primus Legislator, & ordinator regulæ, & instituti viuendi Religiose: sed in hoc præcessit in Oriente Basilius: imò, & alij antiquiores Patres, nec eius regula, & Religio hinc habuit præcedentiam; sed quia prima obtinuit nobilissimâ hoc, & præminens esse, quòd scilicet accipièdo prius quam nulla alia Religio Ecclesiæ robur, & confirmationem à Sede Apostolica huius virtute cõstituta fuit Benedictina Religio, seu familia, Respublica perfecta, cõtinens intra se omnimodam potestatem gubernatiuam, & dominatiuâ, & hac excellentia gaudebat pluribus ante annis; nempe Gregorij Magni, anno Domini quingentesimo nonagesimo quinto, cuius Pontificis scriptura confirmationis huius Benedictinæ Religionis, & regulæ, edita dicto anno, extat in Monasterio Sublacensi (ex prioribus huius instituti primo) & cum

cum nulla sit notitia, aut memoria alicuius approbationis Religionis, aut regulæ per Apostolicam Sedem (quod essentialiter requiritur, vt vidimus) & specialiter ab anno dictæ confirmationis regulæ sancti Benedicti per Gregorium, & anterioris confirmationis per Zachariam præterito anno 564. Ino, & Ioannes huius nominis Tertius pro superiori anno quingentesimo quadragesimo tertio confirmans Monasterium sancti Medardi confirmat regulam ijs verbis (loquendo de Monachis ibi degentibus) *Et sine perturbatione obediant præceptis regulæ sancti Benedicti.* Ab ijs ergo annis cū nulla reperiatur alicuius alterius regulæ confirmatio, & approbatio vsque ad tempora Pontificum Honorij Tertij, & prædecessoris Innocentij Tertij, qui sanctissimorum Patrum Dominici, & Francisci Religiones sacras confirmauit pro annis Domini millesimo ducentesimo (qui fuerunt sexcenti anni) nulla reperitur facta per Sedem Apostolicam alicuius regulæ confirmatio, vt affert Emanuel Rodriguez 1. tom. quæstionū Reg. q. 2. art. 2. ijsdem enim temporibus, & Pontificibus confirmatæ fuerunt regulæ.

N. 23. Vbi maximè notandum. Quòd in hoc consistit essentia cuiuscumque Religionis (vt status Ecclesiæ militantis est, sine hoc enim robore, & irreuocabilitate non sunt status) pro hoc tempore robur acceperunt regulæ, & Religiones sacre eximiorum Fundatorum suarum Religionū sancti Dominici, & sancti Francisci, qui hanc primam, & multo ante factam confirmationem regulæ, & Religionis sancti Benedicti desideret ex professo tractatā, videat Fr. Antonium de Yepes Benedictinum in 1. tom. ex septem, quos editos reliquit cetera 1. pro anno Domini 529. cap. 5. fol. 51. & sequentibus, vbi de cōmēdationibus, & eximijis encomijs, & laudibus regulæ sancti Benedicti à sanctis Patribus factis, & comparatione inter alias regulas facta per Antoninum specialiter tit. 15. art. 13. latè & doctè tractat, vbi ad obiectionem ex dist. 15. cap. 4. quod incipit *Sancta Romana* in 1. part. Decretorū, vbi ante tēpora Gregorij Magni, & eius dictam regulæ sancti Benedicti confirmationem Gelasius Papa videtur confirmare regulam sancti Augustini. Respondet in dicto illo cap. *Sancta Romana Ecclesia*

A nullomodo approbare Pontificem regulam sancti Augustini, vt legem, & regulam, sed tantum, vt doctrinam; quod constat: nam ibi hoc modo loquitur de regula, ac de alijs scriptis, & opusculis eiusdem Augustini, imo, & simul, & eodem modo loquitur, confirmat, approbat, & laudat opuscula, & opera Ambrosij, & Hilarij, qui regulas non ordinauerūt, regulam, & opera Hieronymi, quæ nullus vnquam dixit, ex hoc cap. fuisse confirmatam. Comprobat simul ibi Magister Yepes, quo modo ex hac radice præcedētis, & antiquioris regulæ confirmationis Apostolicæ debet summi præcedentia, & locus inter Religiones, & quod hinc tribuūt iura Benedictinæ Religionis primū, & præcedentem locū inter omnes Religiones in processibus, concursibus, & quibuslibet comitijs, & publicis actibus, & priuatis, & hoc ex communi Doctorum resolutione, & sententia in Academijis Patauensi, Bononiensi, & Ferrariensi, vt habet Bartholomæus Cassaneus in 4. parte Catalogi Gloriæ mundi, consideratione 54. & idē refert, & tenet Cardinalis Zauarela in quadam determinatione Concilij Bononiensis, & ex Felino in loco allegato, & rubrica de maioriāte, & obedientia.

Ex Antiquiore cōfirmatione regulæ præcedentia Religionum

C Ex quibus duo colliguntur maximè notanda. Primū, quòd eadem ratione reliquæ sacre Religiones sese vnaquæq; præcedit respectu antiquioris cōfirmationis. Et secundū, quòd cum iste excessus in antiquitate confirmationis regulæ, vel Ordinis consistat in facto, & in re, quæ nec contentionem contineat, vel odium penes hanc rationē, & sub hoc prætextu, quòd quicumque Religio illum locum suæ Religionis quæsitum per antiquiorem confirmationem, sine cōtentione, nec iusta querela, aut fastidio alterius poterit, & debet assumere; quando enim dicitur, quòd omnis comparatio est odiosa, intelligitur, tum quando non præscripta est, & assignata per manifestam legem præcedentia, tum quando collatio fit penes virtutes, & dotes animi, in quibus raro quis Superiorem cognoscit, & sic quicumque Cōuentus sacri Ordinis Prædicatorum vbiūque concurrat cum altero Cōuentu Ordinis postea confirmati. Sine controuersia aliqua contentione, molestia, vel rubore intendi debet, vt suæ antiquitati de-

N. 24.

bitum locum obtineat: & idem dicendum de singulis diuersarum Religionum personis, quæ si concurrant in priuatis, vel publicis locis, aut comitijs, si non aliunde appareat maxima, & maximè nota, aliàs, inæqualitas, vel excessus, aliunde sumptus, locum debet sumere suo statui, & Religioni debitum. Nec præpediri debet supercilio, & tædio quo videat alium Religiosum inferioris, status, qui a græ (sed sine causa) ferat alterum sibi anteponi; nam irrationabilis est illa impatientia, & molestia, cui non est deferendum, & suæ imprudentiæ, temeritati, & præsumptioni imputet illam tristitiam, & querelam. Et idem prorsus dicendum de præcedentia reliquarum Communitatum inter se, & de personis singularibus earum quomodocumque concurrentibus: & sic Religio Benedictina, & quæcumque Congregatio illius, quæ independens per se sit, & immediatè Sedi Apopstolicæ subiecta, cuius generalis, cuius singulorum Monasteriorum principaliū, id est, non alteri Monasterio annexorum Prælati, vt suam Religionem quidem & statum (qui prius est inter quascumque alias Religiones Ecclesiæ ratione præcedentis confirmationis) representat, præcedunt. Et istam præcedentiam ratione huius primæ radice honoris, & cultus attendimus, ex pleniori potestate huius Reipublicæ Benedictinæ, & speciali ratione recognoscit Ecclesia Ordini sancti Benedicti; quia apud hanc Religionem primò fuit titulo prioris confirmationis. Quam præcedentiam ratione status habent Procuratores generales, & quæcumque alia persona cum plena potestate delegata nomine Religionis. Legatur cautè Taburinus Ascanius tom. 1. disput. 25. quæst. 1. num. 147. & seq. pag. 390. qui contrarium asseruit, & præcedentiam cuiuscumque debitam ex iure.

Ascanius
Tabur.

N. 25.

Vbi notandum, quòd loquimur adhuc de Religione, vt præcise status est, & de honore, & præcedentia cuiuscumque personæ ea præcisa ratione, qua habitum huius Religionis portet, & huius sit professor, & etiam de legitimo superiore, qui iure capitis repræsentaret antiquiorem hunc Ordinè; vel per specialem nominationem Communitatis, vt se ipsam plenè repræsentans honorem sibi debitum, & locum teneat seclusa ratione, & titulo dignita-

tis, qua prælatura illa sit insignita, de qua statim, vbi est.

Notanda etiam differentia inter personam particularem vnius Communitatis, Ordinis, vel Religionis, & personam, quæ caput illius sit, & Prælatus, Abbas, aut Prouincialis generalis, & etiam inter personam, quæ re vera non sit caput, vel est procurator, vel (vt melius dicam) institutus, & nominatus à Communitate transfundente, & impartiente totam suam authoritatè, & vices tali personæ per totalem nominationem, vt in tali, vel talibus comitijs assistat nomine Communitatis ipsius authoritatem, & præminentias continens, & repræsentans; tales enim personæ diuersimodè participant excellentiam, & honorem suo statui, aut Communitati competentem, & debitum; particularis enim persona (vt potè) peculiare membrum inadæquate, & quasi partialiter, & incompletè participat nobile esse sui Collegij, & Communitatis, Superior verò, & Prælatus sine speciali nominatione, delegatione, procuratione (seu poder) suæ Communitatis ad aliquam assistentiam in aliquo comitio, aut ad aliquod quodecumque, vel plura negotia perfectius repræsentat communitatem: At verò persona, quæ nominat, & instituit communitas plena, & legitime congregata confluentibus, & conuenientibus omnibus, vel pluribus (scilicet) maiori parte simul cum suo Prælato, si personam sic nominent, secundum statuta, & consuetudines cum dicta plena nominatione, persona ista perfectius repræsentabit Communitatem, in illo actu, vel actibus, ad quos dirigitur, quam priuata persona, & etiam quam Prælatus, & præcedentiorem locum debet habere, quam Superior, & caput, & hoc præcisè ratione præcedentiæ, & personarum; ratione status, de quo loquimur: nam si tali superiori (etiam mediante tali Prælatura) pertineat titulus, vel dignitas illi officio indita per suprèmmum Principem, vel aliter, loquendum est (vt statim videbimus) diuerso modo.

Vbi aduerte, quòd non quotiescumque immituntur ad celebrationem, & propter solemnitatem alicuius Patroni, vel auctoritatem funeralis officij ex aliquo Conuentu, & Communitate in aliam, & inter sic immisos nominet Prælatus seniorem, vel aliàs magis venerabilem cui committat

lega-

N. 26.

N. 26.

legationem, vt referat, qualiter Prælati negotijs, in gentibus, impeditus se cum socijs ad assistendum in obsequium, vicissitudinem, amicitiam, seu affectus signum imitant, tunc ista persona non plenè repræsentat communitatem, sed (ad summum) personam Prælati, cuius nomine immittitur absque eo quod plenè in illum tota Prælati dignitas transfundatur.

N. 28.

An caput inferioris Communitatis præcedat mentem Superioris.

Ex dictis sequitur in primis, quod concurrentibus Religiosis diuersarum Religionum in publicis conuocationibus, vel priuatis occasionibus, vel aliter quomodocumque, si in primis, Religiosi particulares singuli sint diuersarum Religionum (loquendo præcisè de ratione status.) Ille debet præcedentem locum assumere qui sit illius Ordinis qui in Ecclesia habuerit antiquiorem confirmationem. Difficultas autem est in componendis alijs controuersijs, quæ solent oriri concurrentibus alijs conuocationibus, seu comparationibus personarum, diuersorum graduum in diuersis Ordinibus, aliquando enim cum Dominicana, alioquin graui (sed priuata) persona sui Ordinis, & Monasterij contingit reperiri in priuato conuiuio (aut aliter) vel in publica conuocatione, aut comitio, ad quod Episcopus, vel Princeps congregari iubet: viros doctos Ecclesiasticos siue ex existentibus Religiosis in Conuentibus, ciuitatis, vel hospitibus; quod fortè reperitur Religiosus Ordinis inferioris gradus, vt Trinitarius, Minimus, vel alius, qui aliàs in suo Conuentu, vel Religione sit supremus, seu verius Prælati, nam tunc ratione status, & Ordinis, cuius gradum participat Dominicanus Religiosus, videtur debere præcedere, Prælati vero, (quamuis inferioris Religionis) participat tamè perfectius rationem, & gradum sui status, nam non solum repræsentat, & participat gradum sui status, seu Religionis inferioris (quidem) imperfectè, & in adæquatè, vt quodcumque peculiare membrum, sed vt membrum principale, nempe vt caput in controuersia, enim tali non facilis est determinatio, sit ne potius, & nobilior esse membrum nobilioris corporis, quam caput corporis inferioris? Et explicatur difficultas per casum ymilem, in aliquo modo diuersis

A Communitatibus, Ecclesiasticis (quidem) sed secularibus, concurrentibus enim in similibus priuatis, vel publicis comitijs, vel processionibus extra proprias Ecclesias. Canonico merito nobilissimæ Cathedralis, v.g. Cordubensis, cum aliqua dignitate Cathedralis inferioris, Thesaurario, v.g. Gadicensi, vel Accitanano, aut simili difficilè esset determinare, an deberet Canonicus præcedere dignitatem, vel è contra? Ad quod dicendum in primis, quod præcederet dignitas Cathedralis inferioris, cum perfectius Capitulum repræsentet. Si aliter contingat etiam Canonico inferioris Ecclesiæ, tunc dicendum, quod extra proprias Ecclesias, in casu quo delegatus, vel assistens sit Canonicus directus, & immixtus alicui Congregationi pro suo Capitulo, in Curia Regis, aut alibi, semper præcedet in comitijs, dum durat repræsentatio. Aliàs vbiuque præcedet dignitas inferioris, vel excellentioris Cathedralis, dixi Cathedralis, nam dignitas Collegiata (etiam maior) inferioris gradus, & qualitatis est, quam dignitates Cathedralium, & solet Prælati, seu Abbas, & caput Collegialis esse membrum, & vnum ex membris præcipuis Cathedralis, & inter dignitates illius habere locum, nempe inter Archidiaconos, Decanos, Priores, seu Thesaurarios, & sic Canonicus Cathedralis Ecclesiæ præferendus est, extra ipsam Collegiatam cuiusque dignitati ipsius ratione officij, seu Canonici, quem non excedit, nec æquat inferior dignitas, qualis est Collegiata, & per hoc constat ad difficultatem, de Prælato, & particulari Religioso diuersarum Religionum, quia hic est minor ratione Prælaturæ, & officij, quod habet Prælati inferioris Religionis, nisi particularis aliàs (vt dictum est) sit legatus nomine suæ Religionis.

B Vbi notanda est quedam quæ sese offert differentia, considerare enim possumus statum Religionis, seu Communitatem existentem, aut non plenè (quidem) Collegialiter, sed in comitio, Capitulo, aut speciali conuocatione pro consultatione aliqua, aut quid simile, vbi concurrant Prælati repræsentando suas familias, vel Religiones, nam in isto casu soli Prælati, Prouinciali, aut Generali, v.g. Prædicatorum debet cedere Prælati

N. 29.

B
latus

latus Carmelitarum, vel Minorum, & non reliquis locis Prædicatoribus, quod non sic in altero casu, vbi Collegialiter procedunt, vt in processionibus generalibus; nam tunc v. g. quando in processione generali procedunt omnes Prædicatores, & omnes Franciscani vsque ad nouiciū vltimum singulorum Ordinum, vel Conuentuum præcedere debent quæcumque supremum Prælatum Ordinis inferioris. Verum est tamē quod Capitulum, seu Cabildum Cathedralis, vel Collegialis Ecclesiæ, quod (sine competentia) præcedere debet, omnes Communitates Ecclesiasticas, seculares, & Regulares si ex quadā æquitate de suo præcedenti gradu imparciatur, & quasi in suo gremio admittens pro illa vice illum Prouincialem, aut Generalem Prælatum Patrum Carmelitarū, v. g. indirectē anteponeat Communitati, seu Conuentui Prædicatorum, & Minorum, qui suam anteriorem, & Prælatam Religionem representat: & simili modo aliquando eadem ratione simile Capitulum, seu Cabildum Cathedralis in processione extrahit, & assumit Religiosum (in suo Conuentu) particularem personam, sed alias nobilissimam, seu maximē venerabilem, natalibus, litteris, aut alijs, & collocat in maximē præcedenti loco inter ipsos Canonicos, aut inter Dignitates; tunc enim videtur, quod non solum Ordines, & Prælati antiquarum Religionum, sed & alij Religiosi sūt ipsius, qui superiorem gradum haberent, fraudarentur sua loci præcedentia: & si id fiat inuito Præfato, seu Prælide Monasterii, & præcipere tali Religioso, vt honorem illum nō acceptaret, tunc Capitulum vti posset inuito suo, & præfente Episcopo petere ab illo, quod ad executionem reduceret, & compelleret Conuentum, & auctoritate Concilii de controuersis componendis ex sessione 25. cap. 13.

N. 30.

Neque obstat contraria consuetudo, quod in aliquibus oppidis pro celebrandis Patronis conueniant Prælati cū locis, & superiores seorsim pro antiquitate Ordinum assumunt loca. Superior v. g. Monasterii sancti Benedicti primum (si adest) & statim Prædicatorum, &c. Et licet indifferenter sedent sine aliqua attendita præcedentia Religiosi di-

Astorum Ordinum Prædicatores, Minores, Carmelitz, & alii: vbi constat, quod Prædicatorum Religiosum (priorem in gradu) pro suo statu, & familia prius confirmata, quam Augustiniana Heremitarum, præcedit loco superior (quamuis non supremus) Ordinis v. g. Augustiniani, inferioris loci, ob recentiore confirmationem.

Respondetur. Quidquid sit de admissione, & vsu dictæ consuetudinis; nam in pluribus locis Castellæ sic sæpius vidi pacificè obseruari, sed scio simul, quod in simili conuocatione, & concursu, in alia ciuitate ad tumulandum Superiorem, conuocatis ex Monasteriis omnium Ordinum, & assistentibus aliquibus supremis Superioribus Monasteriorum, & priuatis (alioqui) venerabilibus personis; fortè ibi aduenit, vel adfuit Religiosus (vt præferebat) grauis, & doctus Religionis alicuius, ex qua non erat in ciuitate aliquod Monasterium, & præcedentis confirmationis regulæ ad regulas superiorum, qui ibi aderat, & eum omni modestia (prudenter quidem, & cautè) occasionem nactus, locum primum adit, & salutaris collateralibus, ibi sine alicuius murmure adfuit officiis. Hoc contigit in Monasterio sancti Francisci Ciuitatis Vallisoletanæ pro tumulando Guardiano anno 1632. & Religiosus erat Congregationis Cisterciensis, cuius actionem vidi approbari, & à nullo nimietatis, vsurpationis, præsumptionis, aut alterius vitii notari, & alios similes noui casus. Propterea dixi in responsione, quod non absolute admitterem consuetudinem (sed hoc dato) ad vim argumenti directè respondendum, quod in actibus, & concursibus, non quidem voluntariis (vt est quem præmissimus) sed præcisè obligatoriis, & solemnibus in Ecclesia, vt sunt processiones generales, ad quas ex iure, & dispositione Concilii tenentur accedere, & concurrunt Religiones, & sic ibi summa æquitas, & iustitia in distributione præminentioris loci, & confessus feruatur tam præcisè, & legaliter iste Ordinum gradus, & præcedentia pro antiquitate confirmationis cuiuscumque Religionis, vt conuentus, v. g. Prædicatorum, & Conuentus Minorum ita

N. 31.

Dicendum est, quod in actibus, & concursibus, non quidem voluntariis (vt est quem præmissimus) sed præcisè obligatoriis, & solemnibus in Ecclesia, vt sunt processiones generales, ad quas ex iure, & dispositione Concilii tenentur accedere, & concurrunt Religiones, & sic ibi summa æquitas, & iustitia in distributione præminentioris loci, & confessus feruatur tam præcisè, & legaliter iste Ordinum gradus, & præcedentia pro antiquitate confirmationis cuiuscumque Religionis, vt conuentus, v. g. Prædicatorum, & Conuentus Minorum ita

ab-

absolutè, & integrè præcedant immediatos Ordines, & Religiones, vt vsque ad Prælatum, vsque ad nouitium, & iuniorum laicum præcedant omnes personæ illorum Conuentuum Prælatos immediatos sequentium Ordinum, seu Conuentuum, nempe sancti Augustini, & Carmelitarum, & sic reliqui Ordines. Et hoc seruatur in quibuscumque auctoritatis comitijs, vt videre est in dispositione sedium, & ordine, quo astiterunt Procuratores Ordinum, & Religiosorum, cum suorum Ordinum Prælatis in Tridentino Concilio, vbi Procuratores generales Ordinum, pro antiquitate ipsarum Religionum immediate post Procuratores Episcoporum ponuntur immediate, & adhuc in distributione locorum superiori, post cathologos ordinatè dispositos Prælatorum, Legatorum, & Oratorum Pontificis, Imperatorum, Regum, & Principum (dato primo loco, & hierarchia dominis sacre Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus) & postis statim pro sua superiori qualitate, Dignitatibus Ecclesiasticis, in tertio ordine, & hierarchia post primam Cardinalium, & secundam Oratorum, seu Legatorum, in tertia hierarchia gradu, seu loco ponit Patriarchas, qui Concilio interfuerunt, & in quarta Archiepiscopos, in quinta Episcopos omnes immisos ab omnibus Pontificibus (in quorum temporibus Concilium fuit celebratum Iulii 3. Pii 4.) In sexta hierarchia, & gradu Ecclesiastico sextum locum concessit Abbatibus sancti Benedicti immediate post Episcopos; & in septimo ordine, seu gradu immediate post Abbates, quos ibi refert diuersorum Monasteriorum Congregationum sancti Benedicti, Casinensis, & Cisterciensis, constituit Reuerendissimos Generales Ordinum pro cuiuscumque loco, gradu, & antiquitate confirmationis. Primo Generalem Prædicatorum, & statim Minorum de Observantia, Minorum Conuentualium, sancti Augustini, Carmelitarum, & Societatis Iesu, qui Generales inter se hunc ordinem, & locum obtinuerunt. Nec in dicto Tridentino Concilio alicuius alterius, præter dictos Generales, Prælatus adfuit; & ibi specialiter attendatur, quam attentè de debitis vnicuique Dignitati, personæ, Legato, seu

Locus Religionum in Concilio

A Oratori, aut Theologo, vel Doctore vocato taxatus, & ex omni æquitate sit datus, & concessus locus, vt in tant graui illustri & nobili comitio fuerit licitum (imò & benè visum) domino Claudio Fernandez de Quiñones Comiti Lunæ, apud Asturum, & Legionis Montana Oratori, seu Legato Regis Catholici Hispaniarum, cum demonstratione, & querella, quod præponi sibi prætenderet Orator, seu Legatus Galia Regis, quòd hac occasione locum summum, & gradum Oratorum dimiserit, & ad locum in medio separatim positum pro Episcopo Theulino Sanctæ Synodi Secretario se contulerit; & ibi cum illo, in omnibus Concilii sessionibus, quibus adfuit, confederit. Notandum tamen quod si adfuisset aliquis Prælatus Prouincialis, aut Generalis non præcederet Monachus Cisterciensis, cum non fuisset Procurator generalis.

B Restat de loco, seu confesso pertinet ad singulos Religiosos comites superiorum Conuentuum, qui ad dictas solennes quidè aliquomodo conueniunt conuocationes, an ita curandum de loco obtinendo pro antiquitate sui singulorum habitus debito, vt non liceat v.g. Prædicatori Religioso loco cedere Franciscano, aut Carmelita, constitutis iam in supremis locis Ecclesiæ, seu Monasterii (cuius Patroni festum, vel simile celebratur) Prælatis Monasteriorum, quos respectiue quicumque ex reliquis Religiosis ibi reperitis admittatur, ad quod dicimus maxime in hac re deferendum prudentiæ, & naturali æquitati, vt si ex sacro Ordine Carmelitarum, vel Societatis Iesu comes sui Superioris persona ex naturalibus, litteratura, qualificatione ex Dignitatibus, aut officiis strenuè administratis, vel alijs spectabilibus, & digna veneratione reperiatur ibi persona; licebit quidè Religioso Seraphici Ordinis, aut Dominicanæ talè præponere sibi. Et ratio dictatum, quia illæso manente in illo actu, honore, & præcedentia suæ familiæ, & Religioni ex iure debita, quam possidet, & exercet totius Communitatis caput, & Prælatus loco suæ præminentia debito constitutus, licet alios titulos præminentia, & honoris debita illi personæ attendere, tamen quia suppositis iis rationibus,

N. 32

B 2

De dispositione huius casus, solū ibi materialiter attenditur in illa graui persona (comitante fortē Prælatus, & propter hanc rationem ibi repertā) quod sit eiusdem habitus, & familiæ, siquidem alius suæ communitatis Prælatus, ob aliquam causam alijs comitibus, vel socijs posset aduenisse; Capellanis scilicet, vel subditis sæcularibus (si haberet) & hoc demonstrauit ipsa dispositio sedium, & locorum, in superius dicta concurrentia Prælatorum, & Religiosorū, pro particulari festo: nam talis concursus tollerari posset occasione comitij (non ita solemnis) quod rigorem, & præcisam rationem loci debiti etiam priuatis personis, Religionum etiam nō inuolabiliter exigeret: at verò in Congregatione grauisima, qualis foret vnus generalis Concilij, necessum fuit, quod existeret regula omnium dispositionum, & distributionum, graduum, & locorum, singulis debitorum. Vnde suis distinctis classibus Theologi Ordinum diuersorum, qui adfuerunt ipsi Concilio constituti fuisse pro Religionum antiquitate, quamuis alijs, alij pro obsequio, & comitatu diuersorū Episcoporum, Principum, aut Generalium, ad dictum Concilium confluxissent.

N. 33.

Ex ijs resultat aduertendum esse maxime, quod Prælati Religionum quando vocati assistunt extra sua Monasteria ad aliquam priuatam conuocationē, seu ianctam, aut deputationem, pro ratiocinijs alicuius Confraternitatis, seu pij operis, ad quæ sint nominati, & electi pro suo officio, à testatore, institutore, vel confratribus Patroni, aut ad alias similes assistentias, in quibus solus Prælatus habet determinatum, & cōpetentem locum, & socius minimè potest simul absidere, sed extra consistoriū, seu locū deputationis debet remanere, vel in penitus inferiori loco, & incompetenti suo statui, in tali casu, vel laicum Religiosum se cum in socium assumant, vel infimam in ipso statu conditionis (quod tyrannidem non sapiat, & abuti videatur potestate regulari) ut sæpius notari vidimus de aliquibus imprudentibus superioribus; sicut & laudare de alijs Prælatis (specialiter clarissimi Prædicatorum Ordinis) in quo hic discre-

A tus, & pius modus obseruatur, vt Prior, seu persona grauis ad aliquam ex dictis conuocationibus, spiritualibus negotijs, quæ secretè sæculares personæ cum suis spiritualibus Magistris vellint tractare; & huius generis negotijs, quod strenuè similiter, & cum magno Ecclesiæ, & proximorum profectu exercent Religiosi Patres Societatis Iesu, & aliorum Ordinum prudentes Prælati, & venerabiles personæ, hoc attendentes in assumendis socijs, pro dictis, & similibus occasionibus exeundi de Monasterio.

B Et hæc sufficiant pro doctrina resolutionis 4. sup. num. 20. ad probandum præminentiam, & locum præcedentem pertinentem Religioni, & Ordini sancti Benedicti, respectu omnium Religionum Ecclesiæ, & locum simul, qui alijs sacris Ordinibus, & Religionibus pertineat inter se, ratione primi fundamenti, & radicis assignatæ num. 7. nempe ratione maioris, & plenioris potestatis, & antiquioris confirmationis.

N. 34.

Et ex secundo fundamento, seu radice honoris, cultus, & præcedentiæ, nempe participatio maior perfectionum diuinarum, probatur eadem nostra quarta resolutio quoad eius primam partē: nam in primis in hoc statu Benedictinæ familiæ (vt status quidem, & particularis respublica Ecclesiæ est) resplendet maximè bonitas, vt manet explicata n. 2. Negari enim non potest, quod si bonitas attendatur penes sanctius, & perfectius statutum status, probatum manet late in q. 5. primi capituli, & tractatus primæ partis, ex doctrina sancti Thomæ iudicantis pro vita contemplatiua, & præferens illam actiuam, & illam esse finem proximum. Vnde Religionum excellentia, & excellentia sumitur, & ibi simul quomodo institutum huius Benedictinæ Religionis, vt à sanctissimo Legislatore fuit constitutum, ad exigentiam temporum Summi Pontifices, & Principes Ecclesiæ constitutum dispositum, & stabilitum habeat; & quod si bonitatē attendamus, & sanctitatē personalem membrorū, seu professorū huius Religionis ipsa interuenit Ecclesiæ auctoritas, quæ excedēt in maximo numero multitudinem sanctorum in suo catalogo descriptam, proponit fidelibus celeberrimè

brandam præ omnibus Ecclesiæ Religionibus.

Nec minor adest excessus respectu participationis diuinæ bonitatis in hac eadem Benedicti Religione considerata Regulæ Sanctissimi Legislatoris perfectione, cuius laudes sup. num. 23. circa medium tetigimus, & remissimus, & adhuc hic referre oportuit approbationem, & commendationem sancti Gregorij Magni in scriptura, quæ extat cū summa veneratione, & fide in Monasterio Sublacense. *Scipsi* (ait Pontifex) *vitam sancti Benedicti, legi regulam, quam manu propria Sanctus scripsit, approbavi illam, & confirmaui. Et approbationem, commendationem simul ipsius regulæ per Successorem Pōtificem Zachariam in hæc verba: Zacharias Episcopus seruus, &c. Omnipotenti Deo, ipse quippè Beatissimum Benedictum Patrem omnium instituit Monachorum, ipse Sanctus Monachorū regulam scripsit, quā sancta memoria Gregorius Prædecessor noster in libro Dialogorum satis approbat, & laudat, & nos approbamus, & laudamus.* Et illam specialem laudem, & commendationē huius sanctæ regulæ venerabilem, & diuinam affert Surius in vita sancti Desibodi ex Reuelationibus sanctæ Hildegardis approbatis per Eugenium Papam, cuius Sæctæ verba sunt, dum describeret vitā sancti Desibodi: *Ex diuina inspiratione sanctus Benedictus regulam, quæ spiritualibus hominibus esset accommodata sanctis viris, sancto spiritu docente, & ostendente, condiderat. Et tandem nota collationem, seu comparationem, quam sanctus Antoninus facit inter regulas Sanctorum, Legislatorum, & Fundatorum Religionum Ecclesiæ, dicens in titulo 15. artic. 13. Regula sancti Basilij satis intricata est regula. Augustini multum generalis, & ad particularia parum descendens, sed per constitutiones additas à diuersis Religionis eius professoribus austeritatibus, & caeremonijs ordinata. Regula sancti Francisci breuis, & propterea multa ibi præcepta scrupulis plena; sed regula sancti Benedicti si regula quæque clarè complectitur.*

N. 35.

Ex secundo etiā fundamēto honoris, & præcedentiæ, scilicet, participatione diuinæ sapientiæ, vt manet explicatum n. 8. manifesta sunt Ecclesiæ monumēta profundæ scientiæ, & litteraturæ, qua

A viguerunt huius Religionis alumni, qui extiterūt tanquā inexhausti fontes vsq; ad hæc nostra tempora totam irrigātes suis doctrinis, & scriptis Ecclesiā, & Ecclesiasticam disciplinam: neq; enim doctissimi, & eximij huius nostri tēporis Magistri, & in omnibus facultatib; strenuè disputantes, & libros quā plurimos edentes, negant, imò, & ingenuè fatentur suam doctrinam ex Gregorij, Bernardi, Anselmi, Bedæ, Ruperti, & aliorum plurimum antiquorū huius familiæ fontibus, & magisterio desumpsisse. Nec quod ab ipsis huius Benedictinæ Religionis exordijs in aliqua, vel aliquibus (& semper in multis) viguerit in singulis, aut pluribus Monasterijs omnis litteraturæ, & facultatis magisterium & palestra, cū per plures annos, vt ex scripturis, & historijs fidelibus constat, & afferunt Cardinalis Baronius, Tritemius, Surius, Arnaldus, Vbion, & Magister Frat. Antonius de Yepes fuisse omnia (aut fere omnia) Monasteria Ordinis sancti Benedicti Vniuersitates, & acadēmiæ litterarū, & fuisse simul in aliquo ex illis annis ante Pontifices Innocentiū Tertium, & Honorij in sola Europa plusquā quindecim millia Monasteriorū virorū absque Prioratibus, & Grāgijs Nec omittēdū hoc euidentis signū, & irrefragibile testimoniū, quod ex antiquis, pijs, & eximij Ecclesiæ Patribus, & Magistris nullius alterius Religionis alumni operibus, & scriptis assumpsit Ecclesia doctrinas, & homilias, ad concinendū, & cōstituēdū diuinū Officiū, seu Canonicas horas, & in tāto numero quā Doctorū huius Benedictinæ Religionis, vt videre est in officijs Aduentus, & pluriū homiliarū per annū in Euangelijs pro Apostolis, Martyribus in singulari, & pluribus Pōtificibus, etiā & Confessoribus, & Virginibus, ad quas & plures alias festiuitates solius sancti Gregorij Magni huius instituti Monachi extant plures homilia, quas assumpsit Ecclesia, in comprobationem venerationis profundæ & solidæ doctrinæ huius eximij Doctoris.

De tertiæ perfectionis participatione, nempe potentia etiam est certū, quod in illa excedat Benedictina Religio reliquas omnes Ecclesiæ, siue potentia attēdatur (vt explicuimus sup. n. 9.) secūdū esse naturale in quo ad instar naturalis

B 3

de-

N. 36.

dependentia filij parentibus, qui genuerunt, & precedentia naturaliter debita parentibus à filio, qui hoc esse naturale accepit, debet Religiones huic Ordini tanquam Parenti. Prædicatōrū Illustrissima familia suum Patrem, & Fundatorem Sanctum Dominicum eximiū illius Religionis Patriarchā, ipsum enim Patrem ipsi Religioni impetrauit, & toti Ecclesiæ columnam, & luminare Religio sancti Benedicti, mediante suo insigni clienti, & filio sancto Dominico de Silos: nam eius impetratione, patrocinio, & meritis, Ioanna de Guzmā nobilissima Matrōna ad eius sepulchrum orans, & spondens, si filium conciperet ipsum Domini nomen se illi inditurā, Sanctum Dominicum Prædicatōrum Religionis Fundatorem dedit mundo. Unde pius quidam Doctor accomodatuit Benedictinæ Religionis pro hoc euentu, quod olim pro cōuersione Apostoli Pauli impetrata precibus Prothomartiris Stephani ipsi Stephano Ecclesia cecinit, dicens: *Debet sibi sanctissime Heros Magistrum gentium Apostolum, quo maxime illustris est Ecclesia.* Patronum etiā (quod nomen est quali Patris, quasi à re cepto esse, & vita) nominat hunc Benedictinum Ordinem nobilissimam, sanctissimam simul Familiam Minorum potiori titulo Patronatus (vt dicūt Iuriste) nēpē titulo foundationis; fundator enim patronus ille dicitur, qui ad fundandam domum, Monasterium, vel Ecclesiam concessit fundum, id est, hæreditatem, vel territorium, quomodo existit Seraphici Minorum Ordinis Pater, & Patronus Benedictinus Ordo, nam ad iacienda fundamenta prima suo Ordini, & illius primo fundamento cimento, & basi in Monasterio apud Portiunculā propē ciuitatem Assisij, quod fuit illius Ordinis sacri principium, & caput, ab Abbate sancti Benedicti Assinatis, cuius erat territorium de Portiuncula petijt, & impetrauit ipsemet sanctissimus Pater Franciscus, qui id retulit (& habent Ordinis choronicæ) quando fundaturus primum sui Ordinis fundamentum in Hispania in Monasterio Compostelano, cognito quod ad Monasterium sancti Petri illius ciuitatis Ordinis sancti Benedicti pertineret locus in quo fundare constituerat, ipsum adiit Abbatem confidenter

A dicens, sperare simile condignationē loci ibi ad fundandum, quam ab alio sancti Benedicti Abbate expertus fuerat, & his similia ista Religiones, & alia beneficia, & alia in institutione, fundatione, & conseruatione.

Ex quibus resultat quantam dependē **N. 37.**

tiam debeant recognoscere in hoc esse naturali respectu esse spiritualis pertinet precedentia, quia in hac Religione resplenduit semper, & resplendet maxime potentia, seu potestas patria spiritualis, quia Regula sancti Benedicti ministrat præcepta, constitutiones, & mandata omnibus Religionum institutis, quæ Sedi Appostolicæ præsentata, & porrecta sunt. Nulla enim regula adhuc ex illis, quæ ante Benedictinam prodierūt, vt sanctorum Basilij, & Augustini ex illis solis, nec vt ibi iacebāt dispositis statutis, confirmatæ fuerunt, nec approbatæ ad foundationem alicuius Religionis.

B Sed (vt dixit sanctus Antoninus num. 34. pro regula sancti Aug. & pro regula Basilij) ista intricata, illa maxime generalis, & ad particularia parum descendens; sed per constitutiones additas à diuersis eius professoribus ordinata, &c. At regula sancti Benedicti. (ait Antoninus) singula quæ que complectitur, & eodem modo, tenore, verbis, & forma, ac ab ipso diuino Legislatore disposita, approbata, & confirmata fuit, & ab illa non solum pro specialibus familijs, & Religionibus, & earum legibus, & statutis disponendis; sed & pro tota Ecclesia gubernanda, & regenda desumpta fuere mandata canonica, & decreta, vt constabit cuiusque in Pontificio iure versato, & hanc patriam (vt sic dicam) precedentiam secundum hoc esse spirituale ab hac Religione (recepto ratione inquam Magisterij spiritualis) quam plures Europæ Prouinciæ, & Regna recognoscunt, quæ Monachos Benedictinos suos vnumquodque Apostolos vocant, Anglia Gregorium Magnum, Germania Bonifacium, & alios alia Prouinciæ. Nec minus precedentia respectu huius esse spiritualis conuenit Benedictinæ familiæ, & specialis spiritualis Magisterij; habuit enim hæc familia ab ipsa sui fundatione, quod eius alumni, & professores magisterio spirituali animarum diligenter incumbereat, quod con-

C **D** stat

stat ex 2. lib. Dialogorum ipsius Grego-
rij, vbi vitam scribens, & opera sui Pa-
tris, & Legislatoris Benedicti ait de illis:
*Ad oppida fidelium pro exhortandis anima-
bus fratres suos mittere Benedictus Dei
famulus curabat. Quasi huic operi, nec
lētē, nec à casu incumberet, sed curaret
taquam de ministerio suo instituto ma-
ximè proprio, quod ferè semper à plus
quam mille annis quos habet à confir-
matione ista Benedictina Religio, in vna
vel altera Congregatione, in vna vel al-
tera Prouincia, cum magno proximorum
spirituali fructu exercuerunt Benedicti
lectatores.*

N. 38.

Conuenit tandem hæc patria præce-
dentia, seu participatio diuinæ potentie
respectu esse temporalis, eò modo quo
Reges, & Principes temporales venera-
mur, quia in hoc munus exercent pater-
nū protegendū, moderādū, & defendendū
nobis Rempublicam ab inimicis extra-
neis, & ciuilibus, seu domesticis, quia
hos puniendo, illos propulsando, dant
nobis frui rebus nostris in pace, dāt no-
bis quæta, & tranquila tempora, & sic
paternum merentur honorem. Quo sen-
su 1. Reg. 24. Dauid appellauit patrem
suum Regem Saul, & 4. Reg. 5. famuli,
& vassalli Aman Siro vocauerunt illum
patrem, quia supremus moderator, &
gubernator erat in toto Regno. Qua ra-
tione cum sic dederit hæc sancti Bene-
dicti Religio vniuersæ Ecclesiæ, & orbi
Gubernatores, & Principes, statui Eccle-
siastico supremos, & Christi Vicarios,
qui plusquam 40. numerantur. Primates
Patriarchas, Episcopos, Archiepiscopos
plus quam omnes simul sumptæ Reli-
gionis professores nouit, & recognos-
cit Ecclesia, & ex ijs omnibus deberi pri-
mum, & præcipuum gradum, locum, &
præcedentiam huic Benedictinæ fami-
liæ. Specialiter ex illo proloquio com-
muni ex illa doctrina 8. lib. Æthic. cap.
1. & 2. & Platonis de Legibus, *Dijs, Parē-
tibus, & Magistris æquiualens reddi non
poteat. Quod consonat (quamuis aucto-
res aliter sentiant aliqui) à tres perfe-
ctiones dictas, bonitatem, potentiam, &
sapientiam.*

N. 39.

Nec ex vltimo fundamento, & radi-
ce honoris specialis, gradus, & præce-

dentia, minus efficaciter nostra supe-
rior quarta resolutio comprobatur, cum
quasi certatim Principes Ecclesiæ, Pon-
tifices Summi, & Principes laici, Reges,
& Procures, priuilegijs, exemptionibus,
gratijs, & præminentijs hunc Benedi-
ctinum Ordinem munierint, ditauerint,
& illustrauerint.

De concursu alicuius Religionis cum
aliquo Capitulo Ecclesiæ Cathedralis,
vel personæ, Monasterij particularis,
officialis, id est, Superior, Definitor, aut
Consiliarius cum Canonico, cum Digi-
nitate, Decano, aut Episcopo, vel Abba-
te, disputandum aptius sequenti quæ-
stione.

*Cōcursus
cū Cano-
nicis Re-
gulari-
bus.*

QVÆSTIO II.

*Quem gradum, & præminentem locum
singulæ Ecclesiæ Dignitates inter se
habeant?*

Postquam egimus de præminentia
debita ratione status, agendum de
debita ratione Dignitatis. Pro intelligē-
tia supponendum est primo ex Iuriscō-
sultis, & locis iuris Lucæ de Penna in
lege obsistere, Cod. de annuo, & tribut.
lib. 10. & in rubrica de Dignitatibus, &
ex Bartholomæo Casaneo 1. part. Ca-
thalogi Gloriæ mundi, consideratione
66. per totam. Nomē Dignitatis diuersi
mode accipi apud Rethores, Iuristas,
Theologos Morales, & diuersos Aucto-
res aliquos circa significationem, & va-
riam acceptionem Dignitatis congescit
Casaneus. Primo enim Tullius 2. Retho-
ri. explicuit sic. Dignitas est, Auctoritas
alicuius honesta, cultu, verecundia, &
honore digna. Huic consonant deffini-
tiones, seu significationes, quas afferunt

N. 40.

*Lucas de
Penna in
l. obsiste-
re capit.
de annuo
& tri-
but. & in
rubrica de Dig-
nit.*

*Tullius 2.
Rethori.*

Auctores alij, apud Ambrosium Cale-
pinū, scilicet, quod Dignitas est honē-
stas, amplitudo, honor, & splendor; sed
nobis quid in re, seu in vsitata magis ac-
ceptione, & quid sit (quantum ad præ-
sens institutū) Dignitas, specialiter Dig-
nitas Ecclesiastica, explicare oportet.
Omittendo illam Dignitatem, quæ ex
inferiendis Principibus, & famulandis
eorum lateri ad hærendo proueniat, vt
de Secretarijs, & Cubicularijs Princi-
pum tenet Felinus in cap. fraternitatis,
in 2. col. extra de hæret. & ex Iafone in

1. om-

l. omnium in 2. col. quod quidem intel-
ligendum est de famulis Principis su-
premi, cuius seruitium, & famulatum
inferiores Principes, Duces, seu Baro-
nes ambiunt, & desiderant, & illam
Dignitatem (vt est idem quod nobi-
litas, seu ingenuitas, aut immunitas,
vel quod idem est) qualitas quæ facit
personam differre à plebeis, quæ om-
nes qualitates, quæ ab authoribus sæ-
pè Dignitatis nomen accipiunt, sicut
etiam tamam, quæ est clara opinio per
laudabilem vitam, & ætus studiosos ad-
quisita, etiam vocatur Dignitas, l. 3. C.
de re militari, lib. 12. Dignitas ergo de
qua loquimur, est quædam præeminen-
tia cum administratione, vt Archidia-
conus in cap. 1. de consuetudine lib. 6.
& Oldradus conf. 163. vel quod idem
est ex titulo de Præbendis, & Dignita-
tibus, & in cap. de multa, eodem titulo,
& ex glossa in l. ff. ad legem Iuliam de
ambit. Dignitas est officium quod ha-
bet Dignitatem annexam, vnde sic col-
ligi, & formari potest definitio in hunc
modum. Dignitas est in Ecclesia, po-
testas, & facultas gubernandi, & ad-
ministrandi cum iure præcedendi loco,
& honoribus specialiter in brachio Ec-
clesiastico; ex quo intelligitur, quod
quoties in iuribus, & Authoribus plu-
res personæ, officia, & administratio-
nes, status, gradus, conditiones diuerso-
rum hominum, ex aliquibus sibi perti-
nentibus, perfectionibus, honore, &
præeminètia dignæ reperiuntur, & hinc
Dignitates vocentur, & habentes qua-
lescunque ex ijs, aut alijs honorificis,
qualitatibus, dicantur personæ in Digi-
nitate constitutæ, suam statum vocent
Dignitatem, & ipsi se ipsos Dignitates
Ecclesiæ se nominant, vt refert Casaneus
1. part. confid. 66. tamen propriè, & in
rigore non sunt.

Dignitas autem est duplex. Primi
Ordinis, quæ habet Capitulum, vt Epif-
copus, & Abbas. Secundi verò, Digni-
tas Cathedralis habens officium, & ali-
quam potestatem, non tamen Capitulū,
vt infra num. 67. humanam naturam ra-
tionalem, & nostram hanc conditionē,
Ecclesia, & Patres vocant Dignitatem
in oratione Ecclesiæ, vt Dignitas condi-
tionis humanæ, per incontinentiam sau-
tiatæ medicinalis parsimonie studie re-

Aformetur. Et hortatur Pontifex, & homo
Digni aatem cognosce tuam. Imo. 1. fi-
nali, C. de Dignit. potestas, etiam sine
administratione vocatur Dignitas, &
dicitur Dignitas honoraria, vbi videtur
proprietas, non enim vocatur Dignitas
absolute, sed quasi, secundum quid (id
est) honoraria.

*Dignitas
duplex
alia cum
potest a-
lia sine
illa.*

Sequitur secundò, quòd potestas hæc
quæ Dignitas possit nuncupari debet
esse perfecte ordinaria, vt statim expli-
cabitur, nempe constituens aliquem
Prælatum, aut Principem, aut cum ple-
na iurisdictione iudicem, & Guberna-
torem, specialiter quæ est primi Ordini,
quamuis veraque sufficiat, vt habes,
dicatur persona in Dignitate constituta,
& capax officij iudicis, Legati Appo-
stolici.

N. 42.

Tertiò, quòd quotiescunque aliæ
personæ, officia, munera, vel administra-
tiones, & etiam cum potestate plena
(quidem) in suo genere, sed priuata (id
est) pro speciali, & priuata familia, seu
gremio, vt æconomica, seu patria pote-
stas, qualis est illa, quam habet pater fa-
milias in domesticos, & filios Parochus,
seu Rector in suam Parochiā, Parrochiā,
& Parrochianos. Vocantur Dignitates,
& personæ, nuncupantur Ecclesiæ Digi-
nitates, & Dignitatem habere Ecclesia-
sticam, hoc non debet intelligi sumen-
do in rigore nomē Dignitatis, sicut nec
quando Prælati, seu superiores supremi
Ordinum Mendicantium se nominant
Dignitates, seu personas in Dignitate
constitutas, est sine rigore, & cum im-
proprietas intelligendum, vt est mani-
festa, & expressa decisio, & declaratio
Congregationis Cardinalium (cum au-
thoritate Apostolica) interpretum S.
Concilij Trid. vt habetur cum summa
diligentia, testimonio, & fide edita Lug-
duni 1630. vbi super illud caput 6. sess.
13. decreti de reformatione disponitur,
quòd ad degradationem Clerici nume-
rus requisitus per antiquos Canones as-
sistentium Episcoporum cum proprio
Episcopo suppleatur cum numero toti-
dem Abbatum habentium ex priuile-
gio Apostolico vsum Mitræ, & Bacu-
li, & ijs non (commodè) in Ciuitate, aut
Diocesi repertis suppleatur per perso-
nas, in Dignitate Ecclesiastica constitu-
tas, quæ immediata verba declarat Con-

N. 41.
Definitio
dignita-
tis.

gregatio: Sic non comprehenduntur Prælati Mendicantium Regularium, cum non habeant nomen Dignitatis. Vide supra. Vnde colligitur, quod ex mente Concilij, non solum Dignitas Abbatialis est Dignitas, sed quod habet sub se alias Dignitates.

N. 43.

Resolutio secunda in Ecclesia militante ad instar triumphantis sunt Dignitates, seu personæ constitutæ in Ecclesiastica Dignitate, qua mediante à reliquis discernuntur, reliquos præcedunt, & gubernant. Probata manet ex dictis per totam præcedentem quæstionem præcipuè in principio: nam cum Deus, & natura non deficient in necessariis, non debet nec potest dici, quod omiserit Deus, & Ecclesia hunc Dignitatum ordinem disposuisse.

N. 44.

Prima Ecclesiæ Dignitas Summi Pontificis.

Authentic. dist. 12.

Resolutio tertia. Dignitatum Ecclesiæ est Summus Pontifex (prima) suprema Sedes Ecclesiæ Dei, vt habetur in Authentica de Ecclesiasticis titulis in prin. & dist. 12. cap. 1. Est superior, & præcedit omnes Dignitates mundi. Habetur in Clem. Pastoralis de sententia & re iudicata, & Clem. 1. de iure iurando, facit text. in cap. pater profecto, 9. q. 3. cap. nemo, & cap. aliorum est Pater vniuersalis omnium fidelium, & omnium orium Christi, ex illis verbis Christi, Ioannis 21. pascite oues meas. Dicitur vniuersalis Episcopus, & Patriarcha Ecclesiæ, quamuis propter modestiam, & humilitatem nõ sic nuncupari se permittat. Sic Ioannes de Turrecremata in cap. cum aduersum dist. 96. & in cap. nullius dist. 99. & in testimonium, & protestationem præcedentiæ, honoris, & primatiæ debet osculari in pede, vt dicit glossa, & Ioannes de Platea in l. 1. C. de Domesticis lib. 12. & est primus, & maximus omnium Episcoporum, & Patriarcharum, & habet vniuersalem Prælationem in tota Christi Ecclesia, dicit S. Thom. in tractatu contra errores Græcorum cap. 66. & 67. debet illi præstari obedientia per Reges. Felinus in cap. si quando, vbi per eam Extravagant. de rescriptis D. Thom. in tractatu de Rege, & Regno, ad Regem Cipri. *Mysterium (ait) Sacerdotibus est commissum, non terrenis Regibus, ita præcipuè Summo Sacerdoti Christi Vicario, Romano Pontifici, cui omnes Reges Christianos oportet esse subiectos, sicut ipse*

A Domino Iesu Christo. Consonat illud Baldi in proemio Gregoriano in prin. & in leg. Barbarinus supremus Dei Vicarius est Papa, & qui contrarium dicit, mentitur, & idem cap. 1. col. 1. de probationibus ait apud Papam est summa potestas, in qua non habet parem, & dicit idem Iason l. rescripta, C. de præcibus Imperatori offerendis, & non minus explicat potestatem idem Baldus in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, quod habet Papa ius regiminis Regum in subditos, & adhuc melius, cap. cuncta per mundum 9. q. 3.

B Papa est super omnia iura mundi. Hanc primatiam, & præcedentiam Summi Pontificis, & eius Dignitatis tractat ex professo Cardin. Bellarminus lib. 5. de potestate Pontificis per totum, & afferit Abbatem Panormitanum in cap. nihil, num. 11. 12. & 13. de iudiciis tractatu. Idem D. Thom. lib. 1. de regimine Principum, cap. 14. & lib. 3. cap. 13. & 15. qui cum aliis latè tractat de hac incomparabili præcedentiæ, & quomodo debeat intelligi quando absolute nominatur Papa Vicarius Christi in spiritualibus, & temporalibus significare (inquã) quod quantum ad spiritualia potest excommunicare quoscunque fideles etiam laicos, & illos in hoc etiam iudicare: quo ad temporalia verò intelligitur, quod quo ad suos census, & redditus annuos, hoc & talia temporalia bona potest exigere; quando & quatenus requiritur ad finem spiritualem, agitur de præcedentiæ, primatu, & potestate data à Christo ipsis Apostolis, & in primo loco Petro, & Successoribus dist. 21. cap. in nouo, & capitibus. Ex quibus constat, quod absolute sit, cui primò & principaliter competit nomen Dignitatis Summi Pontificis, & eius Pontificiæ Prælaturæ primum locum, & præcedentem Dignitatem.

C Post Apostolicam Sedem recognoscit Ecclesia Episcopum Hostiensem, & Cardinalem, propter specialissimam præminentiam: nam Papam consecrat Imperatorem ungit, & palio vitur. Post hunc Patriarchæ, seu Primates, qui tales dicuntur quasi Summi Patres, & sunt in re idem cum Primatibus, ex cap. nulli, & duobus præcedentibus, dist. 99. sunt Dignitates Ecclesiæ cum omni proprietate, & rigore, & sunt immediati post Papam,

N. 45.

Papam, in Consistorio, in Conclavi, & in omnibus locis, & habent potestatem gubernatiuam super suas Dioeceses, & etiam in casibus per iura, & Cōcilia dispositis super Episcoporum, & Archiepiscoporum, & Metropolitanorum iurisdictionem aliquando in prima cognitione, & instantia, & aliquando in secunda scilicet per viam appellationis. Quatuor constituit Ecclesia solas Patriarchias, dist. 22. cap. Sacrosancta, & sequenti. Romanam, Constantinop. Alexand. Antiochen. & nulla alia erigitur, nisi aliqua gens de nouo conuertatur, sic dist. 99. cap. nulli. Habet Ecclesiasticam Dignitatem plenam & perfectam quidē isti Patriarchæ, Archiepiscopos præcedunt, & Episcopos præter Episcopum Hostiensem, qui ipsos præcedit quatuor Patriarchas, scilicet Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum.

Vbi notandum, quod quamuis Romana Ecclesia (vt diximus) sit prima Patriarchia; tamen istam Dignitatem Patriarchalem illius sedis absorbit superior, & suprema Pontificia Dignitas: vnde quatuor sunt Patriarchie, de quarta enim Patriarchia nempe Hierosolymitana fit mentio, cap. difinimus dist. 92. & quamuis Primates multiplicentur pro aliquibus Regnis minoribus, Patriarchie non multiplicantur, nisi ex magna orbis terræ parte de nouo conuersæ, vt per Indos, & Americam, aut Peruanam, quarum partium occasione Patriarchalis noua sedes instituta fuit, quos præter dictos quatuor Patriarchas sunt alij Primates, qui appellantur etiam Patriarchæ, de quibus Archidiaconus in cap. Periculo, de statu Monachorum lib. 6. vt sunt Patriarcha Grandensis, Tolētinus, Aquilegiensis, Bituriensis, Pissanus, & alij, quos nominat cum prædictis Archidiaconus in cap. Cleros, dist. 21. & ibi glossa. Sed hi Primates nomen Patriarchie non proprie participant, quia non sunt de numero quatuor, quos primo enumerauimus, Constantinop. Alexandrin. Antiochen. & Hierosolym. qui immediate primo loco post Summum Pontificem sedent, & præcedunt Cardinales, etiā si Cardinales Episcopi, vel Archiepiscopi sint; de quibus notandum obiter, quod sub titulo Episcopi continen-

tur omnes Dignitates Ecclesie, quæ proprie, & in rigore Dignitates sint à Summo Pontifice vsque ad Abbatem, quæ vltima, & immediata Episcopo Dignitas est: quod dico propter Cardinales, qui non habent Dignitatem Ecclesiasticam, quæ proprie talis sit (vt statim videbimus) sed quam vocant iura in l. fin. C. de Dignitatibus, vt sup. num. 4. in fine Dignitatem honorariam.

Resolutio quinta. Post Patriarchas quatuor dictos, & ante alios Patriarchas, quos retulimus, quasi supernumerarios, qui magis proprie nuncupantur Primates, tenent locum præeminentem, & superiorem omnibus Episcopis, Archiepiscopis, Metropolitanis, & Primatibus, seu Patriarchis supernumerariis: Romanæ Ecclesie Cardinales, qui interpretantur *Columnæ Ecclesie*, in cap. Ministeriū de officio Archidia. & dicitur quod sunt vocati in partem sollicitudinis Ecclesie cum Papa. Extrauag. de vsu Palli 2. q. 1. Ex eo quod ex eorum consilio Summus Pontifex ordinat & disponit agenda, cap. fundamenta. §. docet de electionibus, lib. 6. & sunt ipsi Papæ collaterales ex cap. 1. & cap. penult. de officio de legat. lib. 6. imo, & partem corporis vocat, cap. verum 6. q. 1. vbi Laurentius Cardinalis Zabarella in Clem. 1. de celebratione Missarum, Speculator in titulo de legat. §. sequitur, & Papa est de ipso numero Cardinalium, ita Archidiaconus in c. Sacrosancta de electionibus. Faciunt vnū corpus cum Papa, & iudicant totum orbem, cap. per venerabilem, quia sunt filii legitimi Cardinales, habent maius officium quam Episcopi, tenet Bartolus in l. 1. §. si quis, ff. de appellationibus, & Panormit. in cap. Ecclesia vestra, & in c. 2. de Clericis non residentibus, & dicit Iason in l. nemo potest, in 2. col. ff. de legat. & Ioannes Andreas in cap. 1. de officio legat. quod Cardinales æquiparantur Regibus, & hæc nostra assertio de præcedentia Cardinalis respectu Episcopi non Cardinalis, Archiepiscopi, aut Primatis, intelligitur etiam, si Cardinalis non sit Episcopus. Sic tenet Felinus in rubrica de maiortate & obedientia in quinta colum. asserens expressè, quod Episcopo. qui non sit Cardinalis præferatur, & præcedit Cardinalis, quamuis non sit Episcopus. Sic etiam, quod ex con-

N. 46.

Cardinales S. Roman. Ecclesie.

Bardi

Panormit.

Ioannes Andreas

Felinus

sue

tuor primis non sunt; sed de illis de quibus sup. num. 47. propè finem, qui supernumerarii sunt, & sunt sublimes Ecclesie Dignitates, & Dignitatem cōpletam, & perfectam, nempe officium cum potestate sibi indita, & precedentia. Sunt dicti Patriarche quasi Patrum (id est Episcoporum) Principes; nomen enim & Dignitas, seu ordo Episcopalis diuiditur in iure specialiter distincti. 21. cap. *Cleros*, in Primates, seu Patriarchas, Archiepiscopos, Metropolitanos, & Episcopos. Quæ omnes quatuor Dignitates distinctæ sunt, & distincti quatuor gradus in hac Ecclesiastica hierarchia, quæ sic dicitur, etiam, & est idem quod sacer Principatus, & omnes habent potestatem acceptam à Christo, secundum aliquos omnes in quam istæ quatuor Dignitates, seu gradus, Primates, seu Patriarchæ, Archiepiscopi, Metropolitanis, quorum potestatem, seu exercitium quantum ad superioritatem omnium, supra omnes reliquos Sacerdotes; quomodo ab Episcopis ad Archiepiscopos; ab Archiepiscopis ad Primates; Metropolitana enim Dignitas, minorem differentiā, & distinctionem habet ab Archiepiscopali: sed ad exercitium potestatis in appellationibus ab Episcopis, à mensura Ciuitatum (quia Ciuitates, & Respublicæ, quæ strictioris, & minoris iurisdictionis, & potestatis indices habebant, & populos, Metropolis vocabantur.) Quomodo Dignitas Patriarchalis, & Primatus in re sint idem, & quomodo non possint sedes nouæ Patriarchales erigi, & institui, præter quas Apostoli erexerunt, nisi ex nouis magnis orbis partibus de nouo conuersis, & quomodo etiam ex Pontificum decretis, & antiquis iuribus, imò ex ipsa Christi institutione potestas, iurisdictionis, & dignitas, ijs nominatis præfecturis, seu Dignitatibus Patriarchali, Episcopali; Episcopali pertineat, & non aliquis Patriarcha Episcopus, vel Archiepiscopus possint, nec debeant absolute Patriarchæ, vel Episcopi vniuersales nominari, quasi in sua cuiuscumque Dignitate consolidata, & unita sit potestas, vt Dignitas inferior. Imò neque ipse Papa, qui & aliquibus Episcopis id reprehendit, quod suæ Dignitati sibi competentem auctoritatem & potestatem detrahant, attri-

buentes Apostolicæ Sedi. Quæ quidem suprema est, & Papa Patriarcha Patriarcharum, & reliquorum Prælatorum; sed non Prælatus suarum Prouinciarum; nã hoc est quilibet Episcopus in sua Diocesi. Sic in dist. 21. cap. *Cleros*, & expressius dist. 99. cap. *Primatus*, & quinque sequentibus, cap. ex Anacleto, Aniceto, Pelagio, Greg. Magno Pontificibus, & subiungo Greg. verba, quæ scribit Eulogio Patriarchæ Alexand. *Ecce in præfatione Epistole quam ad me ipsum, qui prohibui direxisti, superba appellationis verbum vniuersalem me Papam dicens imprimere curastis. Quod (peto) mihi dulcis, & amorosa sanctitas vestra ultra non faciat, quia vobis subrahatur, quod alteri plus quam ratio exigit præbatur, & paucis interpositis in ipsa cōformitate prosequitur Pontifex: Tunc ego honoratus sum cum singulis, quibusque honor debitus non denegatur si enim vniuersalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur vniuersum, sed absit hoc: recedant verba quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.*

Sed contra hanc doctrinam dupliciter insurgunt aliqui. Primò enim videtur, quod Papa est Prælatus, Iudex, Pater, & Princeps omnium Patriarcharum, atque Episcoporum, cum eis præcipiat, iudicet, & ipsi tenentur omnes isti, & alii Principes obedire, secundum præceptum expressum Trid. Concilii sess. 25. cap. 2. de reform. vbi sic: *Præcipit Sancta Synodus, &c.* & aliquibus quæ præcipit simul, interpositis addit: *Nec non veram obedientiam Summo Romano Pontifici præstent.* Et confirm. quia Petro, cuius successor est Papa, & ipsi in Petro dixit Christus, & commisit suas oues (quæ sunt omnes fideles) regendas, & pascendas, quando Ioann. 21. dixit Petro: *Pasce oues meas*, & sic expressè Authores super cap. quod dicit, & incipit nullius dist. 99. & cap. cum ad verum, dist. 96. vt vidimus sup. num. 44. affirmant hanc generalem, & vniuersalem Papæ potestatem.

Secundò arguitur, quia respectu Regularium saltim necessario dicendum Papam non solum esse præ omnibus singularum Religionum Prælati particularibus, & generalibus Prælatus, verum, & legitimum Superiorem; sed &

N. 491

N. 501

ref.

respectu singulorū ū Religioforū vtriuf-
que sexus est immediatus, & propius
Prælatus, imò, & bonorum ad ipsa Mo-
nasteria pertinentium. Nam in illis Mo-
nasteriis, quæ sunt Ordinis illius, qui
nec in cōmuni potest habere bona im-
mobilia, nec dominiū etiā immobiliū,
est Papa absolutē dominus; in aliis ve-
rò, quæ in cōmuni possunt habere bona
est præcipuus, & legitimus administra-
tor; ita vt disponere de talibus bonis
possit, & in aliquorū opinione, nō solū
muttare dispositionem de illis factā, sed
ex causa trāsferre. Ergo similiter est im-
mediatus Prælatus, & Episcopus omniū
subditorum, Clericorū, & laicorū, qua-
rumcūque Diocesum. Antecedens cō-
stat. Quia mediantibus votis essentiali-
bus Religionis paupertatis, & obedien-
tiæ, quæ Religiosi in professione solem-
ni vouent Deo. Illius nomine acceptat
ipsius Christi Vicarius, & huius virtute
Religionis cuiusque Prælatus, cui Papa,
quando Religionem approbat, & confir-
mat subdelegat, seu cōmittit acceptare
talia Religioforū vota, & illos regere.
Consequens probatur: nam votum obe-
dientiæ solemne suis Episcopis faciunt
in sacri Ordinis receptione sæculares
Ecclesiastici, & in illo omnibus superio-
ribus legitimis.

Et confirmatur. Quia de fide est (& sic
tenet in praxi Ecclesia) quod omnes fide-
les non solū Clericos, sed laicos Ponti-
fex immediatē gubernat, iudicat, & pun-
nit, expediendo Bullas ad gubernationē
spiritualem pertinentes, absoluit à qui-
buscūque censuris, pænis, & criminibus,
vt cūque reseruat. Pænas, & supplicia
decernit, & infligit quibuscumque fide-
libus, in omni legē positiuā, & iure
Ecclesiastico positiuo, vt in impedi-
mentis quibuscumque matrimonii dis-
pensat, & aliis. Non obstantibus iis re-
pondetur.

N. 51.

Ad primum argumentum respon-
dent aliqui compati esse Papam Præla-
tum supremum Ecclesiæ, esse Principem
Patrum, seu Prælatorum, quod est
esse Patriarcham, esse Principem Epif-
coporum (hoc est esse Archiepiscopum)
esse speculatorem, superintendentem,
& antestantem (vt Princeps Præsbyte-
rorum) id est, esse Episcopum, & esse
Summum Sacerdotem, id est, Sacerdo-

tem excellentissimum, & excedentem
in gradu omnes, vt dicunt loca iuris, &
Authores, & simul cum hoc esse verum,
quod non absorberit sic sua suprema
potestas, & dignitas potestates, & dig-
nitates Patriarcharum, & Episcoporum:
nam cum subordinatione, & obedien-
tia, quam vouent, & seruant Patriarchæ,
Archiepiscopi, & Episcopi, stat quod
in suis territoriis, Diocesibus, & Pro-
uinciis singuli ex iis Prælatis suam pro-
priam dignitatem, & potestatem ha-
beant, & exerceant eodem modo, quo
prædecessoribus suis Apostolis conce-
sit ipse Christus. Qui quamuis Petrum
constituerit omnium Apostolorū Prin-
cipem, non tamen illi sic totam potesta-
tem indidit, & concessit, vt ab ipso mu-
tuatam, & delegatam postea acciperent
reliqui Apostoli potestatem, sed ipse
met. Christus ipsis omnibus, & ibi sin-
gulis concessit potestatem, dicens: *Acci-
pite Spiritum Sanctum, quorum remissio-
nis peccata remittuntur, &c.* Matth. 20. &
19. Petro autem circa hoc dicit: *Confir-
ma fratres tuos.*

Alii respondent in ipsis Regnis, Pro-
uinciis, Metropolitibus, & Diocesibus
Papam vere Patriarcham, Archiepisco-
porum, & Episcopum esse generalem, &
vniuersalem, quia ius illud ad iudicandū
subditos horum Prælatorum quoties se-
se offerat, quod de grauaminibus, aut ali-
ter cōtingat appellare subditos, nec cō-
tra hoc est, quia hoc videtur esse quid
contingens, & non necessarium; si enim
nō sint grauamina à quibus appelletur,
superflua videretur ista potestas. Hoc
non obstare videtur: nam ex hoc quod
contingeret cessare lites in vna Diocesi,
non ex hoc denegaretur potestas, &
Dignitas Diocesana. Vel potest respō-
deri cum Belarmino sup. dicto nu. 44.
Alii ex suprema potestate solo Pontifi-
ci Summo pertinente iudicandi causas
horum Ecclesiæ Principum Patriarchæ
Archiep. & Episcopisc. colligunt hanc
suprematatem.

Ad secundum respodetur esse maxi-
mè diuersam rationem subiectionis Re-
ligiosi suo Prælato, & principaliter
Papæ, quia cum potestas, quam habet
Papa, & Prælatus non sit necessaria, sed
accessoria (vt videuimus) ex ingenua, &
Regia seruitute, & subiectione liberè, &

N. 52
Potestas
quæ re-
latis su-
per sub-
ditos Re-
gul. hab.

C spon-

dicitur spontaneè à se electa proueniens: in tã-
accessio- tum manet obligatus Religiosus, quan-
ria. tum per vota speciali hoc titulo se ad-
xit Deo, qui acceptauit statim median-
te acceptatione Prælati particularis, cui
commisit hoc munus sibi potius com-
petens Vicarius Christi.

N. 53. *Archie-* Sequentem post Primates, & Patriar-
piscopi chas, præcedentem locum optinet Digni-
in Prouin- tatis Archiepiscoporum, qui sic dicun-
ciis. tur quasi Principes Episcoporum *Archos,*
enim Græce est idem quod Latine *Prin-*
ceps, & Episcopi nomen habent. Tum
quia habent (præter superintendentiam
super subditos, & Dioceses Episcopo-
rum, Diocesanorum, qui suæ Metropo-
li, seu Prouinciæ sunt) in pluribus cas-
ibus à iure dispositis, & visitationem, &
appellationem. Tum quia habent spe-
cialem, & propriam Diocesim, in qua
ius Episcopale ordinarium, & immedia-
tum exercent; & in hoc nomine Episco-
pi comprehenduntur omnes Primates,
seu Patriarchæ supernumerarii, & qua-
tuor, Alexandria, Anthioch. Constantinop.
& Hierosolim. Imò, & ipse Summus Põ-
tifex, qui Episcopus Diocesanus, seu im-
mediatus Romæ est, & isti Archiepisco-
pi sunt Dignitates, quia suum officium, &
munus habent, potestatem, & prehemine-
ntiam, & quoscunque Episcopos præcedunt,
etiam in propria Diocesi Episcopi re-
periuntur, dummodò sint simul de sua
Metropoli, & eius suffraganei; secus si
Archiepiscopus in Episcopatu alterius
Prouinciæ eum Episcopo alio in sua Dio-
cesi existens concurrat; sed præter huc
casum vbiq; que præcedit Archiepisco-
pus, eum sit maior in Dignitate intra eun-
dem Episcopale ordinem, vide Antonin.
in 3. p. summæ lib. 20. c. 3. si Archiepisco-
pus in Diocesi sui suffraganei repe-
riatur debet honorare, & cultum deferre
Episcopo Diocesis. Tum quia, vt ex glossa
in Lapud eum, ff. de manumissio, constat
quando sunt duo æquales in Dignitate,
quilibet in suo territorio est maior alte-
ro, & certum est quod æqualem Dignitatem
Episcopus in sua Diocesi, & territorio
habet, quàm Archiepiscopus in sua, & nec
est dubium quod adhuc existente Ar-
chiepiscopo in Diocesi suffraganei Episco-
pi, non illi, sed huic parendum foret, &
etiã facit glossa in l. nihil, c. de Palatiis,
lib. 1. 2. & ibi quod reuerentia nõ solũ ab

A inferioribus debetur superioribus, imò
quãdoque à superiori debetur inferiori,
quomodo ergo aliquando supplere po-
test Archiepiscopus negligentias, & de-
fectus sui suffraganei Episcopi, vt si de-
ficiat in dimissoriis litteris, vel ordinibus
suis subditis reseruatis ipsis Episcopis,
ex c. 10. sess. 23. Trid. & aliqua quæ sui
muneris sint monitus omittat, potest
Archiepiscopus Episcopo inuito illa
exercere, eius subditos ordinare, decer-
nere censuras, & absolueret. Ita Quarãta
potest dispensare in irregularitatibus ex
delicto occulto, dum visitat, & tunc dare
B licentiam Sacerdoti, vt absintat matrimo-
nio. Dum visitat competit ei iurisdictio
ex officio in subditos, suffraganei, & po-
test tunc confessiones audire, & delegare
in foro exteriori.

N. 54.
Episcop.
Dignitas
Episcoporum Dignitas post sup. dictas
præcedit omnes alias quascunque Digni-
tates Ecclesiasticas, & quomodo se ha-
beat cum profanis, & Dignitatibus si con-
currant, dicemus infra in hac quæstione.
Et quamuis possit eius territorium, &
Diocesis per Archiepiscopum visitari,
per quã visitationem negligentiam Episco-
pi, possit eius defectu supplere (vt dixi-
mus) plura munera exercere, quæ pro-
prie, & immediati Episcopi, & Prælati
sunt. Tamen nullo modo est Episcopus,
nec proprius Pastor, & Prælati ouium,
Ecclesiarum, & territorii, aut Diocesis
Episcopi suffraganei. Imò expressè inhi-
bentur adhuc ex abundantia, per Decre-
torum Tridentini Concilii in sess. 13. c.
1. declarationem, factam per Cardinalium
Congregationem, imò, & plures quas re-
fert Zerola, verbo appellatio, versu ad
decimum, imò, & plures. Prima est Cõ-
gregatio ita censuit *Archiepiscopus non*
debet se ingerere in prima instantia causa-
rum, quæ agitantur coram eius suffraganeo.
Et iterum sacra Cardinalium Congre-
gatio censuit: *Non est inuhibendum Episco-*
pis in aliqua causa, quæ sit coram eis
in prima instantia, nec defferendum ap-
pellationibus, nisi in tribus casibus con-
sentis in Bulla Gregorii 12. Est simul
alia declaratio Cardinalium ex præ-
supposita dispositione, & sententia
Clement. Papæ 8. & eius viue vocis
oraculo, facta die 26. Octobris anni
1600. *Congregatio sacra, ad tollendas*
controversias iurisdictionales. Quæ non
sine

sine partium dispendio, & sæpè cū scandalo oriuntur, ab omnibus ad quos spectat in posterum fieri, ac seruari debere mandauit, & mandat, in hunc qui sequitur modum *Metropolitani, Archiepiscopi Primates, aut Patriarchæ suffraganeos eorum, ve subditos non iudicent, nisi in casibus à iure expressis*. Istas tres Cardinalium declarationes adducit in vltima compilatione illarum Ioannes Gallemart, & reperiuntur de nouo mandate typis Lugduni anno 1630. sumptibus Claudii Landri cum decisionibus Rotæ, apud prosperum Farinatium cum remissionibus P. August. Barbosa, & expressius Concilium ipsum Trid. decernit Episcopos nullo modo ab Archiepiscopis posse iudicari in cap. 5. sessionis 24. decreto de reformatione vbi causas, quæ Episcopis fieri possunt ad duas classes reducit, & de illis quæ graues ita sint, quasi hæresis, vel lesa maiestatis, aut talium, quæ depositionem, aut priuationem inducant omnino prohibet, vt ab alio, quam à Summo Pontifice determinantur, nec cognoscantur, & si hoc solum quod est recipere probationem (si necessario extra Romam debeat fieri (quia testes quales requiruntur) nō possint ad Romanam Curiam deferri aut aliter) tunc manu propria Pontifex signet commissionem, quam impartiat Metropolitano, aut aliis Episcopis, qui aliis committere, aut subdelegare non possent, & Metropolitani, seu Episcopi instructionem, seu informationem facti, sumptam, & processum ad Pontificem transmittant: reseruata ipsi sanctissimo sententia definitiua; minores verò criminales causæ Episcoporum, in Concilio tantum Prouinciali cognoscantur, & terminentur, hæc Concilium. Vnde quasi per regulam. *exceptio firmat regulam in contrarium*. Videtur constare quod de causis ciuilibus Episcoporum possit cognoscere Metropolitanus, de numero testium in causis criminalibus contra Episcopum, quomodo debeant ad minus esse 25. & qualiter ex eadem regula possit Concilium Prouinciale committere aliis personis, quæ Episcopi non sint informationes, & quod valeant si incipiuntur durante Concilio Prouinciali, constat similiter. Quia exceptio, quæ hæc firmat

A expresse, & solum prohibet causas criminales, quas educit à cognitione Episcopi: ergo non ciuiles, & de criminalibus grauibus dicit, quod earum informationes committantur per signaturam manus propriæ Pontificis, & illas tales probationes committendas esse Episcopis; & hoc non mandatur de aliis, & hoc constat ex aliis locis iuris, & si in iudicio vocentur etiam accusati nō tenentur stare, sed sedere, vt illustres viri.

B Explicata Dignitate, & gradu Episcopali, ea parte, qua habet habitudinem ad Dignitatem superiorem immediatā, nēpè Archiepiscopale, quod sit, & quā magnū, dicendū est, supponendo, quod omnia ea quæ Summus Pontifex, & Archiepiscopus (in quantū in hoc idē sunt) & eund. in ordinem Episcopalem participant, cadunt in commendationē Episcopalis Dignitatis, de qua agimus in hoc numero 54. & 55. vbi precise quid huic Dignitati conueniat indagamus. Idem enim quod nos Episcopo tricimus conuenit Papæ, Patriarchæ, & Archiepiscopo, & diuersitas nominum, solum indicat, qui inter Episcopos præcedat alios, vt Summus Pontifex, est Summus, & Princeps Pontificum, seu Episcoporum: Patriarcha est Episcopus, Princeps Patrum, id est, Episcoporum, aut Prelatorum: Archiepiscopus est Episcoporum Princeps.

C Ad nostrum propositum. Episcopus quidem, & eius Episcopalis Dignitas, est suprema Ecclesiasticæ Republicæ potestas, & dignitas, tã super laicos qui ipsum obedire tenentur in rebus spiritualibus, & ad iudicium, & forū Ecclesiasticum pertinentibus, & in temporalibus, quæ ad finem spirituales ordinentur, quam super Clericos fori Ecclesiastici immunitate gaudentes, qui ei debent obedire sub peccato mortali, nec renuere sine sufficienti, & rationabili causa in iis quæ ad statum Clericalem pertineant, vt circa officium diuinum, modestiam, morum rectitudinem, victus, seu vestitus, sic Angelus, verbo obedientia, n. 9. Cardinalis Toletus in summa de pecc. m. c. 21. Siluest. verbo obed. 6. 7. Innocentius, & Panorm. in c. veniens extrauag. de sententia excommunicationis. Episcopi est audire, & iudicare

N. 554

N. 56:
Episcopalis potestas, & Dignitas

omnes causas ad forum Ecclesie perti-
nentes Trid. sess. 24. c. 20. & super illud,
& plenam potestatem plurimae Card. de-
clarat. per Ioan. de Gallemart. Quomo-
do ad Episcopalem Dignitatem ex Chri-
sti institutione facta in Apostolis, &
eorum successoribus qui sunt Episcopi
pertineat omnis Ecclesiastica Reipublicae
administratio, & gubernatio ad pro-
uidendum suis ouibus de Pastoribus,
seu Parochis, aut Rectoribus, de ipsis in-
stituendis, & reformandis, de beneficiis,
seu praebendis Ecclesiasticis, ordinan-
dis, & Ecclesiis, aut beneficiis ad tem-
pus, & in perpetuum vniendis quando
ad eos pertineat, &c. Visitare Capitulum,
Capitulares, Beneficiatos, & alios Cle-
ricos, & punire, & inquirere peccata, pu-
blica laicorum, & Ecclesiasticorum mo-
res, & vitam inquirere, consecrare, &
benedicere Ecclesias, & approbare loca
sacra pro sacrificiis, & immunitate, ex-
communicare, & exponere confessarios,
Ordines sacros conferre, & alia omnia
exercere, quae pro vniuersali regimine
Ecclesiae, & spirituuum omnium dire-
ctione, ad Episcopum pertineant. Vide
iura, decreta, Concilia specialiter Tri-
den. dictis, & pluribus locis, & Autho-
res Canonistas, & Theologos, verbo
Episcopus, Antonin. 3. part. 1. 20. cap. 1.
& alios.

N. 57. Restat de concursu inter Episcopos
iplos qualiquisque loco, & praecedentia
gaudeat. Episcopi ergo nisi aliud
ius attendatur, vel contraria consue-
tudo inter se praecedunt loco. Pri-
mo per qualitatem immediationis Ap-
postolicae Sedi: & sic qui non habent,
Metropolitani, vel Archiepiscopi
(cuius suffraganei sint) praecedunt Episcopos
qui Archiepiscopis subsunt, sen-
su explicato. Habetur in cap. *per tuas*,
cum glossa 1. de maiori, & obe-
dientia alias reliqui Episcopi diuersa-
rum Dioecesium si in actu publico con-
currant, v. g. in aliquo generali Con-
cilio pro antiquitate ordinationis, ita
ut ille Episcopus prius sedeat, aut sub-
scribat, qui prius ordinatus est, & an-
tiquior in Ecclesia Praelatus. Sic in cap.
Episcopus, dist. 74. & dist. 25. cap. 1. &
cap. ultimo, Felinus in Rub. de maio-
ritate, & obedientia, & dist. 17. cap.
Episcopus, & est textus ad litteram in

A 1. 1. cap. Consulibus, & declaratio Car-
din. 16. April. 1596. sup. cap. 13. sess.
25. de Reg. Cong. declar. in Concilio
Prouinc. attendendum esse in praecedentia
Episcopi tempus ordinationis, non
autem Dignitatem Ecclesiarum.

Aduertendum tamen, quod cum iste N. 58.

fit ordo temporis cui praefendus est
ordo qualitatis ex cap. laicis causa 16.
q. 7. si Ecclesiae concessit praecedentia
per priuilegium, hoc erit seruandum, vt
habetur in cap. cum antiquae de priuile-
giis. Aduertendum etiam quod si Epif-
cupo alicui ex priuilegio Sedis Apo-
stolicae aliqua pertineat praereminentia,
quae extrahat illam Dignitatem ab illo
gradu, ad maiorem gradum, vt si Epif-
copatus alicui sit concessus vsus palii, qui
Archiepiscopali Dignitati competit, &
conceditur, vt habet Episcopus Arela-
tensis, secundum cap. *pallium* dist. 100. &
Episcopus Nicomediae ex sequenti cap.
scriptorum. est enim pallium ex verbis
Gregorii Magni in iis cap. specialiter in
cap. *rationis ordo* quasi quoddam incita-
tium ad velotius tendendum per stu-
diosa exercitia, quod applicatur Archie-
piscopo, Episcopo, vel illi, cui vsus illius
per Sedem Apostolicam conceditur
mediante illa forma vestis cultioris (qua
in sola celebratione Missae, & intra pro-
prium Ecclesiam vt conceditur) & te-
nentur Archiepiscopi intra tres men-
ses consecrationis petere, facta prius
protestatione fidei, & obedientiae Papae
praestandae, & palii formam describit
Antoninus in 3. part. suae summe lib. 20.
cap. 4. §. 2. dicens, quod pallium est quod-
dam ornamentum ad modum stolae Sa-
cerdotalis cum quibusdam crucibus ni-
gris contextus quod deferretur supra alia
ornamenta circumdans pectus, & hu-
meros admodum Coronae ante depen-
dens, & ibi assignat dies quibus illo
est vtendum, & etiam aliis Episco-
pis, vt Heduenfis, Hostiensis, qui non
sunt in re plusquam Episcopi, & ex
priuilegio, vt dictum est vtuntur palio,
& ex hac releuante qualitate eorum
Dignitas, quasi gradum Archiepisco-
porum attingente Episcopus debet pre-
cedere.

Verum est tamen quod in iis rebus
maximam vim habet consuetudo, quae
maxime attendenda est, cum in re tanti

momenti non debeat credi quod neque primus Ecclesiæ moderator, & successor Petri, talem consuetudinem ignoret, nec cognitam (si magnum contineat absurdum) tollerando approbet, & de aliquibus Regnis, legi quod in Concilio generalibus, quæ in illis celebrantur nil aliud in consensibus attendatur inter Episcopos, præter antiquiorem cuiusque Episcopi ordinationem, seu consecrationem, & Regno Galliarum specialiter, & similiter de aliis.

N. 59. Hic venit tractandum de aliis personis quibus ratione officii conuenit præcedentia, & locus, & præter ministeria seu Dignitates, quæ in Camera, & Curia Apostolica habentur Cardinales. Hi sunt etiã septem Protonotarii, Notarii, seu Secretarii Papæ qui dicuntur participantes, quasi exercentes, & actuales qui ad instar illorum septem Notariorum, quos Pontifices Clem. 1. instituerunt, vt gesta martyrum conscriberent, Bullas Ecclesiarum habent expedire, sunt Ecclesiæ Dignitates, sicut Secretarius supremi Principis. Quando sunt Episcopi præcedunt Episcopos, & etiã si nec sint Episcopi solebant illos præcedere; alii etiã sunt supernumerarii, qui sunt etiã Dignitates, & si vigesimum annum habeant præcedunt omnes Clericos seculares, & vtuntur Rocheto: viluit tamen eorum Dignitas, propter magnum numerum. Pan. cap. 1. de priuilegiis. hodie isti Protonotarii ordinarii, seu participantes si non sint Episcopi habent locum post Abbates, ita Casaneus citatus.

N. 60. De aliis Prælatibus Ecclesiasticis secularibus siue Regularibus, qui in populis, & Ecclesiis exercent iurisdictionem ordinariam venit hic tractandum, quia ad hanc classem Episcoporum pertinent propter secularem iurisdictionem: quamuis in præcedentia loci, & Dignitate aliam habeant superiorem in Ecclesia, & Episcopo immediatorem (vt videbimus statim) nempe Abbatialem.

Vbi notandum, quod Prælati quibus hæc contingit potestas, seu iurisdictionis Ecclesiastica diuersi modè nominantur, sicut diuersi status aliquando contingit esse, alii sunt seculares, vt plurimi Prælati populorum, qui simul

A præsentent alicui Capitulo, seu Cabildo Ecclesiæ Collegiatae, quæ est maior in aliqua villa ad alias Ecclesias illius, & nominatur Abbas, vt Prælati villæ de Couarruuias in Regno Castellæ prope Burgos, qui præsidet Capitulo Canonorum Dignitatum, & portionariorum, & suæ Ecclesiæ Collegiatae insignis sancti Cosmæ, & Damiani, & habet iurisdictionem Ecclesiasticam ordinariam in villa, & Ecclesiis suis illius, & aliarum plurimum, & huiusmodi quamuis cum limitatis casibus iurisdictionis Ecclesiasticæ sunt plures alii Prælati Collegiatarum Ecclesiarum in Hispania, & villis in quibus sunt sitæ, vt Abbas Collegiatae, & villæ dictæ Villafranca in finibus Regni Legionis, & plures alii Prælati Ecclesiastici seculares sine titulo Abbatis, & sine Capitulo, habent suæ Archidiaconali Dignitati, aut simili, unitam iurisdictionem Ecclesiasticam, vt dicitur de Archidiacono villæ de Bribiesca in Diocesi Burgensi, & aliis, sed latius, infra, & alii in Germania, Italia, & Gallia, de quibus extant plures Romanæ decisiones apud Seraphinum, vbi nota.

C Notandum primò, quod similiter reperitur ista Ecclesiastica iurisdictionis, vniuersa Dignitatis, & Prælati regularibus, & cùm eadè differentia titulari, quod aliquando Abbates vocantur, & alii quando Priores. In Hispania, & Hispania Benedictinorum Congregatione reperiantur plures antiquissima, insignes in obseruantia, & opulentia Abbatia, quarum Prælati cum omnimoda, & perfecta potestate Regulari, & dignitate Abbatiali quasi Episcopali Abbates sunt, & ultra hanc habent etiã iurisdictionem politicam Ecclesiasticam ordinariam in populis, Ecclesiis, & subditis secularibus, vt sunt in Regnis Hispaniæ, & Benedictinorum Congregatione, Regale, & insignis Monasterium Sancti Facundi, cuius territorium est prope Legionensem Diocesim. Sic Monasterium similiter Benedictinorum sanctæ Mariæ Regalis de Nagera sancti Iuliani de Samos, in Galicia, & plures similes Abbatia, quæ omnes præter Abbatialem, & quasi Episcopalem dignitatem habent iurisdictionem quasi Episcopalem, id

est, Ecclesiasticam in seculares, præsupposita (vt dixi) dignitate quasi Episc. vt veri Abbates.

N. 62.

Vbi notandum secundò, quòd ad hanc habendam iurisdictionem quasi Episcopalem sufficit, quòd sit in prima instantia propria, & nõ impedibilis ab aliquo legitimo Prælato qualibet incepta cognitione causæ, siue in secunda instantia, & per appellationem talium causarum cognitio debolui habeat solum, & immediate Sedi Apostolicæ, aut Metropolitano, vel immediati, & circa præcedentiam seruetur, vt in Episcopis, vt n. 57. & 58.

N. 63.

Notandum deinde quòd Prælati cum plena ordinaria Ecclesiastica iurisdictione non comparantur, nec dicuntur successores in potestate septuaginta duobus Discipulis, qui Præbyteros designarunt, sicut duodecim Apostoli Episcopos, cum habeant eorum iurisdictionem ad iudicandum in conuersione, & extra causas spirituales, de quo tractatu sequenti.

Iurisdic-

Etio Or-

din. sup.

secul. di-

citur in

No. Episc.

cop. 1. 1.

si. Eonico-

palis.

Notandum secundò, quòd potestas Ecclesiastica a qua est super seculares ordinata iurisdictione, omnis dicitur quasi Episcopalis, nam est in re, quasi illa, qua ad animas regendas, & spiritualia, ac Ecclesiastica gubernanda Christus Dominus (vt Mattheus, & Ioannes narrant) instituit, & contulit duodecim Apostolis, & Episcopis eorum legitimis successoribus. Nam non constituta est alio tempore, aut verbis à Christo potestas Ecclesiastica Episcoporum, & Prælatorum habentium iurisd. quasi Episc. & confirmat valde illud Leonis Papæ Seno 3. in annuuario in illa verba Christi dicta Petro quòdcumque ligaueris: Transiit quidem in alios Apostolos vis potestatis istius, & ad omnes Ecclesiæ Principes decreti huius constitutio commenit, &c. Sunt verba Leonis, & illud August. in Psal. 86. fundamenta, &c. ante medium: Non solum ergo illi duodecim, &

Aug.

Apostolus Paulus, sed quotquot iudicaturi sunt propter significationem vniuersitatis ad sedes duodecim pertinent, vide infr. n. 57. Sed ista quasi Episcopalis iurisdictione inde distinguetur quòd aliqui Prælati participant perfectius, & plenius, ita vt absolute, & perfecte ordinaria appellari possit. Vt est Abbas Sancti Fa-

cundi, Najarensis, Samonenis, Sancti Emiliani, & similibus aliarum quinque vel sex Abbatiarum inter 43. quæ sunt incorporatæ, & constituunt Hispanam Benedictinam Congregationem, vt similiter insignis Abbatia de Couarruias, & similes quarum iurisdictione in primo loco dicitur quasi Episcopalis, & secundò ac minus proprie illa quæ integrant, vt diximus, habent in prima instantia cognitionem causarum, sed materia, & casus iurisdictionis sunt coarctati, & non in omnibus, sed in aliquibus habent cognoscere, nam aliquos v. g. matrimoniales, beneficiales, vel alios, solet reservari principali Prælati qui est Episcopus Diocesanus, talem referunt esse Abbatem, Collegiatæ, & villa dictæ Villafranca in Regno Legionensi, & sic dicendum erit de similibus, & quòd habeant hoc limite iurisdictionem quasi Episcopalem, quòd sit incomplete, & late iurisdictione quasi Episcopalis.

Dixi notanter, iurisdictione, & potestas Ecclesiastica ordinaria super seculares, & quòd hæc sit quasi Episcopalis, vno ex dictis modis, quia reperitur in Ecclesiis aliquod, seu aliqua ministeria seu officia, quibus institutione, & quasi iurisdictione ordinario est indita aliqua Ecclesiastica præfectura, seu potestas ad visitandum incertis temporibus partem aliquam Diocesis, qualem habent aliquæ Dignitates in Cathedralibus, Capitulis, & Ecclesiis, Decani, Abbates, & Archidiaconi, & alii nominibus nuncupatæ, alia Cathedralibus Ecclesiis, & similes, nam ista Dignitatum potestas, cum sit (ex iure, & Conciliis specialiter Trident.) exercenda ex benedictione Episcopi, cum Notatio, ab ipso illis assignato, vt constat de iure, & Trident. sessione 24. cap. 3. de reformatione Archidiaconi, quamuis ista Archidiaconalis Dignitas sit Princeps Diaconorum, & possit eum Episcopo vegete Evangelium, & habeat potestatem corrigendi (præter in arduis) omnes subditos Episcopi, nominare Archipræbyterum, siue Ciuitatensem, siue ruralem. Et nec sit ad aliam iurisdictionem exercendam, præter visitationis actum, & causæ de quibus instituitur iudiciū debeant Episcopo remitti finiendæ, & eius Vicario, & aliis limitationibus, non potest

Potes-
Archid-
aconi
ad visit-
aum non
est ordina-
ria.

test dici, nec est iurisdictione Ecclesiastica ordinaria, sed quædam præ eminentia, seu potestas Ecclesiastica late dicta, & hanc habent aliqui Abbates regulares, qui titulum, & sedem Archidiaconorum habent in aliquibus Cathedralibus Hispaniæ, ut in signe, & magnificum Monasterium, & nobilissima Abbatia in Benedictinorum Ordine, & Hispaniarum Congregatione sub titulo Sancti Saluatoris de Celanova, & aliam, qui Abbates Dignitatem, & titulum Archidiaconorum habent in quibus obiter aduertendum maxime.

N. 64.
Aliqui-
bus .16-
batus est
vita Ar-
chidaco-
nalis Dig-
nitas.

In primis, quod cum isti Abbates sint exempti à potestate Episcoporum, & habeant privilegia inserta in corpore iuris, non possunt compelli ad assistendum sinodis Diocesanis, nec alius cõuocationibus Diocesanis, aut Ecclesiasticis secularibus, nisi Episcopus, vt Legatus Sedis Apostolicæ præcipiat, & cõuocet. Secundo, quod Archidiaconalis Dignitas operatur, & decorat accidentaliter Dignitatẽ taliũ Abbatum, nam cũ Abbatialis Dignitas (vt videbimus) sit Ecclesiastica Dignitas, & primi Ordinis, quia habet Capitulum solum de nouo, cum titulo Archidiaconatus adquiret esse Dignitatem Ordinis secundi. Nec tamen istæ insignes Abbatie iudicant expediens sibi dimittere tales titulos, & etiam aliqua munera harum Dignitatũ, seu Archidiaconatum. Et tertio, quod sunt alia Abbatie incorporata etiam in Congregatione, quæ similiter in alia Cathedrali, nempe Lucensi habet ab immemoriali titulum, & gradum Archidiaconatus, vt est nobilissima Abbatia, & magnificum, ac antiquissimum Monasterium sancti Iuliani Santonenſis; sed cum habeat ex Bullis Pontificum ex conscientia, & conuenientia cum Episcopali sede Lucensi suum territorium plene subditum, in omni Diocesana iurisdictione, cum plusquam quadraginta Parrochialibus sibi plene subiectis, nõ curat, neque retinere attendit titulum Archidiaconatus, & multo minus vitur, nec potest potestate, ac muneribus Archidiaconalibus, qui in eodem genere Ecclesiasticæ potestatis, seu iurisdictionis habet (vt dictum est) Diocesanam, quæ eminenti, & nobiliori modo continet Archidiaconalem, & etiam

A Abbas sancti Vincenti del Pino filiatio sancti Benedicti Regni Vallisoleitani habet ius Archidiaconi cum electione assistendi, aut non assistendi synodo; sed cum habeat in villa, & aliis Ecclesiis iurisdictione quasi Episcopi in aliquibus priuatim ad Episcopi, in aliis accumulatiue nõ curat de Archidiaconali titulo cum nullo modo sit subditus Episcopo, nec inferioris iurisdictionis.

Deinde notandum, quod (vt videbimus ex Couarruias, Felino, & Gratiano) in iurisdictione Diocesana continetur quacumque Ecclesiastica ordinaria

B iurisdictione quasi Episcopalis, & talis quicumque Prælatus dicitur habere iurisdictionem Diocesanam. Vide infra n. 77 in fine, vnde si in aliquo populo habeant iurisdictionem ordinariam Ecclesiasticam accumulatiue d'o Episcopi, aut Prælati ordinarii: diuersas sedes in diuersis ciuitatibus, seu villis habebunt; & qui alibi habet, & in hac iurisdictione accumulatiuam Episcopo, si iste sedem ordinariam ibi intetet figere, vt nouit, & iniustum repelletur, vide infra num. 19. in fine.

C Pro iis quæ pro Dignitate quam habet Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, & etiam Collegialis, & quam singula ex iis Capitulis habent, siue Dignitas, siue Canonicus, siue Portionarius, præsupponendum est, ex infra dicendis, antequam ad tractandum de Dignitate Abbatiali iure, & institutione (quæ est Regulatiua) quod in Ecclesia (quæ est communis, seu adunatio fidelium, & congregatio sub vna fide, seu secunda machina, & partibus) est multiplex Ecclesiarum differentia, seu genera, aut species. Ecclesiæ Monasteriales, Ecclesiæ Parrochiales, Ecclesiæ matricæ, Ecclesiæ maiores in singulis ciuitatibus, & villis. Et hæc maiores, adhuc in duplici differentia; quædam Collegiales, pro villis quarum sunt principales, & maiores Ecclesiæ. Et quædam Cathedralis, quæ pro ciuitatibus, vt pro nobilibus constituuntur populis: Capitulum tamen Cathedralis, etiam Collegialiter non potest excommunicare suum Canonicum, nec suspendere, sicut Abbas suos Monachos.

D Præsupponendo similiter, quod Capitula harum Ecclesiarum maiorum habent Dignitatem primi Ordinis. cap. Quær.

N. 65.

N. 66.
Dignitas
Cathedralis Ec-
clesiæ.

Multiplicitas Ec-
clesiarum.

N. 67.
Capitul.
Cath-

Quær.

*Aralis est
Dignitas
primi Or
din. &
aliquan
do Colle
gialis.*

Quarto, vbi gloss. notatur in gloss. penult. de offic. ord. cap. *Adnosfram*, iuncta subscriptione, & cap. *Reprehensibilis*, in fine, de appellat. Casan. 4. part. Cathalogi, considerat. 3. §. 2. & seq. & per consequens Dignitatem Ecclesiasticam habent ista capitula; & similiter quod in iis Cathedralibus Ecclesiis reperiuntur, per se Dignitates primi Ordinis, nempe Episcopus pro Cathedrali, & Diocesi, cum suo Capitulo, & similiter talis Abba Collegiata, quia vterque habet Capitulum, & etiam Dignitates secundi Ordinis (nempe) Dignitates illius Ecclesie, & etiam Canonici, & Portionarii, qui sunt quasi tres gradus illius Ecclesie. Diuersi modo ergo in hac materia est loquendum, nempe de Canonici, & Dignitatibus Cathedralium, vt quod dam actuale corpus constituunt, & (vt alii loquuntur) quando Collegialiter procedunt, v.g. in processionibus, vel simul congregati existant in Capitulo, seu Cabildo; nam sic vt diximus habent Dignitatem primi Ordinis, quia illud corpus cum suo capite (quod est legitime presidens) habent potestatem gubernatiuam quasi Episcopus, cuius iurisdictio, & potestas in sede vacante transfunditur in suum Capitulum, praeter in iis quae sunt Ordinis. Vnde intelligitur quomodo Canonicus singularis, Ecclesie Cathedralis reputetur persona in Dignitate constituta, & sit capax delegationis, & executionis litterarum Apostolicarum, quae dirigantur exequenda per personam, in Dignitate Ecclesiastica constitutam, quia quamuis, vt singularis Canonicus id non possit nominatus, & per Capitulum in sinodo ab Episcopo (vt moris est) habeatur pro persona Dignitatem habente, id est, Capituli nomine, Capitulum ergo sic Collegialiter sumptum est Dignitas primi Ordinis, & debet, vt sic habere immediatum, & primum locum post Episcopum, vnde quantumuis honorabilis, & digna persona, cuiuscumque Dignitatis, Episcopali inferioris contingat assistere, vbi tale Capitulum sic in communitate legitime congregatum adsit, vt in processione, aut aliis semper pro quolibet Choro immediatus Episcopo, vel legitimo presidi, debet assistere Dignitas, vel Canonicus, qui locum vltimum vtriusque Chori teneat, post quos

*Quomodo
Canonici
dicuntur
per
sona in
Dignit.
Ecclesie
constit.*

A primos immediatam sedem post Episcopalem, vel Abb. occupant in Capitulo, duo ex illo, vltima loca tenentes, & licet (vrbauitatis causa) constituitur persona ibi forte reperiatur vt Abbatem, Praelatum Religionum, vel alterius Cathedralis Capitulum congruo & prudenti honore praueuendo. Intra Monasticalia Ecclesias, & quasi Cathedralis id seruandum.

De Dignitatibus harum Cathedralium N. 68.

Decanis, Archidiaconis, Thesaurariis, & aliis in particulari loquendo, & vt priuate, aut etiam in publicis comitiis, vbi suum speciale officium, vel personalem Dignitatem solum praefereant, vt ad solemnitatem officii, & contionem audiendam extra suam Ecclesiam (si iurisdictioni concurrant) quae cuiuscumque Cathedralis Ecclesie, Dignitas praecedat Canonicum cuiuscumque alterius Ecclesie, secus esset si Cathedralis Ecclesie conuocarentur legitime ad aliquam Congregationem, v.g. in curia Regia tunc pro qualitate, loco, & praeminentia, in actibus solemnibus comitiis, ad quos assignatis temporibus delegantur pro loco singulorum (respective) Cathedralium quae representant sederent. Aduertat Maxime Abbates, & ipsi Monachi ne vilescat suum (respective) Ecclesiarum, Dignitas, ex in curia, vel imprudenti vrbauitate, vel contemptu suorum Conuentuum offerentes illum locum externis, neque ex alio extremo imitentur Conuentum Patrum Minorum qui Capitulum Cathedralis Heduenis in Gallia cum suo Episcopo concurrentem, ad tumulandum defunctum nobilem, non praeposuerunt, sed praefuit Crux, & Conuentus. Sic de Chorepiscopis, de quibus miure, dist. 68. cap. Chorepisc. & cap. quamuis. Quorum Dignitas iam non extat in Ecclesia vide Bellarmin. 2. tom.

*Casane
in Cath.
log. p. 4.*

*Bellar.
2. tom. cō
trem. de
Ecclesie
c. 17. tit.
Chore-
non extat
in Ecclesia
vide
Bellarmin.*

De Canonici nil restat dicendum cum Canonici Canonicatus non sit nomen Dignitatis, nisi eo modo quo dictum manet, & infra quando de Dignitate Abbatiali dicamus, & sic absolute ipsius praecedentia ad titulum, & rationem status reducit, de quo supr. quaest. 1. sunt enim omnibus Praesbyteris non habentibus Dignitatem praefereudi, & omnibus Regularibus, qui Praelati non sint.

Quo-

Quomodo Prælatus Collegiatæ sit Ecclesiastica Dignitas. Nō requirat gradum Doctoris, aut Licentiati, & solum 25. ætatis annum disponunt iura, & vltimo Tridentinum.

N. 69.

De Dignitate Ecclesiarum Collegiatarum disponunt iura, & post Cathedralis cōstituunt, & ipsarum, & etiam Dignitatum, & Canonicorum, si Collegialiter procedāt. Locus, & præcedentia est post Dignitatis primi Ordinis, est quasi Conuentualis, & Abbatum potestati super suos Monachos comparatur, ea quā habet Abbas Collegialis super Canonicos, intra suam Ecclesiam, Capitulū debet incipere Chorum. Extra in processionibus, primi Ordinis Dignitatibus (vt diximus) potest cædere. Non est in consuetudine, quod quamuis Collegiatæ Capitulum sit Dignitas secundi Ordinis possit hoc delegare si nō habeat cōgregare sinodū. Quod vt Dignitas Ecclesiæ ad exequendum litteras Appostolicas possit eligi. Potest tamen id Dignitas Collegialis Thesaurarius, & alij.

N. 70.

Abbatia
lis Digni
tas.

Ascani
Tamburi
nus de iu
re Abba
tū, disp.
3. tom. 1.

Pro Abbatum Dignitate supono, quod Abbas de quo loquimur est Dignitas Ecclesiæ immediatē post Episcopū Constituenda per canonicam electionē, quam habuisse Christum, & Abbatibus nomine esse nuncupatum, probat Ascanius Tamburinus tom. 1. de iure Abbatum disp. 2. q. 9. & quod Abbas sit Prælatus habens simul nomē, quod est æqualiter (contra Felinum) Dignitas, & officium. Item habens auctoritatem benedicendi, & gubernandi. Quantum ad nominis significationem deductam à Siro, vci Hebræo, verbo Abba, idem significat quod Latine Pater, vnde, acommo datum ad prefeatos quoscumque, seu superiores Ecclesiasticos æquiuocum est, & æquiuocē dicitur de omnibus siue secularibus, siue regularibus Prælatibus, Episcopis, Ordinariis locorū, Generalibus, Prouincialibus, Abbatibus, Religiosorum, Monachalium, & Mendicantium, & de Dignitatibus (sic vocatis) Cathedralium Ecclesiarum, & Collegiatarum. Imò, & de Parroquis aliquarum Diocesium, qui communiter Abbates nuncupantur. Imò, & in re sunt aliquæ ex speciali P. P. indulto, vide Tamburinum nostrū.

Tamburi
nus de iu
re Abb.
to. 1. dis
put. 2. q.
6. ad fin.

Aliquæ
Dignita

Dignitas igitur Abbatialis definitur sic. Ex Baldo in cap. Pastoralis, Abbate

A in cap. decernimus, Oldrado conf. 204. Philipo Decio 4. de iudiciis, Casaneo 4. part. in suo Cathalogo, confid. 32. & habetur per totam causam 16. q. 1. & 2. in 2. part. Decretorum, Abbas est Pater, & Prælatus, Monachorum, seu Canonicorum, Regularium, & est Dignitas Ecclesiastica primi Ordinis. Electiua. Post Episcopalem immediata. Cum auctoritate benedicendi. Hæc definitio est resolutio nostra, vbi nota. Non hic loqui de Dignitatibus laicis. Abbatibus vocatis ab authoribus, vt aliquando Consules, & Barones, vide Tambur. tom. 1. disp. 3. q. 1. num. 2. ex Aimonio 5. p. hist. c. 1.

B

Plura cōtinet ista definitio. Primum, quod Abbas sit Pater. Secundū, quod sit Prælatus. Tertiū, quod sit Regulariū, seu Religiosorum. Quartum, quod sit Monachorum, & Canonicorum. Quintum, quod sit Dignitas Ecclesiastica, & non solum officium. Sextum, quod sit Dignitas primi Ordinis. Septimum, quod sit Electiua. Octauum, quod sit quasi Episcopalis Dignitas, id est in pluribus Episcopali similis, & æquiparata, & per consequens immediata post illam. Nonum, quod sit præcedens, & superior in loco alij Ecclesiæ Dignitatibus, & Prælatibus ex dictis, & ex auctoritate benedicendi, quæ est decima, & vltima conditio.

C

Probatur, & explicatur, quoad singulas enumeratas condiciones essentialis, seu partes definitionis, & in primis remittendo ad sequentes, secundum, & tertium tractatus, qualiter Abbas, sit pater, & Prælatus, mediantibus, patria, & polytica gubernatiua potestatibus, & quod non quorumcumque subditorum, sed quod solum regularium, & specialiter Monachorum, seu Canonicorum tenent expresse authores citati, & loca iuris, causa 16. & 18. Et per has tertiam, & quartam conditionem excluduntur in primis Prælati Ecclesiastici locorum, qui secularium subditorum sunt Prælati, & non Regularium, & simul Prælati Regulares, qui Regularium subditorum, & nō Monachorum sunt superiores, seu Prælati, vnde sicut genera, vel generaliter loquendo Abbates illi seculares, qui Ecclesiasticam ordinariam habent iurisdictionem super aliquam villam, populos, & paræcias sui districtus, vt Abbas de

D

Couarruuias in Hispania, Abbas de Ler

tes sac
lares ga
dent uti
lo, & in
ribus Ab
batum.

Def. Ab
bat. Dig
nit. & de
cem con
ditiones
ex iure
requisi
ta.

N. 71.

N. 72.

ma, Abbas etiam de Olivares, & Me-
 timna, & alii qui verè Prælati sunt, sed
 quidem propriè non sunt Abbates, quia
 eorum Prælatura non est super subdi-
 tos Regulares, sic Reuerendissimorum
 Generalium, & Priorum. Prouincialiũ
 Prædicatorum, & Minorum, & aliorum
 Generalium Ordinum sacrorum Mèdicantium, quia
 Mendic. non Monachorum, propriè Abbates
 non sunt. Vbi aduertendum, quod licet

Quid sit
 Monach.
 in iure.
 C. ex par-
 te de po-
 sul.

Monachus super Religiosum, vt con-
 stat. Tum quia super obligationem ad
 essentialia tria vota in quibus præcisè,
 & essentialiter consistit Religiosus sta-
 tus, addit Monachali ius Canonicum
 stadium vitæ solitariæ, habere bona im-
 mobilia, & mobilia in communi, & non
 in particulari. Silentium, orationem, &
 contemplationem, vt constat ex cap. de
 præsentium 16. q. 1. & simul quietem,
 quæ omnia non requirit Regularium
 status (vt sic) sed Monachorum. Nam
 illorum institutum in actione exte-
 riore sæpè consistit, vt supra 1. part. tract.
 1. cap. 1. q. 5.

Cap. de
 præsen-
 tium. 16.
 q. 1.

Ascensus
 Taburin.
 tom. 1. de
 iure Ab-
 batum,
 disp. 3. q.
 2.

Excluduntur etiam Prælati Ecclesia-
 stici seculares ex prima particula defi-
 nitionis, quia scilicet non sunt Patres cū
 non habeant super subditos seculares
 potestatem patriam qualem explicabi-
 mus infra tract. 2. De distinct. Abbatũ,
 de iurisdictione Generalis, & localis, cõ-
 munia docet Tamburinius.

N. 73.
 Nomen
 Prælati
 dicitur in-
 iurisdictionem ordi-
 nariam
 in iure.
 Tex. in c.
 decerni-
 mus, cap.
 Abbates
 de priuil.
 in 6. glos.
 in c. ordi-
 nariis in
 6.

Similiter per secundam particulam
 excluduntur Parroqui, quia non est su-
 pra Regulares, sed supra seculares illo-
 rum Parrochialis potestas. Tum quia
 virtute huius (quam solum habent, vt
 constat) non sunt Prælati, nec habent
 iurisdictionem ordinariam, nec potesta-
 tem gubernatiuam polyticam, sed tantũ
 quasi patriam, vt patres respectum fi-
 liorum, & domesticam, seu æconomicam.
 Prælatorum verò potestas est iurisdic-
 tionis, & ordinaria, vt omnes cum Tam-
 burinio, qui ex iuribus probat Abbatẽ
 esse vere Prælatum Ecclesiæ, & vere or-
 dinarium, verba enim, in cap. decerni-
 mus de iudiciis, illis adaptantur.

Quinta conditio Abbatialis Dignita-
 tis (scilicet) quod Abbates sint Dignitates

Ates Ecclesiæ. Probatut. Tum ex defini-
 tione Dignitatis Ecclesiastica supra n. 4. 5.
 in hac eadem q. quod iacquam est pote-
 stas gubernandi, & administrandi, cum
 iure præcedendi, locò, & honoribus. Tũ
 ex cap. vt Apostolicæ in 6. tit. de priui-
 legiis 7. vbi præsupponitur expresse, in 6. tit.
 quod Abbates sint Dignitates, vel ha-
 beat Dignitatem, ait enim. Vt Appo-
 stolica Sedis benignitas quæ nonnullis Ab-
 batibus, aliisque Prælatis quibus non com-
 petit ex propria Dignitate quod Mitra, &
 aliis Pontificalibus vti possint. Et procedit
 in dicto cap. ponendo modum in vsu,
 vnde constat, qualiter supponat, & asse-
 rat habere Abbatem esse dignitatem,
 quasi quid sibi competens, & propriũ.

Idem notat. glos. finalis in cap. exposui. Glos. ca-
 sti de corpore vitiatas, cap. indem, cap. de pit. expo-
 elect. 1. 6. Baldus in cap. Paschalis, in ver-
 sic. extra quæro, Extraug. de officio de-
 corpore leg. in 6. vbi ait, quod Abbas præferatur vitiatas.
 Canonico Ecclesiæ Cathed. quia est in Dig-
 nitate. cum præsit capitulo. Et Canonicus c. Pasto-
 Ecclesiæ Cathedralis non dicitur habere
 re Dignitatem. Idem Dominicus de Sã-
 to Gemin. in cap. statutum in prin. super de officio
 illa verba, seu textum de rescript. in 6. delegat.
 Et confirmatur ex Trid. sæpius, & spe-
 cialiter sess. 13. cap. 4. de reformat. vbi
 præscribitur Episcopis modus degradã-
 di Clericum facinorosum, & dispensat
 synodus, disponens, quod defectus requisi-
 ti numeri Episcoporum per antiquos Cano-
 nes supleatur per totidem Abbates vsu
 Mitra, & Baculi habentes ex priuilegio
 Apostolico; si in ciuitate, aut Diocesi repe-
 riri, & interesse commodè possint. Alioquin
 aliis personis in Dignitate Ecclesiastica cõ-
 stitutis, &c. Quæ sunt verba expressa
 Concilii. Ex quibus constat, quod loqui-
 tur de Abbatibus Monachorum, & Ca-
 nonicorum, qui solum tale habent pri-
 uilegiũ (vt constat.) Et secundo, quod
 Abbates isti sunt Ecclesiastica Dignita-
 tates. Et tertio, quod sunt in Ecclesiis,
 Dignitates quasi Episcopales, & Episco-
 pali multum æquiparata, cum ad hoc
 exequendum munus, requirant primo
 loco iura Dignitatem ipsam Episcopa-
 lem. Et quarto non solum sint tales Ab-
 bates Dignitates, sed quod habeant alias
 inferiores in Ecclesia. Et quod non ob-
 stante quod ad tertiam distinctam Rei-
 publicam pertineant (nempe) Regularẽ,

Conditio

C. 7. de
 priuilegiis
 in 6. tit.
 de priuilegiis

Glos. ca-
 sti de corpore
 vitiatas, cap.
 indem, cap.
 de pit. expo-
 elect. 1. 6.

Baldus
 in cap. Paschalis,
 in ver-
 sic. extra quæro,
 Extraug. de
 officio de-
 corpore leg.
 in 6. vbi ait,
 quod Abbas
 præferatur
 vitiatas.

Canonico Ecclesiæ
 Cathed. quia
 est in Dig-
 nitate. cum
 præsit capitulo.
 Et Canonicus
 c. Pasto-
 Ecclesiæ
 Cathedralis
 non dicitur
 habere
 re Dignitatem.
 Idem Dominicus
 de Sã-
 to Gemin.
 in cap. statutum
 in prin. super
 de officio
 illa verba,
 seu textum
 de rescript.
 in 6. delegat.

Et confirmatur
 ex Trid. sæpius,
 & spe-
 cialiter sess.
 13. cap. 4.
 de reformat.
 vbi præscribitur
 Episcopis
 modus
 degradã-
 di Clericum
 facinorosum,
 & dispensat
 synodus,
 disponens,
 quod defectus
 requisi-
 ti numeri
 Episcoporum
 per antiquos
 Canones
 supleatur
 per totidem
 Abbates
 vsu
 Mitra,
 & Baculi
 habentes
 ex priuilegio
 Apostolico;
 si in ciuitate,
 aut Diocesi
 repe-
 riri, & interesse
 commodè
 possint. Alioquin
 aliis personis
 in Dignitate
 Ecclesiastica
 cõ-
 stitutis, &c.
 Quæ sunt
 verba
 expressa
 Concilii.
 Ex quibus
 constat,
 quod loqui-
 tur de
 Abbatibus
 Monachorum,
 & Canonico-
 rum, qui
 solum tale
 habent
 priuilegiũ
 (vt constat.)
 Et secundo,
 quod
 Abbates
 isti sunt
 Ecclesiastica
 Dignitates.
 Et tertio,
 quod sunt
 in Ecclesiis,
 Dignitates
 quasi
 Episcopales,
 & Episco-
 pali
 multum
 æquiparata,
 cum ad hoc
 exequendum
 munus,
 requirant
 primo
 loco
 iura
 Dignitatem
 ipsam
 Episcopa-
 lem. Et
 quarto
 non solum
 sint
 tales
 Ab-
 bates
 Dignitates,
 sed quod
 habeant
 alias
 inferiores
 in Ecclesia.
 Et quod
 non ob-
 stante
 quod
 ad tertiam
 distinctam
 Rei-
 publicam
 pertineant
 (nempe)
 Regularẽ,

Trid. sess.
 13.

Constitutis, &c.

Quæ sunt verba expressa Concilii.

Ex quibus constat, quod loquitur de Abbatibus Monachorum, & Canonico- rum, qui solum tale habent priuilegiũ (vt constat.)

Et secundo, quod Abbates isti sunt Ecclesiastica Dignitates. Et tertio, quod sunt in Ecclesiis, Dignitates quasi Episcopales, & Episcopali multum æquiparata, cum ad hoc exequendum munus, requirant primo loco iura Dignitatem ipsam Episcopalem. Et quarto non solum sint tales Abbates Dignitates, sed quod habeant alias inferiores in Ecclesia. Et quod non obstante quod ad tertiam distinctam Reipublicam pertineant (nempe) Regularẽ,

in

in fauoribus sæpius ad Ecclesiasticam
secularem pertinent.

N.75. Excluduntur per hanc conditionem,
Discrimen aliud & quintam particulam definitionis (nē-
inter Ab pe) *Dignitas*, Abbates illi qui ex institu-
bates, & to Religionis. Abbates fuerunt electi,
Genera- vel instituti, sed actualiter subditis ca-
les. rent, casu aliquo, & titulares sunt.

Excludunt aliqui à titulo, & Digni-
tate Abbatiali per verbum *Dignitas*, Pre-
latos omnes Regulares Ordinum Men-
dicantium, vt Reuerendissimos Genera-
les, & Prouinciales, Prædicatorum, Mi-
norum, & aliorum sacrorum Ordinum
similium. Imò, & Generales Ordinum
Monachalium, Benedictinorum, Cister-
ciensium, & Præmostrensium, & etiã
Canonicorum, qui specialem Abbatia
non habeant, id est, suum speciale Capi-
tulum. Si enim Dignitatem Episco-
palem, habet Archiepiscopus, non erit
ratione, quòd habeat quandam præemi-
nentem potestatem, super omnes Dice-
ceses suæ Prouinciæ, seu Metropolis, &
Episcopatus, suorum suffraganeorum,
sed quia ipse habet specialem Dicoe-
sim, Episcopatum, Ecclesiam, seu Capi-
tulū, cui immediato, & pleno iure Præ-
sidet: sic nec Abbas, nec Dignitas Eccle-
siastica, erit ille Generalis, qui Abbatia
specialem, Monasterium, Conuentum,
seu Capitulum non habeat, cui pleno, &
immediato iure præsideat, quod quidē
non derogat iura specialia.

N.76. Ex quibus omnibus cōstat, quod Ab-
batis nomen non solum est officii, sed
Dignitatis Ecclesiasticæ.

Quod etiam sit primi Ordinis Digni-
tas, Probatur (& est sexta conditio) in
primis ex Archidiacono super cap. *si*
conditio, *quis deinceps*, causa 16. q. 7. vbi ait quod
c. si quis benè quidem in fauorabilibus: Attamen
deinceps in ediosis, appellatione Dignitatis, non venit
16. q. 7. Episcopatus, vel Abbatia, eo quod sint Digi-
Quæ Dig- nitates primi gradus: aliæ verò secundi.
nitas sit Quam differentiam graduum iam expli-
primigra- cuimus, nēpe quòd Dignitas primi gra-
us Car- dus habet Capitulum, non verò secūdi.
dinalis, Nam dictam doctrinam iuxta dictum
c. Inquisi- cap. & textum docet dictus Author. in
tores de cap. 2. lib. 6. verbo *Dignitates*. Idem te-
hereticis net Cardinalis in cap. *Inquisitores*, de hæ-
glossa, c. reticis in 6. Idē glossa dicto cap. 2. in fin.
2. lib. 6. Esse Dignitatem electiuam, est septi-
in fin. ma conditio, seu proprietas Dignitatis

A Abbatialis, per quam distinguitur ab
aliis Dignitatibus Ecclesiæ, quibus non
repugnat, institui per nominationem.
Abbas enim, & eius Abbatialis Digni-
tas sicut aliqui Episcopi aliquando ex
speciali constitutione, aut priuilegio, si-
ue consuetudine legitime introducta,
instituantur per modum specialem, seu
formam à Papa, seu Concilio de nouo
introducuntur.

Abbatialis ergo nostra Dignitas for-
tè mutata fuit quantum ad hoc, quia nō
per nominationem ex sua institutione
habet institui; sed per electionē, & suf-
fragia legitimi Captiui, & sic habent an-
tiqua iura, & sic in 2. p. Decretorum, cau-
sa 18. per totam, q. 2. & quidem nobilius
est, in qualibet Dignitate, institui per
electionem, quam per singularem nomi-
nationem, aut præsentationem. Patroni,
v.g. aut aliter, vnde Dignitas electiua
non includitur, in gratia generali, qua
alicui, de aliqua quacunque mandatur,
seu dirigitur dispositio, vt est text. in c.
cap. cum *in illis*, §. 1. de præbendis, lib. 6. clem.
1. de præ- *ad hæc*, & ibi gloss. Quod aduertant
Religionis Prælati pro reducendis ele-
ctiuis Abbatibus, ad singularem nomina-
tionem.

Dixi, quòd ex sua institutione, & na-
tura habeat Abbatialis Dignitas fieri
per electionem, nisi interueniat priui-
legium, aut titulus: nam Gregorius Lo-
pez in glossa super legem 18. tit. 5. par-
tit. 1. asserit, vidisse Pontificiam consti-
tutionem, seu conditionem pro huius-
modi nominationibus, patronatibus, &
præsentationibus Dignitatum, & Epif-
copatum Hispaniæ, & Regnorū subie-
ctorum Regibus ipsius, titulo restaura-
tionis Ecclesiarum, & terrarum à mau-
ris, vel legitimæ expugnationis, & aliis.

D Aliter verò Dignitatum electio nullo
modo pertinet laicis, vide Bellarminū.

Habet etiã Abbatialis Dignitas, quod
sit immediata in Ecclesia Episcopali
Dignitati, & in multis æquiparata ipsi,
primum constat ex modo loquendi Pō-
tificum, & Conciliorum, in pluribus lo-
cis iuris, & Decretorum, specialiter per
causas 16. 18. & aliās. Et sæpè loquendo
de Episcopis simul refert Abbates. Loco-
rum, & sedium præcedentiam patefecit
vltima Generalis Tridentina syno-
do, vbi maximo consilio, & æquitate,
fin-

Conditio
75.

Causa 18
per tot.
q. 2.

Cap. cum
in illis, §.
1. de præ-
bendis,
lib. 6. cle-
ment. 1.
§. ad hæc

N. 78.

Greg. Lo-
pez gloss.
leg. 18.
tit. 5. p. 1

Bellar-
min. 2. to.
controu.
de Cleri-
cis lib. 1.
cap. 3. 4.
c. 7.

N. 79.
Conditio
80.

Thiden. singulis Dignitatibus, officiis, Prælatu-
ris, & personis locus impertitus fuit, &
post Cardinales Legatos, & duos alios,
non Legatos, habuerunt locum Patriar-
cha, Primates, Archiepiscopi, Episcopi,
& post illos immediate Abbates qui in-
terfuere: quatuor (inquam) quos ennu-
merat, & esse (non Abbates generales)
sed Congregationis Casinensis, Abba-
tiarum particularium. Nec insignium, ut
Papien. & Ferrarien. Post quos constitu-
ti fuere Reuerendissimi Generales sa-
crorum Ordinum Mendicantium, per
ordinem, & gradum, quem sui Ordines,
& Religiones inter se habent, quare. **B**
Primus sedit Generalis Prædicatorum.
Secundus, & tertius Generalis Minorū,
& de Obseruantia, & Conuentualium.
Quartus Heremitarum sancti Augusti-
ni, & sic alii qui ad fuerunt. Et sequentē
locum per suos similes ordines, & gra-
dus, Doctores, & Magistri in Theolo-
gia, & iure, vnde ex prima, & præceden-
tiore sessione, & nominatione, fuit cog-
nita præcedentia, & locus. Nec conside-
rabilis apparuit, in illo sacro, & nobili
comitio maior, vel minor numerus sub-
ditorum, cuiuslibet Prælati, nec secun-
dum illum præcessit aliquis. Nec latebat
Patres Concilii (quorum nutu, & appro-
batione, loca, & præminentia, singulis
assignatae fuerunt) quod quicumque ex
illis Abbatibus, quatuor Casinensibus,
& duobus Cisterciensibus, solum præ-
esset suo Monasterio, seu Abbatia, &
exiguo Monachorum numero cuiuscū-
que.

*Ea in qui-
bus con-
ueniunt
ambæ
Dignit.
Epis. &
Abb.* Secunda autem pars (nempè de æqui-
paratione Abbatialis Dignitatis) sum-
mitur, in primis, ex plena potestate gu-
bernatiua, politica, & iurisdictionis,
quā habet non minus Abbas super Mo-
nachos, quam Episcopus super sæcula-
res.

N. 80. Vbi notandum obiter, quod in hac po-
testate gubernatiua, non solum conue-
niunt cum Episcopis, Abbates, de qui-
bus loquimur, sed & Prælati omnes Re-
gulares, tam Monachales, quam Mendi-
cantes, possunt enim in omnibus casibus
potestatis gubernatiuæ, & ordinariæ (ut
infra explicauimus) quantum Episco-
pus in subditos sæculares.

Vbi notandum, quod etiam assimila-
tur Abbatibus, tales Prælati Regulares,

A in alia speciali potestate, quæ est patria
(qualis infra explicatur) & dominatiua,
cuius virtute dominantur Prælati om-
nes Regularium, ut filiorum, & seruorū,
quod non habet Episcopus. Vnde in hac
definitione, seu prima parte definitionis
Abbatis, quæ est *Pater*, sicut in secunda,
quæ est *Prælati* conueniunt omnes.

Secundò æquiparantur hæc Dignita-
tes, Episcopalis, & Abbatialis, quod vtra-
que est Dignitas primi ordinis (ut ma-
net probatum.)

Vbi nota, quod Prælati plures Colle-
giatarū, & etiam aliquando Parrochia-
lium Ecclesiarum vocantur Abbates, eo
quod eorum Prælatiura, olim Abbatia-
lis fuit, & ex noua Papæ cõcessione, vel
tolerantia habent omnia Abbatialia mu-
nera exercere. Vide Tamburiniū tom.
1. disp. 2. quæst. 6. sed quidem hodie, dū
Monachorum, Patres, & Prælati non
sunt, nec etiā sunt Canonice Abbates.

Et tertio similiter, quia vtraque Dig-
nitas, ex sua natura, & institutione est
electiua, ut de Episcopo constat, & de
Abbate manet probatum, ex tota cau-
sa i. 6.

C Et conueniunt quartò, quod Abbas
sicut, & Episcopus ex institutione Dig-
nitatis, habet institui ritu speciali ab
Ecclesia disposito (sicut & suo speciali,
Episcopus.) Qui pro Abbatibus est tra-
ditio Baculi Pastoralis, in signum regi-
minis, & curæ subditorum, quæ hac ce-
remonia commendantur, & similiter in-
uestitur, seu instituitur Abbas (sicut
Episcopus per consecrationem) per be-
nedictionem, ut habetur in cap. cum cõ-
tingat, & cap. quoniam, dist. 69. & cap.
meminimus de acusat. & aduertendus cū
Ioann. And. in versiculo ad sacros, post
Hostien. in capitulum de ætate, & qualit.
in cap. meminimus, verbo benedictiones,
clement. attendentes, §. Statuimus de statu
Monachorum. Quod benedictio qua in-
stituitur Abbatialis Dignitas, quamuis
absolutè non sit ordinatoria, qualis est
qua instituitur Episcopus; neque etiam
est solum simplex benedictio, aut præ-
byterialis, sed mixta, plus ordinariam,
quam simplicem sapiens, eo quod per
talem benedictionem confertur Abba-
tibus, posse benedicere subditos, confer-
re aliquos gradus, seu ordines Ecclesia-
sticos, suis subditis, ut habetur in cap.

N. 81.

Acan.
Tambur.
de iure
Abbat.In 4. pra-
cipue æ-
quipara-
tur iste
Dignita-
tes Epis-
& Abb.C. cū con-
tingat, c.
quoniam
dist. 69.
c. memi-
nimus de
acusa.Ioann.
And.
Hostien.
Clemen.
attenden-
de stat.
Monach.

quas-

Cap. quã quanto, dist. 69. & possunt benedicere
to, dist. vestimenta Sacerdotalia, vt notat Car-
69. Car- dinalis in cap. *Statumus*, & Domin. de
din. in c. sancto Geminiano, cap. *Alvates*. Phil-
statum⁹, pus Francus de priuileg. in 6. & hoc, se-
Domin. cluso speciali priuilegio, quale necessa-
de Santo riũ fuit concedi, aliis Prælaturis, & Dig-
Gemin. nitatibus.

c. Abba- Neque obstat quod de facto aliquan-
ees, Phil- do aliter fiat, nam Summus Pontifex,
pus Præc. cuius auctoritate Pontificia, in Conciliis
de priui- fuit instituta formata, & disposita ista
leg. in 6. Abbatis Dignitas, hoc modo fieri dis-

N. 82.

posuit, & (si necessarium sit) formam
præscriptam suplet, vt de facto, cum
Monachis Benedictinis, factum fuisse
videmus, vbi tam perfecte aliquis insti-
tuitur Abbas, per legitimam electio-
nem, nominationem, & confirmatio-
nem, loco Pontificis (cuius permisu) ab
assignato Prælate factam, & obedi-
entiam subditorum præstitam, & accep-
tatam, emisa fidei protestatione, iura-
mento facto, de seruandis, quæ consue-
uerunt sponderi, ac si prorsus, ritus,
& ceremonia benedictionis seruaretur.

N. 83.

Conuenit etiam Abbatibus ex ipsa
sancti Benedicti Regula ex cap. 62. &
est auctoritate Apostolica confirma-
tum, exponere, seu remittere, subdi-
tos Episcopis, pro ordinibus sacris sus-
cipiendis, quod munus Episcoporum pri-
uatiuè est, respectu suorum secularium
subditorum, ex Trid. sess. 23. cap. 10. &
ita illi Dignitati præcisum, vt non suc-
cedat mortuo Episcopo capitulum, &
sic declarauerit congregatio, præter in-
diuturniori vocante, quæ annum exce-
dat, pro supplenda necessitate ministro-
rum Ecclesiæ. Ad hanc reducitur præ-
minentia, seu prærogatiua superius al-
lata de assistentia Abbatum cum Epif-
copis ad degradationem Clerici. Redu-
citur etiam ad hanc æquiparationem,
cum Episcopali Dignitate antiquissimè
inditus decor, insigniarum, & actuum
Pontificalium vsus, & facultas, Abba-
tiali Dignitati, vt constat ex citato nu-
per loco ex cap. *vt Apostolica*. Imò, &
multo ante concessum alicui Abbati
Congregationis Hispaniæ, & inde ex-
tensum ad alios, sic enim Abbati Mo-
nasterii Regalis sancti Facundi concessit
Celestinus 3. pro anno 1194. & ali-
quot annis ante confirmationem pluriũ

Trid.

Cap. vt
Apostoli
ca.Celest.
PP. 3.

A Religionum. Vnde eum ita antiqua ex-
tet, ista Abbatialis Dignitatis facultas,
& iam de illa sit dispositum in iure (vt
constat ex dicto capite) non dicitur pro-
priè priuilegium ex plurium opinione,
sed ius. Æquiparatur etiam in instituendis
ministris Ecclesiæ, sicut enim Epif-
copus in tribus sacris, & maioribus or-
dinibus, ita Abbas potest suos subditos
in minoribus cõstituere, vt habet Trid.
dicto c. 10. sess. 23. ex antiquis iuribus.

Trid.

Vltimò, munus prædicationis (pro-
prium quidem Episcoporum, ex anti-
quis iuribus, & Concil. Trid) quod ex-
pressè asserit sess. 24. cap. 4. & Theologi
docent cum D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 6.
iniungunt, & tribuunt iura Abbatibus,
& (vt refert S. Greg.) sanctus Benedictus
ex professo, vel sapius exercuit, dicit
enim de sancto Benedicto *commorantem*
circumquaque multitudinem prædicatione
continua ad fidem vocabat.

Trid. sess.
24. c. 4.Lib. dia-
logor. De
Thom. 2.
2. q. 188.
art. 6.Greg. 2.
2. dialog.

Nona conditio, seu proprietas Abba-
tialis Dignitatis, quod præcedat, & præ-
feratur omnibus aliis Dignitatibus Ecce-
lesiæ inferioribus Episcopali, constat ex
dictis, & potest rursus probari, quia lo-
quendo de Abbate prout habet Ecclesia
dispositam Abbatialem Dignitatẽ, hoc
est Prælaturam Monachorũ sicut Epif-
copalem sæcularium, illum & non Ab-
batem sæcularium nominat in iuribus
citatis, simul & post Episcopũ, & sic in-
telligendus est Ascianus noster, nec ali-
ter asserere esse proximam Dignitati
Episcoporum Dignitatem aliquorum
Abbatum sæcularium, & quod isti sint
Abbatibus propriè dicti.

N. 84.

Ascian⁹
Tambur.
de iure
Abbat.
lib. 3. q.
1. n. 6.

Sacerdotium etiã propter benedictio-
nes conferendas (quæ Abbatialis Digni-
tatis sunt) illis solis Abbatibus incũbit
conferre ex iure, & ex sancta Regula S.
Benedicti, quas si nõ esset Sacerdos Ab-
bas, dare non posset, cũ sint quas vocat
ius *Præbyterales*, illæ inquæ quæ dantur
in officio Diuino, vt habet glossa in c.
officium de officio Archidiaconi, & An-
tonius de Butrio in c. *tuam de penitentiis*,
& *remissionibus*. Hostien. in summa, ver. c. *tuã de*
bo, seu titulo de *penitentiis*, & hac iniũ-
per. oner. Hostien.
subditorũ audiẽdas Monacho enim cõ-
stituit, quod corã Abbate cõfiteatur, iis
verbis: *Mala à se absconditè cõmissa, per hu-*
milẽ confessionẽ, Abbati non celauerit suo,

Glos. in
cap. offic.
Archid.
Ant. de
Butr. in
c. tuã de
pen. ones
Hostien.
subdito-
ris.Regula
SS. B. c. 7.

D

quod

Turrecremata. quod commentatores cum Cardinali A ministerio, & dignitate Sacerdotali, sta-
Cap. hinc etiā 16. q. 1. Turrecremata intelligunt de *confessio-
 ne Sacramentali*. Et utriusque constat, ex-
 pressè in *c. hinc etiā*, 16. q. 1. vbi dicitur
 sic superiori auctoritate, non prohiben-
 tur *Abbatibus Sacerdotes fieri cum Beatus
 Benedictus iubeat Abbatem, fratribus
 benedictionē dare, quod non nisi Sacer-
 dotum est, lectionem quoque Euangelii
 similiter Sacerdotalis officii est, quod
 (denique) Abbatibus sit annexus ordo
 Præsbyteralis. Notat clare Panorm. in
 Panorm. c. cum in cunctis, §. inferiora, penult. co-
 lum.*

Probatur deinde, ex officio speciali,
 quo Ecclesiæ dispositio, post alios Con-
 fessores, Pontifices, vel Episcopos, con-
 cinat, & ordinat officium, ad celebra-
 tes Sanctorum, qui Abbatiali viguerunt
 Dignitate. Et in oratione pro defunctis:
*Familios tuos Pontificali Abbatiali, seu
 Sacerdotali fecisti dignitate vigere.*

N. 85. Dices quod huiusmodi officio Abba-
Argum. primum. tū, celebrat Ecclesia plures sanctos qui
 (quamuis Abbates nominentur) vt de
 sancto Antonio Abbate Ægyptio, &
 sancto Pachomio Hilarione, & aliis He-
 remitis, & Monachis antiquis, constat
 non fuisse Sacerdotes, & quod in ipso-
 rum Monasteriis, nec Abbas, nec aliquis Mo-
 nachus, esset Præsbyter. ex Diuo Hiero-
 nymo citato in *cap. hinc est*, q. 1. causa
 16. dicente quod Monachi Scitiæ con-
 uenerunt in vnum, vt Sacerdotem sibi
 inuenirent, qui eis Missarum solemnia
 celebraret, vnde constat non requiri Sa-
 cerdotium ad Abbatialem Dignitatem.

Respondetur ex eodem *cap. hinc est*,
 quod quamuis (vt refert S. Gregorius,
 cuius est dictum decretum) multo tem-
 pore vsque ad tempora Eusebii, Zozi-
 mi, & Sirici Pontificum Monachos sim-
 pliciter, & non Clericos Ecclesiastica
 testetur historia (quæ sunt verba Grego-
 rii) sed postea hoc decreum reuocatum
 est, vt constat ex eadem causa 16. & 99.
 per plura capita, vt in *cap. sic viuere* in c.
Monachos, & *cap. sunt nonnulli* citato, &
 statutum, vt Abbas esset Sacerdos, imò,
 & quod Monachi possent esse Sacerdo-
 tes. Et iura tanto prætio habuerunt san-
 cti Benedicti Regulam, vt ex illa, decre-
 ta aliquando decerpserint, vt ex hoc ip-
 so *cap. constat*, vbi ad decernendum nul-
 lo modo Monachos esse repellendos, à

ministerio, & dignitate Sacerdotali, sta-
 tuit resolutionem Pontifex iis ex-
 pressis verbis (postquam retulit contra-
 riorum opinionem, adiciens sic:) *Sed om-
 nino labuntur, neque enim Beatus Bene-
 dictus Monachorum præceptor almissus
 huius rei aliquomodo fuit interdictor.* Ex
 quibus ad argumentum fit satis, quod
 illi Abbates, de quibus sub hoc titulo
 Abbatum agit Ecclesia, vel officium:
 applicatur, in propriè, & late, & per
 aliquam analogam similitudinē in hoc
 titulo includuntur; si nec Sacerdotes
 fuerint, nec de illis Abbatibus, quorum

B Dignitatem, primus in Ecclesia Latina
 stabilivit in sua Regula S. Benedictus,
 quod postea firmarunt decreta Cōcilio-
 rum, & Pontificum, & vniuersaliter Ec-
 clesia, ritu Ecclesiastico manifestauit (vt
 videbimus) debere esse Sacerdotes. Ac
 per cōsequens de sanctis illis qui Abba-
 tes non fuerint non cū toto officio Ab-
 batibus disposito (oratione scilicet, &
 Euāgelio, pro Abbatibus disposito, ali-
 ter dicendum, quod si perfectè Digni-
 tatem Abbatialem habuissent, fuissent
 simul Sacerdotes.

Et hoc confirmat. Tū Regulæ dis-
 positio, quæ (vt constat) pluries iniungit
 Abbatibus, munera, & ministeria Sacer-
 dotalia. Tū, quia tam annexa est Ab-
 batiali Dignitati hæc sublimitas Sacer-
 dotalis, vt dictis addat Bellarminus, **N. 86.**
Bellarmin. (aliàs contrarius doctrinæ) in lib. 2. de
 statu Monachali cap. 42. quod etiam
 quando Congregationes Monachorum
 coalescebant ex meris laicis Monachis,
Abbas saltim semper erat Sacerdos. Hac
 sublimitate decoratus. Quantum au-
 tem hoc sit in iure, & in factō, manife-
 stat auctoritas S. Petri Damiani Aucto-
 ris grauisissimi illorum temporum lib. 4.

D historiæ Casinensis, vbi refert quod cū
 facta fuisset electio Abbatis Casinen-
 sis. In Monachum (aliàs benemeritum)
 & quidem non Sacerdotem, sed solum
 Subdiaconum. Sic ægrè factum tulerunt
 seniores grauisissimi Monasterii,
 vt hac sola causa illum deponerent,
 & electionem quas auerint, dicentes (vt
 refert Auctor citatus) Abbatialem Digni-
 tatem, non Præsbyterū indigne occupa-
 re: *Indignū valde ducimus quod in tāta Ec-
 clesia, quæ Monasteriorum omnium caput
 est, Mater, Abbas sit solum Subdiaconus,*

nus, qui neque Missarum solemnita celebra-
re, neque possit à delictis absolueret.

Vbi notandum, quòd tam graue ab-
furdum, & intolerabile inconueniens,
seu potius, tam inseparabile iudicantur
Sacerdotium, ab Abbatiâ Dignitatè,
quod non tolerandum ducerent in illâ,
Monachum non Sacerdotem quamuis,
iam in sacris nêpè in Subdiaconatu con-
stitutum, licet esset in vsu receptû, quòd
quando ad maiorem Dignitatem elige-
batur laicus (etiam ad Pontificatum su-
premium) cum attentione id fiebat, quòd
ante consecrationem, Sacerdos (præcedè-
tibus Ordinibus) esset ordinandus prius,
& sic agendum foret cum Abbate. Hæc
doctrina ex solutione ad argumeta red-
detur clarior.

N. 87.

Argum.
ta primū

Bonan.

Vnde cōtra lista arguitur. Primò, quia
sanctus Benedictus legitime, & propriè
simè Abbas, cum omnimoda Abbatiâ
Dignitate, in aliquorū opinione, vel sal-
tim alicuius Doctoris sancti scilicet Bo-
nauenturæ) non habuit Sacerdotalem
dignitatè, sic enim insinuat scribens vi-
tam Beati Francisci, vbi comendat eius
humilitatem, in vitando propter illam
Sacerdotale cilicium, in imitatione (di-
cens sancti Benedicti.) Ergo Dignitas
Abbatiâ non exigit Sacerdotium.

Gregor.
Magn.Suarez
4. de Re-
lig. tri-
stat. 8.
lib. 2. c. 1
num. 7.

Et confirmari videtur, quia sanctus
Gregorius Magnus vitâ sancti Benedi-
cti in lib. 2. Dialogorum, & peculiare
enumerans actiones, virtutes, præro-
gatiuas, & lotes animæ, & corporis, no-
bilitatem sanguinis, puritatem spiritus,
zelum, doctrinam, prophetiam, gratiam
miraculorum, & alias, nec verbû (qui dè)
dicit de Sacerdotio, signum manifestam
quod non habuerit talem Sacerdotalem
dignitatem, similiter negat Suarez.

Solutio.

Cap. hinc
est, cap.
Abbat.A scan.
Tambur.
1. q. 2. de
iure Ab-
bat. disp.
1. q. 3. n.
3.

Respondetur tamen. Opinione Diui
Bonauenturæ esse singularè, & expres-
sè contra plura loca iuris, citata specia-
liter ex c. hinc est, & c. Abbat. & alia, &
generaliter omnes Authores. Imò nec
id asseruisse, sed quasi enuntiasse, aut re-
tulisse Bonauenturam, quasi de re lauda-
bili (vt cū que audita de sancto Benedi-
cto, quam suo Patri & diuino Magistro
Seraphico Frâncisco voluit accommodare,
& nullus alius Author, tale asseruit. Et
sic intelligendus A scan. Tamb. qui nega-
tiuum tolerat. Et ad cōfirmationè respō-
detur, niti in authoritate negatiua, quòd

A scilicet, Diuus Gregorius nō asseruerit,
sanctum Benedictum fuisse Sacerdotè,
quòd quidem absolute ommittere potuit,
nec inde argumentū considerabile con-
fici. Sed certè confirmando Regula, illa
dicit ipsius manu descriptam, & ex qua
cōstat fuisse Sacerdotè, quòd Suarez nō
aduertit; ait enim Greg. eâ esse quâ ipse
sanctus seruat, vbi satis insinuat, ipsum
fuisse Abbate, taliter vt alios successores
Abbatè instituerit, & inter actus, quos
refert adducit, de administranda Eucha-
ristia, de absolutione à delictis per con-
fessionè, de prædicatione publicè, exhi-
bita, & aliis, vnde agnoscitur, quam pro-
certo habuerit (Gregorius) sanctū Bene-
dictum, habuisse potestatem Sacerdotale.
Imò & lib. 1. Dialogorū c. 4. refert, qua-
liter suus prædecessor Pelegius Papa,
ante se cōparere Romæ cōpulerit, san-
ctum Equicium, corripendum, pro scâ-
dalo quòd causabat, in Italia prædicans
sine Sacerdotio cū ignoraretur eius spe-
ciale privilegium, & diuina vocatio, ad
illud ministeriū exequendū, & proce-
dens idem sanctus Gregorius in sequenti
secundo Dialogorū libro, qui de sancto
Benedicto est, refert eius publicè prædi-
cationem, & qualiter cōciterit ad fidè
omnem illam Prouinciâ, seu territoriū
Montis Calini, nec ex citatam inde ali-
quam contradictionem. Et ex iis, & di-
ctis num. 81. manet probata 10. cōditio
Dignitatis Abbatiâ, authoritatis be-
nedicendi, & aliarum facultatum.

Gregor.
Magn.

C

Arguitur secundo ex illo, c. à Subdia-
cono, dist. 93. in quo cap. cui titulus, seu
rubrica est, *minores maioribus obedientia exhibeant*, dicitur sic, porro Pontifici,
Præbiter, Præbitero, Diaconus, Diaco-
no, Subdiaconus, Subdiacono, Acolitus,
Acolito, Exercista, Exercistæ, Lector,
Lectori, Ostiarius, Ostiario, Abbas, Ab-
bati, Monachus. Vbi videtur probari
cōtra nostrâ resolutionè, & definitionè
Dignitatis Abbatiâ. Tū, quòd non est
immediata Dignitati Episcopali, cū in-
ter vtramque, medient septem ordines,
tres maiores, & quatuor minores. Tum,
quòd Abbatiâ Dignitas non sit maior
omnibus quæ sunt sub Episcopali, sed
inferior iis omnibus.

N. 88:
Argum.
Secund.C. à Sub-
dit.

D

Variè potest ad argumentum res-
ponderi. Sed breuiter, sufficiat, quòd in
istâ gradatione, nō sit comparatio, inter

D 2

Dign.

Dignitates (cum omnes isti septem ordinum gradus, qui inter Episcopum, & Abbatem constituuntur, non sint Ecclesiasticae Dignitates ut constat) sed constituitur precedētia, gradus, & ordo inter status ipsos Ecclesiasticos, seculares (scilicet) & Regularem, & quemadmodū in concursibus, ubi reperiuntur diuersae Communitates Ecclesiasticae inter se distinctae (v.g. sacrorum Ordinum Praedicatorum, Minorum, & Heremitarum) non prius procedit Praelatus, etiam Generalis, aut Prouincialis, vel quicumque (in qualibet Dignitate constitutus, in illa familia Praelatus (si adfit) cum sua Communitate Carmelitarum, vel Minorum quam vltimus etiam nouitius Praedicatorum praecedat, sic vsque dum status Ecclesiasticus secularis (quem vocant sancti Petri) cum omnibus gradibus, seu partibus illius enumerentur, non fit mentio de statu Ecclesiastico Regulari, qui statim sequitur, & in ipsius collocatione, & gradatione, in vniuersali hac visibili, & militante Ecclesia, primum constituitur Abbas. Non quidem ea ratione precisa, & formali qua Dignitas Ecclesiastica est, sed qua parte, est caput illius status Regularis.

Solutio. Aliter respondent alii (nempe) quod Abbas, & Monachus, ibi iudicarentur, ut mere laici, iam enim ex beato Hieronymo in cap. *hinc est* citato vidimus, quod per aliqua tempora Monachis Sacerdotium inter dicebatur. Et quod ut ait Hieronymus alia est causa (id est ratio) Monachi alia Clerici, quae sunt verba Hieronymi, ibi, & quod Abbas, & Monachi seclusa institutione in aliquo ordine Ecclesiastico, omnino inferiores sunt cuiuscumque seculari Clerico, sed cum iam ex ipsis iuribus, & institutione, non solum Abbas, sed & Monachi, Ecclesiasticos ordines accipiant superiorem locum debent obtinere.

Ascani
Tambur.
de iure
Abb. 10.
1. disp.
25. q. 1.
nu. 2 10.
pag. 398
num.
264. p. 4.

Haec autem solutio non est sufficiens nam admittit Dignitatem Abbatialem sine Sacerdotio, quod opponitur nostrae doctrinae, sed manet dictum satis, & contra Canonicos Regulares, pro Monachis Casinatibus ad hoc ex concludentibus allegationibus V. I. DD. satisfaciunt Tamburini.

Tertio arguitur, quia Capitulum Cathedralis Ecclesiae, in dō, & Collegiatæ,

A praecedat Abbatem (iuxta dicta supra) *Arguunt* & est Dignitas primi Ordinis (in pluri opinione) quia in ipsum, transfunditur, Episcopalis auctoritas, quae est superior Capitulo ipso, in quo, vacante, vel absente Episcopo, per iudicē (à se nominatū) seu prouisorum, procedit contra personam capitularem, Canonicum, vel Dignitatem in casu delicti commissi. Nec potest Capitulum in processione, vel tali acta permittere, quod Abbas alterius Ecclesiae, vel alia quaecumque persona, praecedentem locum assummat; sed quaecumque processio publica, debet habere, non solum Episcopum, sed aliquem Capitularem, in praecedenti loco, & pro terminandis vtriusque lateribus, vel choris.

B Respondetur esse quidem inferiorem Dignitatem Abbatialem, Dignitatem Collegialis, & etiā Cathedralis Ecclesiae Capitulum, nam quamuis Collegialiter, congregatum, & procedens, admittatur esse Dignitatem primi Ordinis, & debere precedere Abbatem (si contingat adesse) hoc intelligitur, quia illud corpus unitū, representat suum caput, nempe Episcopum, qui est Dignitas superior, & si capitulum sit Ecclesiae Collegialis, cuius caput sit Abbas secularis diuersa ratione potest precedere Abbatē Regularem (qui ut constat est formaliter, & Canonice Abbas) vel ea ratione, quia concursus ille, fieret in propria Collegiali Ecclesia, aut etiam in tota villa, ubi Abbas esset Praelatus, Et Collegialis, & Ecclesia esset maior, cum Canonica praecedentia, ad reliquas populi Ecclesias, & in tali casu praecedet ille Abbas, seu Praelatus villae, quia ipsa Collegialis Ecclesia ibi representat ius Diocesis, & Capitulum Cathedralis Ecclesiae in cuius Diocesi consistit.

C Et ex hoc, & supradictis, manet dictū, N. 90. de concursu Abbatis (de quo loquimur) Praecedat cum qualibet Dignitate, seu Canonice Abbatialem cuiuscumque (quātuuis insignis, & nonnobilis) Cathedralis Ecclesiae etiam Cathedralis, & Patriarchalis, certum est enim, quod quemcumque huiusmodi Canonicum praecedat Abbas, ut Dignitas, officium, & quamcumque Dignitatem (v.g. Decanum, Archidiaconum, & alios) ut Dignitas primi Ordinis, Dignitatem secundi.

D De Abbatibus secularibus Praelatis (scilicet) villarum, & Ecclesiarum Collegiatarum, cum iurisdictione Ecclesiastica

Modus capitula viter assistendi.

N. 91.

sti

Præcedit itica dicendum, quod si cū Abbate pro-
Ab. Re- priè dicto (de quo loquimur) concurrat
gul. Ab- extra suum territorium Abbas secula-
batem se- ris etiam existens extra suam Abbatiā,
cularem consequenter asserendum, quod Abbas
et si sit Regularis debeat præcedere. Nam quā-
Præla- uis talis secularis Abbas habeat iurisdic-
tus. tionem quasi Episcopalem, quam (ut
 videbimus) vocant iurista, cum Couar-
 ruias, & Nauarro Diocesanam, & primi
 Ordinis, ex Capitulo quod habent.
 Non habent tamen Dignitatem Ab-
 batialem à iure institutam, vt manet
 probatum supra, quæ Dignitas occupa-
 pat (vt ibi probatum est) immediatū
 locum post Episcopalem: habent
 verò isti Abbates seculares, iurisdic-
 tionem quasi Episcopalem, perfecte
 dictam, aliqui (solum) vt Abbas vil-
 lae de Couarruias in Hispania, qui in
 omni suo territorio separato (quidem)
 ab omni alia Diocesi exercet iurisdic-
 tionem, in omnibus causis, & casibus,
 ad forum Ecclesiarum pertinentibus:
 quod dico propter alios Abbates in
 Hispania, qui præsent Ecclesiis Col-
 legiatis, & ab Episcopo Diocesano
 non existunt prorsus exempti, & ali-
 qui habent cognitionem causarum, &
 hanc iurisdictionem Ecclesiasticam, in
 aliquibus solum casibus, v. g. civilibus,
 & criminalibus leuibus, & non in ma-
 trimonialibus, beneficialibus, & atro-
 cibus, vt est Abbas de Villafrañca. Et
 alii adhuc solum habent præsidere suæ
 Collegiali Ecclesie, vt Abbas de Me-
 tima del Campo. Si ergo Abbates sa-
 culares omnes, habent (vt dictum est)
 Dignitatem primi gradus, seu ordinis,
 quia quicumque habet Capitulum, si-
 ue habeant simul iurisdictionem Ec-
 clesiasticam quasi Episcopalem, si-
 ue non habeant, & siue ista sit plena, &
 perfecta, siue limitata, ex reseruatis ea-
 sibus Episcopo Diocesano omnes isti
 Abbates. Inferiorem locum habent
 Abbatibus Regularibus, qui habent
 Dignitatem primi Ordinis. & Digni-
 tatem Abbatialem proprie dictam, quæ
 est immediata Episcopali, & simul in
 sua Republica Regulari iurisdic-
 tionem quasi Episcopalem, imò & po-
 testatem gubernatiuam adhuc amplio-
 rem.

N. 92.

Quæ vt amplius intelligantur. Nota

A supponendo ex tractatu sequenti, hu-
 ius rei exactam tractationem. Quod
 aliud est Dignitas Episcopalis, & qua-
 si Episcopalis: aliud potestas Episco-
 palis, & quasi Episcopalis, & tandem
 aliud iurisdic-
 tionem Episcop. seu quasi. Ad-
 uertendo, quod illa particula quasi, de-
 notat diminutione qualitatis illius, quæ
 alicui tribuitur.

Discr-
mè i ten
Dignita
tem, pote
statè, &
iur sdi-
ctionem
Episcop.
seu quasi
Episc.

Quo supposito dicimus, quod Dig-
 nitas Episcopalis, est illa eminens fa-
 cultas, quam habet Episcopus ad actus
 Pontificios exercendos, conferendi or-
 dines, celebrandi Pontificalia ter con-
 fecrare, & benedicere vasa, & vestimen-
 ta pro sacrificio Missæ, & aliis celebra-
 tionibus, & ad alios similes actus, quam
 facultatem, quo aliqua Dignitas habue-
 rit anliorem, eo maiori titulo, & cum
 maiori proprietate dicetur quasi Episco-
 palis. Vnde cum Abbates Regulares, ex
 institutione suæ Dignitatis Abbatialis
 (quæ ex se habet fieri per benedictio-
 nem, & ritum solemnem) habeant plu-
 res ex his actibus Episcopalibus, præsta-
 re, & hoc nullo modo habeant Prælati,
 seu Abbates seculares dicti, & multo
 minus, alia Dignitates, secundi Ordinis,
 quales sunt Dignitates Ecclesiarum, ne-
 que etiam Prælati aliarum Religionum,
 nisi ex speciali priuilegio (vt totum
 hoc probabimus num. 81.) fit quod solū
 Abbates Regulares, habeant hanc Dig-
 nitatem quasi Episcopalem.

Dignitas
Episc.
quasi E-
pisc.

B Potestas quasi Episcopalis est illa,
 quam Episcopi habent ad omnimodam
 gubernationem suæ Diocesis, territo-
 rii, seu Episcopatus, cuius virtute con-
 gregant sinodum, statuunt constitutio-
 nes, & leges obligantes in vtroque foro,
 & omnia ordinant, & dirigunt concer-
 nentia ad bonum regimen subditorum,
 vtilitatem, & augmentum Ecclesie, in
 spiritualibus, & temporalibus: & hanc
 habent etiam alii Prælati Ecclesiarum, &
 populorum, qui territorium habent se-
 paratum, vt Abbas dictus de Couarru-
 uias, & similes, & etiam Abbates aliqui
 (aliam) Regulares, qui habent præter Ab-
 batias, esse Prælatos secularium Ecclesia-
 rum, & districtum, vt vidimus supra. Et ha-
 dent etiam hanc quasi Episcopalem po-
 testatem Prælati Religionum omnes,
 tam Monachalium, quam Mendican-
 tium, cum possint in suis Religionibus,

ee. 31
ibid.
ly. 1015
sup.
319-31

Potestas
Episcopa
lis, &
quasi E-
pisc.

C Dignitas Episcopalis est illa,
 quam Episcopi habent ad omnimodam
 gubernationem suæ Diocesis, territo-
 rii, seu Episcopatus, cuius virtute con-
 gregant sinodum, statuunt constitutio-
 nes, & leges obligantes in vtroque foro,
 & omnia ordinant, & dirigunt concer-
 nentia ad bonum regimen subditorum,
 vtilitatem, & augmentum Ecclesie, in
 spiritualibus, & temporalibus: & hanc
 habent etiam alii Prælati Ecclesiarum, &
 populorum, qui territorium habent se-
 paratum, vt Abbas dictus de Couarru-
 uias, & similes, & etiam Abbates aliqui
 (aliam) Regulares, qui habent præter Ab-
 batias, esse Prælatos secularium Ecclesia-
 rum, & districtum, vt vidimus supra. Et ha-
 dent etiam hanc quasi Episcopalem po-
 testatem Prælati Religionum omnes,
 tam Monachalium, quam Mendican-
 tium, cum possint in suis Religionibus,

D 3

fin.

singuli, præcepta, statuta, & constitutiones ordinare, & expedire, quæ suos subditos obligent in conscientia. Imò & in illis est ista gubernatiua potestas respectu suorum subditorum Regularium, nõ solum quasi Episcopalis, id est, similis, & in ad æquatè Episcopalis; sed adhuc plusquam Episcopalis (plura enim potest, quam Episcopus, Prælati Regularis) illa scilicet, quæ pertinent ad potestatem gubernatiuam, æconomicam, & etiam Patriam, imò & habent Prælati Religionum dominatiuam, & administratiuam respectu honorum, & lucrorum Monasterii, & subditorum, de quibus in sequentibus tractatibus.

N. 92.
*Jurisdic-
tio Episc.
& qua-
si Episc.*

Jurisdicção quasi Episcopalis est potestas politica Ecclesiastica quam cuiuscunque Prælati Ecclesiastici habet super suos subditos, siue sæculares, siue Regulares, siue sit ordinaria, siue delegata, perfectè, & plenè ordinaria, vel secundum aliquam, vel aliquas condiciones iurisdictionis ordinariæ, de quibus suo loco tractatu sequenti, siue Ecclesiasticæ, sint, sæculares, siue Regulares, vel profanæ, aut laicæ; non vero dicitur iudex ordinarius qui ex delegatione habeat, nisi à Papa.

Ex quibus coligitur, quòd potestas gubernatiua Episcopalis, seu quasi, solum reperitur in Prælati, siue sæcularibus, siue Regularibus super subditos sæculares propter rationem dictam.

N. 93.
*Argum.
quarum.*

Arguitur quarto, nam Prælati Monasteriorum sacrorum Ordinum Mendicantium, qui quidem in singulis Monasteriis sunt supremi, v.g. Guardiani, Priores conuentuales, Rectores, & alii in sacris Ordinibus, Minorum, Prædicatorum, Heremitarum, Carmelitarum, & Societatis Iesu, & aliorum: sunt in primis superiores Regularium, & non sæcularium, supremi, respectiue pro singulo monasterio. Vnusquisque Prælati suorum subditorum, cum iurisdictione Ecclesiastica, ordinaria, suo (quippè) officio in perpetuum, per suas cuiuscunque ordinis, legibus, & statutis indita, ad actiones propriæ potestatis ordinariæ. Excommunicandum (scilicet) & absoluendum sui Monasterii subditos, reseruandum casus, irritandum, dispensandum, & commutandum vota, & plura alia, præstant: etiam ex privilegio, & concessio-

Aue supremi Prælati, & Principis Ecclesiæ, vt videre est in compendio generalium priuilegiorum Regularium, & in specialibus compendiis, singularum ex iis Religionibus. Ergo vel sunt Abbates, vel non inferiores illis.

Respondetur tales superiores supremos Monasteriorum; v.g. Priores conuentuales, & Guardianos, & similes habere potestatem gubernatiuam super Regulares, & in hoc assimilari Abbatibus, & hanc quidem habere suo Guardianati, seu Priorati, ex officii institutione, per Apostolicam concessione,

B vel ex suis constitutionibus tributam, ac ex hac parte, dici ordinariam, aliquo modo (vt suo loco explicauimus) & illius virtute, exercere plures actus iurisdictionis Ecclesiasticæ, & Prælatorum, vt ait Fr. Ioannes de la Cruz in suo epitome de statu Relig. lib. 1. cap. 6. art. 3. dab. 6. enumerans inter Prælatos Religionis, qui potestatem Patrum iudicium, & Prælatorum habent Priorem conuentualem, absolute tamen nusquam expressè asserit, his authoribus, habere in speciali (loquendo de Prioribus conuentualibus sue Dominicanæ Religionis) quod

C sint ipsius Prior conuentualis, vel Priores, Prælatos, plenè, & perfectè, cum iurisdictione, & potestate perfectè ordinaria, Ecclesiastica, quæ dicitur quasi Episcopalis, nam hanc recognoscit, Generali, & Priori Prouinciali, & præcipua munera iurisdictionis ordinariæ, qualia sunt, præsentare Episcopis, quos ex suis subditis elegerit, promouendos, ad suscipiendos Ordines, & similiter exponere, & immittere Episcopo Diocesano Sacerdotes, quos iudicet aptos, approbandos pro confessionibus sæcularium audientibus, hæc (enim) dicit habere Priorem ex

D commissione, & alia, sic dicit loco citato, conclus. 2. verbo, sibi: *Non tamen succedit.* Et similiter alii authores, qui de hoc loquuntur, duo genera inuunt Prælatorum, vnum ex hac domestica, & patria potestate, & aliud, ex perfecta, & plena iurisdictione, & potestate, quam vocant quasi Episcopalem, & bona tribuunt Generali, & Prouinciali, in Ordinibus Mendicantium, & hæc dicunt vere, & propriè, & pleno iure Prælatos, & aliam potestatem gubernatiuam, limitatam, ex institutione, cum exercitio plu-

N. 94.
Solutio.

Fr. Ioan.
de la
Cruz.

plu-

plurium actuum potestatis, & iurisdictionis Ecclesiasticæ, vt absoluedi, excommunicandi, & alios, & hoc ex privilegio Papæ, vel Ordinis dispositione, quam tribuunt Prælati, seu superioribus supremis Monasteriorum. Sic tenet Manuel Rodrigue, & eius doctrina respõdetur ad hoc argumentum. Non præferendos, huiusmodi Prælatos Monasteriorum Mendicantium. Abbatibus, de quibus loquimur, quia ii sunt ex institutione Prælati pleno iure Monasterii, cū potestate, & iurisdictione plenè ordinaria, & quasi Episcopali, & cuiuscumque Abbatis, v. g. Ordinis sancti Benedicti, qui alium Abbatem sui Monasterii non habet superiorem, potestas Prælaturæ est non minor quam habet quicumque ex Reuerendissimis Generalibus, & Prouincialibus Prædicatorum, Minorū, & aliorū. Sic tenet Ioannes Azor tom. 2. institutionum moralium lib. 7. cap. 1. dubi. 4. ostendens cuius sufficiat licentia, ad alienandum bona Monasterii, vbi ait sic. *In Ecclesiis ab Episcopo exemptis, satis esse consensum illius, superioris, cui proximè, pleno iure Ecclesia subicitur, vt est Abbas in Monasteriis, sibi subiectis, & Præpositi Prouinciales in Ordinibus Mendicantium.* Et alibi idem Siluester, verbo alienando, eadem verba, idem tenet Cardinalis super cap. *Statuimus*, loca vbi Rodrigue, & eius verba, statim ad calcem solutionis.

Siluest. Cardin.
N. 96.
Solutio
3.

Et vltimo respondetur, cognosci manifestè discrimen inter potestatem Abbatialem Monachorum, in suo Monasterio, & Monachos, & potestatem Prioris Conuentualis, seu Guardiani, in suos Religiosos, ex diuersa institutione harum Religionum.

Nam vt ex ipsis constat, primo diuersæ sunt per Regulam instituta, à Legislatoribus, & Fundatoribus, & sic sunt approbata, & confirmata auctoritate Apostolica, vt haberent vnum, vel duos, & quos constituissent (eadem auctoritate, in suis Generalibus comitit) Prælatos generales, & vniuersales omnium Religiosorum, & Monasteriorum, tertius Regni, vel Prouinciæ, vel aliter existerent diuisa (pro oportunitate, & commoditate Religionis, Ordinis, aut Congregationis) Monasteria, vt omnia subessent pleno iure Prælato generali, &

A pro exactiori, & promptiori, gubernatione, certus numerus Monasteriorum, vel quæ in certa parte, Prouincia, vel Regno continerentur, sub certo nomine distinctus, & aggregationis (v. g. in Minoribus de Obseruantia. Prouincia Coceptionis, Prouincia sancti Iacobi, Prouincia sancti Michaelis, in Hispaniarum Regnis, & alia, sub suo speciali Ministro Prouinciali, quæcumque, ab alio, alterius Prouinciæ distincto, qui plenè (quidem) & pleno iure ordinarii Regularis, cum potestate gubernatiua, & iurisdictione quasi Episcopali immediatè gubernaret sui districtus, seu Prouinciæ Monasteria, sub obedientia (tamen) quæ & Prouincialis, Prior, Minister, seu Præpositus, & singuli Religiosi, illius, sicut & aliarum Prouincialium præstare tenerentur tanquam Prælato proprio ordinis Generali. Vnde quæcumque sacra Religio, vt quædam Respublica perfecta instituta est, habens (quidem) apud se Prælatos, & iudices cum omnimoda potestate gubernatiua polytica, & iurisdictionis, ad statuendas constitutiones, & leges, indicandas causas, corrigenda, & punienda delicta, & cum omnes Religiones, quæ olim aliqua per suas Regulæ, & alique per antiqua iura, subiectæ extiterunt, in pluribus locorum Ordinariis, & Episcopis, iam à multis annis sint exemptæ, & Sedi Apostolicæ per plures Põtifices, immediatè subiectæ, necessarium fuit (ne peioris conditionis, hoc Regulare Ecclesiæ brachiū existeret quam Ecclesiasticum seculari) quod sicut illud habet propriū Prælatum, cum omnimoda potestate ad gubernandum, sic & Religio, & brachium Regulare.

D Quare ad singula Monasteria, vt familiaræ, & parciæ sunt, & potestas æconomica, & Parrochialis Guardianis fuit in Religionibus singulis Mendicantium, data, & instituta præter istam plenam potestatem pro Congregatione illa, seu gremio Monasteriorum (quod componebat completè Religionem illam (v. g. Prædicatorum, vel Minorum) & ita in Ordine sancti Benedicti, qui institutus fuit, ex ipsamet sancti Patriarchæ Regula, pro quolibet Monasterio seorsim sumpto (& vt prorsus distincto ab aliis) necessarium fuit, quod ex ipsa Re-

Manuel
Rodrig.

gula constituyente talem benedictinam Religionem, & per auctoritatem Apostolicam adprobantem: tribueretur huic Republicæ Benedictinæ, & cuilibet Monasterio, seu Abbatia, tota, & omnimoda potestas, plenè ordinaria, quæ resideret apud supremum cuiuscunque Monasterii Prælatum, qui est Abbas, quod insinuant Authores citati, & specialiter Man. Rodrig. citatus in summa, verbo *carcel*, negans Guardianis potestatem ordinariam iudicis: loquendo (enim) de eo qui potest incarcerare dicit in cap. 39. conclus. 2. *Como tambien es licito a los Guardianes de las Religiones, y en su ausencia a sus Vicarios, meter a sus atreuidos subditos en la casa de la disciplina, castigandolos en ella como padres, porq̄ como jueces no lo pueden hazer, pues no lo son segun derecho, por quanto el juzgar, y encarcelar a los Religiosos pertenece a los Prelados superiores, que son los Generales, y Prouinciales.* Ita ibi impress. Salamantice 1604. & citat Arag. 2. 2. quaest. 65. art. 3. & ibi D. Thom. & Caiet. & idem Rodrig. 2. tom. summae cap. 31. *Prelados* vocat Priores conuentuales, & Guardianos, Prælatos locales, non habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, vbi advertendum quod hæc distinctio Prælatorum localium in propriè reperitur apud Benedictinos Abbates, quæ colliguntur ex dictis, & Rodriguez, qui asserit posse Prouinciales, & Abbates exceptos ab Episcopis absoluerè in omnibus casibus, & ea facere omnia circa subditos Regularis, quæ Episcopus circa subditos seculares, & passim comparat potestatem Guardiani, & Prioris conuentualis, potestati Parrochi, & Abbatum Cisterciensium, & sancti Benedicti, potestatis Episcoporum, & in 3. tom. qq. Regularium q. 2. art. 3. loquens de transitu ad aliam Religionem, dicit debere fieri cum licentiâ petita (licet non obtenta) à Prouinciali, vel Abbate. Potestati autem, plenè ordinariam traditam Abbatibus singulorum Monasteriorum per Regulam, & per Sedem Apostolicam ostendit (vltimò) cõstitutio anni 1610. cap. 37. vbi hæc supponens, & interdicens, quod non se intromittat Generalis in causis de quibus cognoscit Abbas, ait num. 2. *Mas porque la iuridiccion del Abad es de ordinario canonico, &c. &*

A idem in numeris sequentibus:

Sed dices hæc omnia debere intelligi de Abbatibus separatis, & non habentibus super se vniuersalem Prælaturam, vnde postquam sic se vnerunt Abbates, cognoscentes Generalem ad differentiã illius, qui Generalis Abbas est, dicuntur singuli Abbates, locales, ad instar Guardianorum, Priorum, & Rectorum, qui vocantur Prælati locales, ad differentiã Prouincialium, & Generalium. Ergo doctrina hæc videtur certa de Abbatibus illis quamuis potestatem plenè ordinariam habeant, ad politicam administrationem, & de se illimitatam ad iurisdictionem quasi Episcopalem, hæc enim coarctationem habent quantum ad aliqua, ex Generalibus Conciliis, & statutis Pontificiis, qui sibi illa reseruarunt, & Abbatibus inter dixerunt, ut libertatis monialis profitetis, explorationem, renuntiationem bonorum ante professionem Nouitii, &c. Et alia munera Abbatia, & quasi Episcopalia, item sunt inter dicta per suas cõstitutiones, & leges, v. g. vt diffinitiuè per sententiam priuare subditum, possint voce actiua, vel passiva, & sæpius statuuntur cõstitutiones, quibus interdiciuntur Abbatibus, vt decernere censuras, admittere Nouitios, sine licentiâ Generalis, vnde quando iis rebus fungitur Abbas, ex commissione Generalis id præstat, non minus dependenter ab illo, quam Prior Conuentualis, quando (vt ait Fr. Ioan. de la Cruz) ex commissione Prouincialis, exponit Religiosos pro ordinibus suscipiendis, vnde constat, quod saltim Abbatia Benedictinorum vniuersa in Congregatione, vel similiter Cisterciensium, Præmonstratiensium, & Canonicorum, sint non (quidem) Republicæ completæ, sed tantum Familia particularis, & ad summum Pareciæ, vt Monasteria Mendicantium, & quod Abbates singulorum Monasteriorum, seu Abbatiarum, nil aliud sint, quàm Guardiani, vel Priores conuentuales, erga Religiosos suorum Conuentuum (nempe) Patres, Parrochi, Patresfamilias, habentes potestatem solum æconomicam, Parrochiam, & quasi patriam, & per consequens non alterius gradus: nec quasi Episcopalem, & plenè ordinariam debere nuncupare suam Abbatialem Prælaturam, seu officium, Imò, &

N. 97:
Obiectio

1604
1608

1704

1604
1608

Fr. Ioan.
de la
Cruz

innu-

innumero subditorum exceduntur sa-
pius.

Ad hoc dico Guardianos, & similes
non posse dici Prælatos, nec iudices cū
non possint facere iudicium, id est, æqua-
litatem.

N. 98.

Solutio.

Respondetur secundò, non ideo ali-
quam Religionem, seu Monasterium
deficere à Republica completa, quod
exiguus in illa sit numerus residetium,
nec quia contingat esse simul verè, &
proprie familiam, & caput illius, Patrè
familias, si ista familia habeat in se ple-
nam, & omnimodam administrationem
& potestatem gubernatiuam, Polyticā,
& iurisdictionem ordinariam, legitime
introducunt, & supremum caput illius
contingat esse, non solum Patrem, &
æconomicæ gubernationis ministrum;
sed præfectum simul, nam tunc poterit
vti, quia voluerit potestate, & intra suā
æconomiam, & familiam (si sese offerat
occafio) polyticam exercere iurisdictionem,
& ordinariam plenè potestatem,
iudicia faciendò (id est) applicandò leges
ad personas, cum vi coactiua, iudicandò
causas probationes recipiendò, & (audi-
tis sufficienter partibus) ferendò senten-
tiam definitiuam in prima instantia, &
non solum iudicialiter reos incarcerare,
sed & sedentiam infligere, in omnibus,
per legem non interdicitis; quāuis enim
Parrocho, v. g. qui (vt manet probatum)
habet potestatem super parochianos
patriam, & æconomicam, & similem in
omnibus; in vi gubernatiua, illi quam
habent Prælati supremi singulorū Mo-
nasteriorum Mendicantium (vt dicunt
ipsorum Authores) Summus Pontifex
per rescriptum, vel Episcopus (etiam in
sinodo Diocesana) aliqua munia Epis-
copalia committeret etiam vt eius Par-
rochiali officio, essent in posterum an-
nexa, nō per hoc diceretur habere Dig-
nitatem Episcopalem; sicut nec illam
Episcopus amississe diceretur, eo quod
per legitimam authoritatem, & ex cau-
sa interdicerentur illi executiones plu-
rium, vel aliquorum actuum, governa-
tiuæ potestatis, nec est eadem limitatio,
seu ratio eorum, quæ eodem modo
videntur interdici Prælati localibus
Mendicantium, & Abbatibus, in iis enim
est priuatio, negatio in illis.

N. 99.

Quare respondetur ad argumentum,

A quod quamuis ob causam impediatur
Abbatibus, per legitimam authoritatē,
aliquæ Abbatiales actiones, propriæ, &
essentiales Dignitati Abbatiāli, vt non
admittere ad habitum, non alienare ho-
na, seu non dare licentiam, vt Conuentus
alienet, & similia, non ex hoc dicitur id
illis non pertinere, quia sine aliqua con-
cessione, Generalis, nec Pontificis, ex
sublato impedimento prohibitionis, ex
an nullatione, seu euacuatione virium
illius (quæ vel per aliquem ex quibus
potest modis contingat) restituitur.

Solutio.

B Nec etiam (satisfaciendo ad aliam
rationem) minoratur Episcopalis guber-
natiua potestas, ex eo quod Ecclesia, sta-
tuat, quod super Episcoporum iurisdic-
tionem, & Dioceses omnes, quæ in ta-
li Regno continentur, vel Prouincia, cō-
stituatur alia vniuersalior sedes (nempe)
Metropolitana, & Archiepiscopalis, quæ
(vt videbimus) sic est introducta, vt ali-
cui Episcopali sedi, ex contentis, in ali-
qua Prouincia, tribueretur, superioritas
super reliquas Cathedralis Ecclesias, &
Dioceses, & sicut Episcopus hinc dice-
retur Archiepiscopus, id est, Princeps
Episcoporum, sic Ecclesia eius vocaretur
Archiepiscopalis, quasi caput, seu supe-
rior aliis Ecclesiis Cathedralibus suis
suffraganeis. Instituta est autem (vt suo
proprio loco dicemus) ab Ecclesia, vt
prouideretur Ecclesie gubernationi, &
de iudiciis proprii, & legitimi Prælati
(qui est Episcopus) si in aliquo se iudica-
ret, quis grauatam, negotio, per appel-
lationem haberet recursum ad aliquem
superiorem iudicem; vnde cum Episco-
pus habeat plenum regimen, & imme-
diatam gubernationē, in omni suo ter-
ritorio, & omnem cognitionem causarū
in tota prima integra instantia (in qua
consistit omnimoda, & plena potestas
polytica) quod pro appellationibus, &
iudiciis in secunda instantia (quæ nullo
modo, ad proprium Prælatum Ecclesia-
sticum, sed ad Papam, vel alium Præla-
tum, seu iudicem pertinent) parum ad
Episcopum refert, nec aliquid ab eius
Dignitate detrahitur, & sic in nostro ca-
su, dum enim Abbatiālis Dignitas sic
perfectè (vt vidimus) ordinaria, & quasi
Episcopalis, non minuitur, ex hoc quod
Generalis constituatur quasi Metropo-
litana potestas,

N. 1009

Et

N. 100.

Eman.
Rodrig.

Et ad totam hanc difficultatem huius argumenti sufficienter (vt diximus) respondet Eman. Rodrig. ex titulo præfixo potestati Prælatorum, singulorum Monasteriorum, Mendicantium, nūcupans Parrochiales, & quam habet Parrochi, & inferiorum Prælatorum, ab ea quæ est quasi Episcopalis quam dicit habere Prælatos maiores, quos passim vocat Generales, & Prouinciales, & etiam Abbates sancti Benedicti, & sancti Bernardi, cuius expressa verba in 2. tit. suæ summæ, cap. 3. verbo Prelados, in conclus.

Rodrig.

1. Los Guardianes y Priors, y los Prelados, como tales son verdaderan. etc. Prelados, &c. Verdad es que conforme al derecho comun, y los privilegios de las Religiones no tienen plenario poder en el gouerno de sus subditos, como lo tienen los Generales y Prouinciales para con los suyos, pues no tienen jurisdiccion quasi Episcopal: y assi tienen su poder limitado como los Curas, y los Priors de los lugares, y Parroquias, y assi son semejantes a los Priors, y Vicarios de los pueblos. Et in sequenti secunda cōclusionē post Guardianorum, stabilitam, & assignatam potestatem, addit. Verdad es que las cosas mas graues que pertenecē precisamente a la jurisdiccion Episcopal, no estā sujetas a su jurisdiccion, y assi no pueden dar licencia a los mancebos que se ordenen, ni instituir Predicadores, ni Confessores, ni absoluer de los casos reseruados, ni aprouar los contratos, ni imponer graues castigos a sus subditos, verdad es que los Abades Regulares que tienen jurisdiccion quasi Episcopal, como son regularmente los Abades de San Benito, y San Bernardo tienen poder plenario para lo susodicho, como está decretado en derecho, cap. nullum 13. quæst. 2.

C. nullū.

Nauarr.

N. 102.

Argum.
quintū.

De Reuerendissimis Generalibus, & Prouincialibus, qui nullo modo minorē habent potestatem, imō, & quam iura, & Pontifices erga suos subditos concedunt Abbatibus, inde habent tales Prælati Mendicantium, & nomine Abbatū intelliguntur vt constat.

Et cōfirmatur, quia vt supra num. 47. circa prin. ostēditur quod aliquādo excellens offi. iur., præcedit Dignitatem, & sic in præsentī, officium Generalis Abbatem præcedet.

A Respondetur tamen, quod æqualem (quidem) potestatem præcedit Dignitas, & ad cōfirmationem, quod tunc officium præcedit Dignitatem, quando in illa non includitur: at Abbatis Dignitas includit sublime officium Generalis, id est, regendi animas.

B Sed adhuc instabis, quia si ideo Abbatis officium dicitur, Dignitas quasi Episcop. & Prælati proprie dicta, quia Abbas præsidet absolutē suo cōuentui, cum potestate gubernatiua polytica, vt (pote) super Rempublicam, distinctam, & separatam, cum omnium cognitione causarum, & quod cum Monasteria Mendicantium, non sic, sed vt Familix particulares institutæ sint, & non vt Republicæ: illorumque immediati Prælati, sint solum, Patres, & Parrochi. Tunc sic nunc ex legitima auctoritate concessa est potestas Prioribus, vt g. & Guardianis, ad plures actus, non potestatis æconomice, sed polyticæ, & etiam in Religionibus Monachalibus introducta est superior polytica potestas, quæ per erectionem Congregationis, & vnionem Monasteriorum resultauit, & per supremum, super omnes Abbates generalem Prælatum, qui plura munia potestatis aduocauit. Ergo, &c.

C Respondetur, quod nec Generalis ex vnione Congregationis ab sorbuit, nec minorauit, aliquomodo Monasteriorū singulorū potestatem (vt probabimus) quali Episcopalem quam retinent, & habent Abbates: nec animotam fuisse ab illis aliquam cognitionem causæ alicuius. (Et speciali causa) detrahit Dignitati, vt de Episcopali Dignitate respectu Archiepiscopi diximus, & diuisim? ex professo, supra in hoc cap. n. 53. & qualiter sine diminutione supremæ, & perfectissimæ Dignitatis Episcopalis, concedūt decreta, pluries Archiepiscopos, in subditos, & Dioceses suffraganeorū, posse munia propria Episcoporū exercere, etiam ordines conferre, & similia, ex negligentia Prælatorum suplundæ causa, vel alia. Bulla autem Innocentii VIII. quando Generalis potestatem instituit exprimit quod accumulatiua sit potestas illius, & Abbatis.

D Vltimò arguitur, nā Abbatis Dignitas post Episcopalem, & ante omnes alias constituenda debet habere conditiones

N. 103

N. 104
Argum.
6.

tiones assignatas, num. 77. nempè esse electiuâ, id est, per suffragia Monachorum, quod instituitur per benedictionem, & inuestituram, ac secundum ritum, & solemnitatem (vt vidimus) & etiam, quod ad instar Beneficii Ecclesiastici instituitur in perpetuum, & per totam vitam. Nil autem horum reperitur in pluribus Abatiis, Benedictinorum specialiter Congregationis Hispania. Ergo, &c. Et constat, nã in primis huiusmodi Abbatia eliguntur in Capitulo generali, & non per suffragia sui Conuentus, seu Capituli, nec per inuestituram insigniarum Abbatialium, nec per benedictionem Episcoporum, modo, per decreta, & ritum Ecclesiasticum disposito, & ceremoniis Ecclesiasticis; sed solum per obedientiam præstitam à suo Conuentu, & à se acceptatam præcedente testimonio, vel notitia nominationis, definitorum, imò, & in aliquibus, solius Generalis, vel aliter secundum diuersa indulta, quæ sæpius à Pontifice obtinentur. Nec tandem tertio, ista Abbatialis Dignitas, in Monasteriis dictis confertur in perpetuum, sed solum per sexennium, quadriennium, vel triennium.

Respondetur tamen, quod nec tollit Dignitatem Abbatialem esse electiuâ, nec habere institui, & conferri per benedictionem, & insignia, quod auctoritas Ecclesiæ, & illius Princeps Summus Pontifex (cuius auctoritate debet fieri) electionem mittet, seu electionis formam, & simul ritum institutionis Abbatiarum, ita vt quos debet eligere Monachorum Capitulum, eligat Capitulum generale, vel ex eius delegatione comitium Definitorum, vel Generalis ipse: sicut nec Episcopalis Dignitas, & potestas à Christo instituta, variatur ex eo, quod ex dispositione Ecclesiæ, transferatur electio, quæ secundum iura (vt vidimus) n. 78. pertinebat, vel ad Clerum, seu ad populum, seu aliquando aliter, ad Capitulum, & etiam ad Patronum, v. g. Regem, vel supremum aliquem Principem, ad cuius electionem, seu præsentationem, confertur, & instituitur Episcopalis Dignitas; variato etiam in aliquo, antiquo ritu, siquidem, non fit ista institutio, per Archiepiscopum Metropolitanum, & alios Episcopos Prouincia, secundum diuersa antiqua iura; sed per

A quoscumque (ad consecrandum electos pro opportunitate) Episcopos, virtute Bullarum Pontificis, quæ semper pro quolibet Episcopatu instituendo obtinentur.

Ad tertium de perpetuitate, qua ex iure communi instituuntur Ecclesiastica Dignitates, seu conferuntur, respondetur similiter, quod cum ista qualitas, seu perpetuitas, pertineat ad formam iure Ecclesiastico positiuo inductam, potuit auctoritate Apostolica variari: & sic, quia quasi recopilatio fuit (imò) & confirmatio similium præcedentiũ constitutionum, seu priuilegiõrum, circa declarationem, seu extensionem Dignitatis, præminentia, insigniarum, & potestatis Abbatialis, ab Abbatibus, benedictione solemnè, & in perpetuum institutis, ad Abbates, per formam dictam, seu per Congregationem (aliàs) dispositam, & per limitatum tẽpus institutos.

Priuegium Clem. Papæ VIII. expeditum Romæ die 2. Augusti anni 1596. quod incipit, vt ea quæ, &c. est in Benedictinorum compendio vltimo, & in numero 125. concessum Generali, & Congregationi sancti Benedicti, Hispaniarũ olim Vallisoletanæ dictæ vbi hæc habentur, quod cum aliàs per Congregationem Vallisoletan. Ordinis S. Benedicti, & Generalem, & dilecti filii Abbatibus Generalis nuper Pontifici fuerit extpositum: Quod cum aliàs per Congregationem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium decretorum Conc. Trid. interpret. declaratum fuerit, licere Abbatibus Benedictinis, vel quibus à Sede Apostolica concessum sit priuilegium, vt possint omnia ea facere, quæ possunt Abbates Benedicti. Tõsuram, minoresque Ordines suis subditis Regularibus tantum, &c. Et post multas expressas huiusmodi confirmatas gratias. Nos igitur, & Apostolica auct. & aprobamus. Nihil ergo dictæ detrahunt Dignitati Abbatiali, nunc esse triennale, & non perpetuam, vt probat Tamburinius.

Ante quam, de gradu, & præcedentia inter ipsos met, & Abbates tractem, omnia genera Abbatum recensere oportet, illorum (in quam) qui Regulariũ sunt, & propriè Abbates, specialiter in aliquibus Congregationibus Benedictinorum,

Clem. 8.

Abbate
Cõgrega
tiones,
Triena
les habet
quod Be
nedicti.

Ascan.
Tambur.
de iure
Abb. 10.
1. disp. 1.
1. q. 2. m.
1.

N. 205

Primò

Abbatibus cum sola Abbatiæ dignitate.

Primò enim, Abbates aliqui sunt Generales, qui præter Prælaturam sui Monasterii, vnde habent Dignitatem, habent super alia Monasteria, quæ in Congregatione vnita existant, superioritatem; & aliqui dicuntur à Canonistis, & Iuristis, Abbates simplices, qui perfectè Abbates sunt, cum suo Abbatiæ Monasterio, pleno iure præsent, sed etiam potestatem vniuersaliorem, & generalem non habent, & sic non dicuntur Generales Abbates, appellantur Reuerendi Patres, sicut Abbates Generales, Reuerendi Patres in Christo. Vide apud Bartholomæum Casaneum citatum ex Baldo, & Oldrado ac aliis in 4. part. sui Cathalogi. Sed consuetudine, & cõstitutionibus, vocantur Reuerendissimi Patres, qui titulus transacto tempore Prælaturæ illis conferuatur adhuc.

Distinguntur secundo Abbates, nam huiusmodi Abbates aliqui habent omne, & solum illud, quod perfectè Abbatialem Dignitatem constituit, vt supra num. 7. & seqq. vt sunt, in Congregationibus Hispaniæ Benedictinorum, & Cisterciensium, quæ eiusmodi, sunt Sanctæ Mariæ de Palaçelos, & Sanctæ Mariæ de Osera, & S. Mariæ de Valdedios Cisterciensis, Congregationis. Et sancti Benedicti Vallisoletani Regalis, sancti Isidori, sancti Zoilli, & alii Congregationis, qui omnes Abbates, & similes, habent Dignitatem Abbatialem quasi Episcopalem, & iurisdictionem quasi Episc. Potestatem autem quasi Episcopalem, super suos Regulares subditos, non dicuntur, proprie haberè, quia illa est amplior, quam Episcopalis, est enim gubernatiua potestas, non solum politica, sed æconomica patria, & dominatiua.

N. 106. *Abbatibus cum iurisdictione super seculares.*

Alii Abbates reperiuntur in Congregatione Benedictinorum Hispaniarum, & fortè in aliis qui præter Dignitatem Abbatialem propriè dictam quam habent super Regulares, habent iurisdictionem Ecclesiasticam super seculares, in aliquibus villis, opidis, & Ecclesiis in prima instantia. Inter quos adhuc est differentia, quod aliqui Abbates habent iurisdictionem Ecclesiasticam cum territorio separato & distincto à Diocesi, seu districtu, in cuius ambitu consistant opida, & Ecclesiæ talium Abbatum, &

A huiusmodi sunt Abbas Monasterii Regalis Sancti Facundi in Regno Legionis. Qui congregat synodum, & plenam potestatem Episcopalem exercet, & Abbas Samonenfis in Regno Gallitiæ, qui etiam habet hanc potestatem, & territorium separatum plurium Ecclesiarum Parrochialium ab Episcopatu Lucensi, in cuius ambitu Abbatiæ territorium includitur, & alii Abbates, huiusmodi.

B Alii habent iurisdictionem hanc Ecclesiasticam ordinariam, & quasi Episcopalem, & independentem, per Apostolicam Sedem ab Episcopali iurisdictione in prima & secunda instantia super aliquos populos, & Ecclesias cum cognitione omnium causarum, & omnibus casibus, nullo excepto, ciuilibus, criminalibus, mixtis, matrimonialibus, & beneficalibus, huiusmodi ferunt esse iurisdictionem quam habet in aliquas Ecclesias Abbas sancti Amiliani apud Burgos, & plures alii.

C Et alii tandem sunt Abbates, insigniù, opulentissimarum Abbatiarum, qui suæ Dignitati habent annexam Dignitatem quandam secundi ordinis (vt explicuimus) nempe Archidiaconatum in aliqua Ecclesia Cathedrali, nec illam iudicant dimittendam, & quamuis aliqua munia tam Archidiaconatum exercant, vt visitare Ecclesias sui Archidiaconalis districtus, cum dependentia disposita per iura, ab Episcopo Diocæsano, tamen non possunt, compelli ad assistendum synodo Diocæsana, nec aliis conuocationibus, aut comprehendere in aliquibus distributionibus Diocæsibus, cum excepti existant per Bullas Pontificum Eugenii III. & aliorum nisi Episcopus aliquando ex speciali Apostolicæ Sedis rescripto, & cõmissione procedat. Huiusmodi est Abbas Sancti Saluatoris de Celanona Abbatia sancti Benedicti in Regno Gallitiæ, congregationis Hispaniarum Cathedrali Ecclesiæ Auriensi vsita, vide supra. Dixi in hoc tertio ordine constituendas esse Abbatias huiusmodi, cuius Abbates, & Ecclesiæ incorporatæ sint cum titulo Archidiaconatum alicui Cathedrali, quia sunt alie Abbatiz, & Abbates in eodem Gallitiæ Regno Ordinis sancti Benedicti similiter, quæ alicui Ecclesiæ Cathedrali, nempe Lucensi, dicuntur ex antiquis dispo-

Abbatibus Archidiacon.

dispo-

dispositionibus ad scriptæ, non quia iis temporibus, nec aliquando, munia Archidiaconatus, exercuerint; sed quia in magnificentiam, & decorem Lucensis Cathedralis Ecclesiæ, titulum, & etiam assignatam sedem, in capitulo, & choro admiserunt Archidiaconorū, & (quod magis est) quod assignatos districtus, territoria, & aggregationem Ecclesiarum Parrochialium, pleno iure Ecclesiastico ordinario, ipsis Abbatibus subiectā, Archidiaconalis districtus nuncupari tolerarunt; talis est insignis Abbatia sancti Iuliani Samonenfis, quæ habet antiquissimam iurisdictionem Ecclesiasticam, cū territorio separato (vt vidimus) super quadraginta Parrochiales Ecclesias, plenam exercens ordinariam quasi Episcopalem prorsus ab Episcopo exemptam potestatem nuncupatam olim Archidiaconatus de Samos. Sic & Abbatia sancti Vincenti del Pino in villa dicta *Monforte* de qua statim.

*Abbas
Samonen-
sis.*

N. 107. *Abbatibus cum iurisdictione laica.* Alia (quarto loco) sunt Abbatia de quibus loquimur, quæ habent super sæculares laicos, profanam, & laicam iurisdictionem ex liberalitate Regum, vel Principum, aut aliter legitime habitā, magis, vel minus amplam, & independentem, seu exemptam a regali, seu alterius, domini iurisdictione. Tales sunt in Hispania, plures Abbatia Regulariū, Monachorum, & Canonicorum, vt insignes, & obseruatiſsimæ Abbatia Cōgregationis Cisterciensis, dictæ sancti Bernardi, specialiter in dicto Gallicæ Regno, 1. Monasterium sanctæ Mariæ de Oſera, & Monasterium sanctæ Mariæ de Sobrado, & plura similia, eiusdē Cōgregationis, & Benedictinæ Congregationis, similiter Monasterium, & Abbatia, de qua supra, sancti Saluatoris de Celanoua, & S. Iuliani Samonenfis, sancti Martini Regalis in ciuitate Compostelana, S. Stephani de Ribas del Sil, & apud Montana Asturum Ouetensium, sancti Saluatoris Regii de Cornellana, quæ in bonis immobilibus, obseruatiā, antiquitate, huiusmodi Laica iurisdictione, Ecclesiarum Patronatibus, venerabilibusque professis. Pluribus Monasteriis nobilissimis, pinguiorūque reddituum, itidem Regalibus non inferior. Et alia Abbatia sancti Isidori Regalis apud ciuitatem Legionensem, Ca-

A nonicorum Regularium, & similes.

Inter has quatuor generum gubernatiuas potestates erga sæculares Ecclesiasticas, & profanas, quæ Abbatibus, & Abbatialibus Dignitatibus (vt vidimus) repe iuntur vnitæ, non dubitamus, quæ præcedat in nobilitate, & honore alteram; nam videtur quod illa potiori, & præcedentiori loco gaudeat, quæ fulget nobiliori potestate: ita vt (cæteris paribus) illa Abbatia, seu ille Abbas, qui potestatem gubernatiuam Ecclesiasticam perfecte ordinariam habet super populos, Ecclesias, & sæculares (quæ dicitur

B potestas quasi Episcopalis) præcedere debeat Abbatem, qui solum habeat in sæculares iurisdictionem Ecclesiasticam ordinariā, sine territorio separato, quæ dicitur iurisdictione ordinaria quasi Episcopalis, vt supra; & hic Abbas illum, qui solum Archidiaconalem habeat dignitatem, & potestatem, præcedet.

Quod quidem de Prælatibus, & Abbatibus habentibus iurisdictiones laicas suis Monasteriis, & Prælatibus, à Regibus vnitas, non credo dicendum, cum Munus illud, quantumlibet sit aliās inter alia territoria, & iurisdictiones laicas, amplum, & pleni iuris, nō est Dignitas, nec officium Ecclesiasticum, solum verò in Regno aliquo, in quo generalia comitia dicta (Hispane) *Cortes*, coalescentia ex Abbatibus, & præsulibus Ecclesiasticis, simul habentibus titulos, v. g. Marquionum, Comitum, Baronum, & Dominorū, seu Maioratum, Castellorum, seu antiquarum arcium eximie ingenuitatis, si Abbatia alicuius Abbatis, sit annexum aliquid horum, & inde in Comitibus suffragium habeat; pro loco suæ Baronie, seu iurisdictionis, seu præminentie laicæ, assumeret locum: secus autem, & aliter dicendum foret, si comitum illud Regni, seu *Cortes* illæ, ex institutione haberent integrari, ex vtroque brachio, Ecclesiastico (scilicet) & laico; nam tunc penes Ecclesiasticæ dignitatis præminentiam deberet præcedentia statui, & penes singulorum Abbatū, vel Abbatias, esset assumendus locus, quia vt formaliter Abbatibus assistunt.

N. 108. *Abbatibus non præcedit ex iurisdictione laica Monasterii.*

D Sed de Dignitatibus, seu iurisdictione Ecclesiastica: An addat, seu augeat dignitatem, seu præcedentiam, supra Abbatialem, videntur tenere partem

E affir-

L. sed & affirmatiuam, aliqui Authores, argumē
militres, to legis *sed* & *militres* in prin. & legis
L. coheres *coheres*, s. qui *discretas*, ff. de vulg. & pup.
Bald. vbi Iaso. Bald. & Bart. dicunt, quod *præ-*
Iaso. *cedit*, qui est simul *Vicecomes*, & *Baro*. eū
Bart. qui est solum *Vicecomes*, & similiter, qui
 est simul *Dux*, & *Comes*, illum qui so-
 lum est *Dux*, & quod sic in præsentī,
Abbas, qui simul habet cum *Dignitate*
Abbatiali potestatem quasi *Episcopa-*
lem, vel *iurisdictionem* quasi *Episc.* vel
 tandem *Archidiaconatū* præcedere de-
 beat *Abbatem* qui solum habet *Digni-*
tatem *Abbatialem*.

N. 109. Nihilominus contraria sententia est
 probabilior, & in praxi, in omnibus
 enim comitiis Ecclesiasticis regularibus,
 & sæcularibus parum attenditur, an
 Abbates habeant aliquam ex tribus di-
 ctis dignitatibus, vel non, & ratione cō-
 stat, quia qualitas, quæ est dictis potesta-
 tibus resultat (cum sit secundum leges,
 & polyticam gubernationem sæcula-
 rem) non pertinet, nec attenditur in re-
 gulari brachio, seu Republica inter Ab-
 bates autē ipsos, an possit aliundē sum-
 mi præcedentia, vel ex antiquitate, &
 nobilitate Congregationis, in qua con-
 tingat, esse vnita, siue aggregata Mona-
 steria Abbatialia, vel ipsorum Mona-
 steriorum.

Vnde
summen-
da præce-
dentia
Abbatia-
rum.

N. 110. Dicimus in primis. Nullomodo ex
 nobilitate, aut antiquitate Congrega-
 tionis, attendendam fore præcedētiā
 Abbatum, quia vnio Abbatiarum Mo-
 nachalium, est omnino accidentalī, &
 nullomodo conformis talium Religio-
 num institutioni, vt supra ostendimus.
 Imò, & ipsorum Monasteriorum Abba-
 tialium dignitatem, & præcedentiā, ex
 ipsorū antiquitate prouenire absolutē
 loquēdo rationabilius videtur. Et certē
 in Religionis S. Benedicti, aliquibus Cō-
 gregationibus, illarum Monasteriarum
 Abbates, nō solum in actibus publicis,
 & generalibus comitiis, sed & pro pri-



A uatis, & frequentibus concursibus præ-
 cedunt omnes loco, & gradu, quos Mo-
 nasterii antiquitate, cui præcident. Et
 obseruatur sic in Congregatione sancti
 Benedicti Hispaniarum (vt supra) in si-
 mili Episcoporum inter se concursu, s.
verum est tamen. Vbi notatur, quod in
 iis rebus, maximē attendenda est con-
 suetudo, vnde in dicta Congregatione,
 & aliis, quæ talē habuerint præscriptā
 (legitimē) consuetudinem, erit seruan-
 da. Ex aliorum verò sententia (vbi con-
 suetudo non obstat) illi Abbati qui in
 huiusmodi (legitimē obtenta) dignitate,
 à qua non fuerit amotus iuridicē, per
 priuationem (secundum statuta, & iura
 communia, & priuata) debet cedere
 loco Abbas qui postorius tempore ob-
 tinuit dignitatem, quod confirmat illud
 ex cap. *Episcopus*, dist. 75. & dist. 25. c.
 1. & vltim. tenent ibi Auth. & Felinus
 in rubrica de *maiorit.* & *obed.* & est
 text. ad literā in l. 1. c. *consulibus*, & plu-
 ribus locis iuris.

Felin.

L. 1. c. 5. cō-
sulibus.

Et hoc similiter videtur seruandum
 inter Abbates, nam cū Abbatialis Digi-
 nitas sit in Ecclesia immediata Episco-
 pali, vt manet probatum supra, & sit in
 pluribus æquiparata illi, vt constat ibi
 ex pluribus locis iuris, & ambæ Digni-
 tates distinguantur ab aliis, eo quod sint
 primi ordinis, & electiux, vt supra con-
 stat ex Archidiaconu, & Cardinali. Si-
 cut Episcopi per antiquiorem conse-
 crationem, sic per antiquiorem benedi-
 ctionem, seu institutionem se se præce-
 dent Abbates, quo iure quidem viden-
 tur gaudere dum actu Abbates sunt. Et
 sic credo esse in praxi in aliquibus Cō-
 gregationibus sancti Benedicti, & spe-
 cialiter in Cisterciensi Hispaniæ.

N. 111.

D Et etiam credo esse dicendum, quod
 iste ordo deficiat, in Abbatibus illis
 qui hanc qualitatem maioris imme-
 diationis Apostolicæ Sedi
 habeant.



TRACTATUS SECUNDVS.

De Potestate Prælatorum Ecclesiæ, in
genere, habet vnicum caput.

CAPVT VNICVM.

De Potestatibus diuersis, quæ inter ho-
mines reperiuntur.

QVÆSTIO PRIMA.

*An super hominem à natura liberum sit
introducenda aliquo iure aliqua
potestas.*

Num. 1.

Cum prima Potestatum di-
uisio, sit in gubernatiuam, &
dominatiuam, quamuis ad
distinctum huius partis se-
cundæ tractatum videatur pertinere do-
minatiua potestas, & tituli quibus ipsa,
& dominium acquiritur, quo iure intro-
ducta, quomodo ex intentione naturæ,
vel contra, aut præter ipsam, & simul
vnde maior, vel minor seruitus, quantū
ad parum, aut nil sibi retinendum, aut
acquirendum in seruis, tamen vt cognos-
catur distinctè potestas gubernatiua, vt
à dominatiua distinguitur, seu admini-
stratiua, ad tractatum præsentem perti-
net aliquomodo (vt videbimus.) Pro
quo supponendum, &

Num. 2.

Notandum. Primò, quòd ista Potestas
dominatiua, quæ quidem odiosa naturæ

A videtur quia bonū domini curat, & non
inferioris, serui, aut subditi, nec guber-
nati (quod præstat gubernatiua) multi-
pliciter diuiditur.

Prima enim eius diuisio est in Pote-
statem dominatiuam, legalem, & natu-
ralē. Legalis est, qua quicūque seruus,
secundum legem, & ius gentium, siue
emptus, siue captus, ita est domini, iure
illo quo acquisiuit eius dominium, vt
possit ab ipso eius dominium transferri,
in alium dominium. Naturalis est illa
quam habet Pater super filium, vt natu-
rale principium illius est: Vnde quan-
tum ad hoc, nunquam liberatur filius à
Potestate patria, nisi per emancipatio-
nem legalem, & dum sub hac Potestate
est, potest filius in alterum dominum
transferri, & vendi à patre, in extrema,
vel maxima indigentia existente.

Vbi notandum. Secundò, quòd à pa-
tre solum potest vendi filius, & non à
matre, quæ viuente patre non habet in
filium hanc patriam Potestatem, secun-
dum ius ciuile, & Cæsareum, quamuis
Es

Num. 3.
Mater
viuente
patre non
habet se-
atten-

per filium
patriam
potestatem.

attento iure naturæ, tam mater, quam pater possent filium æqualiter vendere, cū vterque parens sit æqualiter substantialis, & essentielle principium filii. Absque eo quod immoremur, in Philosophorum controuersis, & disputationibus, de modo concurrenti parentum in generatione filii, & formatione fœtus, & in quo genere causæ vterque parens, & an mater, solum passiuè.

N.4. Notandum tertio, quod potestas hæc vendendi filios, non solum ex dictis iuribus, sed & sacra Scriptura constat, vt

Hebd.

ex 2. Hebdæ. cap. 9. vbi sic dicitur: Filii nostri, & filia multi sunt accipiamus pro pretio eorum frumētū, &c. & cap.

Exod.

27. Exodi præscribitur modus quo huiusmodi filii deberent vendi dicitur enim, si quis vendiderit filium, &c. Vide Sairum Clau Regia lib. 9. c. 6. n. 54.

Sairus.

N.5.

Nota quarto, quod hoc ius civile, & lex Romuli restringebat hanc potestatem parentum, non solum quantum ad id quod est posse, non matrem, sed solum patrem vendere filium, vt ipse à seruitute, vel captiuitate se ipsum liberaret; sed præscribebatur in eisdem legibus modus, quem parentes in vendendis filiis deberent habere, vt in lege de iis qui filios distraherunt, vbi statuitur, quod quando pater pro sua libertate vendit filium si celebratur contractus, quod quando cumque pater ad meliorem fortunam reducat teneatur filium quem vendiderat redimere. Conditiones singulares quibus deberent vendi filii. Vide apud Molin. tom. 1. de iust. & iur. tract. 2. d. 35.

Molin.

N.6.

Quibus suppositis sit resolutio nostra inter homines reperitur potestas dominatiua qua vnus homo habet dominium alterius hominis, & est verus dominus illius. Patet resolutio ex omnibus iuribus adductis. Pro quo.

N.7.

Notandum quod potestas dominatiua quam habet dominus super seruū, & Prælatus super Religiosum in aliquo differunt, & in aliquo conueniunt, conueniunt enim ambæ istæ seruitutes, quia seruus, & Religiosus existunt sub alicuius hominis dominio, Religiosus sub Prælati Regularis, & seruus sub domini, qui dominatur Religiosis quasi seruis, ipsorum lucris, & actionibus lucratiuis, laboribus, & occupatione. Non tamen per

A hoc intelligitur quod sint similiter strictæ huiusmodi seruitutes, nā in hoc habet se sicut excedens, & excessū (vt statim videbimus.) Sed neque seruorū seruitus est æqualis in omnibus, nā vt constat ex Sairo, & Molina nuper citatis serui illi qui se ipsos vendiderunt nil sibi reseruantes, neque propriorū laborū, & occupationū, neque lucrorū ex testamento, vel donatione, aut aliter aduentitorū, durissima mācipatione se ipsos subdentes miserabiliores sunt, quam serui qui tales sunt titulo captiuitatis in bello iusto, serui hinc dicti à verbo seruo,

B & à seruando, quia seruantur misericorditer à victoribus, qui cum illos licite possent occidere, à eade abstinētēs suos captiuos seruant à morte, suo seruitio mācipantes, & isti nō ista absolute sunt dominorū, vt nil sibi reseruent ex laboribus lucratiuis, vel aliis, nā hoc tacite, & implicite paciscuntur captiuantes cū captiuis, nam aliās quasi mors naturalis esset, totalis illa, & strictissima seruitus, & hoc videtur clarius in aliquibus venditionibus quas libere faciunt de se ipsis aliqui liberi homines in aliquibus Provinciis Hispaniæ, vt in Regno Portugaliæ, vbi se, & sua, sic vendunt aliqui, vt

C aliquod certum pensum operis lucratiui impendant in vtilitatem dominorum: & aliquas horas, sibi ipsis reseruent occupandas in sui ipsorum commodum, ex quo sibi pecuniā faciant, quo agregato se ipsos redimunt aliquando, & hoc interueniente pacto iustitiæ, quæ potest reperiri inter dominum, & seruum, non qua seruus, sed qua parte homo est. Quibus

N.9.

D hoc, quod vtriusque omnia lucra nō ipsorum, sed dominorum, seu Religionis sunt, & differunt quod Religio dominans lucris Religiosi, in ipsis conuertit vtilitatem nempe spiritualē præcipuè, & non sic dominus cū seruo. Patebit ex dicendis, vbi nota quod similiter in hoc differt Religiosus à filio familias, cuius lucra omnia conuertit pater in vtilitatem propriam quod ius quamuis in naturali fundatur est civile. Imò, & per leges Cæsareas præscribitur, & substantia, & modus. Qualis scilicet filius, in qua parte, de quibus bonis: hæreditariis (inquā) aduen-

gubernatiuam potestatem reducitur (ex aliquorum opinione illa quam vir habet in uxorem, pater in filios, magistri in discipulos, vnde de illa est illud naturale principium, parendum est superioribus.

Alia Potestas gubernatiua est legalis, dicta sic quasi per iuris dispositionem, & ius positium gentium, seu civile introducta, & disposita, vnde sit.

N.11.

Secunda resolutio Potestas gubernatiua legalis diuiditur rursus in gubernatiuam legalem, æconomicam, & legale polyticam, seu iurisdictionis, æconomica est illa, quæ per leges, & ius posituum civile, & canonicum conceditur Patri familias, vt rem familiarem administraret, domesticis suis omnibus præsit, & de omnibus familiæ curam gerat, & in ordine ad huius rei familiaris rectam administrationem, bonitatem, & æquitatem seruandam, vitam domesticorum rectè, & iuste dirigendam, mores componendos, instruendos domesticos, in iis quæ singulorum statui expediunt, habet pater familias potestatem, corrigendi, & puniendi singulos, pro ætate, & conpitione, & sic uxorem, filios, seruos, & famulos, corripiendi, & castigandi pro consuetudine Regionis, pro defectibus solum, & delictis leuibus, dum punitio moderata sit, vt potè paterna, & nullo modo dura qualis à publico Reipublicæ ministro pro delicto graui infligitur, in iudicio exteriori, nam de talibus excessibus, & delictis puniendis etiam in priuatis domibus, & familiis perpetratis, pertinet punitio ad iudicem Reipub. exercentem Potestatem gubernatiuam polyticam, seu iurisdictionis. Et in iis omnibus, quæ diximus ad hanc familiæ æconomicam gubernationem pertinere, tenentur domestici obedire, vxor (scilicet) filii, serui, & famuli familiæ illius. Qui potest ad incorregibilitatem, contumaciam, contemptum, deprauatos mores, impudicitiam, leuitatem, scandala, & talia compescenda, vti, reclusionem, ieiuniis, flagelliis, cum moderatione, & nullo modo atrocibus, nec immoderatis, aut diuturnis, aut prolixis iis remediis vti.

N.12.

Notandum deinde, quod super famulos domesticos liberos (vt diximus) habet Pater familias potestatem moderatè

A castigandi, pro ætate, & regionis consuetudine, lege, seu pacto tacite, vel expresse inito, in casibus dictis (nempe) in ordine ad rectam domus administrationem, rectum viuendi modum præcipue in iis famulis, qui non solum inferuituri domui, sed instruendi, & docendi, suscipiuntur, quasi qui vigesimum annum non excedant quorum correctio licita est, & iusta, nec potest vocari aliquomodo iniuriosa, aut violenta percussio, licet in ipsa punitioe parentes, magistri, aut cui commisserint, ira aliquantum exardescant, dum tamen in re sit adhuc moderata (vt dictum manet) correctio. De potestate hac æconomica, & polytica Doctores in cap. cum quis de maioritati, & obed. cap. sciendum 9. q. 1. in cap. si minus 2. q. 7.

Cap. cum quis.

B De filio emancipato, vel maiori viginti quinque annorum est specialis dubitatio si in æde degat paterna, qualiter gubernatiuæ, æconomice potestati subdatur, dum statum matrimonii non assumpsit, nec fuerit in sacris Ordinibus constitutus, vel quod (matrimonio quod contraxerat dissoluto per mortem aut aliter) ad patris reuertatur domum ab eo sustentandus, & regendus, vt commensalis (quidem) & domesticus. An tunc debeat æconomicis legibus subiacere, & patris familias domesticis mandatis, & ordinationibus, vt si contingat mandatum fuisse pro familiæ omnibus domesticis, quod omnes intra domum ad primam noctem, vel post solis occasum se recipiant, vel si mendatia, murmurationes iniuriosa verba, lasciuia, seu indecentia prohibeat pater familias, & pro filiabus, reclusionem, secessum à sodalibus, minus modestis, & inæqualibus, & à colocationibus, cum viris, etiam domesticis, & alia idgenus quibus omnibus singulis domestici (etiam filii aliam emancipati) tenerentur obedire.

N.13.

C Aliter forte esset loquendum, si aliquando filii, aut filia opulentissimi forte ex hereditate (mortuis coniugibus) ex donatione, testamento, aut aliter velint ad domum paternam reddere, vbi vitam transigere insinu, vel societate parentum, non ab ipsis alendi: Imò; vt ipsos parentes ad paupertatem, vel exiguitatem redactos, suis opibus sustentent filii, & familiam ditent, & amplitudini

N.14.

dini

dini quam habuit olim restaurarent, nā tunc in rigore pater familias videtur deberi haberi filius, & quantum ad personas parentum, non subiiciendas operaretur vis naturalis præcepti quarti decalogi, vt etiam à filiis venerarentur, & propriis filiis famulis, & seruis præ essent.

Notandum tertio, quòd hæc gubernatiua potestas quam nuper diuisimus (& huc vsque de ipsa, vt est æconomica legalis) nunc explicanda est, vt est gubernatiua legalis, polytica, & iurisdictionis. Hæc ergo introducta est per leges ad gubernandas Ciuitates, & Respublicas, & non pro gubernatione priuata specialis, & priuatæ familiæ, vnde Prætor Ciuitatis non gubernat suam propriam, & priuatam familiam virtute huius polyticæ potestatis, nec virtute etiam illius potestatis domesticos, nec suos, nec alterius familiæ punire, nam solum ad iudicium externum, & contentiosum inter ciues exercendum est (vt dixi) instituta, fit tertia resolutio.

N. 15. Diuiditur rursus ista Potestas gubernatiua legalis, & polytica in necessariam, & accessoriam, necessaria potestas, seu iurisdictionis, vel polytica potestas est illa, quæ alicui dignitati competit, aut officio, & est illi indita, & propria, & cum tali vi, & facultate exequendi, & compellendi, vt non sit in potestate eorum, qui gubernantur desinere obtemperare mandatis. Hanc potestatem habent iure ordinario, in primis Summus Pontifex Episcopi, & alii ordinarii Ecclesiastici, & laici, vt Reges, & alii Principes, & plures iudices ordinarii, seu potius domini temporales: iure autem delegationis habent hanc necessariam potestatem iudices ab iis principibus Ecclesiasticis, & profanis nominati.

N. 17. Accessoria potestas (quæ etiam dicitur arbitraria, & voluntaria, vel quæ cõplectitur has potestates, arbitrariam, & voluntariam, aut est idem cum ipsis) est quæ aduenit, non vt competens officio alicui, aut dignitati, sed casu aliquo ex voluntate partium litigantiũ, quæ ob breuiorem causæ, vel litis discussionem, & terminationem hominem priuatum designant, cui soli, aut comitato vno, aut duabus sociis, aut assessoribus determinandam, & iudicandam causam commit-

A tunt, vt finiat, & iudicet vno ex duobus modis suum ius vniciuque tribuens, habita priuatè, & non iuridicè noticia facti, & iuris cuiuscumque, vel alio modo arbitrando, sola æquitate naturæ attendita, cum ampliore, & superiore potestate, releuatus ab inspectione iurium, & solum pro suo bono, & prudenti arbitrio. Vbi in vtroque ex iis duobus modis fundatur Potestas cuiuscumque iudicis arbitri istorum in voluntate partium, quæ nominarunt talem iudicem liberè, & spontaneè se illius iudicio, & potestati subdentes, & hoc sub pænis grauibus illis quas pro firmitate arbitrii statuerint, & sibi imposuerint.

B Hæc Potestas arbitraria traditur à **D. N. 18.** Thom. 2. 2. q. 67. art. 1. ad secundum, cui refert se subiecisse Leonem Papam Quartum, qui cum esset in terra supremus Princeps nullum recognoscens superiorem, pro decisione cuiusdam causæ elegit arbitros iudices Carolum Magnum, & Ludouicum secundum Galliam Regem dicens sic. Si iniuste aliquid egimus, cuncta volumus vestro emmendari iudicio, quæ verba, & factum Papæ commendat **D. Thom.** ibi in exemplum, & confirmationem doctrinæ. Inter has ergo potestates necessariam, & arbitrariam hæc est differentia inter alias, quod si quis sententiæ arbitri iudicis non stet, pænâ assignatam incurreret, exequendam (quidem) per iudicem ordinarium virtute ordinariæ potestatis polyticæ, Ecclesiasticæ, aut laicæ: non tamè peccatum committet, qui verò sententiam datam virtute potestatis polyticæ necessariæ violauerit, vel non impleuerit peccabit pro qualitate causæ.

D Est etiam accessoria gubernatiua potestas, quæ alicui aduenit casuali aliquo euentu, vt si quis in alieno territorio delinquat, tunc ratione delicti sortitur forum illud (scilicet) in quo delictum committit, & sic dat super se iudici illius loci iurisdictionem quam non habebat, & hac ratione accessoriam. Est etiam alius casus quando (scilicet) alicui in articulo mortis constituto accidit non approbatum, sed simplicem Sacerdotem adesse, & pro defectu proprii Parrochi, vel approbati, & expositi Sacerdotis posse absolueri, & ad hoc habere potestatem ratione huius fortuiti euentus; & indè

acces-

Agid.
Chonin-
ch. de Sa
cram. dif
put. 8. de
Miaist.
dub. 3. n.
22.

Quis titu
lus colo
ratus in
confessio.

N. 20.

Diuisio
inter or
dinariã,
& dele
gatã, &
quæ vtrã
quæ sit.

N. 21.

accessoriam habet potestatem. Qualiter titulus coloratus de Potest. etiam ad absoluedum ex l. Barbarius apud Agidium. Dicitur etiam accessoria potestas quam habet homo ille quæ eligit Prælatus, Patrem, & iudicem, qui statum Religionis assumit, in nostris temporibus. Et in antiquis, primitiui illi Monachi in Ægypto, & Thebaide similiter eligebant magistrum strenuum, & in vita spirituali expertum, cui se docendos traddebant, & instruendos pro spirituali, & mystica disciplina, quibus quidem Magistris, & Prælatibus accessoria hinc erat potestas, de quorum superioritate, & Potestate quam exercebant multipliciter super Monachos se ipsos, illis tradditos multa dicit, & refert Hieronymus.

Redeundo ergo ad necessariam gubernatiuam potestatem, quæ præcipua est. Ista adequatè diuiditur in ordinariã, & Delegatam.

Ordinaria Potestas est illa, quæ conuenit alicui ratione Dignitatis quã habet, seu officii, & est multiplex, seu in primis duplex quædam perfecta, & plena, secunda est latè dicta Potestas ordinaria, & non plenè, nec perfectè talis. Pro quo nota. Quod Delegata est quæ committitur ab habente ordinariam. Vbi notandum, quod Potestas gubernatiua ordinaria polytica (de qua loquimur) vt distinguitur ab æconomica, vt sit perfectè ordinaria debet habere tres conditiones præcipuas. Prima, & quasi essentialis, quod habeat cognitionem omnium causarum, id est, quod de quacumque re possit iudicare, & facere iudicium cum vicoactiua, quod est applicare sic leges ad personas cum coactiua vi, sine limitatione aliqua, aut limitatione alicuius casus, nec reservatione ad alterum Prælatum Principem, aut iudicem, eiusdem fori, Ecclesiastici, aut laici, ita vt si talis ordinarius, si sit v.g. Ecclesiasticus possit absolutè, & in discriminatè ius dicere in omni negotio, & causa, quæ se se offerat, ciuili, criminali, mixta, beneficiã, & matrimoniali. Secunda conditio est, quod ista potestas sit (vt diximus) indita, & inseparabiliter vnita officio, aut dignitati, quam aliquis habeat, & nullo modo delegata, communita, aut commissã ab aliquo ordinario

A Prælato. Ab hac Regula solent excipi iudices à Principibus supremis nominati, vt vel iudex à Papa pro aliquo specialinegotio institutus cum plena ad illam specialem causam delegatione. In cuius executione (dicunt) præcedere quasi qui ordinariam, suo officio haberet dignitati vè, annexam, & inseparabiliter vnitam, talem potestatem, sed in rigore talis Potestas, ordinaria perfectè non est. Tertia conditio plenè, & perfectè Potestatis polytica ordinariæ est præter dictas, quod aliquod determinatum territorium, districtum, aut Diocesim habeat, cui perfectè, & plenè possideat, modo explicato in prima conditione, & ita absolutè potestatem exerceat, vt de omnibus casibus, & causis, omnes personas iudicare, cum vi coactiua valeat, quæ ad suum assignatum territorium pertineant.

B Prælatus (ergo) Princeps, aut iudex, cuius Potestas polytica, has habeat omnes tres conditiones, erit perfectè ordinaria. Sicut Potestas, illa quæ non omnes, sed aliquam, aut aliquas, erit imperfectè, magis, aut minus, quo plures participet, vel pauciores, ex dictis conditionibus.

C Princeps supremus Ecclesiæ est cum omni plenitudine ordinarius, & qui habet hanc plenam ordinariam gubernatiuam polyticam potestatem, & Episcopi in suis Diocesibus, & alii Prælati ordinarii, qui habeant suæ dignitati Abbatiali, seu (quomodocumque nuncupentur) inditam talem potestatem in institutione ipsius dignitatis, seu officii, loquendo de potestate Ecclesiastica, quã Christus ligandi, & soluendi, in spiritualibus, concessit Petro Apostolo tanquã Principi, & capiti supremo, & reliquis Apostolis, & eorum (respectiue) successoribus, legitime institutis, ex illo Matth. 18. & 19. & Ioan. 20. Conuenit enim iis Prælatibus talis ordinaria Potestas plena, & perfectè ex tribus dictis conditionibus Summus enim Pontifex in vrbe Diocesi, & in toto orbe omnes personas Ecclesiasticas iudicat in omnibus litibus, & causis spiritualibus, & temporalibus, & personas laicas, similiter iudicat, & gubernat in omnibus causis spiritualibus, & in temporalibus quæ ad spiritualia ordinantur. Et hanc potestatem

N. 22.
Qui Præ
lati, &
Principes
habent
potesta-
tem per-
fectè or-
dinariam.

Summ:
Pontifex

Matth.
18.

habet

habet Summus Pötifex, in Episcopatu, & propria Romanæ Ecclesiæ Diœcesi, specialem; sicut reliqui Episcopi in suis, habet etiam generale, & supremum, & vniuersale regimen, & imperium super omnes Episcopos, Episcopatus, & Ecclesias, quæ omnia potest moderari, Episcopos deponere, quascumque alias etiã personas punire, & excommunicare.

N. 23. Episcopi in suis Diœcesibus habent potestatem hæc hoc omnibus causis Ecclesiasticis, super omnes subditos (etiã laicos) & super Clericos, & ad forũ Ecclesiasticum pertinentes, in causis (non solum spiritualibus) habent in omnibus plenum iudicium, in tota prima instantia (quæ sola pertinet, & sufficit ad plenam, & perfectam, & absolute dictam potestatem, & iurisdictionẽ ordinariã.

N. 24. Habent hanc etiam plenam ordinariã potestatem præter Episcopos alii Prælati Ecclesiastici qui in determinato territorio habent iurisdictionem Episcopalem, seu quasi Episcopalem, ab ipso Pontifice Summo, & eius sede immediate acceptam quales sunt aliqui Abbates sæculares, & regulares, qui Ecclesiis, & Capitulis sæcularibus, vel regularibus præ sunt, & habent determinata territoria, distincta, & exempta, ab Episcopo Diœcesano, in cuius ambitu (vel iuxta quod) existunt. Huiusmodi est Abbas Ecclesiæ Collegiatae Sanctõrum Cosmæ, & Damiani de Couarruias super plusquã quinquaginta Ecclesias, sibi, & Sedi Apostolicæ immediate subiectas Prælati. Et alii similes Prælati Ecclesiastici, etiam, qui quamuis, per statum, sint personæ Regulares, habent suæ Abbatiali Dignitati (aliàs Regulari) ex institutione, & gratia Sedis Apostolicæ vnitum, distinctum territorium, separatum, & exemptum omnino à qualibet Diœcesi, & in illo omnimodam potestatem Ecclesiasticam polytiam, & gubernatiuã super omnes personas illius, sæculares, Ecclesiasticas, & laicas in omnibus casibus, & causis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus.

N. 25. Talis est in Hispania, circa Legionensem Diœcesim, Abbas Regalis Monasterii sancti Facundi, qui in suo territorio congregat synodum plurium Rectorum, & Parrochorum, qui sibi pleno iure subduntur, & reliqua omnia potesta-

tis Ecclesiasticæ plenè ordinariæ exercet, Abbas etiã sancti Iuliani de Samos in Galletia, eiusdẽ Congregationis sancti Benedicti, qui plurimum etiam Ecclesiarum Parrochialium, & Beneficiatorũ, cum omnimoda etiam potestate, & iurisdictione optinet separatim districtũ exemptum omnino à Lucensi Diœcesi.

Pro quo notandum maximè, quod potestas ista ordinaria perfecta (quidem) ex tribus dictis conditionibus, cum sit Ecclesiastica (si consideretur, vt in ipsa Episcopali Dignitate, & officio) dicitur *Potestas Episcopalis*: Si verò in alia Dignitate, seu officio, dicitur *quasi Episcopalis*.

Nota secundò, quòd cum illa particula *quasi* sit dictio limitans, semper detrahit, limitat, aut aufert aliquid rei cui apponitur: Vnde Dignitas, quæ dicitur, & est quasi Episcopalis, minus est, & significatur quam Episcopalis.

Nota tertio, quòd ista potestas quasi Episcopalis multipliciter diuiditur (remittendo ad suum locum discrimen inter potestatem quasi Episcop. & Dignitatẽ quasi Episcop. Potestas ergo quasi Episcop. late sumpta summitur primo pro omni iurisdictione Ecclesiastica, quam quicumque iudex habeat, excommunicandi, seu iudicandi res, & personas, ad forũ Ecclesiasticum, quomodolibet pertinentes, vnde quam habent aliqui Abbates sæculares, Prælati Ecclesiastici, aliquarum villarum, & aliqui Abbates sancti Benedicti, cum iurisdictione Ecclesiastica, in sæculares, etiam cum limitatione, ad aliquos casus, qui Diœcesano referuntur, v.g. matrimoniales, Beneficiales, & atroces. Imò, & iurisdictione quam exercent Proniores, seu Vicarii Ordinariorum potest in hac latitudine dici *quasi Episcopalis*.

Secundò modo etiam late dicitur *quasi Episcopalis* iurisdictione, & potestas illa, quæ non limitatos, sed omnes casus iurisdictionis, habet in aliquibus populis, siue Prælati (aliàs) sit regularis, siue sæcularis. Non tamen habet territorium separatum, à Diœcesano, nec ita pleno iure subiectum, vt possit Prælati congregare synodum, leges, seu constitutiones ferre, adhuc cum suo capitulo, quæ obligent, in foro interiori, & exteriori, festos dies indicere, iudex synodales, &

Apo-

N. 26.

N. 27.

N. 28.

Apostolicos assignare, & similia, talis iurisdictionis, seu potestas Ecclesiastica (cum solum habeat iudicare, & iudicium facere, id est, applicare leges ad personas cum vi coactiua, & non gubernare, id est, leges cōdere) dicitur *iurisdictionis quasi Episcopalis*, non tamen potestas quasi Episcop. In Ordine sancti Benedicti etiam extant exempla huius perfectæ iurisdictionis *quasi Episcop.* quæ non est ad huc potestas quasi Episc. sic ferunt esse Abbatem sancti Amiliani, in Hispaniæ, S. Benedicti Congregatione, S. Petri de Exlonça, S. Vincentii de Monforte, & aliæ Abbatia, Prælatorum regularium, & sæcularium.

N. 29.

Tertio illa potestas Ecclesiastica, dicitur, & est cum omni proprietate, potestas, & iurisdictionis simul quasi Episcopalis, quæ habet dictam omnimodam, iurisdictionem Ecclesiasticam, & simul habet territorium, seu districtum proprium, distinctum omnino, & separatū a Diocæsano districtu, ambiēte, seu attingente terminos, in quo cōgregat synodū, & ordinat constitutiones, & exercet quæcumque necessaria videantur ad rectam administrationem sui territorii, talis est Abbas dictus de Couarruias, & dictus Abbas (aliàs regularis) Monasterii Regii sancti Benedicti de Sahagū, & alii similes in Hispania.

N. 30.

Sed dubitatur adhuc de potestate Episcoporum, quando seu quo iure ipsorum Dignitati indet. Quo modo succedat in Dignitate Episcopi; sed in quo, & qualiter à potestate Præbyterorum differant maius dubium est (vt proposuimus) & quæ sit inter illos differentia.

N. 31.

Præbyteri in aliquibus antiquis iuribus æquabatur Episc.

Vbi supponendo, quod iura antiqua æqualem omnino constituunt vtramq; Dignitatem dist. enim 95. ex D. Hiero. dicitur sic. *Præbyter. idem est quod Episcopus.* & sola cōsuetudine præfunt Episcopi Præbyteris, idem in c. sic olim, & in eadem distinct. ex c. ecce ego ex eodem Hiero. ad Rust. Monachū dicitur, & ipsi Præbyteri (vt legimus) Procopi nominantur, & videtur fabere, huic sententiæ plures ex Schola Theologorum quando ad eundem septimum ordinem sacrum (nempè Præbyteralem) redducunt Episcopalem gradum, seu ordinē, sed quidem, & si admittatur, habet locū diuersitas graduum.

In qua re iam dubitare non licet, cū Ecclesia declarauerit superioritatē gradus vtriusque: Sacerdotis, seu Præbyteri, & Episcopi, & quod si cum Præbyteris in congregatione aliqua assistat Episcopus, non assistit (quidem) vt priuata pars, & mēbrum, sed vt Princeps, & caput, vt ex plurimis antiquissimis Conciliis refert Eusebius lib. 5. histor. c. 23. & 25. & expressè Trident. c. 4. sess. 23. vbi decernit in primis, Episcopos esse Apostolorum successores, & in ipsorum successisse locum, & Canone 7. sic expressè: *Si quis dixerit Episcopos non esse Præbyteris superiores, &c.* Anathematis tenēt Theologi cum Magis. in 4. dist. 24. & cū D. Tho. 2. 2. q. 184. art. 6.

N. 32.

Multi possent ex Conciliis Patribus, & Doctoribus adduci ad hanc diuersitatem inter Præbyterum, & Episcopū, & excessum maximū Episcopalis Dignitatis comprobandum. Vide latè tractatē, & ex professo Cardinalē Bellarminum tomo 2. cōtrouersiarum lib. 1. de Clericis cap. 13. Sed nobis prædicta sufficiat in speciali maioritatem Episcopalis Dignitatis cognoscere ex eo quod planè asserunt Pontifices Anacletus epist. 2. & Damasus in epist. 3. de Chorepiscopis, Concilium Trid. (vt vidimus) Neocæsariense. Canone 13. Patres August. (scilicet) tract. in Psalm. 44. Beda in c. 10. Lucae, Hier. in epist. ad Marcellam, Hier. lib. 2. de diuinis officiis, & alii, quod Episcopi successerunt, & succedunt Apostolis, & Præbyteri septuaginta duobus discipulis, quæ duogregia sequentium Christum Apostolorum, & Discipulorum, quamuis conueniebant in sequendo, & obediendo Christo, & quod sicut Apostolos singulos duodecim ipse Christus elegit, & nominauit Luca 6. sic & Septuag. duos Discipulos ipse Christus designauit Luca 10. Tamen differentia in æqualitas, & præcedentia Apostolorum est de iure diuino ex prædentiore, seu excellentiori institutione, vt vidimus, & quod Apostolis solum dixit Christus: *Sicut misit me pater, & ego mitto vos.* Et cōstat ex sacra, & venerabili ceremonia qua Mathias existens in Collegio 72. Discipulorum ad Apostolicam classem, & dignitatem fuit institutus. Quibus suppositis, & quod aliqua pertinent Episc.

Apostolis succedunt Episcopi, & 72. Discipulis Præbyteri.

Episcopis ratione suæ ordinationis, seu ordinis Episcopalis, qui (quamuis nõ habeat distinctionem sufficientem ad cõstituedum ordinem octauum distinctũ, à septimo Præsbytorum) soli Episcopo cõueniunt, vt cõfirmare, & ordinare.

N. 33. Dicendũ est ergo Episcopos, electos secundum Ecclesiasticam dispositionẽ, ordinatos sacro ritu, & cæremonia ab Ecclesia præscripta per impositionem in quam manuum Archiepiscopi, seu aliorum Episcoporum, per traditionem insigniarum, & aliorum sacrorũ ritũ, & per illa verba, *Accipe Spiritum Sanctũ*, iustitui, ac cõstitui, in ordine sacro Episcopali, cui ordini pertinet *ex iure diuino* potestas ordinandi, confirmandi, & cõsecrandi, & speciali titulo administratio etiam aliorum Sacramentorum, quæ acceptione ordinis Sacerdotalis pertinent aliis inferioribus Præsbyteris. Vnde ista vtraque potestas ordinis in Episcopo, & etiam in Præsbytero est potestas animæ inseparabiliter impressa (vt explicuimus) & hinc dicitur etiam pro functionibus mere Præsbyterorum, & Sacerdotum Episcopus, in sua Diocesi, proprius Sacerdos.

Episcopus in sua Diocesi venit intelligendus in iure nomine pro pr. Sacerdot.

N. 34. Potestas autem alia quæ dicitur iurisdictionis, seu clauium, in Sacerdote ad administrandum Sacramentum Pœnitentiæ, quod cum essentialiter sit per modũ iudicii, inde requirit iurisdictionem, & potestatem clauium, qua quidem quantum ad hoc Sacramentũ eodem modo habet Princeps Sacerdos, id est, Episcopus, & similiter eorum, quæ specialia sunt Episcopi, vt confirmare, & ordinare, ad hæc omnia (cum vt dictum est requiratur iurisdictionis, quæ à concedente subditos dependet) non est omnium opinio esse huiusmodi propriam, & iure ordinario debitam; sed aliqui dicunt esse delegatam, vt Toletus, & alii habitualẽ, vt Nauarrus. Sed de potestate ista quæ est spiritualis, & inseparabilis hic non loquimur.

Toletus. Nauarr.

N. 35. Sed de potestate Ecclesiastica gubernatiua polytica Episcoporum ad contentiosa iudicia, & gubernationẽ Ecclesiæ, quã licet aliqui, vt Soto, & alii, dicant esse de iure diuino, Caietanus, Valentia, Palud. Durand. Medina, & Henriquez, tenent esse de iure Ecclesiastico apud Agid. de ministro Pœnit. disp. 8. dub. 3.

Potestas Ecclesiastica polytica E.

A propter Episcopos titulares, depositos, seu degradatos, & in speciali, quod quãuis, ab Spiritu Sancto dicantur Episcopi cõstituti, ex illo actorũ 20. Tamen certum asserit iste Author, esse ex institutione humana, quod Episcopus, sit huius, vel illius Diocesis, habeat tantam, vel talem iurisdictionem, hos vel illos subditos. Imò & quod Episcopus ex sua præcisa ordinatione habeat nullam iurisdictionem, aut nullos subditos. Quã doctrinam amplectuntur libenter, aucthores, si enim inseparabilis esset à Dignitate Episcopali ordinis (quæ quidem est de iure diuino) non bene saluaretur, qualiter remaneat Episcopus qui renũtiauit Episcopatum.

piscopo- riu est de iure Ecclesiastico communior opinio.

Dignitas & potestas ordinis Episcopalis est de iure diuino secus iurisdictionem.

B est de iure diuino non bene saluaretur, qualiter remaneat Episcopus qui renũtiauit Episcopatum.

C Ex dictis intelligitur differentia præcipua inter potestatem, & iurisdictionẽ Episcoporum, & Prælatorum Ecclesiarum, & villarum cum territorio separato, in quo omnimodam exercent gubernatiua Ecclesiasticam potestatem, & quomodo vtriusque Prælati sit distincta potestas, & vtraque perfectè, & plenè ordinaria, gubernatiua, polytica. Et adhuc quod dignitas ordinis Episcoporum, cui annexa est ista gubernatiua Ecclesiastica potestas est diuina, selecta, & suprema in tam exiguo numero duodecim Apostolorum constituta, Principibus Ecclesiæ, & saper omnem terram, fratribus, & amicis vocatis à Christo, & (vt probabimus, ex ipsa diuina institutione) Apostolis, quibus in iudicio Ecclesiæ conciliorum Pontificium, & sanctæ Ecclesiæ Doctorũ, succedunt Apostoli Episcopi (vt melius dicam) nobilitate modo, & quasi magis propria, & suæ dignitati, & characteri Episcopali sui ordinis annexa est. Abbates verò, & qui cumque alii Prælati quantumuis plenã, & perfectam habeant ordinariam Ecclesiasticam gubernatiua potestatem, & independentem, ac exemptam omninò cum proprio territorio à Diocesi Episcoporum, nunquam constituuntur tales Prælati successores Apostolorum; sed solũ poterunt dici successores septuaginta duorum discipulorum, sicut diximus de Præsbyteris.

D Vnde cum non ab Ecclesia cognoscatur, huiusmodi Abbatum dignitatẽ instituisse Christum, nec pertinere ad aliquem diuinum ordinem Episcoporum,

neq

nec Præbyterorum, quorū spirituali in anima impressa potestati sit debita, vel annexa potestas clauū, vel iurisdictionis huiusmodi Prælati Ecclesiasticis, qualem ostendimus de Episcopis; inde est quod maxime distans, & diuersa sit ista potestas ab Episcopali.

N. 33. Nec obstat quod sit horū Prælatorū dignitas, & potestas à Summo Pontifice instituta immediatè. Imò, & quod ab ipsomet Pontifice, & nō ab alio debeat conferri, sicut Episcopos videmus à Papa institutos, & Episcopatus ab ipso Papa conferri. Hoc non obstat, nam est maxima differentia in huiusmodi institutionibus. Episcopis enim (etiam in oppinione assentium ab ipso Christo esse missos, ab ipso Deo, & Sicut Spiritu esse institutos, & quod sint successores Apostolorum, & per consequens esse de iure diuino ipsorum potestatem) de se constat differentia, quia in omni oppinione est annexa ipsorū Episcopali ordini iurisdictione, licet diuersi modo hoc explicetur, quorum nil, in iis Prælati Ecclesiasticis reperitur.

N. 39. Habent etiam hanc potestatem perfectè, & plenè ordinariam, ex omnibus tribus supra assignatis, conditionibus, in regulari brachio, statu, seu Ecclesia primitiuorum. Prælati Religionum respectiue, illi (scilicet) qui in qualibet Religione, & ipsius institutione, & regula, ac Apostolica confirmatione, & simul ex legibus, & constitutionibus legitime factis, habent taxatam, & impartitā, non solū qualecumque regimen, & curā animarum veluti Parrochiale, sed & quasi Episcopalem. Vt Generales, & Prouinciales. Et in Religionibus Canonicorū, & Monachorum omnium Cōgregationum. Benedictinorum (inquam) & Cisterciensium. Canonicorum S. Aug. & Præmonstratensium, Abbates singulorū Monasteriorum, & cuiusuis alterius ordinis, & si vnitz existat Abbatie in Cōgregatione (quod accidentale, & prater intentionē est) Generalis Prælati, qui accumulatiue cū singulis Abbatibus habet potestatem (vt precedenti i. tract. speciali iure fuit sepius diximus ex bullis Pontif. & cōstitutionib⁹). Ista igitur potestas pro regulari statu, pro gubernādo hoc hominū genere, distincto ab Ecclesiastico seculari, & multo magis à profano, & lai-

co, brachio, cui (quidem) illius professor subiciuntur, diuerso iure fuit introducta.

Non enim Christus Dominus institutor Ecclesiasticæ secularis potestatis. In Petro supremo Ecclesiæ (quam instituebat) Principe, stabilibit potestatem super regularem statum, & modū viuendi in obseruatione illorum Euangelicorū cōsiliōrum solum (quæ in essentialibus votis continentur) nec ex aliquo Euangelista cōstat, quod materia alicuius ex tribus votis essentialibus, aliter quam consiliando Apostolis, & reliquis fidelibus à Christo proponeretur, vt de castitate cōstat Matth. 19. qualiter Christus dominus suos suadere studens (ad Ecclesiæ instructionem) quā grata existeret Deo, adhibito exēplo in illo qui illius virtutis amore, in affectu, se exhiberet, & faceret eunuchum, abstinendo à præcepto, docet, & suadet consilio Matth. 19. dicens: *Cogita si à natura eunuchus es.* &c. Et infra loquens de iis qui se continent, id est, se castrauerunt propter Regnum Cælorum addit, tanquam de re ad modū difficili (& quidem laudabili.) *Quis potest capere capiat super quæ*

C *verba Chrysost. hom. 36. in Matth. dicit: Noluī benignitate sua inefabili. eam rem sub necessitate legis concludere. Et de materia paupertatis, quæ constituit aliud ex tribus essentialibus votis, etiā constat Christum noluisse præcepto firmare, sed consiliando, introducere, & suadere. Vt cōstat ex eodē c. 19. Matth. iuueni enim illi qui doceri, & instrui petiit à Christo in vita spirituali, respōdit: Si autem vis ad vitam ingredi serua mandata, & expressit quinque præcepta decalogi secundæ tabulæ, & cum epilogo illorum, scilicet, diliges proximum tuum*

D *sicut te ipsum, vbi ex magnitudine præmii, scilicet, ingressus ad vitam pro seruātibus: & à contrario, nēpe exclusionis à vita pro frangentibus, acerbissimæ pænæ, ostēditur hæc esse sub mortali obligantia (vt sæpè diximus.) At verò quando, adhuc ipsi de perfectionis via quærēt, dicēs. Omnia hæc custodi, &c. quid adhuc michi de est, dixit Christus: non præcipiendo, nec mandando, nec etiam pænā grauem indicendo: Si vis perfectus esse uale, & vende omnia, quæ habes, &c. & hababis thesaurum in Cælo.*

Matth.
19.

Chrysost.

Matth.
19.



TRACTATUS

TERTIVS.

De potestate gubernativa Prælatorum regularium, seu tertio ex tribus Ecclesiæ militantis gladijs, virtute voti obedientiæ.

CAPVT VNICVM CONTINET.

DE POTESTATE REGVLARI, ET EIVS MVLTIPPLICITATE.

Icto fundamento potestatis regularium Prælatorum, & postquam egimus de primo, & secundo gladio Ecclesiæ militantis (scilicet) de potestate Ecclesiastica, qua ad gubernandum, & discernendum inter personas, & res, fuit à Christo instituta, eo modo quo explicuimus. Et etiã de potestate laica; seu profana, circa personas, & res merè profanas: quibus duabus potestatibus, quasi duobus gladijs, ipsa visibilis, & militans Ecclesia constituitur, cū vi coactiua ad discernendum, inter iustum, & iniustum, æquum, & iniquum: restat de tertio gladio Ecclesiæ, seu de potestate à duabus precedentibus distincta. (Illa scilicet quã habent Prælati Religionũ super suos subditos Regulares) disputare: An (inquam) in hac Regulari republica, sint similiter varia, & plures potestates, ac in seculari, Ecclesiastica, & profana, seu laica Republica: & quæ potestates istæ sint, & hoc in primo loco; & in secundo, tractare in particulari, vel specificè, de ijs, quæ in speciali possunt Prælati præcipere suis regularibus subditis. Ubi supponimus, ex F. Dominico Bañes 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 8. concl. 6. Soto de iust. & iur. q. 3. art. 1. Medin. de indulg. c. 29. dici de iure diuino, potestati, quã super subditos regulares habent Prælati regularium, eo quod fundari videatur in Apostolica Sedis confirmatione, quã præbuit, quando Religionem confirmauit: sed (fortasse) melius, quia fundatur in votis essentialibus, emissis, & factis Deo, quorũ obligatio, est diuinũ ius. Ex illo, siquid vouisti Domino, &c.

Soto.
Bañes.
Mediina

CAPVT VNICVM.

De potestate regulari, & eius
multiplicitate.

HABET TRES QVÆSTIONES.

Quæst. 1. Utrum Prælati regula- res habeant super regulares sub- ditos potestatem dominatiuam.

Quæst. 2. Utrum Prælati regula- res habeant super subditos regu- lares potestatem gubernatiuam. Specialiter patriam, & œcono- micam, & quibus competat.

Quæst. 3. Utrum habeant regulares Prælati, super regulares pote- statem ordinariam iurisdictionis politicam, & etiam dele- gatam?

QVÆSTIO I.

Utrum Prælati regulares habeant po- testatem dominatiuam super subditos regulares? Quæ ista sit? & qui- bus competat?

AD hanc potestatem domina- tiuam Prælatorum pertinet facultas ad administrandum bona Monasterij, si sit Reli- gionis illius quæ sit capax bonorum in communi: hic tamen solum de dominio Prælati super Religiosi seruitutem, vi voti obedientiæ agendum est: pro quo vide nostrum Afcanium Tamburinium Benedictinum Vallis vmbrosæ.

N.1.

Notandum 1. quod super hominem à natura liberum (vt vidimus) ex varijs principijs potest oriri potestas domi- natiua, & gubernatiua; non solum *tirā- nica, & violenta*; sed iusta, & legalis, vt videre est in principibus, & Prælatis supra vassallos, & subditos, & in domi-

Anis respectu seruatorum, & captiuorum iure belli, vel emptionis acquisito- rum: & in parte respectu filiorum non emancipatorum, vxoris, & domestico- rum suæ familiæ, & in Prælatis regula- ribus super Religiosos subditos: quo- rum subiectio, & seruitus ingenua, qua se spontaneè Prælato, & principaliter Christi Vicario per votum tradide- runt, cum conferat Superiori, (cui se tradunt) omnimodam potestatem, & dominium de illis aliqua recollere op- portet, causet, vel transferat.

Notandum 2. & recolendum, quod cum huiusmodi seruitus (vt vidimus) habeat pro fundamento votorum es- sentialium emissionem, (in qua renun- tiantes, omne genus bonorum, & pro- prium velle, & nolle, se & sua Prælato mancipauerunt) qua ratione professio dicitur sacrificium, & maximum (vt ait Gregorius) holocaustum. Hoc est vnum ex primis fundamentis po- testatis, quæ super hominem (aliàs) na- tura liberum introducit. Et simul tunc firmata fuit, potestas huiusmodi, quando Religio, quæ essentialiter con- sistit in emissionem votorum, cœpit ha- bere consistentiam, & rationem status, & per institutum ipsum (si stabilitatem habeat ex Regula, quam profiteretur) & quia Sedes Apostolica approbavit ta- lem Religionem, ipsius (inquam) sta- tuta, & Regulam.

N.2.

D

Notandum 3. quod cum in pluri- bus dominium Prælati, & seruitus Reli- giosi concurrant: supponenda, & reco- lenda sunt, quæ de seruitute in commu- ni diximus supra tract. 2. de essentia, & principio seruitutis, diuisione illius, & comparatione cum seruitute Religiosi, & cui ista assimiletur magis: quibus addendum, & notandum rursus.

N.3.

No:

- Notandum quartò, quòd ordinatio serui ab dominum, licèt non videatur ex primo iure naturæ, eo quòd illum natura constituit liberum, iuxta illud Eccles. 17. *Deus constituit hominem à principio, & posuit illum in manu consilij sui.* & iuxta illud Canon. cum Redemptor, 12. q. 2. ex S. Gregorio, vbi dicitur sic. *Homines, quos ab initio natura liberos protulit, ius gentium iugo substituit seruitutis.* Et idem ex alijs partibus Iuris, Libertas, tit. de statu hominum, & infit. de iure personarum, §. seruus, asseritur seruitutem esse de iure gentium, non naturæ. Nilominus est certum, quòd non est contra naturam; sed saltem negatiuè est à natura. Hoc intendit D. Tho. 1. 2. q. 94. a. 3. ad 3. dicens, seruitutem non esse à natura, id est, ex primæua eius intentione: potestas enim hæc dominatiua dicitur potestas civilis, aut legis, ab Arist. 1. politic. c. 3. & 4. & esse licitam, & introductam iure gentium (quod post naturale est primum) & in utilitatè seruatorum: eum enim licitè capti in iusto bello possent occidi, misericorditer à morte seruantur, inde dicuntur serui, sicut qui manu capiuntur dicuntur mancipia. Quare, contra hereticos Anabaptistas, & Trinitarios, negantes licitam esse talem seruitutem, dicitur esse licitam, ex sacra Scriptura, ac proinde de fide, & secundum ius civile, & leges Cæsareas; vt constat ex Leuit. vbi quauis prohibetur Iudæis habere seruos de suis contribubus, tamen de alienigenis sic dicitur, *Seruus, & ancilla sint vobis.* Et 1. Cor. 7. id supponit Paulus, cum ait; *Vnusquisque uocatione, qua vocatus est, sine seruus, sine liber.* Idem amplectitur ius gentium, imò & Pontificum, & Conciliorum determinationes, Theologi, ac Iuriste, vt Ioan. Driedo, lib. 1. de libert. Christ. c. 2. non longè à principio; Salon 1. tom. in 2. 2. tract. de dominio, q. 3. a. 1. Sairus in clau. l. 9. c. 6. n. 5. & alij quos citat ex c. ius gentium, dist. 1. & alijs locis Iuris.
- N. 4. De varijs seruitutibus, & diuersis Iuribus dominorum, super bona diuersa seruatorum hæreditata, acquisita, & labore parata, præced. tract. c. 1. satis diximus.
- N. 5. Supponendum etiam, quid operatur naturalis seruitus, & ius naturale patriū & parentum super filios, ad percipienda lucra laborum, & ipsis filijs donata, vel

A legata ex testamento, hereditate, vel aliter, & de iure vendèdi filios, quod habet in egestate pater, & similiter mater, & sub quibus conditionibus, quod explicatur n. 2. & 3. Et de seruitute Religiosi, & in quo differat à reliquis seruitutibus.

Notandum quintò, quòd ex seruitute sic explicata sequitur (vt aliqui vidètur inferre) non introductam fuisse propter peccatum, & specialiter propter peccatum Cham filij Noe, ob irrisam patris nuditatem. Nec id voluisse Ambrosium, quando ex hoc loco ieiunium suadens, & ebrietatem corripiens, dixit oratorio modo. *Non esset in mundo seruitus, nisi ebrietas præcessisset; ebrius enim Noe (quauis ex inculpabili ignorantia effeacis vis, & fortitudinis vini) impudicè dormiens, nudum se oculis sui filij Cham se obtulit: qui impiè irridens, à patre euigilante, & conscio, seruituti suorum fratrum mancipauit.* Vnde nec etiam colligere licet, seruitutem introductam fuisse in mundo, iure diuino, & propter peccatum; sed iure humano, gentium, & civili, vt vidimus.

Quòd iure humano, & secundum æquitatem naturalem sit seruitus introducta, suadetur; quia homo dominus est suæ libertatis, actionum, & membrorum, atq; ad eò sui ipsius: quod ergo in dominio est vnus hominis, potest in dominium alterius transferri, si interueniat legitima causa, & potestas, quod dico propter irrationabilia, quæ cum sint communia, vel nullius domini, sunt primò occupantis: at verò homo, cum sit dominus liber sui ipsius à natura, à qua præditus est libero arbitrio, non potest hoc dominio priuari, sine propria voluntate, aut modo, quem seq. tract. dicemus.

Et explicatur æquitas introductæ seruitutis; cum enim iure naturæ ea, quæ in principio erant communia, legitime acquireret is qui primò occuparet, & contra hoc acquisitum dominium nequam homines violentè, & tyrannicè à iustis occupatoribus conarentur abducere, in re gentium introductum est bellum, pro iniquis debellandis, & ibi cades, & vulnera. Vnde capti, & morti iustè addicti, seruari misericorditer potuerunt: vnde manauit, & per ius civile, & leges, dispositus fuit modus seruitutis, in quâ mors capti commutata fuit.

Diuersitas seruitutum.

N. 7.

N. 8.

N. 9.

N. 10.

Notandum 6. quod præter titulum captiuitatis, in bello iusto, assignant iura, venditionem, quam de se ipso quis faciat, & quam emptor potest facere (vt quidem de re sua). Mancipationem feruituti, quam de concive, propter delictum atrox potest facere Princeps, iudex, aut Respublica. Necessitatem non solum grauissimam, sed extremam patris, (& non matris cui leges non concedunt potestatem patriam viuente patre, secundum communem sententiam,) vt si pater existat in captiuitate. Est titulus, etiam ad feruitutem captiuitas, seu feruitus matris, qui enim nascitur, ex ancilla, etiam si pater sit liber, fit seruus, tum quia *partus sequitur ventrem* (vt dicunt Iuristi) tum etiam, quia est infallibilis cognita filiatio. Vide Ludouic. Molin. de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 37. Greg. Sairum in sua clauis, lib. 9. c. 6. n. 13. Couarr. in suis varijs, c. 14. n. 4. vers. 5. vbi de limitationibus huius mancipationis, qui de licita venditione filiorum à parentibus, & quod hoc cõdet ex Sacra Script. vt ex Esdra, c. 9. & Exod. 27. Vidimus, tract. 2. c. 1. n. 4. disputant. Et etiam de iniusto titulo capiendi simplices Indos, titulo instructionis in fide, decipiendo nugacibus diuitijs, & vendendo postea; quod quidem non est iustum; nec ista apponere media, ad hoc vt per hanc violentam venditionem, fidem, & Baptismum recipiant, quæ spontaneè, & liberè omnino recipi debeat. Tractant simul auctores, qualiter hoc ius gentium, & ciuile feruitutis, non destruat naturam; nam multi venduntur à se, cum tali pacto, quod tales actiones, & operas, vel tantas diei horas, & non alias domini utilitati laborent, & aliquas horas, vel actiones lucratiuas, sibi reseruent, & similiter reseruent hereditatem, aliquam aduentitiam. Ex quibus sibi reseruatis, possunt sibi acquirere peculium, quod se aliquando redimunt. Et etiam ex pœna, pretio taxata, ob damnum graue, sibi à dominis in corpore illatum. Quod non ita dicendum, de ijs qui absolute, se vendunt, seu propter delicta mancipationem. Et similiter dicitur feruitutem non destruere naturam, tum quia actiones naturales, & ad vitam corporis conseruationem, vt comedere, bibere, dormi-

Molina
Theolog.
Gregori
Sairus.
Couarr.

N. 11.

Are, impedire non potest dominus, nec super vitam serui, aut integritatem ancillæ habet dominium, neque super salutem, & membra, adeo, vt si mutilet aliquo membro, vel vires corporales, & valetudinem notabiliter opprimat, reclusionem nimiam, ieiunio, inedia, aut flagellatione atroci, in quibus omnibus casibus per iudicem laicum priuaretur; sicut per Ecclesiasticum si ancillam, vel seruum ad peccandum induceret.

B Nec seruitus aliqua obligat ad actus interiores: vnde ad Baptismum, & fidem suscipiendam non potest dominus compellere (vt diximus) quamuis actus exteriores (qui renitente voluntate omnino, non fierent) possit compellere supplicio, & coactione.

C Nota vltimo, quod licet seruus, & Religiosus, in hoc conueniant (inter alia) quod vtriusque actiones, & lucra sint Prælatorum, & dominorum; sic vt sua lucra conuertendo in augmentum bonorum, domini, & Prælati, exerceat actum iustitiæ, eo quod debitum, quod debent, soluant: Adhuc, implet, & exerceat Religiosus (& in hoc excedit seruum) actum obedientiæ, quando iubente Superiore applicat ipsi, seu Religioni sua lucra.

D Resolutio prima, Prælati regulares habent potestatem dominatiuam quasi legalem super subditos regulares: & ipsi sunt serui iure feruitutis, quasi legalis, & ingenuæ. Probatur prima pars ex dictis, nam quamuis vltimo, & remotè ac principaliter intendant Prælati bonum spirituale Religiosorum, quando de ipsorum lucris disponunt: tamen plene iure dominantur ipsorum bona, hereditates, ex testamento, donatione, vel aliter ad Religiosum pertinentes, & etiam quæcunque lucra, proventus, ac redditus, vt g: Cathedra, cencionis, Missæ celebratæ, ita vt si Religiosus iis sine licetia Prælati vtatur, peccatum facti committat, in Monasterij enim utilitatem debent conuerti. Probatur secunda pars. Nam certum est, quod quis se ipsum potest vendere, & quod quasi se vendidit Religiosus quando per professionem se mancipationem.

E Aliquis dubitabit, an mediante hac dominatiua potestate Prælati, & serui

N. 12.

N. 13.

N. 14.

uitute ingenua Religiosi, vt si v. g. tempore oppugnata Reipublicæ Prælatus Religiosos subditos militæ adscriberet, & manciparet, an duci tenerentur ea lege obedientiæ virtute voti obedire, ac suo Prælato; & ipsius dominium transferri possit in ducem?

N. 15.

Ad quod responderetur in primis, quod non potest Prælatus transferre dominium, quod habet super Religiosum, in aliū externum dominum, quia cum non possit extendi, nec potestas dominatiua, nec gubernatiua Prælati ultra votum: & nullo modo se tradiderit Religiosus alteri domino, quam Prælato, in cuius manu professionem emisit, vel simili illius Religionis Prælato, qui eandem cum ipso habeat Prælaturam: constat quod, licet Prælatus sit dominus Religiosi, non potest illius transferre dominium, quia seruitus Religiosi est ingenua, & per ipsius liberā voluntatem inducta, vnde sub vna, & eadē ratione subditur Religiosus pluribus (successiue) Præsidentibus, & gubernantibus Prælatis.

Quando autem Prælatus ad expugnationem, & defectionem ciuitatis, vel Reipublicæ, Religiosos militæ adscriberet. (Loquimur de Monachalibus, & mendicantibus non de militaribus Religiosis, qui ex professione, & instituto, militiam proficentur) non seruos ducū, & principum militæ constitueret, imo nec subditos; quia quamuis Ordinibus, & mandatis Ministrorum exercitus se deberent conformari, hoc non esset virtute obedientiæ illis debita, sed debita proprijs Prælatis, qui ista exercitia ipsis disposuerunt, & etiā virtute legalis iustitiæ, vt supra.

Nec translatio Religiosi, ab vnius Monasterij, vel Prouinciæ, aut etiam Religionis Prælato ad alium, est dispositio, ac sit de seruo, nec venditio, cū tale pactum ac contractus non interueniat.

Sed adhuc contra doctrinam notabilis 4. vbi dicitur hanc dominatiuam potestatem esse expedientem naturæ; arguitur ex P. Francisco Suar. 2. tom. de Religione, lib. 2. c. 3. fol. 706. qui ait ideo differre potestates dominatiuam, & gubernatiuam inter alias rationes, quod ista est grata naturæ: illa ve-

A ro (scilicet dominatiua) est illi odiosa, (nempè) quia est contra naturalem hominis libertatem. Differunt secundo, quia dominatiua potestas, dicit miseriam eius qui dominatur, & possidetur, nempè, rationem seruitutis. Gubernatiua autem potestas, commodum, & bonum ipsius: perfectio est enim, seu scellitas alicuius, habere aliquem qui sui bono cōsular; & si aliquod dispendium est in gubernatiua potestate, est penes gubernantem, iuxta illud lib. Iudic. c. 9

B *Dixerūt ligna oliuæ, impera nobis, quæ dixit, nunquid possum deserere pinguedinem meam.* Et tertio, quia dominatiua potestas, est super res, quæ aliās sub dominio alicuius sunt: gubernatiua autem super personas, quæ gubernantur.

Ad quod responderetur nou negandū, esse miserum quid, seruitutem, nec non esse odiosam naturæ, (absolutè loquendo) & ex primæ ipsius intentione: sed asserimus, quod supposita violatione primæ iuris naturalis, (secundum naturam) & in ipsius defensionem, iure gentium introducta fuit peruersorū debellatio, & ultra hoc, in gratiam, & benignitatem, circa compescendos violentos, & peruersos violatores, naturalis primæ iuris, (qui licitè occidi possent, in bello iusto capti,) introducta fuit captiuorum seruitus.

Arguitur vltimò ex Augustino, & Basilio Magno citatis, qui asserunt, non debere Religionum Prælatos, vsurpare dominorum nomen, sed solum se debere dici seruos, & per consequens nec seruitutem esse expedientem, nec licitam, & Religiosos non esse dicendos seruos.

Respondetur, dici quidem seruos eo modo, quo explicuimus; & Prælatos posse dominos vocari, imo & in Regula S. P. Benedicti, c. 63. disponitur hoc iis verbis, *Abbas autem, quia vices Christi agere videtur Dominus (idest dominus) & Abbas vocetur, non sua assumptione, sed honore, & amore Christi, quod est idem, quod, prædicti doctores sancti asserunt, non præfunt potestate dominante: sed charitate feruente.* Vnde eadem acceptione, & modo Religiosi dicuntur serui, & ad eum modū, minori proprietate, transmigratio Religiosi ab obedientia vnius Prælati, ad

N. 16.
August.
Basil.Regula
S. Bened.

potestatem alterius, dicitur latè translatio, sed cum latitudine dicta. Sit secunda resolutio.

N.16. **H**aber Prælati regularis, super subditum regularem, potestatem, dominatiuam quasi legalem: & etiam patriam; seu quasi, similem (inquam) illi, quã habet pater super filium non emancipatum.

N.17. **P**ro intelligentia notandum, quod de varijs statibus, seruitutis filiorum, diuersimodè loquendum est, pro diuersis statibus illius ætatis, nam ab infantili ætate vsque ad septenniũ, filius omnimodè est lege serui subditus, & non habet aliquod dominium sui, nec aliquorum bonorum, nec potest dispone- re de sua voluntate, etiam apud Deum, vouendo Religionem, aut faciendo aliquod votũ (vt supra vidimus.) A septimo anno, vsque ad annum pubertatis, qui in viris est, quartus decimus, & duodecimus in fœminis, subditur filius Patri ferè eodem modo, ita vt nec habeat dominium bonorum, nec possit condere testamentum, nec facere validam donationem, solum additur pro hac ætate, quod potest se obligare apud Deum, faciendo votum Religionis, quantum irritabile à patre, vel tutore, quia quantumvis ultra septimum ætatis annum præsumatur vsus rationis, vsque ad quartum decimum (idest pubertatis) qui in hoc termino alijs pueris aduenit citius, alijs tardius; votum (etiam Religionis) emittunt irritabiliter, propter adhuc infirmam deliberationem.)

N.18. **A**b anno autem, pubertatis, (idest quarto decimo) vsque ad 25. in quo iuxta ius civile emancipatur filius, idest educitur, & liberatur è seruitute, emancipatione, & potestate Patria) adhuc est pupillus, & seruus: tamen secundum Theologos, non emancipatur, nec liberatur filius à seruitute, & potestate patria, etiam transactis 25. annis, & alijs pluribus, vsquedum contrahit matrimonium, vel constituitur in aliquo Ordine ex sacris: vnde pro toto præcedente tempore habet pater dominium bonorum filij, (quæ non sint castrensia, vel quasi castrensia) imo, & dominium ipsius filij, vt possit illũ vendere (vt vidimus ex iuribus, & sacra Script. n. 10.)

A **Q**uid autem dicendum esset de filio, seu filia emancipatis, per assumptionem status matrimonij. Si forte orbati coniuge, sine filijs, aut hereditate, neque substantia, aut familia, cuius remaneant patres, imo & inopia commellantur redire, & sustentari in domo, & ex substantia, & bonis patris.

B Responderetur iuxta supradicta, quod si adueniat impletis 25. annis, viduitas; in opinione etiam Theologorum, habebitur talis filius, vel filia pro emancipatis, & liberatis iam à seruitute, & potestate patria, vtrique titulo, (scilicet) 25. annorum, & status sumpti matrimonij, quamuis hic matrimonij status dissolutus reperiatur, & tunc subderetur talis filius (non patriæ dominationi patris, sed solum ipsius legali domesticæ potestati; sicut generaliter reliqui domestici, qui tenentur ordinationibus, ad domus administrationem, & mores componendos pertinentibus, se subijcere.

C **R**esolutio 3. Religiosi subijciuntur Prælatis regularibus, & eorum dominatiuæ potestati, sicut filij parentũ patriæ potestati, pro infantili, & omni ætate, vsque ad emancipationem legalem, excepto iure vendendi, quod Prælati non habent respectu Religiosi. Secunda pars constat ex dictis, nu. 14. vbi explicatur, non posse Prælatos vendere subditos. Prima autem constat, quia vt vidimus, n. 18. simili iure quò super septennem puerum (cuius voluntatis plenus dominium habet pater) non aliter, nec minus plenè, videtur Prælatus posse dominari Religiosi voluntati Potestatem, hanc habent Prælati, qui secundum ordinis leges, possunt plenè administrare bona omnia, quæ possidet Monasterium.

QVÆSTIO II.

E **V**trum Prælati regulares habeant super Religiosos potestatem gubernatiuam? & in speciali patriam? Et æconomicam?

QUæ huiusque diximus de dominatiua potestate Prælati super regulares subditos, suo modo dicenda sunt, in præsentia de potestate gubernatiua.

N.19.

N.20.

N.21.

An

An scilicet Religiosus subijciatur gubernationi Prælati, & qualiter ab ipso regi, & gubernari debeat, & quas possit exercere gubernatiuas potestates, & primo discutiendum de patria, & œconomica.

Notandum ergo est, reperiri in creaturis rationalibus, duplicem œconomicam gubernatiuam potestatem: prima est naturalis à natura ipsa inducta parentibus, quæ in hominibus imitatur illam quam habent inter se bruta: aues enim, & quadrupedia, à natura ipsa impulsæ, filios, & fœtus ædunt, nutriunt, fouent, & sustentant, & adhuc ipsameter vi, & inclinatione naturæ, filios quos ædiderunt, & præcreant, instruunt ad volatum, ad aucupium, ad venationem, & ad actiones plures, quæ ad sui conseruationem conducunt. Et eodem fere modo, hanc naturalem gubernatiuam potestatem, ad regendum filios, & alios suæ cuiusque familiæ; habent rationales creature, quæ habet pro origine, ipsam naturalem generationem, & dicitur potestas gubernatiua naturalis. Aliam potestatem ad omnimodam similem gubernationem filiorum, habet pater, per leges ciuiles inductâ (vt diximus) & prius per vniuersaliorum legem, seu ius (*gentium*) quod adaptatum postea ad gubernationem Reipublicæ, vel Regni particularis, aut ciuitatum ac ciuium, vocatur *ius ciuile*, sicut, & speciales leges, ex diuersis authoribus diuersa sortiuntur nomina, *Principum placita, plebis scita*. Sit ergo.

N.22.

Resolutio prima, Prælati regulares habent super regulares subditos potestatem gubernatiuam patriam, & œconomicam legalem. Pater ex dictis, quia præter dominatiuam potestatem, quam super illos habent; habent simul ius patrium, ad eorum directionem, restrictionem, & correctionem; punitiorem lenem, & paternam, (quia hoc ex iure naturæ est) adhuc, & virtute huius naturalis patriæ potestatis.

Et confirmatur, quia huius potestatis patriæ signum manifestum, est dominium supra voluntatem: sed (vt probabimus) potest pater vota filij, & sic similiter Prælati vota Religiosi directâ irritatione auferre, annullare, & irritare.

A QVÆSTIO III.

Vtrum Prælati regulares habeant super Religiosos potestatem gubernatiuam ordinariam, & iurisdictionis, Politicam iudicialem, & etiam delegatam?

Resolutio est affirmatiua, & patet: supponendo id quod adnotauimus circa potestatem ordinariam, & delegatam in Præcedenti tractatu.

N.23.

B Et quod gubernatiua potestas alia est dominatiua: alia iurisdictionis, vtraque virtute voti solemnem obedientiæ. Optimè Tamburinius, huius exterioris, & contentiosæ iurisdictionis Ecclesiasticæ, seu spiritualis derivationem à Christo, ipsius sanctissima humanitate Pôntifice, & summi Ecclesiasticis Prælati. Diuisionemque eius ab alia spiritali iurisdictione, interna, & Sacramentali, tradit satis aptè, & docte, noster Benedictinus, Magister F. Augustinus de Benaunte, in suo opere, seu Elucidario, de diuinis splendoribus, & Mistica Theologia, Hebdomada 5. fol. 157. pag. 1. n. 15. 16. & 17.

Tamb. 2.
tem. disp.
1. q. 2.

C Et explicatur, quia sicut pro regendis singulis priuatis familijs constituantur potestates domesticæ, & œconomicæ, quibus singuli patres familias gubernant, & regunt suas familias, domos, & ipsarum domesticos: sic pro ciuitate, & republica constituitur politica potestas, & iurisdictionis. Vnde fit, quod cum in statu, & republica regulari, reperiantur non solum particulares Religiosæ domus, & Monasteria; quæ non sunt Respublicæ; sed familiæ solum, in quibus Prælati localis (v.g.) Prior Conuentualis, aut Guardianus, non est iudex, sed pater: habet regimen, & curam animarum, vt Parochus, non vt Episcopus, vt vidimus, ex P. Man. Rodriguez, Ioan. Azor, & Ioann. de la Cruz, & alijs.

Mag. Fr.
Aug. de
Benaunte

D Et non solum Generales, & pleno iure Prælati reperiantur, quorum potestas est, & dicitur quasi Episcopalis: sed reperiantur (vt vidimus) Prælati qui locales, & Conuentuales dicuntur, & à prioribus authoribus, vt Man. Rodrig. & F. I. de la Cruz, dicuntur veri Prælati, sed inferioris potestatis, res.

Azor.
F. Ioann.
Man. Rodriguez
N.24.

E Et confirmatur, quia huius potestatis patriæ signum manifestum, est dominium supra voluntatem: sed (vt probabimus) potest pater vota filij, & sic similiter Prælati vota Religiosi directâ irritatione auferre, annullare, & irritare.

F. I. de la
pe- Cruz.

pectu Provincialium, habentium quasi Episc. potestatem, ac Generales.

Et aliter in Religionibus Monachalibus, sancti Benedicti, & Cisterciensium reperiuntur Abbates, singulorum Monasteriorum Abbatiales, independentium, qui habent simul, in suorum Monasteriorum subditos regulares, patriam domesticam potestatem, & parochialem, & etiam politicam gubernatiuam iurisdictionis, perfectè ordinariam, & quasi Episcopalem, ex vi institutionum Religionum ipsarum, & vt ex Siluest. Azor. & alijs, vidimus sup. in fine, n. 24.

Siluest. Azor.

N. 25.

Alij reperiuntur in omnibus Religionibus (tam mendicantibus, quam Monachalibus) Prælati, seu Superiores, qui non primi, sed immediati sunt in Monasterijs, & taxam habent potestatem, seu potestates super Religiosos Monasterij, per Religionis vniuscuiusque leges, tam pro tempore, quo supremus Monasterij Superior domi assistat, quam pro ipsius absentijs. Ij diuersis nominibus nuncupantur; in Benedictinis, Priores maiores; in Predicatoribus, Subpriores; Ministri in Minoribus, & in Societate Iesu. Qui omnes aliquomodo ordinariam potestatem dicentur habere, illam (nempe) quam participant ratione officij, cui ex legibus in perpetuum sit indita. Et si Prælatus aliquam præter hanc potestatem committat, ad id, quod ex dispositione legis non habet; illa dicetur potestas delegata.

De alijs Superioribus in constitutionibus aliarum Religionum assignatis, cum taxata administratione, & potestate, vt apud Benedictinos, Prior secundus, & generaliter in omnibus. De Magistro Nouitiorum, laicorum, & Choristarum fere eodem modo loquendum est.

N. 26.
De Monasteriorum dependentium Prælati

De potestate Prælatorum, qui supremi sunt in Monasterijs dependentibus ab alijs, dicendum est, in primis, de pendere hoc à legibus, & constitutionibus cuiuscunque Religionis: specialiter in nostra Benedictinorum Religione, & Congregatione Hispaniæ, c. 57. disponitur in vltimis legibus, vbi præscribitur modus quem obseruent Superiores, & Religiosi, conformem

A maximè illi quem Religiosi Monasterij principalis. Sed nihil in particulari exprimitur de specialibus actibus potestatis quam exerceat Superior, præter id quod in n. 7. conceditur Abbati filiationis, approbandi Confessores: & credere alias potestates solū esse, quasi Parrochi, non quasi Episcopalem.

B De potestate quæ pertinet Seniori, & præcedentioris loci ex gradu ipsi per legem concesso, aut ratione antiquitatis in Religione, quando in actu communitatis contingat deesse legitimum superiorem aliquem Conuentus, vel specialiter à Prælato ad tempus nominatum, cum enim ad conseruandam disciplinam, gravitatem, modestiam, & perfectam actus regularis impletionem, specialiter pro adolescentioribus Religiosis, necessaria sit coerciua vis, & potestas coerciua. An hæc dependeat à consuetudine, vel sit sufficienter prouisum in Reg. S. P. Benedicti, cap. 21. de Decanis Monast. & c. 71. vbi non solū, præcipit sanctus legislator, quod omnes iuniores Prioribus suis (quos explicat seniores) omni charitate, & sollicitudine obediant. Sed certè cum ex propria obedientia non præsideant, eorum potestas non est coerciua; cuius mandato si iunior resistat, vt Regulæ, & sanctæ æquitatis violator, à legitimis Superioribus, & Prælatis punietur: non tamen vt inobediens.


N. 27.

C Vltimo notanda est exemptio Religiosi status ab Ecclesiastica seculari Diœcesanorum potestate. Et distinctio inter hanc Regularem Rempublicam.

N. 28.

D De aliorum Monasteriorum dependentium ab aliquo principali, superioribus, qui vocantur Priores, & Monasteria vocantur Prioratus, nihil addendum legibus, & constitutionibus particularibus, quæ in quacunque Religione sunt dispositæ, vt apud Benedictinos Hispaniæ, c. 53. de Prioratibus. Et certum est ex ratione vniõis, & modo se habendi, quod nec iudices, nec Prælati sunt super comites, & socios, & potestas delegata est illis ab Abbate principali. Hic videretur tractandū. De modo exercendi potestatem gubernatiuam specialiter iudicalem, in criminibus Regularium: sed, quæ de hoc expediant diximus i. p. tract. 8.

De Prioribus Prioratum. Const. Benedictin.



TRACTATUS

PENULTIMVS.

De potestate administratiua, & dominatiua Prælatorum Regularium, & ea parte qua est ipsius fundamentum.
De paupertatis voto.

Diximus in prima parte huius operis aliqua de voto paupertatis; sed cum tale votum sit geminatum fundamentum, & lapis angularis, nebens, & simul fundans seruitutem Religiosi ingenuam, & Prælatorum potestatem: de illo rursus hic venit agendum.

CAPVT VNICVM.

De incapacitate Religiosi ad aliquod ius.

HABET NOVM QVÆSTIONES.

Quæst. 1. Vtrum Religiosus sine Prælati licentia se possit alicui obligare.

Quæst. 2. Vtrum Religiosus possit esse testamentarius, absque licentia Prælati.

Quæst. 3. Vtrum Religiosus possit Prælaturam acceptare, & ad illam sit capax.

Quæst. 4. Vtrum Regularis possit sine Prælati licentia admittere administrationem, vel procurrationem.

Quæst. 5. Vtrum Religiosus, aliàs Iurisperitus, possit esse Aduocatus in secularibus causis vtriusque fori, civilibus, & criminalibus: & idem quaritur de Cleri-

cis secularibus:

Quæst. 6. Vtrum possit Religiosus negotiari, emere, aut vendere, & ad hoc requiratur Prælati licentia, & adhuc si cum illa liceat.

Quæst. 7. Vtrum Regularis, vel secularis in sacris, teneatur in foro conscientia soluere alcabalam, seu gabellam earum rerum, quas stricta negotiatione vendit.

Quæst. 8. Vtrum Religiosus possit esse depositarius.

Quæst. 9. Vtrum Religiosus, etiam Prælatus, sit capax officij Iudicis, & iudicia secularia valeat facere, quando Conuentus talem habet iurisdictionem.



Opponendum, quod aliquibus de paupertate in prima parte discussis, pro huius secundæ argumēto aliqua restant tractanda; pro quibus lectorem specialiter remittimus ad eximium in omnigena litteratura Doctorem, D.D. Ioannem de Solorzano Regium in Supremo Indiarum consilio Senatorem, in posteriori tomo de gubernatione Indiarum occidentalium, libr. 3. cap. 16. n. 44. pag. 819. col. 1. & sequentibus.

A id est fide iubere, qui habet liberam administrationem suorum bonorum; quā cum Religiosus non habeat, irrita, & nulla erit eius fideiussio, si dicta licentia, & consensus deficiat. Quia Prælati, & Conuentus habent administrationē. Vbi notat Molina, vbi sup. quod si aliqua sit Religio, quæ ex statuto, & consuetudine habeat, quod non congregetur Capitulum (vt in Societate Iesu) sufficit licentia illius, qui iuxta statuta, & priuilegia potest ad id licentiam dare.

QVÆSTIO I.

Vtrum Religiosus sine Prælati licentia se possit alicui obligare?

N. 1.

Non contrahit obligationem ciuilem.

Resolutio est negatiua. Quod scilicet Religiosus nec debet, nec potest per aliquem ciuilem contractum, nec per prouisionem obligare se alicui sine Prælati licentia: sed solum naturaliter. Probatur 1. pars, quia quantum ad hoc eandem dependentiam habet subditus, quam seruus, & filius familias, ergo: & quando sic naturaliter obligatur, promissio eatenus rata est, & firma, quatenus à Superiore minimè improbat.

Vbi notandum maximè non semper licitè posse Prælatum rescindere subditi promissionem, ex quibus sequitur secunda resolutio.

Quamuis tutor papilli nil videatur iuris exercere, nec habere: tamen non potest Religiosus tutelam alicuius minoris accipere, etiam si à iudice nominetur, & illi tutela decernatur, dum nõ ad sit licentia Prælati tacita, vel expressa. Sic habetur in casu Monachi, 16. quæst. 1. de quo Siluester, verbo tutela, quæst. 3. si verò Religiosus sine licentia admittat, non valet quod vt talis tutor disponit.

N. 3.

Non potest esse fideiussor.

Resolutio tertia: non potest Religiosus esse fideiussor, nisi licentia Prælati, & consensus conuentus intercedat. Sic habetur in cap. quod quibusdam, de fideiussoribus. Et probatur, quia fideiussor, per fideiussionem facit propriam, (aliàs) alienam obligationem, ex l. 1. & 2. tit. de fideiussoribus, vnde solum potest (Hispanè loquendo) fieri,

QVÆSTIO II.

Vtrum Religiosus possit esse testamentarius absque licentia Prælati.

N. 4.

Duo queruntur. Primum, an liceat acceptare testamentariam. Secundum an testamentaria acceptata à Religioso sine Prælati licentia validum sit quod iste Religiosus testamentarius fecerit. Vnde circa primum sit resolutio. Prima resolutio, negatiua, & quod peccabit grauiter Religiosus sine licentia acceptas, magis, vel minus pro qualitate damni sequuti. Sic Siluest. cū alij, verbo testamentum 2. quæst. 2. & sic est statutum in cap. Religiosus, de testamentis, in sexto, vbi sic dicitur. Religiosus executor ab aliquo, in sua vltima voluntate deputatus, esse non potest, cum velle, vel nolle non habeat, huiusmodi officium suscipere, vel exequi, nisi à superiore suo petita licentia, & accepta super hoc, & idem etiam habetur in Clementina Religiosus, de testamentis.

Circa secundum diuersa sunt sententia authorum, sic tamen resolutio 2. Religiosus nominatus testamentarius, si sine licentia acceptet, & ex hoc peccatum committat, tamen validum erit quod fecerit, dum ex alia parte nõ sit alia nullitas. Sic Bartholus, Antonius de Butrio, Felinus, & alij, quos citat Siluester. Et probatur nõ ipsi citatum, & quodcumque aliud, non annullat talem executionem, & solum de Franciscanis affirmat Azor. vbi supra, cap. 11. quæst. 1. quod nullitatem haberet executio testamenti, si acceptarent, & exercerent.

N. 5.

Du-

N.8. Dubitari solet hic; vtrum solus Prælatus possit talem licentiam concedere, an sufficiat in vacantia Prælati, licentia alterius. Archidiaconus in cap. Religiosus de testamentis, in 6. ait, hanc licentiam posse Episcopum concedere. Ioannes Andreas, ait differendam esse licentiam vsque ad futuram electionem. Et Paulus, in dicto, cap. Religiosus, dicit, quod in tali casu licentia pertinet ad conuentum, sit tamen.

Resolutio tertia, in Religionibus illis in quibus ex indulto Papæ potest Præses in absentia Prælati, quod ipse Prælatus, si in ijs, quæ limitantur, hoc non contineatur, potest dare talem licentiam.

N.9. Et si quæras rursus, vtrum si Religiosus de superioris licentia cepit testamentum exequi, si antequam perficiat ille, vel alius superior de nouo electus auferat licentiam, possit nihilominus perficere, & finire executionem testamenti, & sit validum, quod postea fecerit?

Sic resolutio negatiua, cum Azor, vbi sup. ex glo. cap. citati, quod si iuste, & iure, aut etiam contra ius, licentiam reuocet Prælatus, nil inde poterit exercere valide Religiosus circa testamentum, & per Collegam (si habet) est perficiendum, etsi non habeat, per nominandum ab Episcopo, vbi notandum maxime.

Animoto ab executione testamenti Religioso eius collega (si sit) vel nominatus ab Episcopo perficiet.

Quod superior iniquè amouebit Religiosum ab impletione testamenti, si causæ urgentes non adsint.

Vltimo dubitatur, an si testator disponat, quod Religiosus, quamuis non testamentarius, sit consiliarius (mandante scilicet testatore) vt omnia ex consilio talis Religiosi fiant? In isto casu est difficultas, si ad hoc munus acceptandum requiratur Prælati licentia:

Ad hoc responderetur sub distinctione. Nam si testator disponat, quod omnia fiant, & exequantur de voluntate talis Religiosi, non potest, nec acceptare, nec exequi sine licentia: si verò solum dixit testator, simpliciter, quod ad omnia exequenda adhibeatur Religiosi consilium, hanc nominationem bene potest acceptare. Constat resolutio quoad vtramque partem, quia sicut executio nis dependentia, ad disponendum sup-

A ponit ius: sic, nil iuris est, consiliari præcisè.

Vbi notandum, quod adhuc hoc est intelligendum, quod non obligetur Religiosus ad assistendum consultationibus per aliquas determinatas horas; nec ad concurrendum talibus temporibus, seu diebus ad talem locum; nam ad quodcunque, ex eis certum est, quod necessario requiritur Prælati licentia, qui sicut potest (vt vidimus 1. part.) semper irritare quodcunque votum, quod emittat Religiosus de quacunque actione corporali diuturna, quæ illum quomodocunque impediatur, aut impedire possit, ab eo quod Prælatus, pro quolibet tempore possit inungere; sic potest impedire, quod acceptet obligationem ad tales assistentias, & consultationes vnde pendet acceptatio a Prælati licentia, sicut requireretur si concursus, & consultationes Religiosi consilij deberent fieri extra Monasterium in aliqua domo particulari: sed hoc non esset, ratione voti paupertatis, sed ratione voti obedientiæ, cuius virtute mancipauit Religiosus libertatem in exercendo, & vtendo bonis internis, nempe actibus intellectus, & voluntatis.

N.11.

QVÆSTIO III.

Vtrum Religiosus possit Prælaturam acceptare, & ad illam sit capax?

S Vpponendū in primis, quæ ex S. P. N. Gregorio, cuius sunt decreta in c. generaliter, c. sunt nonnulli, vt supra tractat. 1. Monachos non incapaces ad Prælaturas. Imò, nec ex aliquorum delictis repellendos omnes pluribus rationibus probat noster F. Placidus de Reynosa, in suo Magistro Christiano, c. 38. Hac quæstio duplicem continet difficultatem. Prima est de Prælaturis extra Religionem, vt si assumatur Religiosus ad Episcopatum, aut ad aliã Ecclesiasticam sæcularem dignitatem. Sed de hac disputauimus latè, supra 1. p.

D Secunda difficultas est de Prælaturis regularibus, quæ maxima est. Quomodo (scilicet) Religiosus qui (vt vidimus) incapax omnino est cuiuscunq; iuris, sit capax Prælaturæ Religiosorum. Generalis, v. g. Abbatis, Provincialis, & c. talium enim Prælatorum potestas, cū sit plenè, & perfectè ordinaria, sine dubio est aliquid iuris. Quod constat nã in aliqui-

N.12.

bus Religionibus per ipsarum leges statuitur, nullum Prælatum posse à Prælatura deponi, nisi per priuationem, ob demerita (cognita, & discussa causa iudicialiter) quauis summarie, & sine strepitu iudicij, sed audita (quidem) confessâ, vel coniecta parte: ex quo constat, quod de tali Prælatura recognoscitur, quod est quid suum, (vt videmus in congregatione Benedictinorum Hispaniæ, in cuius legibus sic statuitur de priuatione cuiuscumque Abbatis) & insinuat quod Prælatura, seu Abbatia Prælato habenti, est illi aliquid iuris, & quod in illam habeat ius in re:

N.13.

Et confirmatur. Nam id etiam significat nomen ipsum actionis, qua deponuntur Prælati, quæ dicitur priuatio, quæ distinguitur à negatione in hoc, quod priuatio est *cauentia forme in subiecto apto nato*, vel vt alij definiunt, *est ablatio qualitatis, vel forma alicui subiecto debita*, vt est à filio hæreditas, à magistratu potestas, ab oculo visus in naturalibus. Quam aptitudinem, nec debitum non supponit, nec connotat mera negatio, cæcitas enim non dicitur de lapide, cui non videre est solum negatio.

N.14.

Confirmatur 2. nam supremus in quacunq; Religione Prælatus, vel congregatio ipsa, quæ sic instituta est autoritate suprema, & autoritate illa vtens, in vindictam, & punitionem culparum, & excessuum, aufert à Prælatis Prælaturas, & pro grauioribus delictis, priuationem, sicut magistratus laicos ciues, priuat bonis, deponit absolutè tollendo dignitatem seu Prælaturam sicut re propriam Prælati, & suspendit, id est tollit pro limitato tempore illam prominus grauius, vnde sicut de re propria Prælati iudicat eius superior de Prælatura, Abbatia, seu dignitate.

N.15.

Confirmatur 3. quia super huiusmodi priuationes Prælaturarum admittuntur querelæ, seu appellationes interpositæ à subditis, ad superiores Prælatos, quasi de grauiamine iniusto, id est continente iniuriam, quam nullo modo haberet, si priuans aliquem à Prælatura non priuaret aliquo iure.

N.16.

Verùm quidem est, quod minus principaliter intentatur actio, seu querela, de Viâatore priuante, seu deponente

A Prælatum, pro hac priuatione, & spoliatione Prælaturæ, & magis propriè, pro violatione legis Religionis statutæ, quod semel electus, seu nominatus, pro tali determinato tempore, non remoueatur sine causa ex assignatis in lege, aut aliter.

N.17.

In hac re aliqui se expediunt dicendo, quod quando Sedes Apostolica confirmat Religionem aliquam, statuta, & dispositiones illius dispensat implicite, in hoc impedimento, cum illis personis, quæ in perpetuum, aut pro determinato, & taxato tempore eligantur in Prælaturis.

Et hoc dicunt esse maximè expediens, nec minus verosimile sic dispensari per Apostolicam Sedem, nam ad hanc dispensationem adest maxima causa (nempe) bonum regimen, & gubernatio Religionis; intendit enim, & prouidet subditis, & ouibus (si proprius Prælatus est) vt verus pastor; nõ sic Mercenarius, cuius non sunt oues propriæ (id est) qui nõ habet ad Prælati officium, & pastoris ius.

N.18.

Alij dicunt hoc ius Prælatorum ad disponendum non solum de sua libera voluntate, & bonis in ordine ad se: sed & in ordine ad alios scilicet subditos, nõ esse quidem aliquid iuris absolutè, & per se: sed quasi per accidens, non enim hoc iure potiuntur, vt particulares personæ, sed vt membra communitatum quibus præsent, & vt partes illarum, qui (vt tales, & præcipue quidem nomine reliquorum membrorum, & partium, vt pote) vt principalia membra, nempe capita gubernant, & administrant hoc munus seu ius regendi, & dirigendi, sicut reliqua iura.

Alij difficultatem effugiunt dicentes quod cū potestas Prælatorum Regularium, non sit necessaria, sed accessoria (vt diximus 2. tract.) non videtur in rigore esse aliquid iuris.

N.19.

Quibus suppositis, & nõ obstantibus, sit nostra resolutio, affirmatiua, non solum, quoad Prælaturas, & dignitates externas, sed etiam, quoad Prælaturas Religionis. Quæ vtraque pars constat ex doctrina adducta, cum ad Prælaturas extra Religionem ad quas assumatur Religiosus, interuenit dispensatio, & autoritas Papæ, & ad illas Prælaturas, quæ intra Religionem sunt, interuenit dif-

N.20.

dis-

dispositio Religionis, quæ singula membra, seu Monasteria disponens, aliquibus iniungit obedire, & aliquibus præcipere, & gubernare, concedendo ijs hoc ius, pro determinato tempore, à quo si amoveantur aliter quam interueniente aliqua causa ex assignatis, etiam si tale ius reducatur ad vsum facti, & non iuris, grauatür saltem nimio rigore seu iure, sicut si de rerum licitarum à Supremo Præfato ritè concessio (Religioso) vsu, spoliatur sine iusta causa ab inferiori Præfato, vt explicant aliqui; vel quia honor, de quo licitè vt (de re propria) potest curare Religiosus (quo non priuatur per votum) & forsan periclitaretur si ante tempus taxatum, quod est notorium deponeretur. Aut etiam dicunt fieri aliquomodo iniuriam Religioso priuato, intra assignatum tempus, quia ius videtur habere, vt lex Religionis illi Præfato feruetur, quæ aliqua officia constituit a mobilia ad nutum, & alia per quadriennium, vel per triennium duratura. & in quolibet ex ijs fundamentis solet fundari querela simplex seu appellatio. Et ex ijs patet solutio ad rationes contrarias, & de iure ad iurisdictiones Ecclesiasticas, & profanas, quæ sunt annexæ aliquibus Præfaturis, seu Abbatibus regularium.

N. 21.

QVÆSTIO III.

Virum regularis possit sine Præfati licentia admittere administrationem, vel procurationem.

N. 22.

Responderetur, & sit resolutio negatiua ex cap. quorundam, & ex cap. Religiosus de electionibus in 6. & docet Nauarrus in comment. 2. de regularibus, num. 64. nequit enim Religiosus in scio Superiore habere ratam electionem, nec acceptare de se factam, sine Superioris licentia; quamuis postquam habet ius agendi ex legitimi alicuius Superioris licentia possit procedere in singulis absque alio speciali consensu alterius Superioris, vel eiusdem.

N. 23.

Et simile ius (quod aduertendum est obiter) habet Religiosus accusandi Superiorem in ijs, quæ in particulari, & communi iure conceduntur, ex cap. ex

A parte de accusationibus, & etiam absens in studijs, vel assistens in alijs partibus, vel rebus, ex tacita Superioris voluntate potestatem habet agendi, & se defendendi, & etiam agendi alias, ex contractu studij literarij causa inita, & etiam contra aliquem pro iniurijs sibi in studio illatis, eo quod conceduntur sibi tacitè iura ad studium, vel rem aliquam necessariam, vt ait Nauarr. comment. citato de regularibus: non tamè permittitur Religioso à iure quod agat contra Præfatum eo quod illum malo animo à beneficio dimouerit; quod intellige iuxta doctrinam præcedentis questionis.

B

Et hoc quod dicimus non solum intelligitur de Religioso, sed de Præfato, & de officio, ea beneficio, quorū eadem ratio est, quia actionem, & executionem administrationis, & procuracionis, mediante aliqua potestate, & iure exercet Religiosus: sed hoc quamuis sit quid facti, & vsus simplex, requirit Præfati licentiam.

C

An autem Religiosus possit agere in iudicio, occasione (fortè) oblata, quando Superior est absens, & commodè illum nō potest adire, & imminet in mora periculum.

Respondet Nauarr. affirmatiuè loco citato, ex mente Speculatoris, & Antonij de Butrio, Cardis, & aliorum.

D

De eligendo, vel creando Procuratore est specialis difficultas. An id possit Religiosus sine licentia. Nam cum nemo possit transferre, quod non habet, & Religiosus, nec dominium, nec ius aliquod possit habere iuxta dicta, non facile intelligitur qualiter possit Procuratorem constituere, quia aliquod ius suum non potuit illi communicare, transferre, aut impartiri. Pro quo sit resolutio.

E

Religiosus in rebus temporalibus nō potest constituere Procuratorem: potest tamen in aliquibus spiritualibus, seu iuribus latè dictis incorporeis, vt famæ, & similibus, imo, & etiam in latè dicto iure, exigendi à Monasterio vicium, & vestitum competentem, & necessarium, & similiter ea quæ per leges Religionis conceduntur Religiosis, vt ius suffragium ferendi in electionibus, præcedendi in consensibus, in consilio,

N. 24.

N. 25.

N. 26.

Ad nulla temporalia directia debet ius Religiosus.

& comitijs sedendo, & similibus iuribus, quæ non videtur abdicasse Religiosum in professione, cum in illa, & voto obedientiæ, renuntiando, *velle, vel nolle*, omnis illa promissio, tacite, vel expresse fit in omnibus Religionibus, sub illa conditione, scilicet, *secundum regulam*, in qua continentur præcepta, & dispositiones legitime inducta, & etiam aliqui explicant hoc ius Religiosi quod sit non ex iustitia formali, & commutativa, sed legali, unde quasi pro violatione legis potest Religiosus, & habet ius petendi. Aliqui dicunt non esse quid iuris, sed facti, & usum simplicem, & hanc facultatem esse à lege concessam: & explicant, quia dispositio legum concedentium talia iura Religiosis, est licentia maximè legitima, & præcipui Prælati, qui est legislator ipse.

Sed quidem circa aliqua incorporalia, sicut de aliquibus lege naturæ necessarijs, melius dicitur habere naturale ius, quo non se priuavit, nec potuit, vt de se defendendi, inculpabiliter; de tuenda fama: & sic de grauissimis super ijs sibi illatis potest petere in iudicio remedium damni, & instituere Procuratorem. Unde sicut de seruo, seu mancipio diximus, quod potest in iudicio stare cum domino, non ea parte qua seruus est; sed qua homo est: ita Religiosus in ijs, in quibus non se potuit mancipare.

Ad aliquam spiritum talia habet ius Religiosus.

Pro reparatione iuris non est in iustitia illa.

QVÆSTIO V.

Vtrum Religiosus, alias Iurisperitus, possit esse Aduocatus in secularibus causis vtriusque fori civilibus, & criminalibus? & idem queritur de Clericis secularibus.

N. 27.

Difficultas huius questionis aliunde sumitur, quam præcedentium, nam patronum existeret, & aduocatum in causis contentiosis, & iudicij externi, non est aliquid iuris, vt inde interdicta videatur Religioso; unde ea parte requiritur licentia Prælati, qui habet ius vt per quodcumque tempus occupet Religiosum, ita vt non remaneat tempus ad assistendum patrocinio causarum, vt permittat tempus in aduoca-

A tione consumi. Sed maxima difficultas, & impedimentum ad acceptandum aduocationem, ex iure communi prouenit, quod & Religiosis, & Clericis interdicit hoc nobile munus, ea ratione, quod mentes Deo dicatæ a curis temporalibus non præpediantur.

Vnde pro intelligentia est notandum in primis, quod Procurator causarum seu litium, ille (scilicet) qui accipit pro aduocationem alterius hominis, vt eius nomine in iudicio compareat, agat, seu defendat, non est idem quod aduocatus in iure, est enim ministerium talis Procuratoris de se ignobile, vt ait Baldus, in l. 1. §. ait prætor, tit. de postulando, & idem ibi gloss. §. hoc edito, quod (scilicet) aduocare est honoris; procurare (verò) oneris.

Vnde diuersa munera, officia, & ministeria sunt: Procuratori enim solum incumbit, suscipere negotia sollicitanda, curare de terminis legalibus ad probationem postulandis, & sententijs, terminos concludere, & accusandi contumacias, & similia. Quæ munera imperiti, & plebei ciues, vt plurimum exercent, qui quidem excluduntur à ministerio Aduocati, in lege vltima, §. aduocatos, tit. de varijs, & extraord. cognitionibus. Aduocati autem officium, seu munus est nobilissimum in iure, ex Baldo citato, vbi Iurisconsultus illos dixit solum Aduocatos, qui causis peragendis

D quoquo studio operantur, & ibi glossa duo requirit pro illo, qui Aduocati officium exercere velit. Primum, vt per quinque annos legum studio incubuerit, ex l. iubemur, §. nec de cetero, C. aduocatis, dicitur. iud. per quod excluduntur Procuratores impetiti, & curator, & similes, vt gloss. ibi, & de istis Aduocatis loquuntur alia iura. Et sunt qui Patroni causarum nominantur, lege sancij, & l. aduocati. Vide Rocum Decurte, & Paulum de Citadinis, in tit. de iure Patronatus, editum Lugduni anno 1583. & Bartholomæum Casanzum, in suo Cathalogo, & ea quæ diximus supra in hac 2. p. ad calcem primi, tract.

N. 2. quod Aduocati munus (de quo loquimur) petit legum peritiam, ita vt de ijs, quæ generaliter in iudicio discutiantur sit sufficienter instructus, & cum peritia, veritatem, & bonitatem, qui-

Differencia inter aduocatum à Procurotorem.

Procuratoris officium non habet nobilitatem

Procuratoris ministeria.

N. 28.
Quibus debet pol- lere aduocatus.

quibus nec se extollat, nec fingat doctiorem, & in obseruatione æquitatis, & iustitiæ, quod pars quam suscipit defendendam, sic saltem æqualiter probabilis, quamuis in tali casu sic potius suadere compositionem suo clienti, & parti, nec stipendium patrociniij ultra taxationem iurium; & consuetudinis, nec ex pacto de parte obtente litis materis taxatam, vel assignatam quantitatem, si obtineat victoriam; quia hæc cauent iura, si quis, C. de postulando, ne propter proprium commodum aduocatus fallaces argutias adhibeat.

Quando liceat aduocato ultra stipendium taxatum, accipere.

Suum patrociniū vendere, licet aduocatis.

N. 29.

Quod non militat, si diues, spontaneè intret aliquid pretiosum à se in initio, aut progressu litis accipi, & finito, in ostensionem magnificentis, & benevolentis, gratitudinis etiam ob speciale curam, sic tenet Bonacina, tract. 6. de Simonia, disput. 1. quest. 4. puncto 17. proposition. 2. §. *dubium ergo*, ubi ex capit. non sanè 14. q. 1. permittitur Aduocatis patrociniū suum vendere, & sic tenent, & praxis, & Doctores: citat Suar. & Filiucium.

Resolutio prima, Clericus in minoribus potest esse Aduocatus causarum ciuiliū, ubique locorum, seruatis quæ à iure disponuntur pro munere Aduocati: & si Religiosus sit, non aliter, quæ de licentia Prælati, nam cum illa potest. Primam resolutionis partem tenet Nauarrus, in comment. de regular. nu. 64. contra Ioannem Andream; & etiam pro pupillis, & viduis, & constat, quia hoc nullo iure prohibetur. Secunda pars probatur, quia quamuis patrociniari actionem alicuius partis litigantis, non sit aliquod ius, dominium, aut proprietas, imò nec vsus iuris, sed vsus simplex & quid facti; tamen cum Religiosus sit sub dominio, & dispositione Prælati, ut pro quocumque tempore possit illum pro suo libito occupare in rebus Religiosis, & Monasterij, hinc est, quod ad expendendum tempus in studio, & Aduocati officio requiratur licentia.

N. 30.

Resolutio secunda, Clerici in sacris constituti, seu beneficio Ecclesiastico instituti, Aduocati officium exercere non possunt, neque in causis criminalibus, nec ciuilibus, præter in Romana curia, specialiter Religiosi. Prima pars constat ex incompatibilitate muneris, pa-

A trocinandi ac defendendi causas, & lites in iudicijs cum tranquillitate, & quiete mentis necessaria ad res spirituales tractandas, & officia ordinis ministranda, & hæc attendunt prohibitiones iurium.

N. 32.

Ubi notandum, quod non dicitur in resolutione, esse Aduocatum: sed Aduocati officium exercere, nam possunt licite laborare, scribere, & ordinare domi, & priuati scripta, & dilucidationes quæ informationes in iure dicuntur, quibus instruuntur iudices, & iusticia suæ partis apparet, & pro hac elucubratione, & labore possunt (si alijs non impediuntur) accipere iustum stipendium.

Dixi præter in Romana Curia, nam ibi licet, & videtur approbare Pontificem, qui tacendo non contradicit, & sic exercuit Prosper Fatinacius Præbyter: prohibitiones autem huius officij, vide cap. Episcop. dist. 88.

Dist. 88. c. Episco.

C QVÆSTIO VI.

Vtrum possit Religiosus negotiari emere, aut vendere, & ad hoc requiratur Prælati licentia, & adhuc si cum illa liceat.

Supponendum est id quod diximus, & resoluimus supra tract. 3. de ijs, in quibus Clerici, & Religiosi legibus laicæ potestati subduntur, cap. 3. q. 9. Pro intelligentia est notandum duplicem esse negotiationem, seu dupliciter dici, primo modo de negotiatione strictè sumpta, qualis est, si emat aliquis rem, & sine eo quod meliorationem in illa faciat, nec res immutetur, vendat iterum carius, quam emit, v.g. pannus, vestis. Secundo modo sumitur negotiationis nomen pro negotiatione sumpta latè, pro emptione alicuius rei, quæ in manu emptoris melioretur, & immutetur, & sic carius vendatur.

N. 32.

Secundo supponendum, quod aliud est loqui de prohibitione, & inhibitione negotiationis Clericis, & Religiosis inducta iure Canonico, & aliud de inducta iure ciuili: prima enim obligat sub peccato, iura enim imponunt peccatum excommunicationis contra Clericos negotiatores, ut constat ex cap. ex-

N. 33.

tra-

trahant. Clerici, vel Monachi, ubi additur, Clericos esse puniendos: & Tridentinum Concilium, sess. 22. cap. 1. de reformatione innovat pœnas, & iura, præcipiendo Episcopis, ut pœnis illorum, atque alijs additis Clericos à negotiatione abducant: secunda autem obligat civiliter ad temporalem pœnam, nempe privationem privilegij, & immunitatis Ecclesiasticæ non solvendi tributis, impositiones, & onera, ex rebus, quas vendant, nam in cap. v. timo de vita, & honestate Clericorum tam Clericus negotiator, quam ipsius bona subijciuntur tributis, & gabellis, quam laici reliqui seculares, & sic tenet Molina disp. 342. & adnotavit Gregorius Lopez ad legem 49. tit. 6. p. 1. & cum eo alij, ea ratione Clericos negotiantes non liberari à solutione tributi rerum, quas vendunt, si sint negotiatores, quia Ecclesia, nec Principes seculares illos eximunt, cum negotiatio sit illis iure prohibita. Clementina enim Præsenti de censibus, in qua sub excommunicatione præcipitur, ne à Clericis tributum exigatur, limitatur ad res, quas Clerici deserunt, vel deferri faciunt negotiationis causa. In Regno etiam Castellæ, quamvis lege 6. tit. 18. lib. novæ recopilationis, Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ personæ declarantur immunes à solutione alcavale rerum, quas vendiderint, lege tamen 7. in favorem huius nostræ doctrinæ additur sic. Lo contenido en la ley antes desta, mandamos que no aya lugar en lo que los Clerigos, y Iglesias vendieren por via de mercaderia, trato, & negociacion. Ca de lo tal mandamos, que paguen alcavala, como si fueran seculares.

N. 34. Notandum tertio, dupliciter posse negotiationem exerceri, per propriam scilicet, vel interpositam personam: quibus suppositis, fit primo resolutio.

N. 35. Tertia resolutio, negotiatio strictè sumpta, & mere lucratiua, qua aliquid emitur, ita ut absque eo, quod in manu ementis melioretur, carius vendatur, est interdicta Clericis, & Monachis, si per se ipsos exerceatur, sic ex Aug. in cap. fornicari, 88. distinctione. Et ex Geslario, cap. consequens, & ex Hieronymo, in eadem dist. 88. cap. negotiatorè,

A & habetur, cap. ultimo de vita, & honestate Clericorum, ubi Clemens primus in eodem titulo, & capit. 1. ne Clerici, vel Monachi, & sic in alijs iuribus, & ratio prohibitionis manifesta est, scilicet, maximè indecentia statui, quæ est negotiatio.

Quod si inquiras, an solum Clerici in sacris constituti, vel etiam qui solum sunt in minoribus, in his iuribus, & prohibitionibus comprehendantur, & etiam Religiosi, qui solum minoribus sunt initiati. N. 36.

B Respondetur solum comprehendere Clericos in sacris constitutos. Ita Conradus de contra Sib. c. 52. concl. 6. Angelus verbo Clerici num. 3. Medina de restitut. q. 30. ad finem, art. Clericos (inquam) in minoribus negotiatores non peccare mortaliter.

C Quod autem peccat solum venialiter Clericus in minoribus negotiator, etiam si sit Beneficiatus, etiam affirmant Autores citati, & dubitat Silvester verbo Clerici, 3. q. 3. De Religioso autem solum in minoribus conveniunt peccare mortaliter. Et etiam cum Silvestro dubitat Caiet. in summa, verbo Clericus.

Si ultimo inquiras, unde constat ex iure, esse peccatum mortale negotiationem Clericorum. Respondetur, inde colligi, quia scilicet, ut vidimus ex iuribus citatis, excommunicationis imponitur, quæ non nisi pro peccato mortali poni solet, & privatio exemptionis, quæ maxima pœna est. N. 37.

D Secunda resolutio. Negotiatio latè sumpta non est illicita Religiosis, & Clericis etiam in sacris constitutis: est cõmuni, & probatur, quia id nullo iure prohibetur, nec de hac negotiatione latè sumpta loquuntur iura citata, aut alia, ut videbimus. Explicatur, & probatur adhuc nostra resolutio. Nam ista negotiatio, ut vidimus num. 22. est illa, quæ ideo non est strictè, & perfectè negotiatio, quia utilitatem, seu pecunias, quas per negotiationem, aut aliter procurat aliquis, non consequitur per meram diligentiam comparandi, seu emendi in vna parte, vel tempore, & ipsam numero immutatam rem vendere meliori occasione, vel alio loco; maiori pretio, absque vilo labore, aut ope: N. 38.

opere, aut mutatione; in illa impensa enim hoc fit sic, & mediante labore, seu industriosa arte, vel labore, aut occupatione illa res empta melioratur, & quæ prius erat corium, fit postea frenū, lorum, aut corrigia, & quando lignum, v. g. ebanum, nux, vel nogale, aut boxinum comparat Clericus, vt cruces ex his faciat, vel artefactum aliud, quod vēdatur maiori pretio, quam ligna emit; illud augmentum, excessus, seu prouentus non sunt effectus, aut fructus diligentia, aut negotiationis, vt sic: sed industria, laboris, & artis, vt si quis etiam papirum, in qua scribat, aut sculpat, pānum, in quo de pingat, si scripturam, sculpturam, picturam carius vendat, & ex hoc vitam sustentet, non dicetur negotiator, seu tratante: sicut ille, qui coria, ligna, papirum, pannos in magnis quantitatibus emit, & ad Indos, seu trans mare, aut in alias regiones, Provincias, seu populos, qui ijs mercibus carent, & egent, transmittit lucri gratia.

N.39.

Ex hac doctrina sequitur in primis Clericos etiam in sacris constitutos, habentes etiam beneficium Ecclesiasticū ex multiplici fine, & causa (quæ ratio pro Religiosis etiam militat; siue scilicet pro sustentatione competentis (si alias non habeat) siue occupationis laudabilis, & fugiendæ ociositatis fine, si licentiam ad impendendas pecunias in rebus pro suo libito habeant, & in diuersis materijs, v. g. papiro, panno, aut ligno ad artificiatia velint consummere, posse licite negotiationē latè sumptam exercere; & ex rebus ante factis, quas vendant, & respectu pretij, quo comparauerant acquirere prouentus in excessu maioris pretij, quo vendunt artificiatia. Vnde possunt similiter emere animalia, vaccas, iumenta, oves, agnos, & mulas indomitas, vt suis pratis, aut agris sustentent, & augeantur, etiam triennes, & sufficienter nutritæ, carius vendantur, & vt partus, emolumenta, lanam, lac, & caseum, & alios afferant prouentus, in hoc enim licet interueniat negotiatio quantum ad hoc, quod est emere, hoc inquam vendendi, tamen, quia ex fine est etiam, & ex intentione, quod occupatio, industria, labor, & cura impendatur, lucrum non correspon-

A det negotiationi solum, sed industria, & labori potius. Et ex hac regula denodari poterunt plures difficultates in hac materia. Si enim lucra, augmenta, & prouentus ex pura negotiatione proueniunt, nempe ex emptione, & venditione, nisi aliqua specialissima ratio interueniat (vt videbimus) negotiatio stricta est, & per consequens prohibita Ecclesiasticis: si autem augmentum, lucrum, & excessus pretij venditionis cor respōdeat simul industria, & labori impenso, latè est negotiatio, & proinde licita, nisi adsit indecentia: si enim officium, & manus Reipublicæ conduceret Clericus tabernarij, vel tabularij, idest tablajero conficiendi chartas, & taxillos, coqui, pistoris, & similibus, & etiam ratione indecentiæ prohiberetur Clericis negotiatio politica, eamere scilicet necessaria Reipublicæ, ciuibus, vel exercitui, in cap. Episcopus, dist. 88. & in causa 21. q. 3. c. 5. præcipitur, vt neque Episcopus, neque Sacerdotes suscipiant curas, alioqui deiciantur ex illo, Thimot. 2. cap. 2. nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, & similibus indecentium ministeriorū, vt etiam conficere arma bellica, sic habetur, cap. Clericus 1. & 2. 91. dist. & consonat cap. Præbiter, in eadem distinctione; consonat etiam caput 1. de celebratione Missarum, vbi rurale opus Clericis permittitur, dum tamen avaritia procul absistat, & per hanc cautionem de indecenti quacumque lucratiua actione impediuntur, quæ ex hac parte non licent.

D Rursus est solum latè dicta negotiatio, & per consequens licita, locare Clericum propriam domum, illam, quæ hereditas illius est, scilicet prædia, & alia publica loca, & domus, (Hispane) tiendas, o vendederos, ad hoc, vt in eis vendantur merces, vel cibaria, vel ad diuersoria, aut hospitia publica, & ad hæc fructus, & redditus patrimonij, seu Beneficij transferre, vt eo loco, & tempore vendantur, quo maiores habeant valores. Imò, & si domo prospiciens, & suorum sustentationi consules, nec de lucro cogitans, vel illud pro præcipuo fine habens, sed de securâ, ac prouida, & abundanti suæ domus pro toto anno sustentatione multam trici

N.40.

tici quantitatem, vel olei, vini, aut simili, in pluri quam stricte, & limitate raxata quãtitate: si postea crescente harũ rerum pretio vendat, quod credit posse excusari, vel superesse, & hoc vendat pretio excessiuo, hæc non erit stricta negotiatio, nec subiecta penæ, nec cum onere gabellæ, aut alcabalæ. Non est rursus negotiatio, quamuis talis appareat. Si talis Ecclesiasticus regularis, secularis, conducatur agros seu prædia, quæ colat, vt inde sibi, & suis capret sustentationem, quamuis id fiat cum cõtractu soluendi aliquam quantitatem domino directo, nam (vt dicunt Doctores) hæc omnia pertinent, ad œconomicam gubernationem, imò, & hac ratione, & pietatis titulo possent tales Ecclesiastici tempore famis asportare cibaria, cum suo cõpetenti lucro, ad Rei publicæ (si alius non faceret) & pauperum sustentationem.

Sed dices, quod in causa 21. quæst. 3. cap. 1. & 3. & in extravag. ne Clerici, vel Monachi, prohibetur ipsis conducere prædia maiora, vt inde fructus percipiant, & vendant, vt ait Molina disp. 342. concl. 5. Et etiam est prohibitum ipsis in eadem causa, & quæst. & c. conducere agros, & colere per operarios, vt fructus collectos vendant, atque adeò, vt si vendant, soluant gabellam, seu alcabalam: & idem dicendum de quacunque re quam conducant, vt fructus extrahant, & vendant, & similiter si vvas emant, vt vinum faciant, vt vendant, seu quod ex redditibus sui beneficij, aut ex lana suorum pecorum pãnos similiter faciant, in ijs omnibus adest, & reperitur negotiatio, & debetur gabella, ergo in casibus præcedentis nu. 40.

Respondetur in primis, non dicere Molinam huiusmodi negotiationem esse omnino prohibitam, seu esse tales negotiationes prohibitas omnino, & expresse: sed solum per epicheyam. Secundo responderetur, quod est manifesta differentia inter huiusmodi actiones, & lucrationes, vt de se constat: in ijs enim magna pars lucri intenti correspondet non industriæ, & labori, sed venditioni, & emptioni: secus autem in illis. Inde si Clericus emeret agrum, vel vineam cum vuis, vel fructibus, agri fructus il-

A los tanquam quid suum, & iam sine intentione vendendi habitos licitè venderet.

Resolutio tertia, negotiari per alios etiam negotiatione strictè sumpta non est contra prohibitionem iurium. Iura enim negotiationem prohibent Clerico, & Ecclesiasticis per propriam personam, vt patet ex Clem. 1. de vita, & honestate Clericorum, & cap. signif. de appellationibus, sic Ioannes de Medina de restitut. quæst. 30. articul. 2. Molina disp. 342. verum est quidem, quod Molina, quamuis Ecclesiasticum negotiantem liberet à peccato mortali, non liberat tamen ab indecentia.

Explicatur, & probatur resolutio, nam dare alicui amico pecunias, vt nomine Clerici negotietur, & adhibeat industriam, & diligentiam, & suo labore, & expensis solutis accipere Clericũ quod est negotiatione resultat, hoc non condemnant Doctores, sic enim in casu contrarij euentus portaret Clericus dispendia.

C Vbi notandum, quod si ex soluta negotiatione cum alio connegotiatore, cum quo aliquis Ecclesiasticus inierit societatem, iungendo sortem cum laico, quod adhuc minorem habet indecentiã, & tuæ res, quæ ex dissoluta societate dimanarent vendat Ecclesiasticus, vel ea quæ ipsi deueniant ex societate, vel negotiatione quam per alium exercuerit ex ijs venditis, debet solvere tributum, sicut si esset merè laicus. Sic Molina, vbi sup. quãuis enim liberaretur à pœnis iure Canonico impositis, quæ de negotiatione, quæ per alium exercetur non loquantur, tamẽ illa bona, quæ per negotiationem adquiruntur, subdantur legibus ciuilibus, nempe de gabella soluenda.

Resolutio quarta: aliqui sunt casus, in quibus negotiatio est licita Ecclesiasticis, etiam strictè sumpta. Probatum enumerando casus ipsos. Primus est quem ponit Lafarte, cap. 19. num. 35. ex cap. *Dilecti*, iuncta gloss. & ex gloss. in cap. *peruenit*, verbo conductiones 36. Si scilicet aliquis Clericus esset tam pauper, vt aliter commode sustentari non posset, quam conducendo alienum agrum; & hic casus etiam constat nam iura citata, quæ id videntur pro-

N. 42.

N. 43.

N. 44.

N. 45.

Lafarte.

N. 41.

hibere loquantur de Monasterio, quod idcirco haberet agros conductos, ut fructus partim comederet partim venderet. Sic in causa 22. cap. 1. & 3. in c. ne Clerici, vel Monachi. Secundus casus est: quando Religiosi aliqui remotè peregrinantes studio propagandi fidè, abundantes fructus illius remotæ Provinciæ, & pretiosas merces remitteret, ut ex pretio ipsarum aliæ res emanent, & remittantur necessariæ quidem ad vitæ sustentationem, dummodo nõ plures merces emanent, quam ad id necessaria sint.

N.46.

Sed quid dicendum sit, si Monasterium ex suis vineis, & redditibus habeat magnam suæ substantiæ partem in vini specie, quod non sit ita bonum, & generosum, & commodè vendi possit; dubitatur tunc si sit stricta negotiatio, vel latè sumpta emere aliud vinum melius, ut mixtum cum eo Monasterij vinum melioretur, & carius vendatur.

Respondetur quantum attinet ad materiam de qua agimus, quod si vinum emptum iam mixtum, cum suo proprio vino vendat carius, ita ut ex cupa, quæ capiat 300. metretas extrahat, & accipiat, non solum, & pretium vini empti, id est centum ducatos, quibus emit illas centum pretiosius vini metretas, & extrahat simul alios centum ducatos pro pretio communi correspondente alijs ducentis metretis vini proprii nõ ita boni (ut dictum est) scilicet dimidij ducati pro metreta, sed etiam aliam quantitatem pecuniæ considerabilem, v.g. alios centum ducatos, ibi reperiebatur stricta negotiatio, & debebatur gabella seu alcabala, quia fuit actio meretricia.

N.47.

Notandum tamen, quod si solum extrahat supra valorem dictum vini iustum aliam quantitatem moderatam, quæ non excedat expensas, & sumptus factos in transportando vino empto, vel in vendendo cum dicta æqualitate, & ipsum pretium vini empti simul, cum valore vini proprii; in hoc casu non reperitur vera, & stricta negotiatio; sed tantum diligentia, & industrius labor quo substantia Monasterij utiliter administratur.

Neque obstat, quod correspondeat singulæ metretæ vini sic mixti pretiũ,

A v.g. octo regalium, quod videtur excessivum, respectu vini Monasterij. Quia, quo hoc venditur carius, venditur vilius vinum emptum pretiosum, quare improprie dicitur, & est per accidens stricta negotiatio ista administratio.

QVÆSTIO VII.

Vtrum regularis, vel secularis in sacris teneatur in foro conscientie solvere alcabalam, seu gabellam earum rerum, quas stricta negotiatio vendit?

B

Magna ex parte discutitur hæc difficultas in parte, ubi ex professo disputabimus quando, & qualiter Ecclesiastici, & Religiosi teneantur, & quando ac qualiter conformari legibus civilibus Reipub.

N.48.

Sed, ut omnia ea, quæ ad materiã de negotiatione prohibita in ijs quæstionibus pertinent attingamus, necessarium duximus aliqua ad cognitionem saltem terminorum de gabellis, alcabalis, tributis, pedagijs, & similibus, & ipsorum impositione, & solutione prænotare: unde.

Notandum primò, quod alcabala, seu gabela, sunt quedam portiones bonorum civium, seu vassallorum, ad quas exigendas habet ius Rex, seu Princeps supremus, id est, non recognoscens Superioriorem in temporalibus, & etiã domini temporales, & communitates, ex speciali, & nova orta causa, & necessitate urgente, aliquod tributum, seu collectam, aut aliam potest imponere pro instante tempore, & cum nullo iure id videtur prohibitum sicut alcabala, & gabella, aggravans Rempublicã, ut ait Man. Sa, verbo gabella, num. 3. & num. 2. quod etiam Episcopus, cum consensu capituli in Ecclesijs sibi pleno iure subiectis potest imponere.

D

E

Nota 2. quod gabella si est iusta est debita iure naturæ, & positivo, imo, & diuino, ut colligunt ex illo Matth. 21. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari.* Euthimius, D. Hieronimus, & Theophilactus, apud Greg. Sairum, clavi Reg. lib. 9. cap. 16. num. 29. & alios, & ex iure naturali debere constat, quia Regibus soluitur, quasi stipendium ob laborem

N.49.
Quid gabella, alcabala, pedagiũ, & similia tributa.

Gabella iusta debita iure naturali diuino, et positivo.

N.50.

*Matth. 21.
Eutin.
S. Hier.
Theophi.*

tem gubernandi defendendi, & inferuendi vtilitati, & commo Reipublicæ. Ciuili etiam iure, nam per leges, & iura Imperatorum, & leges ciuiles, iunguntur, & mandantur solui; cum hac differentia, quod ius diuinum, & naturale iubet alcabalam seu tributum iustum solui; ius autem ciuile iubet taxatam quantitatem, seu taxat illam.

N. 51.

Prima sententia, quod in conscientia oblig. gabella.

Sent. assententium non obligare in conscientia.

Angelus. Nauarr.

Iosephus Angles. Manuel Sa.

Notandum 3. circa hanc alcabalam iustam solutionem, & vt iuste taxatam esse oppositas doctorum sententias, prima assententium, talem gabellam esse debitam in conscientia atque ante iudicis condemnationem, ita vt si non soluantur extet obligatio restitutionis, & hæc tenent pijsissimi, & doctissimi auctores.

Secunda sententia est (tolerata quidem, sed minus admissa) quod gabellæ impositæ, & cum auctoritate legitima, & causa, (quantumuis iusta imposita) non debentur solui à subditis in conscientia, neque peccatum committi defraudando, dum tamen non interueniat periurium, aut peccatum mendacij, aut similis falsitatis, aut iniqui processus; & per consequens, quod qui taliter defraudauit non teneri ad aliquam faciendam restitutionem. Ita tenet Angelus in summa verbo pedagium, §. 6. Nauarrus in man. cap. 17. num. 201. versiculo 31. & num. 203. versiculo 84. & cap. 23. num. 54. versiculo 5. huius etiam sententiæ est, vbi docet leges ciuiles etiã si ferantur verbo præceptiuo, non obligare de facto ad culpam mortalem, si habeat adiunctam aliquam pœnam temporalem. Hanc sententiam videtur ex parte defendere Iosephus Angles in floribus 4. sententiarum, idem, & nil hefitans Manuel Sa, in aforismis verbo gabellæ, num. 6. & 5.

Fundamentum huius sententiæ est, quod licet admittatur, quod defraudator gabellæ peccaret, si lex poneretur verbo præceptiuo, tamen communiter, non ponitur lex sic, sed hoc modo, *statuimus*, v. g. quod omnes soluant gabellam, seu tributum, sub pœna cadendi in cõmissum, si aliter quis innectus fuerit, & ita tenor præcepti est, quod detur optio vassallo, aut subdito, vt eligat vnum ex duobus, vel soluere gabellam, vel soluere pœnam, si comprehensus

A fuerit. Sit resolutio nostra, Religiosi habentes in administratione aliqua bona Monasterij, de licentia, & mandato Superioris, vel quomodolibet, & nomine Monasterij, si vtcumque negotientur, fricta, & propria negotiatione, tenentur gabellas soluere in conscientia, secundum plurium sententiam. Patet ex dictis, hic & supra; imo, & in parte, vbi tractatur ex professo, de modo quo Religiosi, exempti omnino, ab obedientia, & potestate Prælatorum Principum, & magistratuum secularium, teneantur conformari, & se accommodare mandatis Reipublicæ, & secularibus.

N. 52.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum Religiosus possit esse depositarius?

R Esponderetur, & sit resolutio primæ affirmatiua. Si talis Religiosus habeat à suo Prælato licentiam formalem, vel interpretatiuam, vt explicuimus. Nec si sine licentia Prælati depositum admittat, peccabit contra paupertatem.

N. 53.

Prima pars probatur ex lege 3. tit. 3. part. 1. & tenet Molina disp. 125. §. non solum, & probatur ratione, quia nec recipere Religiosum in cella, vel apud se, & sub sua clauē alicuius pecunias, aut bona, est aliquid iuris. Neque aliquo iure communi est prohibitum.

D Secunda pars probatur. Nam votum paupertatis, & quodcumque aliud speciale præceptum, & etiam censura, de non habendo apud se, nec expendendū pecunias, solum obligat, ad non habendam proprietatem, possessionem, nec vsum fructum bonorum, nec vsum facti, sine licentia; non tamen extenditur votum, nec præceptum, ad prohibitionem admittendi depositum, (cum depositum non transferat dominium rei, nec concedat vsum, si verò sit præceptum, & censura) vt habent Benedictini Hispaniæ, quod (scilicet) nemo in cella, seu apud se, habeat sine licentia ultra spatium viginti quinque horarum, aurum, nummos, vel argentū, nec intra id tempus consumere sine licentia. Per hoc non includitur depositum (vt di-

diximus) si vero sit præceptū hæc specialitate, quod nec hæc adhuc si aliena sint, non possit habere; in hoc casu, qui contra fecerit peccabit contra obedientiam: sed non contra paupertatem.

Sed adhuc instabis, quia depositarius nõ semper liberatur ab obligatione indemnitate depositi, nam saltem de dolo, & etiam de lata culpa si pereat tenetur restituere, unde Religiosus depositarius depositum deperdens, quod admiserat, obligat Monasterium.

Pro solutione notandū, cum Molina, vbi sup. quod si depositum deperat in toto, vel in parte in manu Religiosi, qui se constituit depositariū, etiā si hoc fuerit ex licentia Prælati, Monasteriū non tenetur satisfacere, excepto casu, quod fuerit conuersum, in vtilitatem Monasterij, aut inde factum fuerit locupletius: at vero Religiosus si culpa sua (saltem lata) deperdiderit depositū, tenebitur pro suo posse satisfacere ex jis, quæ ad sui commodum per modum peculij conceduntur.

N.54.

Nota secundo, quod vt latè sequenti q. de culpa lata, leui, & leuissima dicemus; & quæ sup. in principio huius tractatus diximus de diuersis contractibus venditi, donati, & alijs transferentibus dominium, & de obligatione, quæ oritur restituendi depositum apud depositarium deperditum, vbi etiam de contractibus, non transferentibus dominium egimus, mutui, & depositi, in quibus dominium rei remanet apud verum dominum dantem mutuum, seu depositū: diximus etiam quomodo res, quæ perit domino perit, ac per consequens, si res depositata pereat, perit domino suo, qui est deponens, seu in depositum tradens, nisi interueniat contractus asecurationis, quo obligatur depositarius pro incolumitate depositi.

N.55.

Sit resolutio 2. Peccat Religiosus deperdens depositum, quod accepit ex dolo, aut lata culpa, siue depositum fuerit acceptum, cum licentia Prælati, siue sine illa, & specialiter peccaret contra paupertatem, si expendat, & consumat sine licentia, & rursus contra fidelitatem peccabit, si non soluat.

(: ? :)

A QVÆSTIO IX.

Vtrum Religiosus etiam Prælati, sit capax officij iudicis, & iudicia secularia valeat facere, quando Conuentus talem habet iurisdictionem.

N.56.

Hæc quæstio resoluta manet magna ex parte, ex jis, quæ supra diximus, in hoc tractatu, & cap. q. 3. quæcū ad præcipuè intentum in hoc cap. quod est de incapacitate ad quacunque iura.

B Attamen in presenti aliud specialiter distinctum inquiritur, an scilicet Prælati exponere bona Monasterij, & hæc ipsam iurisdictionem iactare, exercendo illam, vt in Syndicato, seu residècia, Monasterium aliquid soluere teneatur, vel aliquam satisfactionem facere alicui parti læsæ, aut restitutionem faciendam pro damnis ex negligentia administratione procedentibus.

N.57.

C Pro quo notandum primò, quod hic non loquimur de iudicijs in causis criminalibus, nam de jis certum est non posse cognoscere Prælatum Religiosis, ob periculum irregularitatis.

N.58.

Nota 2. quemcunque superiorem, vel personam polentem potestate gubernatiua politica, & iurisdictionis teneri, (vt patrem etiam) & vt iudicem Principem, seu Prælatum prouidè consulere bona domus, filiorum, Reipublicæ, dicentis, aliquo ex jis tribus titulis; officio (scilicet) mercede, vel stipendio; ita vt damna, quæ inferioribus deueniant imputentur superioribus ad culpam, & quia culpa vocatur quæcunque superiorum negligentia culpabilis, & respectu huius teneatur superior damnum inferioris resarcire. Ideo Theologi has culpas, seu negligentias culpabiles, distinguunt, in tres classes. Nempè in culpam latam, culpam leuem, culpam leuissimam. Lata culpa est illa deuiatio incircumspecta ab illa diligentia, quam habent homines eiusdem professionis in tali re etiam, qui non circumspecti sunt; qualis culpa est eius, qui extra domum sedens in calle, aut platea, in podio, aut scanno, librum incautè posuim, quem mutuo acceperat, relinquit ibi, quando discedit, quæ quidè culpa quæuis non iudicetur mortalis à Theologis (qui requirunt ad peccatum mortale non solū

B

des

deuotionem à lege a terra in materia graui, sed requirunt libertatē, eo quod sit deliberata deuotio, sufficienter ad sciendū, quid agat, nec oppressa ex passione, subito timore, ab inimico incuso, vel accidente absorbente, & impediēte actualem rationis vsum) sine hoc tamen (nec interueniente peccato mortali, vt dictum est) in iudicio Ecclesie, quod exterius est, nec de occultis indicat, condemnabitur ad restitutionem libri, ob hanc negligentiam, seu culpam latam, mutuatarius libri, sic deperditi. Culpa leuis est illa deuotio incircumspecta, à diligentia quam habent homines diligentes, & circumspecti in similibus, qualis est eius, qui librum commodatum, reliquit intra suum cubiculum. ostium tamen reliquit apertū Leuissima culpa, seu negligentia, est deuotio incircumspecta ab ea diligentia, quam homines plurimum diligentes habere solent, in tali re, vel occasione, qualis est eius, qui librum commodatum, in camera reliquit, cum serua clausum, nō tamen tentauit, nec requisit manu, qualiter apparenter solū serua immissa erat.

N.59.

N.3. quod sicut qui tenetur solū obflare ex charitate, & non ex iustitia dānum alterius, si non obstat etiam ex dolo, & malo animo, non peccat contra iustitiam, nec facit iniuriam, cum non violet alicui aliquid ius: ita qui tenetur (vt diximus) ex officio, vel ex pacto, aut ex pretio, alicuius bonis prouidere, si damnum non impediatur (cum possit) tenetur illud resarcire, & damna inde secuta restituere.

N.60.

Explicatur hæc doctrina adhibendo exemplum; equidē enim in domo Principis, omnibus domesticis, & inferuentibus (vt potē, qui à Principe sustentantur) incumbit prospicere bono, & impedire quæcunque damna, familiari rei, sed ex charitate, & ad summum ex obligatione quarti præcepti decalogi, domesticis omnibus cura de impediendo, si aliquē deprædare aliquid vas aureum, vel argenteū reperiāt, incumbit, impedire; & de ruina edificiij minante, aut simili periculo economos monere; quod ex iustitia obligat illos, qui ex officio, vel stipendio ad talium supellectilium curam sunt deputati, & idem dicendum de Nauta, artifice, Medico, &

A nobiliori titulo de Prælate, Principe, iudice, & Magistratu, vbi interuenit cōuentio, seu stipendium, seu vtrūque, & ratio officij.

Vbi aduertendum quod tenentur bono, & incolumitati aliorum prospicere ex titulo stipendij. In primis tutor, cui de bonis pupilli assignat leges suā partem pro labore, cura, & sollicitudine in administratione. Tenentur etiam iudices, & Magistratus, quibus annua salaria, & stipendia sunt assignata, sicut

N.61.7.

B Nautis, Medicis, & aduocatis, vel per modum annui salarij, vel specialis mercedis: & sic proportionaliter dicitur de Rege, Episcopo, & Beneficiario, qui omnes, & similes, cum pingues obuentiones proventus ac redditus obrineant, intuitu Prælaturarum, & officiorum. Vnde magnam (proportionaliter ad magna stipendia) tenentur exhibere curam, ita vt de culpa etiam leui obligentur, quia accipientes hæc tam pingua stipendia, se ipsos (quasi) locauerunt ad exercenda huiusmodi munera, cum omni

C ni (possibili sibi) diligentia, cunctam suam, & vires exercendo: & idem de alijs obligationibus, quæ oriuntur ex officio, & coniunctione, vnde in primis iudex, prudenter computando, quod sine periculo vita potest impedire occidere volentem, alterum, incendere domum, & maximē ciuitatem, & non impediat; & similiter, si iurgio excitato, & cum aliquo timore de imminenti-

D bus dictis periculis, merè negativè se habeat, nec circa illud aliquid cogitet; quod quidem diceretur esse latam culpam, & culpabilem negligentiam; sicut etiā si ex negligentia adhuc minus culpabili, quæ diceretur leuis, vt si ex dicto timore, & ex prudēti iudicio, quod talia imminerēt in sua repub. pericula, circumueat ciuitatē, infamatos requirat, discordes cōparere faciat, & se alloqui; nō

E tamē accipiat sufficere cautionē, vel fideiussores, aut aliud omittat, quod prudēs iudex alius in similibus casibus caueret; tenetur ad damna, quæ sequantur restituenda. Quod nō obligat, cū hoc rigore iudicem, qui eligitur inter alios à populo; & quātū ad hoc idem est, quod ipse se obtulerit, vel suffragia sollicitauerit: dum salarium, nec stipendium inde non habeat. Nam hinc, iste iudex ad

dam-

damna secuta in casibus dictis restituenda solum, teneretur ex dolo, & lata ac graui culpa.

N.62.

Qua ratione cum Reges, & Episcopi, & similes Principes gabellas, pingua regalia, iura, & fructus ac decimas pro mercede, seu stipendio, & similiter stipendiari iudices, & Magistratus accipiant, tenentur ex iustitia maiorem diligentiam exhibere, & per consequens ad dāna sequuta ex quacumq; negligentia, & culpa etiam leui. Ratio autem huius differentie est. Nam quamuis, contractus reperiatur inter Regem, Prælatus, & iudicem stipendiatum, cum vassallis, & subditis, sicut & eodem modo inter iudicem electum cum suis electoribus, de tuenda, & gubernanda republica, propulsandis damnis, & bonis consulendo. Hic tamen contractus iudicis electi, totus est in comodum, & utilitatem Reipublicæ, & eligentium (cum sibi index nullam utilitatem, fructus, nec stipendium inde acquirat, ex quo prouenit, quod virtute huius contractus non debeat, nec possit obligari ad impendendam eam diligentiam ad quam teneretur alius Princeps, seu index Reipublicæ, qui quando dignitatem, & officium accipit, proficitur similiter de bono populi prospiciendo: sed cum ex hoc stipendium aliquod, comodum, vel utilitatem accipiat, per consequens possit dici contractum istum non esse solum in utilitatem inferiorum, sed etiam proprium, hinc nascitur hæc maior obligatio impendendi maiorem diligentiam, & tota industria, & viribus prospicere bono inferiorum, & quod crederet inde granitas culpæ, & sic quæcumq; negligentia (quamuis alioqui leuis) ex dicta ratione grauis, & hæc est communis doctorum sententia, vide Saurum clauis, lib. 10. cap. 13. num. 8.

N.63.

Resolutio. Prælatus regularis exercens potestatem gubernatiuam in seculares, si ex culpa leui damnū inferat populo, aut secularibus quibus præest, teneretur recompenfare, & resarcire damna meliori modo quo possit, ex suo (scilicet peculio) si habeat, vel aliter (vt supra explicuimus) vbi notandum in nullo euentu hanc incumbere obligationem Monasterio, nisi in casu, quod in eius utilitatem deueniret: hæc resolutio manet probata ex dictis, vide Molinā, disput. 125 §. non solum.

A Resolutio 2. si ex culpa leui Prælati regularis deueniat nocumentum secularibus inferioribus, nec ipse, nec Monasterium tenentur aliquid restituere. Patet quia in utilitatem talium inferiorum, & non propriam, nec Monasterij exercet, & habet hanc potestatem, quānis enim Monasterium habens hanc politicam potestatem, habeat bona, & pingues redditus; ij tamen non sunt intuitu gubernationis secularis, sed ad sustentationem Conuentus, & ad eius onera, & nullo modo correspondent labori, & curæ secularis gubernationis, sicut contingit, vt diximus in Rege, Episcopo, ac beneficiato, & similibus.

N.64

B Solet pro fine huius capituli dubitari, & alijs supradictis, de incapacitate Religiosi ad aliquod ius, & per consequens, nec contrahendum aliquem civilem contractum, ad pro celebratione aliquarum Missarum potest Religiosus obligari civili aliquo contractu, & cōuentione, pro scilicet stipendio vnus, vel plurius, pro quibus spondeat.

N.65

C Supponendum ex q. 12. precedentis, c. 1. huius tract. in aliquibus Religiosis, illicite esse singularibus aliquibus Religiosis, vt pro Missis, quas celebraturus spondeat pitantias seu stipendia accipere. Sic specialis hæc difficultas versatur in hoc, an teneat talis contractus à regulari, etiam cum sufficienti licentia Prælati celebratus.

N.66

D Ratio difficultatis est, quia Monasterium manet obligatum (eo quod licentiam dedit Religioso) vt si ipse acceptis stipendijs, & non celebraret totas Missas, quot sunt stipendia recepta à Religioso, per alios facere celebrari.

E Sit nihilominus nostra resolutio. Ex licentia sui Prælati potest Religiosus acceptare obligationem celebrandi certum numerum Missarum, & ex iustitia obligare illas exigentem, vt soluat (cū celebrata fuerint) stipendium taxatum & cōuentionis. Probatum: ex ipsa ratione difficultatis manet obligatum Monasterium ex iustitia nomine sui Religiosi, ad celebrationem Missarum pro quibus se Religiosus obligauerat, si ipse, vel priusquam p̄sum, & numerum impleret mortuus est, aut negligens fuerit, aut impotens, irregularis, aut impeditus reddatur, ergo secularis pro stipendio similiter ligatur contractu. Confirmatur,

B2

quia


quia illa facultas, quam Religio ex suis statutis facit senioribus, est simul permissio, ut ex ipsarum Missarum, quas propria intentione permittit ipsis celebrare, stipendijs, sibi, & suis particularibus vñibus faciant peculium.


Ex jis constat primò, Religiosos, qui ex licentia, vel sine illa suscipiant Missas celebrandas stipendio accepto, teneri illas dicere, vel restituere ex suo peculio, neque obstat, quod ut diximus supra, si horas Canonicas non re-

A cident, non teneantur restituere, quia illas solum ex obedientia, & consuetudine, aut lege Religionis debent: Missas verò, mediante stipendio, & pacto ex obligatione iustitiæ.

Sequitur secundo, ex iustitia obligari Prælatos, ex peculio libris ac supellestilibus Religionis defuncti ante omnia Missas, quas debeat facere celebrari.

B (: :)





TRACTATUS VLTIMVS.

De alienatione bonorum Monasteriorum, & Ecclesiarum.

HABET VNICUM CAPUT.

Caput vnicum. De varietate bonorum Monasterij, quæ alienari possunt, & causis, & modis, quibus licitè alienantur.

N. r.

Sola sancti Francisci Religio non potest habere bona in communi.

Supponendum in primis, sæpius in hoc opere repetitum, quod habere bona in communi, in nullo minuit perfectum Apostolica paupertatis, quia perfecta paupertas obseruata est à Christo Domino, & Apostolis in suo Collegio. In quo (ut constat) habebant aliquid in communi: unde omnes Religiones præter Franciscanorum possunt habere bona in communi, & succedunt Religiosi, seu Religio pro ipsis, dum viuant in bonis parentum, & consanguineorum, eo modo quo succederent, si essent in seculo. Ita concessit Benedictinis Nicolaus III. prout in Bulla suo, Bulla 90. concessa anno 1278. Monasterio regali sancti Facundi in Hispania. Et Eugenius Papa IIII. anno 1434. Bulla 6. num. 12. Item possunt Religiosi recipere quæcunque sibi donantur de male acquisitis, incertis, & de legatis indistincte relictis in pios usus: ita est concessum Minoribus per Alexandrum IIII. possunt etiam Religiosi commutare sibi legata de uno usu in alios. Ita concessit Sixtus IIII. in quodam viua vocis oraculo, & Leo X. ibi de rebus donatis per viuentes. Hac materia per questiones est disputanda. Supponendum secundò. Supremos Principes Charolica Ecclesie, (etiam secluso iure patronatus) quod non habent si causa inferius, quæst. 5. annuatiæ, deficiant; ex pluribus authoribus, virtute diuinitatis suæ ditionis ac supremæ potestatis, stringuntur ad Ecclesiarum, & ipsarum bonorum vniuersalem defensionem, ut tenet verò ius in rubrica

de iure patronatus, num. 27. Palacios Rubios de beneficijs vacantibus iniuria, num. 8. Paris. de Puteo, de syndic. verbo ciuitas, cap. 2.

CAPVT VNICVM.

De varietate bonorum Monasterij, quæ alienari possunt, & causis, & modis, quibus licite alienentur.

HABET QVÆSTIONES VNDECIM.

- Quæst. 1.* Quid nomine alienationis in presenti materia intelligatur?
- Quæst. 2.* Utrum possint aliqua bona Ecclesiastica, qualia sunt Monasterij, alienari aliquo modo ex dictis?
- Quæst. 3.* Utrum locatio bonorum immobilium Monasterij ad decennium, aut ultra facta sine solemnitate necessaria, ad reliquas alienationes sit licita?
- Quæst. 4.* Utrum locatio bonorum mobilium, vel immobilium pretiosorum seruabilium, sine solemnitatibus, & causa, ultra triennium sit valida?
- Quæst. 5.* Quæ causa, & solemnitates requirantur ad alienandum immobilia, & mobilia pretiosa alienatione, etiam late sumpta.
- Quæst. 6.* Utrum ad dandum terras in feudum, seu emphyteosim requirantur prædicta solemnitates, si fiant per tot vitas, vel anno?
- Quæst. 7.* Utrum Generales Ordinum possint reualidare alienationes à subditis factas in vilitatem quidem factas: sed sine solemnitatibus iuris?
- Quæst. 8.* Utrum emptor teneatur restituere Monasterio rem emptam, sine solemnitatibus supra positis?
- Quæst. 9.* Utrum Prælatus possit repudiare aliquod legatum, vel rem donatam, aut legatam immobilem alienare, sine solemnitatibus?
- Quæst. 10.* Utrum ad vendendam aliquam Capellam in Ecclesia Monasterij, vel aliquem eminentem, locum pro sepultura, requiratur, quam assignauimus solemnitas necessaria ad alienandum bona immobilia Monasterij, licentia inquam, & alia?
- Quæst. 11.* Utrum concedere ius patronatus alicui extraneo Ecclesie, vel Monasterij, sit alienatio?

QVÆST.

QVÆSTIO I.

Quid nomine alienationis in presenti materia intelligatur?

N. 2.
*Etiā la-
tam alie-
nationē
prohibēt,
iura pro
rebus Ec-
clesiæ.
Molina.
Siluester.
Man. Ro-
driguez.
Ioan. de
la Cruz.
Mirāda.*

PRO intelligentia notandum, quod quamvis alienatio propriè, & strictè sumpta, sit actio qua transfertur dominiū rei, quæ alienatur, vt sit in venditione, donatione, permutatione, & similibus; in presenti tamen sumitur nomen alienatio, latè, (prout ex glossa in cap. nulli de rebus Ecclesiæ non alienandis, & alijs iuribus) probant Molina, distinct. 465. Ioannes Azorius tom. 2. institutionum moralium lib. 9. cap. 1. quæst. 2. Siluester verbo alienatio, §. Manuel Rodriguez, tom. 1. quæst. 27. art. 1. Ioann. de la Cruz, Miranda, & communiter absque eo quod aliquis Autor, quem viderim, contradicat. Vnde ex ijs Authoribus ita latè accipitur nomē alienatio respectu rerum Ecclesiæ, vt alienatio dicatur non solum realis rei traditio, venditio, donatio, & aliæ similes actiones, transferentes rei dominiū absolute, sed vt dicunt prædicti Anchoretæ, cum Azor, Molina, & alijs, sed concedere rem (immobilem, aut pretiosam, quæ seruando seruari possit de quo loquimur) in hypothecam, in pignus: res enim, quæ hypothecatur, seu pignorat, manet obnoxia periculo alienationis, si per illam contingat satisfaciendum fore feudatario, vel creditori, imponere super rem Ecclesiæ seruitutem, id est subiectionem, vt de tali re immobili, aut in tali re immobili aliquid ex voluntate alterius, quam ipse verus dominus, seu administrator Ecclesiasticus possit fieri, aut prohiberi, & etiā si personaliter, seu mixte imponatur seruitus Ecclesiæ, subiiciendo libertatem Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum, ad aliquod subsidiale officium, quod debeant Ecclesiastici, personæ extraneæ. Dare etiā bona Ecclesiæ, seu prædia in emphiteosim, siue ad vsufruendum. Quæ omnia constat esse alienationes, loquendo de rebus Ecclesiæ: & similiter iura, præeminentiæ immunitates, iurisdictiones, si grauentur. Continent expresse plura iura specialiter lex vltima de rebus Ecclesiæ non alienandis.

*Impedi-
tio liberi
vsus est
alienatio*

A Ratio ergo, quam tradunt Auctores, cum Molina, quare loquendo de alienatione rerum Ecclesiæ. Prohibitio debeat extendi non solum ad impedendam alienationem strictam, propriam, & formalem; sed etiā alienationes, quæ minus propriè tales sunt, illa est, quod cum sita lex prohibens huiusmodi alienationes rerum Ecclesiasticarum, sit fauorabilis absolute, cum in fauorē Ecclesiæ fuerit lata, extendi, & ampliari debet.

N. 3.
Molina.

B Vnde sit nostrā resolutio, quamvis absolute loquendo requiratur translatio realis, totalis, & absoluta rei, ad strictam alienationem, tamen loquendo specialiter de Ecclesiæ rebus alienandis, sine tali reali translatione dominiū rei Ecclesiæ, potest fieri alienatio, quam iura prohibent, & sub pœnis adductis, & dictis. Patet ex dictis, & dicendis infra.

*Res Ec-
clesiæ, si-
ne trans-
latione
alienan-
tur.*

C QVÆSTIO II.

Virum possint aliqua bona Ecclesiastica qualia sunt Monasterij alienari aliquo modo ex dictis?

N. 4.

PRO intelligentia notandum, & recolendum, quod bona temporalia externa diuiduntur quantum ad præsens attinet in ea, quæ dicuntur bona mobilia, & bona immobilia. Bona immobilia, seu stabilia (dicta Hispanè, *bienes raíces*) significando quod deo sunt permanentia, & non mutabilia, quia habent in terra firmum fundamentum, quo mediante sunt radicata, ad instar lignorum, quæ habent radices, & per illas sunt immobilia, seu stabilia; & talia bona immobilia, sunt domus, vineæ, oliueta, pascua, nemora, prædia, &c. Et etiā horrea, quæ in montanis

N. 5.

E pro conseruandis frugibus, tritico, leguminibus, imò & vestibus, ne à muribus corrodantur, si talia horrea habeant illos quatuor pedes, seu columnas quibus in singulis angulis inniuntur. Lapide inter immobilia bona computantur, secus si pedes, seu columnæ, sint ex ligno, & pecunia illa, quæ destinata est ad emendam rem immobilem, vel ex voluntate sic legantis, vel donantis, vt ex illa annuus census compareretur, vel

vel quia talis pecunia est redemptio (vt dicitur) alicuius census Monasterij, vel pretium alicuius prædij, aut rei similis venditæ, quæ ad communitatem pertinebat. Sic expresse Azor, vbi sup. q. 5. pretium etiam quamuis pecunia nõ sit in quo bona aliqua immobilia permutata fuerunt, & iura, scripturæ, tituli, & actiones ad quodcumque ex dictis bonis redditus etiam annui soluendi saltem præ decem annis quamuis soluendi sint in bonis mobilibus sunt etiam immobilia, seruitutes seu actus domini, ad quod habet ius Ecclesia, seu Monasterium, Ecclesiæ partes, edificium Capellæ, Sacrarium, claustra, & cetera. Patronatus, seu ius presentandi beneficia, & officia iudicum Ecclesiasticorum, & laicorum, imo & patronatus ille, quem supra fabricam, & Templum ipsum habet aliquod Monasterium si suis fructibus, & redditibus, & se, & Ecclesiam in fundo proprio ædificauerit, & similia. Bona mobilia, quæ hanc stabilitatem non habent sunt vasa pretiosa, vestes, pecuniæ cotidianis vsibus deputatæ, seruus, equus, vinum, triticum, arietes, & similia. Et ista mobilia bona diuiduntur rursus in bonis mobilibus pretiosis, quæ seruando seruari possunt, vt vestes, quæ quia pretiosæ seruantur, nec frequenter induuntur, vt ornamenta Ecclesiæ serica, & inaurata, vasa aurea, vel argentea, quæ diu commode seruari possunt, imo & greges ouium, caprarum, aut aliorum pecorum, ex quibus habeat Ecclesia, seu Conuentus emolumenta, & subsidia (vt ait Molina, dicit. 465. & Ioannes de la Cruz, lib. 1. cap. 14. num. 3. & alij) inter bona seruabilia computantur, si ultra triennium, (secundum Siluestrum) seruari possint. Notandum cum ipso Siluestro, quod quamuis ex grege possint vendi arietes, agni, & lanæ, læ, & alij fructus, tamen vendere totum gregem esset alienatio.

Ex his colligo illicitum esse dare in pignus, vendere, vel, donare sine licentia competente, & solemnitatibus requisitis ad alienandum Cruces, Calices, alia vasa pretiosa ornamenta, tapeta, quibus parietes Ecclesiæ ornantur, & similia, sit ergo resolutio.

Bona stabilia nullo modo possunt

A alienari, neque in alicuius extranei dominium transferri, sub penis à iure impositis, si desint solemnitates necessarie infra assignandæ: ita statuitur in pluribus locis iuris in lib. 3. decretalium, tit. 13. de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non, vbi in nouem ex duodecim capitibus, quæ habet ille titulus, prohibet dictam alienationem, & specialiter cap. 1. hoc aggrauans etiam per mutationes bonorum vnus Ecclesiæ, cū altera quamuis ambæ sint sibi subiectæ, prohibet sic incipiens, & proseguens, capit. non liceat Episcopo, vel Abbati terram vnus Ecclesiæ vertere ad aliam, quāuis ius ambacū in eius sint potestate, & in cap. 6. anathematizantur, qui contractum alienationis subscribunt, & non solum, hoc, sed hoc quod contractus, euacuetur vi, sed & adhuc in sexto decretalium, lib. 3. tit. 9. qui fere idem est de rebus Ecclesiæ non alienandis. Hæc doctrina commendatur amplius, nam in 2. & vlt. cap. contra huiusmodi alienationes bonorum Ecclesiæ animaduertit Gregorius X. in Concilio Lugdunensi Primo, prohibet has alienationes, & summisiones bonorum, & iurium Ecclesiæ, laicis, si fiant, sine assensu capituli, & licentia Papa. Secundo irritat, & annullat contractus aliter factos. Tertio punit Prælatos hos contractus celebrantes, & subditos non contradicentes, vel non denunciastes.

C alienationes bonorum Ecclesiæ animaduertit Gregorius X. in Concilio Lugdunensi Primo, prohibet has alienationes, & summisiones bonorum, & iurium Ecclesiæ, laicis, si fiant, sine assensu capituli, & licentia Papa. Secundo irritat, & annullat contractus aliter factos. Tertio punit Prælatos hos contractus celebrantes, & subditos non contradicentes, vel non denunciastes. Verba formalia libuit hic inferere: *Hoc consultissimo prohibemus edicto, vniuersos, & singulos Prælatos Ecclesias sibi commissas, bona immobilia, seu iura ipsarum laicis submittere, seu supponere absque capituli sui consensu, & Apostolica Sedis licentia speciali, & post pauca prohibens emptione dati laicis, addit, vel ipsos Patrones, vel aduocatos Ecclesiarum, seu bonorum ipsarum perpetuo, aut ad tempus non modicum statuendo, & statim, contra etiam iuramenti, quos de talibus alienationibus contigerit celebrari, &c. Decernimus viribus omnino carere, &c. & statim, & nihilominus Prælatos, qui secus fecerint ipso facto ab officio, & administratione, Clericos etiam, qui scientes contra inhibitionem prædictam aliquid esse præsumptum id Superiori denunciare neglexerint, à perceptione beneficii*

*Lib. 3. de
cret. tit.
13. de re-
bus Eccl.*

*Lib. 6. de
cret. tit. 9
Greg. X.
Conc. 1.
Lugdun.*

*Siluester.
Ioan. de
la Cruz.
Molina.*

N. 6.

neficioꝝ, quæ in Ecclesia obtinent, sic graua triennio statuimus esse suspensos.

N.7.

Secunda resolutio, bona mobilia preciosa, quæ seruando seruari possunt, ista sine licentia, & solemnitatibus iuris alienari non possunt, secus autem bona mobilia, quæ consumptibilia sunt, & ultra triennium seruari non possunt, & quotidie consumuntur, vt pecunia vsibus quotidianis deputata, vestes, quæ communiter gestantur, & in dies veterascunt, vinum, triticum, cibaria, ad frequentem sustentationem assignata (non vinum, & reliqui fructus, qui venales sunt, & quorum precium est substantia Monasterij) & similia, vt hirci, vituli, arietes de grege.

Molina.
Siluester.
Ioan. de
la Cruz.

Probat̃ur prima pars, & constat ex locis iuris citatis, & expresse tenent Molina, Theologus, Ioan. de la Cruz, vbi sup. Siluester verbo alienatio, & cõmuniter omnes, & de tradendo iure alieni extraneo, ad percipiendum pro spatio temporis decem annorum, vel amplius, redditus annuos, qui Conuentui, vel Ecclesie deberent pertinere ratione capitalis census: & de hoc latè infra. Secunda pars scilicet, quod bona mobilia exigui valoris, & consumptibilia vsu, quæ seruata sufficienti diligentia seruari non possunt per considerabile tempus, vt sunt res, quæ in ipsa parte secunda secundæ huius resolutionis possint, sine solemnitatibus iuris transferri in alterius extranei dominium, constat in primis ex clementina, Monasteriorum de titulo simili præcedentibus de rebus Ecclesie non alienandis, 4. lib. 3. vbi Clemens V. in Concilio Viennensi. Postquam præfatas alienationes condemnat, & in principio capituli dans causam, & exprimens intentum incepit sic: *Monasteriorum, & aliarum administrationum Regulariũ dispendium occurrere cupientes, &c.* In fine capituli ait; verum præmissa ad locationes, vel etiam reddituum, aut fructuum venditiones ad tempus modicum faciendas declaramus vllatenus non extendi.

N.8.

Ex his sequitur primò, quod Conuentus, & eius nomine Prelatus ex bonis Monasterij huius generis posse fa-

Acere donationes remuneraciones quæcumque alias iura non prohibeant, & singularium Religionum speciales constitutiones, & equitas ipsa, vt si mulam, canem, bouem, pecuniam, ex deputata ad priuatos sumptus, vestem iam parum durabilem, imo & seruum forte libertate donare, de quo latius infra.

N.9.

Sequitur secundò, per doctrinam propositam non permitti largitiones munerum, seu donationes considerabiles coalescentes ex pluribus his rebus, quæ ad alienationem non pertineant, nam huiusmodi translationes, seu transactiones duas speciales habent prohibitiones Religiosis per verum paupertatis, iura, & forte per specialem Apostolicam constitutionem, de qua tractauimus. Vide speciales constitutiones Benedictinorum Hispanie, cap. 53. num. 12. & 19. vbi Conuentus assensus, & contractus; & Generalis requiritur licentia.

C

QVÆSTIO III.

Vtrum locatio bonorum immobilium Monasterij ad decennium, aut ultra facta sine solemnitate necessaria, ad reliquas alienationes sit licita?

De nostra resolutio negatiua. Quam tenet Molina, qui disp. 445. probat latè in huiusmodi locationibus reperiri translationem dominij, nempe vtilis, & emphiteosim, nam accipiens locatam hereditatem ins accipit ad percipiendum, vt verus dominus fructuum illius pro annis locationis, ad differentiam illius, qui solum recipit in administrationem, seu facultatem ad percipiendum fructus pro tot annis, quasi per facultatem (seu Hispanice, *poder en causa propia*) seu nomine directi, & veri domini.

N.10.

Ex dictis colligit Molina, dist. 446. §. de alijs, locationem esse prohibitam sicut alienationem, & eandem solemnitatem requirere, quam dicit esse communem sententiam Doctorum. Et tenet Molina Iurista, lib. 1. de primogenijs, cap. 21. num. 18. Couarr. 2. variar. resolut. cap. 16. num. 1. Aluaro de Val-

N.11.
Molina.
Couarr.
Valdes.

des,

des, de iure emphiteut. q. 29. num. 7. & 8. consonat cap. nulli, de rebus Eccles. non alien. & Clement. 1. de rebus, &c. (Item) Eccles. non alien. cap. 1. Monasterium iam citatum, ubi prohibetur cedere iura, redditus, aut possessiones Ecclesiasticas in vitam alicuius, aut ad certum tempus, & irritantur, nisi interuenerit solemnitas. Addit tamen Clementina ibi, nisi necessitas, aut utilitas Monasterij, Prioratus, Ecclesie, administrationis huiusmodi, hoc exposcat Conuentus sui, aut si Conuentum non habeat, Prælati sui assensu ad hoc nihilominus accedente. Ibidem autem conceditur locatio ad modicum tempus (vt supra.)

QVÆSTIO IV.

Virum locatio bonorum mobilium, vel immobilium, preciosorum seruabiliū, sine solemnitatibus, & causa ultra triennium sit valida?

N. 13.

Aduertendum pro intelligentia, quod licet per anteriora iura licuerit res Ecclesiasticas absque solemnitatibus requisitis locare per aliquot annos ultra decem, tamen ab anno millesimo quadragesimo octauo, in quo Paulus II. expedijt extragātem, sub tit. de reb. Eccles. non alien. cap. quod incipit ambitiosas cupiditates, redactæ sunt locationes, sub grauius pœnis, & irritationibus ad triennium. Ista autem constitutio, secundum Couarr. 2. l. variar. cap. 16. num. 6. Nauarr. in man. cap. 27. num. 149. Caiet. verbo excommunicatio, non ubique est recepta, sed alicubi, & non in totū, solumq; habere vim ubi recepta est, eo quod leges non nisi vtentium vsu sint confirmatæ, & aliter pro non legibus habeantur, & quoniam contraria consuetudo potest eas abrogare. Et addit Nauarr. in paucis locis esse admissam, quo ad pœnas, licet in aliquibus sit recepta, quoad nullitatem contractus, Molina in dicta disp. 446. (ait comperisse sic esse admissam in Episcopatu Conchensi, & Nauarrus, ubi sup. ait ita se declarasse in quadam causa tractata Salmantica.)

Paulus
PP. II.

Couarr.
Nauarr.
Caietan.

Molina.
Nauarr.

A Vbi aduertendum hanc exceptionē poni à pluribus authoribus scilicet si terra non sit omnibus annis fructifera, sed alternatiuè, nam tunc benè potest fieri locatio per sex annos, quia non locantur tunc nisi tres fructus, & similiter si prædium, quod locatur habeat hereditates, quæ non ferant fructum nisi ad tres annos, tunc locatio potest fieri per nouem annos.

N. 13.

B Sed quæres an possit locatio fieri ultra triennium eo modo explicatam quando non militat ista ratio; sed quod prædium, quod locatur (si non omnes in eo contentas) hereditates habeat fructificantes quotannis, quorum fructibus cum æquitate correspondeat canon, & census impostus, & tunc sic celebratur contractus, loco tibi tale prædium per tres annos, quibus finitis, per alios tres procedat ipse, sed quasi de nouo, continuatus contractus triennialis, ex hac nunc conuentione presenti volutus, & quasi virtualiter ex nunc factus. Et sic pro altero tertio triennio, & an sic celebratus contractus valeat per primos tres annos, & idem inquiritur de validitate alicuius talis locationis (ineptè quidem) factæ per octo annos, an saltem per primos tres annos valeat, licet quoad quinque non valeat sequentes.

N. 14.

D Respondetur ad primum, cum Bartolo, & communi, Couarrubias 2. l. variarum, cap. 16. num. 4. Aluaro de Valdes, de iure emphiteotico, quæst. 29. n. 15. qui asserunt, quoad duplicem, secundum, & tertium triennium esse invalidam locationem, quia sic facta fuit in fraudem legis, valere autem pro primo triennio.

N. 15.
Bartol.
Couarr.
Valdes.

E Et ad secundum respondetur, ex Molina, quod quamuis probabile sit per primos tres annos valere contractum celebratum per octo. Probabilius tamen iudicat oppositum, nam contractus per octo annos celebratus plus sapit naturam contractus emphiteotici, quam locationis: vnde resolutio pro locis, ubi recepta est const. est negatiua.

Molina.

QVÆST.

QVÆSTIO V.

Qua causa, & solemnitates requirantur ad alienandum immobilia, & mobilia pretiosa, alienatione etiam late sumpta.

N. 16.

Glossa.

Resolutio prima, quatuor solent assignari conditione cum insignis, *Glossa, causa 12. quæst. 2. prima est necessitas, vt quando instant creditores, vel quid simile, & neque ex alijs bonis, nec alia via potest commodè subueniri, quam alienando bona immobilia, & mobilia Monasterij. Secunda causa est utilitas, vt si commutetur vnum bonum immobile pro alio utiliore, vel mobile pretioso, vt aliud utilius ematur, aut efficiatur, vt si calices (quorum est excessiuus numerus, seu excusatus) aliqui vendantur, vt Missales, seu inexcusabiles argenteæ cruces comparentur. Tertia causa est pietas, vt si alienentur (etiam) vasa sacra ad redemptionem captiu, aut subuentionem necessitatum, et si extremæ, sed grauissimæ proximorum. Quarta causa est comoditas, seu incomoditas, & est quando aliquod bonum magis habet incommoditatis administrationis (v.g.) vel conseruationis, aut aliter, quam utilitatis, vt si distet longè hæreditas, vel vinea, & asportatio fructuum habeat maioris valoris expensas. Aliquas etiam causas adducit Azor. tom. 2. inst. mor. lib. 9. cap. 1. dub. 3. quas (dicit) ad has posse reduci, vt si alienetur aliqua hæreditas Ecclesiæ, aut Monasterij, ad redimendum aliquem censum, vel seruitutem, aut aliquam seruitutem, onus, seu grauamen, & hæc de causis: de solemnitatibus est maior difficultas, pro quo fit.*

N. 17.

Resolutio secunda, tres condiciones ad alienationem, sumptam strictè, & propriè assignant (pro bonis Ecclesiæ, aut Monasterij) iura, specialiter in cap. 1. cum Apostolica, quæst. 2. causa 12. & cap. tua, de jis, quæ sunt à Prælato, & cap. vt super, §. de rebus Ecclesiæ non alienandis. Prima conditio pro Ecclesijs, quæ sunt subiectæ Episcopo, est assensus, & autoritas Episcopi. Secunda, quod præcesserint tractatus Conuen-

Atus, seu capitula, vel saltem vnus: & tertia, quod post tractatum Conuentus, cū effectu consentiat, aut capitulum Ecclesiæ, & interueniat subscriptio.

Ex his conditionibus duæ (scilicet) assensus Episcopi, & autoritas Episcopi Synonima sunt, & nihil distinctum important. Al verò tractatus communitatis significat discussionem, & alterationem capitularium, an conueniat talis alienatio rei. Aliqui dixerunt requiri tres tractatus, seu vt benè probat Molina, ex pluribus iuribus disp. 468. conclus. 3. sufficit vnus tractatus, cilligens tamen, & exactus pro qualitate rei de qua agitur, & consensus capituli intelligitur, quod debeat esse expressus, vt constat ex cap. de his, quæ sunt à Prælati, & ex alijs iuribus citatis. Id enim est, quod appellatur collatio, id est approbatio, vel consensus expressus.

N. 18.

Molina.

Cubi aduerte sufficere maiorem partem capituli. Nec requiri consensum absentium, sed sufficere tantum præsentium, vt notat Panormitanus, cap. de jis, quæ sunt à Prælati, num. 4. huiusmodi autem casus solum contingit (vt habetur ibi) quando aliquid donatur, venditur, aut permutatur. Imò, vt ibi ait Panormit. subscriptio capituli in multis locis non seruatur, & in speciali Armilla, verbo Alienatio, §. 6. dicit sufficere subscriptionem Notarij, nec requiri Canonicorum, nec Religiosorum, vbi hoc fit in vsu, standum ergo est consuetudini loci.

N. 19.

Panorm.

Armilla.

De iuramento quod faciunt Episcopi non alienandi bona Ecclesiæ, vide Molinam, vbi supra, §. Panormitanus.

Molina.

Eaduerte etiam quod quando res est exigua, & modicæ utilitatis Ecclesiæ, aut Monasterij, eamque expedit alienare, Episcopus solus potest id efficere absque aliqua alia solemnitate, vt constat ex cap. Terrulas 12. quæst. 2. & affirmat Glossa, & Panormit. vbi sup. de rebus Ecclesiæ non alienandis.

N. 20.

Terrulas
Glossa.

Panorm.

N. 21.

Resolutio tertia, in Monasterijs, vel Ecclesijs ab Episcopo exemptis sufficit ad alienationem, contractus, & assensus capituli, & licentia seu assensus Prælati adhibitus, iuxta constitutiones, consuetudines, seu priuilegia cuiuscunque

Re-

Religionis, apud Benedictinos tamen Hispania, requiritur ex c. 53. licentia Generalis, & quod præcedat informatio utilitatis: hæc igitur limitatio, seu restrictio facta Abbatibus Monasteriorum, & Abbatiarum independentium ad dandas huiusmodi licentias est contra ius commune (absolute loquendo) cum quicumque talis Abbas habeat potestatem, & iurisdictionem quasi Episcopalem, ut probatum manet, & rationibus, & authoribus aliorum factorum Ordinum mendicantium, & ita vocatur ista (cum similibus coarctationibus) limitatio potestatis, in Abbatibus Monasteriorum independentium ab alijs, Monast. Priuatio: sicut similis constitutio particularis in alijs Religionibus, pro Prælaris localibus, seu Prioribus Conuentualibus, dicitur mera negatio, quia ex talium Religionum institutione, potestas gubernatiua plenè, & ex omnibus conditionibus ordinaria (dicta ab ipsis authoribus iudicialis, politica, & quasi Episcopalis) Generalibus, & Prouincialibus pertinet. Sicut Abbatibus Benedictinis, & non Prælaris, seu Prioribus Conuentualibus, quæ Regimen animarum, ut parrochi, & nõ ut Episcopi habent.

N. 22.

Nota etiam, quod cum alienatio in rebus Monasterij, & Ecclesiæ, latè sumatur (ut probabimus) inde est, quod nec aliqua seruitus possit imponi super Ecclesiam, seu Monasterium, rem immobilem, seu mobilem pretiosam sine licentia Generalis, & idem dicendum de vendendis annuis censibus super facultates Monasterij, & in omnibus requiritur, quod licentia Generalis præcedat petitiõ patrum consiliariorum Monasterij, & informatio de utilitate, ut patet: ex dicto, cap. 53. constitutionum, excipiuntur tamen ibi, numer. 19. venditiones alicuius fori, quæ non excedant pro principali valorem octomillium marapetinorum, & est cõformis iur. communi dicto, cap. Terrulas.

N. 23.

Emanuel
Rodrigo.

Affert Eman. Rodrigue 2, tom. 1. q. regul. q. 27. art. 2. §. aduerte, plura priuilegia concessa Religionibus, stringentia maximè huiusmodi bonorum alienationes. Siluest. doctrinam præcedentis, num. 2. explicans, verbo alienatio,

Siluester.

A §. 3. qualis Prælati in Religionibus debeat concedere licentias ad licitè alienandum, & dicit quod in Ecclesijs exemptis ab Episcopo sufficit licentia Prælati, cui subsunt immediatè subditi pleno iure, aut Religiosi, qualis est Abbas in Ecclesijs sibi subditis, & Prouincialis Predicatorum, quoad eorum Monasteria. Sic Cardinal. in cap. statum de transactione: hæc Siluester. Idem ferre Azor. tom. 2. instit. Moral. lib. 9. cap. 1. dub. 4. jis verbis; In Ecclesijs ab Episcopo exemptis factis est assensus illius superioris, cui proximè pleno iure Ecclesia subijcitur, ut est Abbas in Monasterijs sibi subditis, & ut sunt Præpositi Prouinciales in Ordinibus mendicantium, quoad attinet ad Ecclesias, Conuentus, & Collegia: hæc Azor.

Azor.

B Sed aduerte cum communi omnium sententia, in sede vacante non posse aliquid alienari, tum quia nõ habet communitas verè, & propriè dictum Prælatum; cum non sit legitimus Conuentus, nec verum corpus, deficiente capite præcipuo, scilicet, membro, quod est Prælati, tum quia Præsides, seu locum tenens, vel Prior, qui est secunda persona in Monasterijs, quæ per Abbatem gubernantur, non habet talem auctoritatem aliquo iure.

N. 24.

C De Monasterijs dependentibus est specialis difficultas, an licentiam necessariam ad alienationes debeant petere à Prælato particulari Monasterij talis filiationis, an à Monasterij principalis Prælato, vel tandem à Prouinciali, vel Generali. Supponimus equidem, quod loquimur de Monasterijs, quæ ex instituto Religionis, possunt habere redditus, & bona, in communi.

D Resolutio quarta, in Monasterijs filiationibus, seu dependentibus ab alijs principalibus, in ordinibus illis in quibus singula Monasteria habent Prælatum, cui pleno iure subsunt, Abbates scilicet in Benedictinis, & Cisterciensibus, possunt dare licentiam ad quascumque alienationes bonorum Monasterij filiationis, seu dependentis: Abbates Monasteriorum principalium, non vero particulares Abbates. Cõstat ex doctrina supra adducta, num. 23. ex Siluestro, & Azor. Abbates enim Monasteriorum principalium habent pleno iure su

N. 25.

per

per Monasterium principale, subditos, & administrationem, & etiam super omnia ab ipso dependentia, & subiecta potestatem, quam non habent in suis filiationibus Abbatij Abbates ipsarum.

N.27.

Sed dices Abbas Monasterij principalis, si censum vendat, vel patronatum, aut aliud bonum alienet, indiget licentia Generalis, pro Monasterio, & domo sua principali, ergo eadem requiritur, ad filiationem.

Ex confirmatur, quia in dicto cap. 53. constitutionum absolutè committitur, expresse, & præcise tribuitur Generali licentiarum concessio, pro omnibus alienationibus Congregationis.

Responderetur, istam Benedictinorum Hispaniæ constitutionem, vt ius (quidem) particulare, videtur sic fuisse à maioribus intellectam, vt pro aliquibus Monasterijs dependentibus cõseruaretur ius cõmune, Abbatibus Monasterij principalis, vt sua quasi Episcopali potestate gauderent, concedendi tales licentias, pro alienationibus, in suis Monasterijs dependentibus; & nõ in suis principalibus: & cum consuetudo per Prælatos tolerata sit optima interpretatio legum; vbi hoc sit in praxi, licite poterit obseruari, & fortè specialis militat ratio, de filiationum (vbi talis fuerit tolerata consuetudo alienandi bona) cum sola licentia Abbatis Monasterij principalis; cum iste ad alienationes in sua principali domo non possit concedere, sed requirat Generalis licentiã. Difficilis enim redditur maximè alienatio, ex multiplicibus conditionibus, & solemnitatibus, à iure introductis, contractu (scilicet) vel discussione, aut conferentia Conuentus circa conuenientiam, consensus; vel conformis approbatio. Licentia aliunde expectanda, à Prælato (inquam) in alio Monasterio distincto, & separato commorante, quare Abbatibus Filiationum, vbi sit in vsu, sufficit licentia Abbatis principalis.

N.28.

Resolutio quinta, ad alienationem grangie, magnæ hereditatis, seu fundi Capellæ maioris, seu collateralis, aut ad principalem admissionem Patroni secularis, Ecclesiæ, vel Monasterij in Abbatij filiationibus; ad ipsarum Cõ-

A uentes pertinent, duabus ex tribus conditionibus, seu solemnitatibus requisitis, ad validam, & licitam alienationem, (nempe) tractatus, seu discussio de conuenientia rei, & consensus ipsius communitatis, seu maioris partis illius. Paret ex his, quæ supra diximus de potestate Prælatorum Abbatiarum, & Monasteriorum, ac filiationum, & etiã, de modo speciali vnionum huiusmodi filiationum, cum enim non sic vnitæ existant, vt suam substantiam in Monasteriũ principale (cui vniantur) transferant, sed vt quasi distinctæ communitates, & Conuentus permaneant, cum administratione propriorum bonorum cuiuscunque communitatis filiationis, ipsæ quasi dominium habentes suorum bonorum debent conferre, consultare, & determinare alienationes faciendas de suis bonis. Nec efficaciam habent aliquam, nec validam aliquam celebrarent alienationem, consultationes patrum consilij, nec scripturam firmã contractus, & consensus Cõuentus Monasterij principalis, nisi alicubi sit specialis aliqua inducta consuetudo.

Resolutio 6. ad impignorandum, seu subijciendum speciali hypothecæ re immobili Ecclesiæ (& idem dicendũ de re mobili pretiosa, quæ seruando seruari possit. Item ad eam locandam in longum tempus, aut ad concedendam illã de nouo in feudum, vel in emphiteosim perpetuam, vel ad certas vitas; necessaria est. Tum causa legitima, ex dictis, & annumeratis. Tum etiam debita solemnitas, etsi quodcunque horum defuerit, alienatio erit ipso iure nulla. Idem etiam dicendum est de locatione ultra triennium, & infra decennium, vbi extrauagans Pauli II. ea in parte fuerit recepta. Probat 1. pars conclusionis, quia vt latè probat Molina, d. 446. illæ omnes species alienationis, prohibitiæ sunt in iure, vt nos etiam supra diximus, ac proinde nullæ erunt si fiant, sine licentia debita, & solemnitatibus, ex his.

N.29.

Molina.

(:? :)

C QVÆST.

Q V Æ S T I O VI.

Vtrum ad dandum terras in feudum, seu emphyteosim, requirantur prædictæ solemnitates, si fiant per tot vitas, vel annos? & simul quod præcedat iusta causa.

RATIO difficultatis ex vna parte, quod sine multis ex dictis solemnitatibus dictis, & simul, sine causa ita strictè sumpta, videmus quod viri & Religiosi, & docti has faciunt sepè alienationis. Nihilominus sit nostra.

N.32.

Resolutio: aliqua causa iusta requiritur, nempe utilitas, commoditas pietas, vel necessitas, & simul tractatus seu discussiones, idest conferentia convenientia, vel discòvenientia, assensus, & approbatio, & licentia proprii Prælati domus. Non verò requiritur licentia Generalis Prælati Religionis, vel Congregationis. Probatum prima pars, tum ex consuetudine, tum quia nihil aliud petit ius commune: vnde cum licentia Prælati, (qui verè, & propriè Prælati sit) æquivalat ad huiusmodi alienationes in Religionibus, & Ecclesijs Episcopo exemptis, licentia Episcopi in sibi subditis, hinc est, quod ex iure communi in omnibus Religionibus illis, vbi tales feudi emphyteoses, seu fori, aut vitæ reperiuntur, & quod simul Prælati cuiuscunque Monasterij, sit absolutè Prælati cum potestate ordinaria quasi Episcopali, vt apud Benedictinos, & Cistercienses, vbi Abbates principales singulorum principales singulorum principalium Monasteriorum (quod dico ad differentiam Abbatum filiationum) habent in sua Monasteria hanc plenam ordinariam potestatem, hanc licentiam ad has emphyteoticas alienationes concedere possunt. Et quod simul possint ex iure particulari, scilicet apud Benedictinos (quod militabit in alijs, qui similes habent constitutiones) constat & simul probata manebit secunda pars resolutionis. Nam in citata constitutione 1610. cap. 13. nu. 19. expresse disponitur, quod ad vendendum censum, & ad alienandum bona aliqua immobilia requiratur licentia Generalis Prælati, quæ verba sunt regulæ, quæ firmant re-

Agulam in contrarium, nam dixerat in eodem cap. præcedentibus numeris, scilicet, n. 27. quod licentia Generalis esset necessaria ad dandum in emphyteosim, seu foro, bona quæ aliquis emphyteota, seu forero, non acciperet ad colendum per se; sed ad locandum, & conducendum alijs, & sic manet, quod ad istam latè, & impropriè alienationem scilicet emphyteosim, de qua loquitur idem caput 53. num. 13. & 16. & dicto num. 17. in quibus loquitur constitutio de non prorogandis vitis, & de modo peremptoriè concludendo, idest *hazer los remates*, non requiritur licentia Prælati Generalis, præter in casu num. 17. idest, si talis emphyteosis, danda sit illi, qui non per se, sed per colonos conductos colere debeat bona data sibi. Ex dictis sequitur primo, Monasterium non posse accipere aliquem censum, seu (vt melius dicam) vendere census, seu redditus annuos sine prædictis causis, & solemnitatibus, quia hoc est imponere seruitutem supra bona immobilia Monasterij, & hipotecare illa, & hoc ex dicta constitutione, & dicto cap. & num. 19. expresse ostenditur, quod scilicet licentia Generalis requiratur, & quod ad illam concedendam necessario debeat committere specialem informationem, & quod per illam constet utilitas, & postea debent concurrere suffragia Patrum consiliariorum. Sequitur 2. quod pecunia habitata ex venditione alicuius boni immobilis Monasterij, vel boni mobilis pretiosi seruabilis (quamuis de hoc, idest de jis bonis mobilibus non sit ita certum) & similiter pecuniæ census alicuius redempti, quando scilicet pecunia alicui data supra redditibus cotânis soluendis redditur Monasterio, quamuis ex regula Doctorum pecunia de se quid bonum mobile sit; si dedicata sit ad emendandam rem immobilem; dicitur, & computatur inter bona immobilia, & sic vt alienetur debet interuenire causa, & solemnitates, & hoc habet expresse dictum c. 53. in n. 22. vbi explicans, & iniungens hoc, & amplius declarans ius commune, & extendens prohibitionem huius alienationis ad non solum pecunias ex redemptione census resultantes, sed etiã ex venditione quorumcumque bonorum immobilium

B**C****D****E**

N.33.

N.34.

iacet quæ reputat quamcunque venditionem, seu legitimam translationem Capellæ, seu alterius pensionis: Pecunias ex quibuscunque, aut alijs similibus resultantibus, vocat bona stabilia, & de ijs prohibet alienationem, & assignat modum conseruandi, & non alienandi, nec consumendi, præcipiendo quod statim ac tales pecunie Conuentui tradantur, statim in theca trium clauis reponantur, vnde, nec ad expendendum, nec per modum maris, nec aliter extrahantur, vsquedum in similibus bonis immobilibus impendantur. Vnde intelligitur, quod quamuis ad disponendum de talibus pecunijs, non sint omnes solemnitates, quæ ad alia scilicet bona immobilia alienanda requiruntur, tamen aliquæ non excusantur. Requiritur enim si bona aliqua immobilia, grangia, aut villa sit comparanda, aut aliqui annui redditus, quod Conuentus habeat suum tractatum, cõferentiam, & consensum, si est utilis, fructifera, vel sine fraude villa, aut hereditas. Excusatur autem alia solemnitas, nempe licentia Prælati Generalis. Tū quia absolutè loquendo non est absoluta alienatio; quia imo ex re mobili, quæ in se mobilis est, scilicet pecunia, fit res immobilis, & licentia Generalis, & totius Congregationis in lege ipsa videtur iam concessa, tum virtute illius primæ licentiæ, quæ data fuit ad vendendum bona stabilia ex quibus processerunt pecunie, tum quia ipsa lex etiam hoc præcipit, quamuis non expressè, manifestè, dū præcipit, quod ad effectum comparandi, seu permutandi illas pecunias in bonis stabilibus reponantur. Quod autem causa sufficiens sit, sic facile consistat.

QVÆSTIO VII.

Vtrum generales Ordinum possint reuoludare alienationes à subditis factas in utilitatem quidem factas: sed sine solemnitatibus iuris?

N.35. **R**espondetur, & sit resolutio affirmatiua, cum Nauarro de Spolijs Clericorum, §. 2. n. 6. & patet in alienatione facta à pupillo, sine licentia

A tutoris, vt ait Glos. in lege 2. ff. de except. quia quando in aliquo actu requiritur aliqua sollemnitas in ordine ad certum finem: valet actus obtento sine, licet deficiat sollemnitas, sat est enim quod sollemnitas postea interueniat, quia iura tantum volunt effectum. Patet etiã exemplo electionis, valida stando in iure naturæ, scilicet ratione consensus eligentium, quæ valet in conscientia, nec electus tenetur rennunciare, quamuis sit nulla ob defectum sollemnitatum requisitarum de iure positiuo. Ita Innocent. in c. quia propter, de elect. Antonius de Butrio, & Panorm. relati à Silu. verbo alienatio, n. 12. & 13. quia ius positiuum inuenit has solemnitates ad vitanda scandala, & deceptiones; & sic ex quo hæc cessant, & interuenit verus consensus, satis erit, tutumque, ac decens, & addit Siluest. quod notetur hæc doctrina, quia valet in omni actu, in quo est omiſsa sollemnitas iuris positiuo, sed seruat alia ius naturale.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum emptor teneatur restituere Monasterio rem emptam, sine solemnitatibus supra positis?

Respondetur, & sit resolutio affirmatiua, & patet ex extravaganti *ambitiosa*, citata, cum enim sit talis contractus re ipsa nullus, non acquirit per illum dominium emptor.

QVÆSTIO IX.

Vtrum Prælati possit repudiare aliud quod legatum, vel rem donatam, aut legatam immobilem alienare, sine solemnitatibus?

Prima resolutio. Repudiatio rei legatæ, siue stabilis, siue mobilis pretiosæ, quam Prælati faciat, est inualida. Probat, quia illa repudiatio quamuis non sit alienatio loquendo de ipsa re, quia adhuc non est acquisitum dominium Monasterio in re, est tamen acquisitum ius ad illam rem, & sic est illa repudiatio alienatio illius iuris, quod acquisitum Monasterium ex solo legato, quod quidem ius inter bona immobilia computatur. Ita Molina, d. 465. Et idem dicendū de bonis mobilibus pretiosis.

2. Resoluitio bona immobilia, quæ vt talia legantur, & ea intentione, vt sic permaneant, & incorporantur Monasterio, non poterunt alienari sine dictis solemnitatibus, & causa, secus si bona immobilia quæ donata, aut legata sunt Monasterio, sint sub nomine peccunig, vel ex modo donandi constet quod donantur, vt expendantur, in cotidiana, & presenti sustentatione, siue id quod legatur sit pecunia, v. g. centum ducati ad vestiarius, & cum non extent pecunie tradatur Monasterio pratum, quia hoc poterit sine solemnitatibus vendi, dum nondum incorporatum si bonis Monasterij.

QVÆSTIO X.

Vtrum ad vendendam aliquam Capellam in Ecclesia Monasterij, vel aliquem eminentem locum pro sepultura, requiratur, quam assignauimus solemnitas necessaria ad alienandum bona immobilia Monasterij, licentia inquam, & alia?

N. 39.

Ratio dubitandi est, quia ibi nõ venditur locus sacer, sed solum ius sepeliendi: pro quo notandum, quod si iura inspiciamus attentè, non reperimus facillè quid vendatur quando datur sepulchrum. Nam in primis *Sepulchrum*, (vt ait Molina, tit. 2. disp. 214. *Est quid Religiosum, quod in nullius bonis est, taque extra commercium hominum, neque adquiri, aut possideri ab aliquo potest, lege quanquam.* In principio, ff. de aqua pluua arcenda, & apertius, l. sepulchrum, c. de Religios. & sumpt. funer. & §. nullius autem, & §. Religios. inst. de rerum diuisione.

Secundò, nec potest dici, quod id quod venditur est ius sepeliendi, quia tale ius, ex eodem Molina, d. 269. quãuis possit promitti, legari, & donari, nõ tamen potest vendi, quia inter res sacras computatur, atque adeo committeretur Simonia, vt patet, cap. quæsta, & cap. postquam causa. 13. q. 2. & l. 1. art. 13. v. 1. Affirmatque, Greg. Lopez. ibi, & Molina Iurista, lib. de primogenijs, cap. 24. n. 4. & in eadem citata causa, & q. cap. precipiendum, quod est decretum Concilij Bas. vbi sic habetur.

A vbi sic habetur. *Precipiendũ est secundũ communem authoritatẽ, vt de sepulchris, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigatur, extat etiam ex Concilio Mānerensi, cap. 6. idem; de quo vide Perieram, super cap. Gen. d. 1.*

Cõc. Mānerensi.
Pereira.

B Nec tertio potest dici quod terra sit id quod venditur. Nam hoc prohibetur expresse per Innocent. 2. in decreto de sepulturis, c. 3. scribens Episcopo Magel. *Abolenda consuetudinis peruersitas apud Montem Pefulanum (vt dicitur) inoleuit, vt decedentibus nõ prius permittatur effodi sepulturam, quã terra in qua sepeliendi sunt, certũ pretium Ecclesie persoluatur, & infra. Mādamus, quatenus cum loci Diocesanus existas, inibeas Clericis, ne quidquam omnino presumant exigere hac de causa, & causa 13. q. 2. cap. in Ecclesiastico, dicitur sic. Quare inter dictum sit omnibus omnino Christianis terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare, nisi fortè proximi, & amici defuneti, propter nomen domini, & redemptionem anime viri gratis aliquid dare velint.* Et hæc verba sunt ex Concilio Triburiensi, c. 16. fauet etiam, c. quæsta eadem causa, & quæst. Quod autem hæc omnia sint Simonia, vide in decretalibus, lib. 5. tit. Simon. c. cum in Ecclesia, c. non satis, c. ad Apostolicã. In hac q. adeo difficili breuiter se expedit Azor. 3. tom. lib. 12. cap. 17. dub. 2. dicens posse vendi sepulturam ratione terræ, in qua est sicut vasa aliã scilicet ratione materiz. Sed certè crediderim hunc tertium tomum non esse ipsius authoris, prodijt enim in lucẽ post eius obitum, nec forte in omnibus consonat doctrinis præcedentiũ. Nec Ioã. Azor, grauissimũ, & eximium Doctore, non ignotasse est credendum loca iuris à nobis adducta, quæ expressa sunt contra ipsi attributam doctrinam Aragon de inst. & iur. q. 100. art. 4. dub. penult. dicit. 3. aliam arripens viam, dicit licitè posse absolutè loquendo recipi pro sepultura, seu pro officio sepeliendi, quæ secundũ laudabilem consuetudinẽ dari solent, nã illa censentur dari nõ pro sepultura, seu pro officio: sed vt suppetat videns Ministris Ecclesie, de qua re dicit Aragon videndũ esse Siluestrum verbo Simonia. §. 11. & verbo sepultura, §. 2.

Cõc. Triburiensi.

L. Sepulchrum.

C. quæsta
Cap. postquam.
Gregor.
Lopez.
Molina.

D

E

§. 2. vbi inter alia dicit Siluester, sepultura autem, id est locus, si sit terra pura in qua nullus fuerit sepultus, & quæ licet deputanda sit non tamen est deputata sepultura, vendi potest 12. q. 2. & concordat Innocentius, & Hostiensis: at vero si deputatus sit locus, auctoritate Pontificis, seu Episcopi (vt ait Molina) vendi non potest, secundum omnia iura: dicit tamen. Idem Molina, dis. 214. posse vendi talem terram, etiam si ibi aliquis in ea fuerit sepultus, dum tamen locus non sit consecratus. Nec tamen potest similiter vendi si (quamuis deputatus locus non sit) contingit aliquem ibi esse sepultum ex voluntate domini, nam hoc prohibet ius civile, ff. de rei vindicatione, leg. qua Religios. & ff. de Reli. & summ. leg. 2. Sed secundum Panormitanum post Innocent. in dicto cap. Abolenda, dicitur, quod vas lapideum, aut ligneum factum pro aliquo sepeliendo, vendi potest nisi sit factum per Pontificem, vel ad hoc specialiter deputatum. De Relig. domibus: ad hæc, Ecclesia tamē ex necessitate alteri Ecclesie, se vendere potest, sicut vedit alia vasa: si autem talis oculus, vas, seu vna lapidea, vel lignea, non sit deputata auctoritate Episcopi, vel Pontificis licet vendi potest omnino, sicut & alius quicumque locus priuatus. Adde etiam idem esse de cimiterio secundum D. Thomam, vt infra, de Simonia, §. 2. vndecimo, & duodecimo, vbi ipse Siluester, ait §. 12. quia cimiterium consecratum vendi potest ratione terræ, *In necessitate Ecclesia*, sicut calix, non autem ratione consecrationis, vt scilicet aliquis pro pecunia ibi sepeliatur.

N. 40.
Siluester.

Ecce quomodo ex Siluestro allegante pro se omnia iura, nec potest vendi sepultura, nec terra sepultura, nec ius ad sepeliendum in illa, quamuis possit vendi tota terra cimiterij, seu illa possessio, vt terra quædam est, non tamen in ordine ad sepeliendum, & ideo bene ait Siluester verbo sepultura, §. 2. quod licet in vno cimiterio multa Ecclesie possint habere ius sepeliendi mortuos suos, tamen vna non potest vendere alteri suum ius, licet in necessitate possit vendere suum cimiterium: & ratio est quia aliud est ven-

A dere ius ad sepeliendum, aliud vendere totam cimiterium hoc, non in ordine ad sepeliendum, nam quamuis non excludatur in intentione vendentis, & euentis, quod postea ibi corpora sepeliantur, ista deputatio non est quæ emittitur, nec venditur; imò, & principalis finis posset esse Ecclesie euentis cimiterium, vt scilicet porticus, seu platea ad magnificentiam Templi, aut Ecclesie, ibi prepararetur, & allegat. D. Th. dicentem licet, etiam nunc terram, vbi quondam fuit Ecclesia, vendere, aut emere in casu necessitatis: & idem videtur dicendum de cimiterio: quia quidem aliud est vendere terram, aliud ordinem ad sepeliendum; sicut aliud vendere materiam calicis, aliud deputacionem ad sacrificium, quæ est consecratio, quia vt Molina, dis. 214. hodie de ipse Canonico, vt locus habeat rationem sepultura, aut loci Religiosi necesse est esse deputatum ad eum usum auctoritate Episcopi, aut privileg. Pap. vt colligitur, ex c. ad hæc de Relig. domibus, Gregorius Lopez, lib. 1. tit. 13. p. 1. verbo vendere, & est communis.

Molina

Gregor.
Lopez.
N. 41.

Qualiter autē pro sepultura, vel eius intuitu aliquid recipiatur licet, explicat Siluest. primo, tit. cōsuetudinis recipiendi aliquid pro augmento fabricæ, autē (quidem) conueniendo; quia sic Clerici absolute dicant, petimus hoc pro sepultura, & etiam allegent consuetudinem ne Simoniā comittant, vt in c. non satis de Simonia, vbi Alex. 3. in Cōcil. Taron. Pro sepulchra quoq; & Chrismate, &c. nulla cuiusq; præij exactio attentetur, nec sub obtentu cuiuscunque cōsuetudinis reatum suum quis tueatur. Vnde debent dicere Relig. aut Clerici secundū Glos. & Siluest. ibi, verbo sepultura, §. 2. cōsuetudo est, quod pro mortuis aliquid detur, quasi veit Glossa, quod nō debeant fundari, in obligatione cōtracta ratione sepultura, sed in sola consuetudine laudabili, quæ extat, & extat pro hac declaratione, tex. opt. in l. priuil. c. de Sacrosanct. Eccl. vbi sic dicitur. Ea quæ ab antiquo sunt, sed solita Ecclesie, & Ministris tribui, non debent aliquomodo impediri: & fundantur hæc in c. ad Apostolicam, vbi hæc habentur de Simonia ex Innocent. 3. Ad Apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit,

Siluester.

C. non satis de Simonia.

E quod nō debeant fundari, in obligatione cōtracta ratione sepultura, sed in sola consuetudine laudabili, quæ extat, & extat pro hac declaratione, tex. opt. in l. priuil. c. de Sacrosanct. Eccl. vbi sic dicitur. Ea quæ ab antiquo sunt, sed solita Ecclesie, & Ministris tribui, non debent aliquomodo impediri: & fundantur hæc in c. ad Apostolicam, vbi hæc habentur de Simonia ex Innocent. 3. Ad Apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit,

C 3 quod

quod quidam Clerici pro exequijs mortuorum, & benedictionibus nubentium, & similibus preuentiam exigant, & extorqueant, &c. Et statim, qua propter super ijs prauas exactiones fieri prohibemus, & pias consuetudines precipimus obseruari.

N. 42.

Potest deinde etiam cum pretio vendi locus (vt præminentior) pro sepultura in quacumque Ecclesia (sine Simonia, & pompa faneris excusata) & pro taxata pecunia vendi, maxime vbi talis viget consuetudo; tñ, quia sic habet vim legis, tum quia profanum est potius. Sic Soto filius, & alij. Vnde constat quod pro cimiterio, nec pro infimo loco nõ potest aliquid exigi. Iis suppositis sit resolutio respondens titulo, q. Concedere alicui præcipuum, & præminentiore locum, pro sepultura propria, & successorum, & à fortiori Capellam maiorem, cum perpetuo iure, est species alienationis, & requirit causas, & solemnitates. Patet, quia licet non sit contra prohibitionem Simoniam, est contra prohibic, alienationum.

QVÆSTIO XI.

Vtrum concedere ius Patronatus alicui extraneo Ecclesia, vel Monasterij sit alienatio?

N. 43.

Supponendum primò, ex dicendis, quod Patronatus est triplex; Ecclesiasticus, laicus, & mixtus.

Supponendum secundò, quod licet Patronatus laico non præiudicetur, per collationem Beneficij factam à Papa bene tam en Ecclesiastico; vt tenet Hojeda, de incompatibilitate Benefic. r. p. c. 24. Casiodorus, decis. 4. nu. 11. de probationibus, Hieronimus Gonzalez, ad Regul. Cancell. 8. Glor. 18. numer. 5. & 7.

Notandum pro intelligentia nomen Patroni iniuribus, & iuxta dictionarium Alexandri Schori, & Amb. Calep. quod videtur esse ex duobus compositum, vt dicat Pater, & eius curam, & onus; multipliciter sumi, primo pro aduocato in lite sua, doctrina, protectione, & suffragio defendente in iudicio suam litigantem, seu clientem,

A specialiter in causa criminali, ex cap. quemadmodum, circa finem de iure iurando. Secundo sumitur Patronus, pro illo domino, qui seruum libertate donauit, seu manumisit, qui seruus, hinc vocatur libertus, & huius beneficii titulo, manet adstrictus, exhibere Patrono honorem in sedendo, vtilitatem in subueniendo. Si enim Patronus ad inopiam deuenierit. Tenetur libertus, ex suis bonis leuare tertio dicitur Patronus, qui tale ius in aliqua Ecclesia, aut Monasterio habet, ad vtilitates, & honores, & simul ad onera, adquisitionem quidem legitimis ritualis, vt declarauimus. Foundationis (quia dedit fundum in quo edificaretur) Edificationis (quia ex proprijs bonis extruxit, propria adhibita diligentia. Dotationis, (quia talis Patronus, ex proprijs facultatibus assignauit redditus annuos incompetenti quantitate pro sustentatione Ecclesie, seu Monasterij, si sit capax bonorum.) Vbi notandum, quod in omnibus Patronus reperitur quædam aliqua ratio communis Patroni idest, patris. Patronus enim idest aduocatus in lite, vt Pater protegit clientem. Patronus liberti ad instar Patris emancipauit, & habet ius quasi naturale paternum, vt honoretur in præcedendo, & condescendo, & subueniatur, quasi Pater si ad inopiam deueniat. Patronus (ultimo) Ecclesie, aut Monasterij, quasi Pater se habuit, fundans, edificans, & dotans ad instar naturalis parentis, qui ex sua substantia, & facultatibus, filium generat, alij, atque sustentat, ac cõseruat. Vnde Lambertianum, & Ant. de Butrio, tractatus de Patron. iure, & ex modernis Authoribus, D. Ioanni de Solorzano Pereira, iuris vtriusq; Doctoris, in Regio Supremo Indiarum Consilio Senatoris, tom. vlt. 1639. de Indiarum Occidentalium gubernatione, qui ex nostro Isidoro, libr. 10. etymologiarum, fol. 69. Festo, Plutarcho, & alijs, ab homine sic vocato, vel à Patris nomine, deducit nomen, & minus Patroni.

Diuisionem Patronatus in Ecclesiasticum, & laicum, quid vtrumque vide apud Viciianum in praxi fori Patronum, vbi adducit 48. differentias; ex quo colligitur quomodo hoc ius Patronatus tertio modo sumptum, de quo

Cas. Lambertian.
Ant. de Butrio.
D. Ioan. de Solor.

N. 44.

loquimur, pertinet ad res spirituales, quæ dicuntur tales, non quia cause spiritualium effectuum sint. (id est gratiæ) vt Sacramenta, nec alijs modis quos refert Rochus de Curte, in hoc tractatu: sed per remotum (quamuis primo intentam) depurationem ad spiritualia. Sic Ioannes Andreas, cap. *consulere*, & c. multum discedit ab hac opinione Archidiaconus, qui in dicto c. ait, quod sicut anima viuere per se ipsam, & corpus, quia adheret illi: sic quædam sunt secundum se spiritualia; quædam quæ ab illis dependent, & ad illa ordinantur; sic est laicorum ius, quod spirituale seu (vt aliqui dicunt) vt D. Ioannes de Solorzano, citatus, mixtum ex spirituali, & temporali. Ita tamen quod præualeat id quod potius est (nempè spirituale) & ex iuris exorbitantia (vt Antonius de Batrio, Abbas, & alij) & speciali fauore hoc ius Patronatus conceditur, quod quasi possideatur à puris laicis, & hereditetur, & quod cause super illud ad iudicem Ecclesiasticum pertineant, quod consuetudine statuerunt iura, vt ipsi laici inducantur ad fundationes faciendas Ecclesiarum, & Monasteriorum, & edificationes, & dotationes, si sint Ordinum, quæ in communi possint habere bona. Sic Archidiaconus, & sic Abbas, in cap. 1. in princ. de præbendis, & in dicto cap. quanto in 3. column. & ibi etiam alij, & quomodo hac ratione, de iure Patronatus Ecclesie, vel Monasterij, quod possideat laicus non potest laicus iudex cognoscere.

N. 45. N. 2. hoc ius Patronatus Ecclesie, vel Monasterij, suum legitimum habere principium, & originem in fundatione Ecclesie, aut Monasterij, & edificatione, & dotatione, si sit capax: & hoc constat ex definitione, quam affert citatus Rochus de Curte, Doctor Papiensis, in libro, quem edidit de hac materia, Lugduni, ann. 1573. pag. 5. ex Abbate, & Ioanne Andrea, quæ talis est. Ius Patronatus est ius honorificum, onerosum, & vile, alicui competens in Ecclesia. Pro eo quod de Diocesani consensu, Ecclesiam fundauit, construxit, vel dotauit. Ius ergo trahitur, vt sup. num. 43. expl. cuius, adquiritur ius Patronatus Ecclesie, vel Monasterij.

Ioan. An-
dreas.
Archidia-
conus.

D. Ioan.
de Solor-
zano.
Ant. de
Batrio.

Abbas.

Roch. de
Curte.
Abbas.
Ioan. An-
dreas.

A Vbi solet dubitari, an requirantur omnes simul, vel vnus solus sufficiat: quæ difficultas habet speciale principium in alia omnino simili definitione, quæ ex alijs Doctoribus affert idem Curte, in eodem libro pag. 7. circa finem, quæ solum differt à prima, quod in fine, vbi prima dixit fundauit, construxit, vel dotauit: dicit secunda diffinitio fundauit, construxit, & dotauit, mutata diffinitio, vel in copulatione, & quasi infinet, quod nõ sufficit ad acquisitionem iuris Patronatus, vnum, aut alterum præstare, sed quod edificare, fundare, & dotare, requirantur: sed certè communis tenet sententia, & hoc obseruat præxis, vt ex quocumque ex ijs ritibus sursum sumptis ius Patronatus acquiratur.

B Quod multipliciter potest contingere. Nam si aliquis (v. g.) fundum de Ecclesia, & simul edificet, inde adquiret ius Patroni, & aliter qui tunc, vel postea Ecclesiam, vel Monasterium fundatum, & edificatum (sed quidem indotatum) dotet sufficientibus redditibus, & bonis, ex dotatione adquiret Patronatus.

C Alios duos titulos ad hoc ius acquirendum, affert Hostiensis in sua summa numerans quinque, & addens tribus assignatis, & redificationem, & dotationem, sed ad prædictos tres reducuntur: si enim penitus edificatio pereat redificatio pro edificatione reputabitur, & similiter de dotatione. Restat ergo Patronatum concursu, & præcedentiam statuere vtilis (inquam) & onerosi, ac honorifici Patronatus, & Ecclesie, & de differentia inter ius Patronatus, quod quasi possideat laicus, vel Ecclesiasticus, & regula ad cognoscendum.

D Et primo de alio titulo, seu principio acquirendi ius Patronatus, quod est alienatio, quæ Monasterium, quod suis redditibus, & fundis sit fundatum sese tradat in Patronatum alicui seculari, vel etiam vnus Patronus suum ius in alterum transferat.

E Ad quod nil restat addendum his, quæ diximus in principio huius tractatus de varijs modis acquirendi dominia rerum, nisi quod hoc ius Patronatus,

N. 46.

N. 47.
Hostiensis.

N. 48.

N. 49.

tus, quod (quidem) inter bona, quæ a laicis possunt possideri, vel quasi, sicut per dicta tria principia foundationis, &c. quæ correspondent primæ occupationi; sic per alienationem quam de se faciat Monasterium, quod sui ipsius habeat Patronatam.

N. 50.

Vbi nota, quod mediante tali Patronatus alienatione, quam faciat Cōventus, qui eo modo (quo diximus) Patronus sui erat, & transtulit in laicum, fit laicus Patronatus: sicut Monasterium, vel Clericus fundans Ecclesiam non ex patrimonio: sed ex fructibus Ecclesiasticis est Patronus Ecclesiasticus, ex regula, quod Patronatus Ecclesiasticus est ille, qui conuenit Clerico, vel Communitati, ratione Ecclesiæ suæ. Sic decidit Rota in antiquis, & Felinus, in suo, tract. in quo consistat vtile, & onerosum Patronatus, vide apud Curte, & infra.

N. 51.

Sic ergo resolutio quæstionis, affirmatiua, quæ manet probata ex dictis. Alienatur enim, & in alterius dominium transfertur aliquod ius, super Ecclesiam, vel Monasterium.

N. 52.

Vnde in gr̄tiam Monasteriorum, & Prælatorum Regularium, quibus sese offerat occasio concedendi ius, & titulū Patroni alicui Principi, libuit (quia frequenter contingit) notare ea, quæ necessario consideranda, præuenienda, & cauenda sunt.

N. 53.

Notando, & præsupponendo primo, quod cum ius Patronatus (vt num. præcedenti) diuiditur in Ecclesiasticum, quod conuenit Ecclesiastico, ratione Ecclesiæ suæ, & Monasterio, aut Collegio, vt talia sunt: vbi quamuis ea parte, qua ad Collegium, seu Monasterium pertineat ius Patronatus, super suam, & alias Ecclesiās, siue fuerit prius laicum à laico concessum, siue patrimonialibus fundis institutum; aut merè Ecclesiasticum semper; quia ex fructibus Ecclesiasticis fuit institutum, tam perfectè habet dominium, & ius Patronatus, tam plenum, ac Rex, aut Princeps quicumque, qui titulo aliquo, ex dictis acquisierit, quantum ad honorifica iura, vtilia, & onerosa.

N. 54.

Vnde est Patronus de sua inferiori Ecclesia, vel Monasterio, non solum quātum ad ius præsentā di; sed tuendi, pro-

A tegendi, & commoda, & honores recipiendi: quod maximè aduertendum est pro Monasterijs principalibus, seu domibus matricibus in Religionibus illis in quibus sit in more habere alia Monasteria sibi vnita, quæ filiationes vocentur, si titulum Abbatiarum habeāt; & si non habeant, vocantur Prioratus, vt in Religione sancti Benedicti, & eius Congregationibus: nam si sic vnitos habeat Monasterium aliquod principale aliquos Prioratus, quod ipsum fundauerit, vel dotauerit, autoritate competente, & reliquis conditionibus seruatis, super tale Monasterium, Prioratum, seu filiationem habebit Monasterium principale absolutum, & pleni ius Patronatus, seruatis constitutionibus generalibus Congregationis. Vnde ex solo hoc titulo (quando alias non haberet virtute alicuius Bullæ vnionis, vel aliunde) posset eligere Prælatorum, & alia disponere ordinare, & dirigere, quæ ex iure, seu consuetudine pertinent Patronis, & prorektoribus; & adhuc hoc titulo Patronatus posset à suis filiationibus exigere, quod in graui indigentia, oppressione aeris alieni, quæ ad minorandum considerabiliter numerum cogeret, ex suis redditibus Congruentia subsidia præberentur, quod est vnum ex iuribus Patroni. Quod quidē non habet, nec talia adiumenta potest exigere alias (quantumuis annexa hæc filiationes, & Prioratus vniti, & subiecti sint) prælato, & Monasterio principali, quod potest amouere pro libito Prælatos, seu Priores filiationum, & similiter nominare modo præscripto, lege, & consuetudine; sed quia ita sunt propria bona cuiuscunque filiationis, vel Prioratus ipsius Conuentus, quando Monasterium principale non concessit, nec fundauit, vt nullo modo possint expendi nisi in proprijs commoditatibus, & sustentatione, cum eo rigore, vt si ex jis (non stante Apostolica auctoritate) aliquid considerabile, tribueretur, Prælato, seu domui principali, præter taxatum, ad sumptus necessarios, visitationum, itinerum Religiosorum, sumptuum alicuius Scholasticum, in studijs instruendi, pro administratione spirituali, & prædicatione, furti reus esset, qui tale donaret, nisi rationabili causa. Pre

N. 55. Prenotandum ergo, cauendum, & considerandum, supposito, quod concedere alicui hoc ius Patronatus est odiosum, tum quia est alienatio rei Ecclesiastica; tum propter seruitutem hinc inductam.

In primis, si Ecclesia, vel Monasterium, habet iam Patronum cum pre-existente titulo: id est si extat aliquis, qui habeat talem titulum, causa foundationis, edificationis, seu dotationis, quæ præstiterit ipse, vel à quo habet causam, vel Patronus habuerit titulum per viam reedificationis, seu dotationis.

Seu (quod amplius debet perpendi) an Patronatus Regio Monasterium pertineat. Patronatus enim Regius, ubique locorum summa cura defendi debet, vt ex Rebuffo, Rocho de Curte, probat D. Ioannes à Solorzano Pereira, lib. 3. c. 2. nu. 34. tom. posteriori de gubernatione Indiarum occidentaliũ, & Cabedus de Patronatu Regiæ Coronæ c. 34. nu. 3. Secundò debet caueri, quod si aliqua via præexistat in Monasterio, vel Ecclesia titulus, aut ratio Patronatus Regij, cum contra hoc nullo tẽpore præscribatur, vt ait Menchaca, lib. 2. controuersiarum illustr. c. 51. nu. 37. Salgado de Regia protectione, 3. p. c. 10. n. 148. & alijs.

Tertiò debet considerari, si Monasterium, quod datur in Patronatum sit illius Religionis, & instituti, cui liceat & expediat frequens aula Principum assistentia, vel si è contra habeat ex instituto, & Regula secessum à secularibus, occupationem pro horis, & tẽporibus diei deputatis officio, psalmodiæ, orationi, & alijs actibus communitatis; quia in tali casu, non expediret illaqueari, & inseri obligationibus Patronatus.

Quartò cauendum si Monasteriũ, vel Ecclesia habet occasiones inuitabiles, vel maximas, & frequentes, diffusionum, & litium, cum personis quibus titulum, & ius Patroni dare intendit, eo quod bona, & facultates habeat vicina, iura, & iurisdictiones diuisas, v.g. si vna pars habeat Ecclesiasticam, & alia profanam, vel istam diuisam terminis, aut in ciuilem, & criminalem, nã in talibus casibus esset præbere arma

A aduerso, & solem, ac vt dicunt, *cuestay piedras*, & se ipsam præbere inermem & prostratam.

Considerandum quintò, si Monasterium, seu eius Ecclesia habet annexum ius Parrochiale, & sit Ecclesia Monasterij Parecia populi & maximè si sit matrix, nam in tali casu est considerabilius talem imponi seruitutem: nam in primis, si Patroni velint assistere, & quod Missæ maiores festorum, & officia non fiant vsquedum ad Ecclesiam deueniant, impediatur, ne fiant tempore debito, quo Parrochiani assistant, & suo muneri satis faciant, audientes hora competenti, & accommodata sibi, ad audiendas festos dies, & ieiunia hebdomadæ, censuras Ecclesiæ, mândata, & doctrinam sui Pastoris. Vnde, si hoc attendatur (vt debet attendi) vel erunt continuæ lites, & querelæ inuitabiles inter Patronum, & Parrochũ, vel hic iniquè iura Parrochialia labefactari permittet, aut Patroni obsequia cessabunt, vt in Parrochialibus habentibus Patronos, specialiter in Parrochiali Matrice, villæ dictæ *Coca in Castella*, & Beatæ Magdalenz, in ciuitate Vallisoletema, in quibus quamuis Comes de Ayala in Prima, & D. Didacus de la Gasca, nobilis heros, in secunda Patroni absoluti ex omnibus legitimis titulis, foundationis, edificationis, & dotationis fabricis Ecclesiarum, & Clericorum ad cotidiana sollempnia sint: tamen Parrochus, & Cura proprius solo hoc titulo, & quia ille locus præcipuam institutionem habet ad Congregationem Fidelium, & Parrochianorum, & ad hoc, & vt inde habeant recipere Sacramenta absorbet, & obsecurat omnino iura, & præminentiam Patronorum, & Parochus assignat horas ad celebrandum officia Capellanis, & suis Parrochialibus officijs Missæ, & horarum conuenientiora tempora. Ipse Parrochus habet clauis Ecclesiæ Sacrarij, turris, & omnium, & hæc consideratio vrgeret amplius, si cum Patronatu Ecclesiæ exigetur, quod Capella maior, vel plura loca præminentiorum locorum sequestrarentur Patronis in quibus nulli Parrochiani possent eligere sepulturam, nam tunc duplex sequeretur nocumentum: primum, & maximum,

ximum, quod affectio pia, & debita, & cum illa assistentia spontanea, minuere tur Parecianorum, siquidem impeditis honoratioribus locis, alibi sepulturas eligeret, specialiter si in oppido sint alię Ecclesię, vel Monasteria Religiosorum, qui (sustentationis causa) has tumulationes ambiant, & ad sepulturas suorum concurrentibus vicinis orbaretur Parecia, & assistentijs, oblationibus, & obventionibus Parecianorum. Et secundum nocumentum, quod pretiũ pro illis eminentibus locis in Parecia principati, & populosa non potest, non esse magnum.

Sexto est animadvertendum, si principes, seu varones, qui hoc ius Patronatus ambiunt, vel quibus offertur, seu concedendum est, habeant suũ principale domicilium, & frequentiore habitationem (utpote) quia tale oppidum sit caput sui status, maximẽ vicinum Monasterio, & Ecclesię, nam si alia non adsint circumstantiæ, molestum & grave erit satisfacere continuis obsequijs, quę prælato, & Religiosis imponerentur, comitandi, & obambulandi Patronis pluribus, & frequentibus vicibus, quę ad Ecclesiam sui Patronatus, hæc vt exigant obsequia, & honores, cui rationi consonat, quod ad multa gravamina Monasterio vicino Patrono dat ansam vicinitas Palatii, cui hospitum molestia, & accommodatio plurimum ex multis, quos magnificentiã convocabit (specialiter) si locus sit in via ad plures Regni partes, nam ex æquitate saltẽ hospitum famuli (si Patronus proponat) qui obseruantia regularẽ, & quietem occupando Religiosorum cellas impediunt, & bonis Monasterij parum augebunt. Ratio hæc quinta non æquẽ vtget in pluribus Patronis, qui in alijs oppidis extra suum statum, vbi abusus, seu usurpatio non habet locum (in casu, qui nec debet præueniri) nec vicinitas has, & similes molestias parabit: & nec experire Patres illi gravissimi Conuentus sancti Pauli, Valli-Soletani, qui adhuc cum extrema, & opulentissima ditatione (toto orbe nota) ædificatione frontispicij, & turriũ, & maximis reedificationibus, imo, & illa maxima recompensa in adipiscenda illa maxima præmiacencia Religio-

A sis Professis illius à Sede Apostolica, quod inquam Professi illius Monasterij debeant præponi ad officium Provincialatus omnibus alijs Professis aliorum Monasteriorum.

Septimõ considerandum si forte Ecclesia, vel Monasterium, quod admittit hanc seruitutem Patronatus præextiterit fundatum, ædificatum, donatum, ab antiquioribus fundatoribus, Regibus, seu varonibus. Ante eos qui cupiunt Patroni institui, cum illi primi adhuc ob modestiam, & liberalitatem non solum, abstinentes ab oneribus imponendis, seu alijs gravaminibus, honoribus, & obsequijs, nec titulum Patronorum optauerint, sed tacitẽ exigant participationum suffragiorum apud Deum, & apud hoc præsens seculũ, gratitudinẽ, & memoriã, quam obscuraret admittendo novos Patronos, qui per scuta, & insignia, & alias (quas imponant) seruitutes, & obsequia, abradendo gloriam antiquorum, flagitiosũ forte indicaretur.

C Nec parum huic rationi fauebit si Monasterium sit Religionis, cui domesticis Religiosis exercitijs vacare incumbat. Quorum liberam, & expeditã occupationem parantes primi, & veri fundatores, fundum, ædificium, dotationem reddituam pinguem ad sufficientem Religiosorum numerum sustentandum concesserunt, nam in tali casu ob exiguam additam ditationem (imõ, & maximã) si inducat occasionem, & obligationem diuersionis ab hac regulari reclusionẽ, & quiete, erit defraudare legitimorum, & primorum voluntatem: saluo casu quo votatio, quę offeratur, (deficientibus rebus annotatis) esset tam magnifica, & opulenta, vt æquivaleret fundo, expensis ædificationis, & valori dotationis, nam quamuis ex iure sola æqualitas quantitatis, quę attingat tertiam partem reddituum, sufficiat ad acquirendum titulum per ditationem, hoc est quando non præexistit alius, & ad hanc reducitur considerationem, si ex circumstantijs loci, personarum, & alijs possint timeri impositiones obsequiorum, seruitutum, impositionum, & gravaminum, quę si alijs Patronus, qui admittitur est Potentissimus Princeps, & dominus tem-

poralis loci, poterit ipse, vel successores intentare. Quæ si in alijs illius Religionis, vel Congregationis Monasterijs non sint in consuetudine, absurdum videretur, nec est simile de Patronis, quos plura Monasteria, v.g. Benedictinorum Hispania habent, qui ipsa fundarunt, & dotarunt, vt Comes Pinolus, & Comes Osorius, imo, & alij Principes, qui sine heredi-^b decedentes ipsa Monasteria, & Religiosos instituerunt heredes, sine grauamine, vel obsequio præstado suis successoribus, vt in insigni Abbatia S. Ioan. de Corias, & S. Saluatoris de Lorenzana.

Octauo considerandum, quod etiam si Monasteria sint vana, affecta, seu incorporata alicui Congregationi, aut domui matri, & principali, & per consequens ad Conuentum ipsum, vel ad Superiores regulares pertineat electio, & assignatio Prælati, & subditorum, pertinebit nihilominus ex quadam æquitate Patrono, quod possit petere suo Patronatui. Superiorem, & socios, qui ibi constituti, gratia, & fauore Patroni, & hinc malè, & lente opponatur, nec contradicent conatibus Patronorum, vt supra, n. 3. imo, & res Monasterij intentant Patronus dirigere, & beneficia Conuentus presentare.

Nono, & ultimo aduertendum genus recompensationis, quod sit æquæ promptum, & simul tradatur Monasterio cum apprehensione iuris Patronatus, quod conceditur, quod sit *æquale, expressum, & firmum*, seu securum: *æquale* inquam, quia non debet in reali, & morali æstimatione esse minus, quàm valor, & æstimatio moralis, & realis iuris Patronatus, quare manifestè debent expressari, quæ *obsequia, quæ seruitutes, quæ subsidia, honores, & exactio- nes*, exigere possit, & imponere Patronus, nam si hæc non exprimantur, manet aditus ad iurgia, & lites, nec constat aliter equitas, & iustitia contractus, & quod recompensa, seu quod datur sit securum, & firmum expedit maximè, nam si assignentur pro pretio sue recompensa aliqua annui redditus Monasterio addendi, vel quod transferatur in Conuentum aliqua iura presentandi Ecclesiis, aut vnio beneficiorum vtrumque

Arduum, longum, & non forte factibile, & Conuentus si semel admittat supra scriptam actus, manebit ligatù. Supponimus, quod nomine alienationis etiã intelligitur commutatio aliquorù bonorum pro alijs, cum per commutationem transferatur dominium. Quo supposito respondetur, & sit resolutio affirmatiua. Cuius probationem vide in cuiuscunque Religionis habentis in comuni bona, compendijs, & specialiter quantum ad ea quæ ex legato, aut vltima voluntate donentur. Sic enim concessit Sixtus Quintus, Prælati Minorum, vt possent commutare legata facta ipsorum locis, ad vnum usum, in alios, vt si mille ducatos ad ædificandù concessos, & legatos consumat, & expendat, in ornamentis, & vtilibus Ecclesiæ, quibus iudicet prudenter indigere magis Monasterium, & similes commutationes. Et idem concessit de rebus inter viuos donatis Leo X. & nota quod hæc conceduntur Prælati particularibus: & Nicolaus Francus Legatus à latere Sixti IV. concessit Prioribus Ordinis sancti Hieronymi, vt possent commutare relicta suis Monasterijs, nõ obstantibus vltimis voluntatibus legatium, sic Manuel Rodriguez, i. tom. qq. regul. q. 27. art. 5.

Sixtus
Pap. V.

Rodrig.

Se aduerte, quod tales commutationes debent fieri, ex iusta causa, vt Trid. sect. 22. c. 6. de reformatione, jis gaudent Reliquæ Religiones, quæ participant priuilegia. Religio etiam Societatis Iesu, ex concessione Pij V. anno 1566. & Greg. XIII. anno 1575. vt habet Molina, d. 468. conclus. 4. & etiam ex priuilegio Iulij III. vt habetur in ipsius Religionis compendio habet, quod ad prædictas bonorum alienationes non requiratur tractatus, nec assensus Capituli, sed solum Cõsiliariorum ipsius Præpositi, & confirmatio facta à Generali, nec necessariam esse facultatem summi Pontificis, nisi in casibus à iure non concessis, vbi ample, & expressè Generali, & Capitulo generali concedit Pontifex quodlibet genus alienationis pro vtilitate, & necessitate ipsorù, sine figura iudicij &c. Cõgregatio etiam Benedictinorum Montis Casini dicta de sancta Iustina, quoniam am priuilegijs gaudet Hispana, ha-

Trid.

Pius V.

Gregor.

XIII.

Iulius


III.

bet


bet de hoc plura privilegia extensione Iulij II. ad Hispanā olim Valli-Soletanam Benedictinam Congregationem concesserunt ergo Eugenius IV. in privilegio, qui in compendio est 13. & Innocent. us VIII. in privilegio 17. & ibi, & seq. n. 18. quod Monasteria vsque ad valorem ducentorum florenorum bona immobilia possint alienare ex euidenti vtilitate, & ultra hoc pretium ex licētia Visitatorum, & Præsidentis qui talem licentiam Abbatibus, & Superioribus Monasteriorum possint elargiri, dum præcesserit euidētis vtilitatis notitia habita per informationem factam per Commissarios, quibus maxime oneratur conscientia de fidelitate, & iuxta hæc privilegia disponit **no-ua constitutio, cap. 53. n. 18. & 19.**


A Solet hic dubitari an si aliquid done- tur Monasterio ea conditione, vt non possit alienare sit valida, ita vt si ven- dat, incurrat pœnam, vel desinat trans- ferre dominium, ac per consequens, te- nearur de damno illato per fraudem, Gotfridus, Hostiens. Innoc. & Panor- mitanus, quos citat Siluest. verbo alien. q. 28. dicunt non esse validam condi- tionem, & habendam fore pro non ad- iectam, cum iure factam alienationem nō possit impedire. Alij dicunt esse ta- lem conditionem licitam, & non esse pœnam, quæ ante iudicis condemna- tionem nō habet effectum, sed esse quā- dam qualitatem, seu modum, quem lici- tē ponit, qui spontaneè, & libere donat, vnde vtrumque probabile: sed proba- bilius primum.


*Gotfred.
Hostiens.
Innocēs.
Panorm.*



Finis Secūndæ Partis;







Vertical text in Devanagari script, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in a single column and appears to be a title or a list of items. The characters are somewhat faded and difficult to read precisely, but they follow a consistent vertical flow.

50
57

9759